Introductio in universam geographiam tam veterem quam novam / tabulis geographicis XLVI ac notis olim ornata a Johanne Bunone, jam vero locupletata additamentis & annotationibus Joh. Frid. Hekelii & Joh. Reiskii. Cum privilegio ordinum Holl. & Westfrisiae. 1697. Quibus in hac editione Londinensi accedunt additamenta plurima ad historiam & geographiam, cum antiquam, tum hodiernam spectantia, ex scriptoribus optimae notae, Cellario praesertim & Luytsio, excerpta & in marginem relata.

Contributors

Clüver, Philipp, 1580-1622.
Buno, Johannes, 1617-1697.
Reiske, Johannes, 1641-1701.
Heckel, Johann Friedrich, -1700.

Publication/Creation

Londini : Typis M. Jenour, impensis Joannis Nicholsoni, 1711.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/vh22t99b

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



65975/C

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
CLUVERIUS, P.

Quisquis Furabit per collum pondobit

E Libris Roberti Thomlinson
Alumni Divi Pauli Anno Dni 1731

U6





Secura fas est Diis indulgere quieti
Et licet humanis rebus abesse Jovi.

Indefessus Atlas cœlorum sustinet O
Tellurisque regit pervigil A.N.N.

PHILIPPI CLUVERII
INTRODUCTIO
IN UNIVERSAM
GEOGRAPHIAM

Tam veterem quam novam

Tabulis Geographicis XLVI ac Notis olim ornata

A

JOHANNE BUNONE,

Jam vero locupletata Additamentis & Annotationibus

JOH. FRID. HEKELII & JOH. REISKII.

Cum privilegio Ordinum Holl. & Westfrisiæ. 1697.

Quibus in hac Editione LONDINENSI accedunt additamenta plurima ad Historiam & Geographiam, cum antiquam, tum hodiernam spectantia, ex Scriptoribus optimæ NOTÆ, CELLARIO præsertim & LUYTSIO, excerpta & in Marginem relata. Quæ unà cum Typis Æneis insuper additis, Editionem hancce prioribus, tertia parte saltem, auctiorem reddunt.

LONDINI,
Typis *M. Jenour*, Impensis JOANNIS NICHOLSONI
Bibliopolæ, in Vico Little-Britain. MDCCXI.

Prodit hic noſter Cluverius novis eruditi Geographi Lucubrationibus auctus, & a pluribus Belgici Preli maculis mea opera purgatus; adeo ut omnibus antehac editis utiliorem fore confido.

GUIL. READING,
Bibliothecæ Sionenſis
Cuſtos.

Londini, Jan. 10. 1710.

VIRIS

Præcellentiſſimis, Clariſſimis, omnigenaque eruditione ac ſingulari humanitate Spectatiſſimis;

D. JOHANNI GEORGIO GRÆVIO, Regis Magnæ Britanniæ Hiſtoriographo, Politices, Hiſtoriarum & Eloquentiæ Profeſſori in Academia Ultrajectina.

D. JOHANNI MENSINGÆ, Eloquentiæ & Hiſtoriarum Profeſſori in Academia Groningæ & Ommelandiæ.

D. JACOBO PERIZONIO, Eloquentiæ & Hiſtoriarum Profeſſori in Academia Leidenſi.

D. GUILIELMO COETIER, Jct. Hiſtoriarum & Eloquentiæ Profeſſori in Celeberrima Friſiorum Academia quæ eſt Franequeræ.

D. THEOD. JANSONIO ab ALMELOVEEN, M. D. Eloquentiæ & Hiſtoriarum Profeſſori in Academia Gelr. Zutph. quæ eſt Harderovici.

(Eo ordine, quo ad Academicam dignitatem ſunt promoti.)

S. P. D.

JOANNES WOLTERS.

Viri Humaniſſimi, Honoratiſſimique,

GEographiam, ſive Scientiam illam, quæ circa Orbis terrarum deſcriptionem verſatur, cuncti qui ad ſolidam aliquam elegantiorum literarum cognitionem adſpirant, maximè eſſe neceſſariam, juxta mecum omnes hodiè fatentur. Si enim nihil aliud ad ejus commendationem dici poſſet, quàm eam Hiſtoriarum ſcientiæ omnium nobiliſſimæ & pulcherrimæ non ſolum magnam fœnerari lucem, ſed etiam arctiſſimo quodam nexu, cum ea eſſe conjunctam, ſatis tamen cauſæ eſſet, quare omnes in ea diſcenda elaborandum ſibi eſſe exiſtimare deberent. Verùm cum multæ inſuper aliæ ſint utilitates ex hoc ſtudio in cultores ſuos redundantes, quas quidem impræſens enarrare velle nihil aliud foret, quam lucernam in meridie accendere,

omni sanè laude celebrandi sunt illi viri, qui non tantùm Juvenes ad hoc studium summopere cohortati sunt, sed etiam id egerunt, ut diffusam hanc & latè patentem scientiam in breve quoddam Compendium redigendo discentibus facili quadam methodo consulerent. Inter hos, si non cæteris anteponendus, certè non infimus habendus est PHILIPPUS CLUVERIUS, qui non solùm hoc nomine laudem meretur, quod mira quadam brevitate & facilitate in sua ad Geographiam INTRODUCTIONE usus est, sed etiam, quod præcipua Historiarum capita suis quæque locis inseruit, eo consilio, ut Adolescentes bina hæc studia tanquam gemella, ab initio conjungenda esse intelligerent. Qua quidem re maximam eum apud omnes eruditos iniisse gratiam, satis testatur Libri ejus non una in regione sæpius iterata impressio, nec non voces illæ ubique pene conquerentium de exemplarium penuria, simul ac eorum copia haberi ampliùs non potest. Hæc cum ita se habeant, non inutilem me Reipubl. Litterariæ navaturum esse operam existimavi, si CLUVERII diu jam & à multis desiderati novam, eamque nitidissimam editionem adornarem. In quo quidem minime me fefellisse opinionem meam, argumento est singularis applausus, quo tot viri præstantes conatus meos, quàm primum eis innotuissent, prosecuti sunt. Quos inter cum vos, PROFESSORES CLARISSIMI, non minus eluceatis, quam Luna inter stellas minores, quorum calculo noster hic labor est probatus, Vestro etiam nomini eum inscribi nemo mihi vitio vertet. Nam si eruditum hoc opus haud dubiè tantùm eruditis debetur, iisque de Re Litteraria bene meritis, ad Vos jure meritoque spectare haut ullus inficias ire potest, utpote quos omni liberali doctrina politissimos, insigniaque seculi nostri ornamenta non solum loquuntur Librorum præstantissimorum, qui hodie eduntur, tituli, verum & tantus numerus discipulorum, qui ab ore Vestro quotidiè pendent, & à Vobis vera solidaque Litterarum, in quibus excellitis, id est, optimarum cognitione instruuntur. Præterea cum id spectarem, multum æstimationis Libris plerumque accedere ex commendatione Doctorum Virorum; hoc quoque nomine ad Vos præcipue recurrendum erat, ut essent, qui Liberalium Artium Studiosos nova plerumque spirantes affectantesque, docerent, non esse librum contemnendum, quod ætas recentior eum nobis non dederit; sed maximè hodiernum suspiciendum, utpote qui tantus etiam à doctissimis habetur, ut nostram ætatem vix vidisse ei parem facillime fateantur. Atque hæ potissimum sunt rationes, quibus adductus NOMINA VESTRA præfigi volui. Quod restat, id unum peto ut, quod hic ausus sum, non tantùm boni consulatis, sed & benignis oculis hoc opus porrò aspicere dignemini, Vestraque autoritate & commendatione pro virili adjuvare pergatis.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

NON *Auctores ſolummodo antiquos, Græcos Romanoſque, ſed ex ævo medio barbaroque plures hæc diſtinuit cura, hæc meditatio diu exercuit, ut tironibus geographicam inſtitutionem brevi & perſpicuo libello concluſam traderent, firmiuſque imprimerent. Huc multæ Græcorum veterum* περιηγήσεις *aut* ἐξηγήσεις, *i. e. de ſitu orbis commentarii pertinent : Quales adhuc extant à Scylace Caryandenſi, Marciano, Artemidoro utroque, Dicæarcho & Iſidoro compoſiti, ſed ab Hæſchelio unum in corpus redacti. Ut de Dionyſio Alexandr. Ptolemæo, Stephano, Anonymiſque multis mentio nec fiat in præſenti, Roma nobis Pomponium Melam, Plinium, Solinum, Æthicum reliquit. Hos facto agmine ſequebantur Arabes, cum ad ipſos Doctrina liberalior trans oceanum octavo & nono ſeculo migraſſet, ſcriptiſque compendiis præcepta geographica inſtillarunt ; Jacoutus puta, Ibn Maraf, Abulfeda, princeps Hamatæus, cujus verſionem ab Schickardo additam Hottingerus in Bibl. Orient. memorat, Schalahaddinus, plerique* ἀνέκδοτοι, *& Nubienſis à Gabr. Sionita editus : Ut alios in Bibliothecis quotquot adhuc latitant, omittam ; Græcos itidem ex ætate media Pſellum, Epiphanium, Phocam, Nicetam & plures Anonymos, quorum unus opera ſtudioque Gothofredi prodiit. Poſtea cum literæ humaniores à tenebris, quibus oppreſſæ diu jacuerant, caput extuliſſent, Viri docti ad geographica rudimenta quam breviſſime inſtillanda manum & animos applicuerunt. Hinc tot Epitomas, Synopſes, Breviaria, Compendia, Sceleta, Theatra, Enchiridia, & Specula in lucem edita videmus ; neque ſuperiore tantum proximo, ſed hoc noſtro etiam quod procurrit, ſeculo. Noſter autem Cluverius introductionis titulum parallelo Geographiæ, quam meditabatur, veteris & novæ opuſculo inſcripſit, tum ut vias adoleſcentibus emuniret commodiſſimas, tum ut veſtigia Scriptorum antiqua ipſe inſiſteret. Quot enim Philoſophicas* εἰσαγωγὰς, *i. e.* introductiones *adhuc ſuperſtites habemus? Nec à Porphyrio ſolum, quem* εἰσαγωγὸν, *i. e.* introductorem *interpretes vocarunt, ſed ab aliis tam Græcis quam Latinis Scriptoribus. Non quidem iis introductio proprie dicta, & cum motu locali aliquo conjuncta in mentem venit, nec forenſis judicio quondam Romano receptiſſima, ſed libraria ſive doctrina ſive ſcriptio, quæ primis artium elementis traditis lectorem ad eas, tironem maxime, introducit : Ut Heſychius rectiſſime* εἰσαγωγὴν τῆς εἰσήγησιν διδασκαλίαν *reddiderit ſive doctrinam. Hunc ſibi ſcopum ſuperiore ſeculo præfixerunt Balth. Mercator, Æl. Anton. Nebriſſenſis, & If. Dodonæus, Iſagoge coſmographica conſcripta ; nec alium Salmanticenſes introductionibus in coſmographiam variis conjunctim editis A.* 1557. *Eadem plane inſtituti ratio, eademque lex fuit, quam tenuerunt hoc noſtro ſeculo Georg. Fournier, Joh. Blancanus, Heidmannus, & noſter potiſſimum Auctor ſua introductione ad Geographiam veterem novamque compoſita. Hic enim libellus ſimulac Lugduni apud Batavos in uſum exiit communem, applauſu vario exceptus, non apud Belgas ſolum ſed Germanos etiam typis iterum exſcribi debuit : Idem non ita multo poſt verſione Gallica, A.* 1667 *apud Pariſinos, apud Norimbergenſes A.* 1679, *Germanica ornatus ; à Pet. Lambecio in tabulas ſynopticas, ab aliis viris GLmis in Manuale aut Enchiridion redactus iterum apparuit. Tandem Bunoniana ſive Wolffenbüttelenſis editio multis tabulis & annotationibus inſtructior ſucceſſit, majuſque libello pretium, & honeſtam in Scholis omnibus exiſtimationem peperit. Tantum eminet hucuſque introductio noſtra Cluveriana, utpote* Liber, qui raram noſtro ſeculo felicitatem expertus fuit, ut cum exiguo ſui merito à multis magni fiat, ſed tamen non inutilis, ſi cum Cl. V. Joh. Bunonis commentario legatur. *Hæc eſt cenſura Viri celeberr. J. C. Becmanni in Præcognit. Geograph. peracuta, quam ne durius ſtrinxiſſe videatur, ipſe temperat, libelloque ſuam felicitatem & utilitatem aſſerit : An utraque cum magno, an exiguo hujus merito aſſeratur, alii judicabunt, quibus tot editiones, tot verſiones, tot nata ex hoc uno compendia non improbantur. Cum enim Scriptores omnes Geographici tum recentiores, tum præſertim veteres multa paſſim omiſerint, plura falſo tradiderint : Ipſaque adeo Geographia vetus maxime, quin nova etiam aut manca & imperfecta, aut ſuis alicubi erroribus fœdata fuerit : Nec mirum eſt, compendiis, ſynopſeſi & introductionibus nævos aut vitia, & hæc quidem aliis perpauca leviaque, aliis vero plura & gravia ſubrepſiſſe. Hæredes igitur Bunoniani quoniam ſumptus ſuos & operas libelli hujus iterata toties editione nunquam perdiderunt, publico tironum commodo ut inſervirent, novas tabulas æri clarius inciſas, obſervationes & ſupplementa quædam voluerunt accedere ; ne moles tamen opuſculi modum veterem, aut vetus pretium nimis tranſgrediatur. Unum illud ſupereſt, quod in limine adhuc moneri cupiunt hæredes de notis prioribus & poſterioribus dignoſcendis : Priores aut priſtinæ notæ ſuo ſigno, ſtellula nempe aut lunulis, aut parentheſi gaudent ; poſteriores & novæ omni carent indicio. Tu autem, Lector benevole, hoc noſtrum, quodcunque bono publico impertitur, ſtudium fove, Cluverianis, ſi lubet, præceptis, additionibus, notis utere, omneſque res tuas ad animi ſententiam gere, perfice, abſolve.*

LECTORI

LECTORI BENEVOLO

DE HAC

EDITIONE LONDINENSI

PRÆMUNITIO.

NON *ſolum celeberrimus ipſe Cluverius quædam minus accuratè de Magna noſtra Britannia ſcripſit, ſed doctiſſimi etiam Annotatores (uti peregrinis plerumque evenire ſolet,) aliquoties errarunt. Operæ pretium ergo duximus, alia emendare, alia adjicere, ut Geographiæ ſtudioſis melius innoteſcat hæc noſtra Inſula, quæ inter orbis celeberrimas, locum primum facile tenet; ſive cæli ſolique Ingenium, ſive mores aut res geſtas Incolarum ſpectes.*

Quum autem magna cum Laude, & non ſine maximo Reipublicæ Literariæ commodo, Annotationes plurimas Introductioni Cluverianæ adjunxerint Cl. viri Buno, Hekelius & Reiskius; haud perperam fore arbitrati ſumus ſi multa ab iis haud notata, & à Scriptoribus optimæ notæ, Cellario *præſertim &* Luytſio *excerpta, cum ad Geographiam tum ad Hiſtoriam antiquam & hodiernam ſpectantia, pro re nata margini adjiceremus; quæ unà cum typis æneis inſuper additis, editionem hancce prioribus, tertia ſaltem parte, auctiorem reddunt.*

Inſtituti noſtri non eſt, quæ ab aliis exarata ſunt convellere: ſperamus autem nobis non opprobrium fore, quod pauca quædam quæ à propoſito nobis aliena viſa ſunt (uti Hekelii quidam amici aut conſuetudine juncti, & loca obſcuriora, quæ paſſim in Annotationibus ejus occurrunt) deleantur, & alia quæ magis ad inſtitutum pertinebant illorum loco ſubſtituantur. Hæc tua te ſcire intererat, & certe quidem noſtra.

VALE.

PHI-

TRES EPISTOLÆ

Prioribus editionibus præmiſſæ nunc ſequuntur.

VIRO Clariſſimo & Eruditiſſimo Domino

JOHANNI BUNONI

Officia & ſalutem!

SI verum eſt *Plinii* effatum ad Cæſarem *Veſpaſianum*, magna pars ſtudiorum amœnitates quærimus: quid jucundius aut magis amœnum in peregrinatione literaria, quàm ſine ſumptu, ſine viatico & abſque omni deprædationis aut mortis periculo, omnium terrarum ſuperficiem peragrare, inde cœlum intueri & dimetiri, immenſum oceanum penetrare, ejuſque ambitus, receſſus, & abdita ſicco pede percurrere, regiones in tractus, mundum ipſum in partes ſibi dividere, provinciis terminos & fines ponere, origines & curſus fluminum adſpicere, urbes, oppida, arces, caſtella intrare, penetralia viſitare, & abſque metu recedere, montes adſcendere, valles & ſylvas pervagari, & totum terrarum Orbem ſuum facere? quæ omnia *ſtudium & amor Geographiæ* tutò concedit. Si autem cum delectatione *dignitatem & utilitatem* quæris, quid divinius, quàm ſicut temporum cognitione ad DEI ipſius æternitatem, ſic tot locorum ſcientiâ quodammodo ad ejus immenſitatem accedere? *Hiſtoria* inſuper ipſa eſt cœca, inamœna & fluxa, ſi *Geographiam* non habeat comitem. Mundus eſt ampla noſtra civitas, magna (ut *Varro* ait) homulli domus, quid turpius, quàm ſi civis civitatis ſuæ vias, & domeſticus ædium, quas colit, aditus ignorare velit? Neſcire velle, quid alibi geratur, aut geſtum ſit, hoc eſt, ſe ipſum ſuo ergaſtulo, carcere affectatæ inſcitiæ, includere. *Philippus Cluverius* admirandæ ſedulitatis, & indefeſſi in Geographiam amoris homo, ipſis *Italis* Italiam, *Siculis* Siciliam, *Germanis* & antiquam illam & novam Germaniæ faciem, *omnibus* autem orbem terrarum oſtendit, omneſque partes, ſi fata voluiſſent, accuratiùs erat oſtenſurus. At ſicut Tiberius Cæſar, teſte *Plinio*, olim *Apionem* Grammaticum vocavit Cymbalum mundi, *Plinius* autem ipſe, publicæ famæ tympanum, & adeo ipſe Apion ſcripſit, immortalitate donari à ſe eos, ad quos aliqua componeret: Ita nihilominus vero propius erit, *Cluverium* hac rerum famâ & dono conferendæ immortalitatis celebrem dici, qui tot loca ſuis natalibus, memoriæ, vitæ & honori reſtituit, terrarumque ſitus, poſſeſſiones & naturam docendos adhuc undique docet. Fatetur ipſe variis fortunæ caſibus jactatus, omne reliquum vitæ ſuæ, procul rebus civilibus, procul negotiis publicis, & procul omni inquietiore cœtu, uni Hiſtoriæ, Geographiæque antiquæ ſtudio impendere decreviſſe: Quàm multa etiam egregia præſtiterit, Scholæ & Academiæ loquuntur, mors autem præpropera reliquos conatus anticipavit. Diligentia autem & opera tua, *Clariſſime Dn. Buno*, non minus egregia & laudanda eſt, quam in ampliando Geographiæ & Hiſtoriæ ſtudio hactenus exhibuiſti, *Cluverianosque labores* ita in luce locaſti, ut decus & uſum in Scholis undiquaque habeant & accipiant: Augmenta etiam hæc tua, quæ introductioni Cluverii non ſine labore, ut apparet, & multa rerum notitia inſeruiſti, ſicut undique collecta & accurata ſunt, ita *neceſſaria* erunt, nec minus ob rerum jucundarum, nec omnibus notarum multitudinem, & varietatem fertiles, & cum voluptate præbebunt uſus, accedente tanto ipſarum *Tabularum* numero. Continuabis, verâ eruditione plenus, cœptos in rem literariam labores, memor *Saluſtiani* dicti, eum demum vivere & animâ frui, qui honeſto

negotio intentus, præclari facinoris aut artis bonæ famam ſubinde quærit. Conatibus tuis felices porro ſucceſſus ſincerè apprecor, & longùm vale publico, cui natus es, bono. Dat. Welferbyti 10. Auguſt. 1661.

Juſtus Georgius Schottelius, D. Conſiliarius Guelphicus.

HERM. CONRINGIUS
JOHANNI BUNONI V. C.
S. P. D.

DUO ſunt Geographicæ doctrinæ ſumma quaſi genera, eaque multùm diverſa, clariſſime Buno: quorum alterum μαθηματικὸν dixeris, alterum ἱστορικόν. Enim verò illud nihil eſt aliud, quàm Orbis terræ partium ſecundum longitudinem & latitudinem ex Mathematicis principiis facta deſcriptio. Quæ proinde veluti ὑπάλληλος eſt Arithmeticæ, præprimis verò illi Geometriæ parti, quam τεωγωνομετρίαν appellamus; perinde ferè atque ſunt Optica, Mechanica, Muſica, Hydraulica, Gnomonica, Dioptrica, aliaque id genus quàm multa. Quamvis ſanè etiam aliis hæc Geographia (quæ ſi vocis primam vim ſpectes, verè eſt γεωμετρία) adminiculis utatur (ſicut noſtra hac ætate admiranda illa Magnetica vis in auxilium aſſumi ſolet) omnia tamen diriguntur potiſſimùm Mathematicis regulis. Cæterum eſt quidem hæc Geographiæ tractandæ ratio maximè accurata, nec enim terræ partium menſuram exquiſitè quidem aliter definieris; eſt quoque & aſtrorum ſcientiæ ſummè utilis, ſaltim ex parte aliqua, quandoquidem cœleſtium motuum calculus, niſi ad compertæ exploratæque latitudinis loca exigatur, conſtare ſibi non poteſt; eſt denique cum aliis, tum nauticis præcipuè per vaſtum Oceanum inſtituendis negotiis, quæ hodiè præ lucri amore inſanis adeo conatibus peraguntur, perquam commoda; ac proinde optanda, profectò etiam humanæ vitæ: Attamen ſimul illa eſt difficillima acceptu, fortaſſis etiam nunquam integrè impetranda. Nec verò niſi à multum eruditis comparari poterit, & magno ſtudio, vel unius alteriuſque loci omnibus numeris (ut ita dicam) accurata menſura. Omnium igitur locorum orbis univerſi plenam ejuſmodi cognitionem, quis vel auſit exſpectare, in eorum qui talia docti ſunt, exiguâ multitudine? Sed & requiritur huc rerum ſive cœleſtium ſive terreſtrium quarundam diligens & plena otii exploratio. At nihil eſt verius eo, quod ingenuè aſſeruit Athanaſius Kircherus, nunquam, ſatis laudati operis de arte Magnetica libro ſecundo parte quintâ cap. 6. q. 2. diſquiſitione ultima. *Magna*, inquit ille, *cautela & circumſpectione in experimentis capeſſendis opus eſt, antequam rem ita ſeſe habere aſſeratur: dici enim vix poteſt, quàm ſæpè aliud, quàm quod intenditur, proveniat. Quod cum in omnibus, tum in Magneticis obſervationibus verum eſt, videmus excellentiſſimos & longo diuturnoque uſu exercitatiſſimos artifices diverſitate obſervationum adeò perplexos redâi, ut ſæpè quid dicant ſentiantque, neſciant: Quod & Keplerus de ſe ipſo ingenuè fatetur. Qui cùm poſt ſepties obſervatam diametri ſolaris quantitatem, ſemper diverſam, nunquam eandem deprehendiſſet, impatientiâ motus, de Aſtronomiæ perfecta inſtauratione, parum abfuit, quin conclamatum ſcripſerit. Ineſt enim viſivæ potentiæ, & humoribus opticis, nunc compreſſionem dilatationemque, modò propter aliam & aliam diſpoſitionem organi jam ex infinita diverſitate mediorum, in quibus aliter atque aliter ſpecies refringuntur, neſcio quid deceptitium: Ut proinde mirum non ſit, diverſas inde promanantes obſervationes ingentem errorum materiam inducere. Adeò ut auſim affirmare, obſervationem, ut perfecta ſit & omnis erroris fallaciæque*

laciæque expers, ab angelo fieri debere. Quod tamen nolim ita accipi, quasi cœlestium observationum nulla sit certitudo. Est enim; sed perfecta omninò observatio rariùs reperitur. Prorupit verò in hæc verba Kircherus, posteaquam prolixè & maximâ industriâ congessisset complura in id, quo possit certa ratio haberi latitudinis omnium locorum in terra per experimenta facta: dixisset item quàm plurima de Magnetis lapidis in polos directione pariter, & ejusdem à linea meridiana multiplici declinatione, in quorum exacta notitia οἱ χαρίσαντι nostri temporis Geographi Mathematici maximum illius doctrinæ, imò unicum præsidium, aliquamdiu collocavere: Cumque tandem coactus veritatis vi fuisset fateri ipsiusmet illius Magneticæ variationis multiplicem variationem, atque adeò nec ab illa quidem cognitione certam indubitatamque latitudinis inveniendæ artem posse exspectari. Id quod est longè verissimum: Perinde atque laudanda est ejusdem ingenua confessio de impossibili investigatione certæ longitudinis per Magnetem; quam habet ejusdem libri parte sexta Problemate sexto. Quàm difficilis autem sit & alia quævis ratio certò explorandi elevationem poli sive latitudinem, non obscurè profectò videtur indicare præstantissimorum quorumvis Mathematicorum, post multiplicia experimenta, & inter sese & cum semet ipsis de uno eodemque loco dissensio. Non dubitavit sanè ipsummet Tychonem, de ea, quæ Uraniburgi est, poli altitudine, inconstantiæ arguere Martinus Hortensius: quamvis illa fateor scrupulum non excedat. Ejusdem Tychonis errorem circa altitudinem Pragensem, post Snellium accuratissimum utique Mathematicum, perstrinxit etiam Ricciolus in suo Almagesto. Quanto difficilior autem Longitudinis certa investigatio! Certè ut Latitudinem, diligentissima cum sideribus facta collatione, tandem acquiri posse haud negaverimus, de Longitudinis tamen firma ratione comparanda, propemodum est, uti desperemus. *Non ita pridem,* ait idem, quem antè laudavi, Kircherus, procœmio in partem quintam libri secundi, *vir Geographicæ disciplinæ peritissimus, ad me Romam misit Tabellam discrepantiæ Geographorum in unius Romæ & Coloniæ, celeberrimarum licet urbium, longitudine & latitudine assignanda propalatam: In qua quindecim auctores allegat, ad unum omnes non in longitudine tantum, sed & latitudine harum urbium assignandæ discrepantes.* Quid dixerimus de aliis locis minus celebribus, minus vicinis? Quid dixerimus de locis omnibus universi orbis? Inter antiquos Græcos Mathematicos sanè est conatus dare posteritati ejus generis plenam Geographiam ipsemet Claudius Ptolemæus (una certè illa ex omni isthoc ævo hodie supereſt) quanta autem ille errorum portenta tradidit? *Si quis voluerit Tabulas Ptolemaicas cum modernis leviter conferre* (rectè scribit idem Kircherus) *in sola Indiæ Orientalis ora comperietis modernas à Ptolemaicis discrepare modò triginta, aut quod dicere pudet, quinquaginta gradibus: qui ad Æquinoctialem circulum efficiunt milliaria Germanica communia quadringenta quinquaginta.* Nemo Geographorum Astronomorumque nostri ævi de Ptolemæo non idem conqueritur. Dixerit quis fortè, faciem terræ mutasse multùm ab ævo Ptolemæi. Mutavit sanè: At grandis adeo mutatio, quâ sit effectum, ut in nostri ævi statum vetera omnia Ptolemaica fuerint traducta, cuinam fiat verisimile? Enim verò haud quidem pauca hodieque supersunt in septentrionalibus etiam hisce terris indicia ingentis factæ mutationis, (quæ inter, me quidem judice, & illæ muscæ & ranæ aliaque similia succino comprehensa indicant, aridum olim fuisse, ubi nunc Balthicum mare super succini divitias est diffusum) at illa mutatio omnis facta jam tum olim videtur vi magni illius diluvii, quo terra universa fuit obruta: A Ptolemæi autem ævo nihil simile contigit. Ptolemæi præterea exemplo Geographiam hanc etiam Arabes nonnulli excoluere, sed præter Asiatica & Africana vix illi quicquam ferè attigerunt, illa autem ob longinquitatem tuta sunt ab examine nostro; licet etiam apud credulos facilè inveniant fidem, suspicione tamen prudentium haud temerè patiuntur sese eximi. Recentiores Europæi nostri, sparsim quidem, non tamen sine insigni profectu, doctrinam hanc excoluerunt. Quamvis enim tenebras etiam offuderint, vel certè molestias creaverint haud exiguas, temerario ausu mutandi pro lubitu primum meridianum; nec omnium mensuram hactenus vel aggressi sint explorare; in multis etiam explorandis minùs feliciter sese gesserint; vel scilicet solis Magneticis auxiliis subnixi, vel non justâ curâ cum cœlestibus institutâ terrestrium collatione: Attamen negari haud potest, multorum illos passim per universum orbem locorum mensuram situmque jam prodidisse; atque adeò, si non quantum ad Astronomiæ & maritima-

rum navigationum, tamen ad communem vitæ uſum, Geographiam mathematicam haud parùm noſtra ætate excultam eſſe.: Certè longo intervallo (ſive ampliſſimam terræ partem veteribus planè incognitam, ſive majorem ſolito in menſura cognoſcenda induſtriam ſpectemus) noſtra tempora ſuperare iſthac in re Ptolemaicum ævum, multò magis Eratoſthenis aut Hipparchi ſecula. Quin imò, etſi omni ex parte abſoluta univerſi orbis Mathematica Geographia excedat captum humanarum virium, eóque ſperari nequeat : non dubito tamen, obſervato illo, quod ingenioſiſſimus Athanaſius Kircherus dedit conſilium, brevi magnum illius doctrinæ incrementum ſecuturum : Ut fortaſſis ulterius ne voto quidem opus futurum ſit.

Longè minoris operæ eſt & expeditu facilius Geographiæ illud ſtudium, quod Hiſtoricum appellavi ; ſi præſertim non niſi tui temporis rationem habere animus ſit. Quin imò videtur majus quodque ſtudium egredi limites hujus doctrinæ. Et verò obtentu hujus Geographiæ bona pars Hiſtoriæ cum naturalium tum civilium rerum poteſt doceri: quæ tamen ſeorſim atque alio loco potiùs fuerit tradenda. Is vero τὰ περίεργα docendi mos jam tum olim inoleverat. Ariſtoteles ſanè in Rhetoricis affirmat, ὅτι πρὸς μὲν τὴν νομοθεσίαν αἱ τῆς γῆς περίοδοι χρήσιμοι, ἐντεῦθεν γὰρ λαβεῖν ἔστι τὰς τῶν ἐθνῶν νόμους. Sunt videlicet illæ τῆς γῆς περίοδοι, libri itinerarii, quibus terrarum ſitus & deſcriptiones continentur : Cujusmodi ex priſco ævo hodieque ſuperant opuſcula Scylacis Caryandenſis & Hannonis Carthaginenſis, multum diverſa ab Itinerario Antonini, quod appellatur, & Burdegalenſi, Tabulisque Peutingerianis, ut & Periplis Arriani & Marciani Heracleotæ. Pertinent autem utique omnia talia ad hoc genus Geographiæ. Atque Ariſtoteles quidem videtur potiſſimùm, præter opuſculum Scylacis (quem perperam nonnulli Dario Codomanno æqualem faciunt, cùm fuerit miſſus à Dario Hyſtaſpis filio, ignotas Africæ terras exploratum,ceu narrat Herodotus) habuiſſe in animo Eudoxi opus περιόδου τῆς γῆς titulo olim celebre: Ipſemet verò ſatis oſtendit, minùs ſibi placere illam operoſiorem naturalium civiliumque rerum cum Geographicis miſtionem, ſeorſim animalium hiſtoria doctiſſimis ſcriptis exhibita, ſeorſim item præclaro opere omnium fere civitatum non Græciæ ſolùm, ſed etiam Barbariæ moribus inſtitutis & diſciplinis deſcriptis. Ad quod Exemplum ſua componens Theophraſtus, ſeorſim item multijugis voluminibus cum leges omnium gentium tum plantarum hiſtoriam fuit perſecutus. Quale quid videtur pòſt & Dicæarchus præſtitiſſe, ut Theophraſti diſcipulum agnoſceres ; tales enim fuerunt illius tres libri de populis Græciæ, eorumque civitatibus ac moribus, quorum hodieque exigua quædam fragmenta ſuperant. Cæterùm paulo pòſt relapſus videtur iterum ad priſcum ferè inſtitutum ipſemet Eratoſthenes: parciùs tamen. Quapropter ſcribit libro ſecundo Strabo, illum πλαγᾶ ἐκπίπτειν πρὸς τὸ ἐπιστημονικὸν τῆς περικειμένης ἱστορίας: vitio ſcilicet vertens Eratoſtheni, quod ſæpius verſetur in iis, quæ ſunt ἐπιστημονικὰ h. e. quæ propria magis ſint Geographiæ Mathematicæ, quam ſcientiam appellat. Id quod tamen in Eratoſthene ego quidem potiùs laudaverim, ut qui tenuerit in hiſtoriis modum: Quem utrùm obſervaverit ipſe Strabo, fortaſſe haud injuria dubites: quamvis omnia ejus plena ſint variæ ſolidæque doctrinæ, civilium cumprimis rerum: quarum ſcientiâ valuiſſe virum vel una illa Maſſilienſium reipublicæ deſcriptio indicaverit. Pomponium Melam, & Solinum, & Latinos paucos alios religioſiores dixeris: niſi prodidiſſent, feciſſe id præ inopia eruditionis, non ſapiente aliquo conſilio. Idem verò planè eſt genius ſcriptorum, quæ Anonymus ille Nubienſis, & Abulfeda ex Arabum natione ad nos tranſtulerunt : quanquam Abulfedam meritò illis omnibus prætuleris peritia Geographiæ Mathematicæ, & accuratioris tractationis. At cum mille ampliùs annos Geographiæ ſtudia omnia per Europam refrixiſſent, eaque non nihil viciſſim erigere caput cœpiſſent, ſeculo præcedente, multùm denuò illâ Hiſtoriæ nimiâ abundantiâ Geographiam oneraverit cumprimis Sebaſtianus Münſterus: culpandus ideo etiam, quòd ferè totus ſit in Germaniæ rebus narrandis, cùm univerſi tamen orbis (cujus Germania eſt pars perquam puſilla) deſcriptionem dare debuiſſet. Alii parciùs quidem hiſtorica illa perſecuti ſunt, attamen & hos deprehendas occupari in narrationibus à Geographiæ negotio planè remotis. Quo vitio laborant profectò etiam illa, quæ nitidiſſimis ſuis tabulis Geographicis Ortelius, Mercator, Hondius, Blavius, aliique addiderunt. Et ſanè, ſi verum fatendum eſt, ſola illa quæ ad ſitum ac menſuram regionum populorum urbiumque attinent, narrare, Geographici eſt argumenti : reliquum

liquum omne ab illo quidem loco alienum ; quantumvis & illæ narrationes multum habeant cùm jucunditatis, tum etiam commodi. Enimverò in qualibet methodo atque disciplina sunt illa sola domestica & propria, quæ primò ac per sese competunt objecto, circa quod versandum est : nec temere illi sunt limites egrediendi. Illis sanè haud observatis, usu venire solet, ut identidem quæ docenda erant, non doceantur, doceantur autem quæ docenda saltim ibi non erant, & τὰ πάρεργα τὸ ἔργον excludant. Jam verò habet pro subjecto Geographia tellurem : at non simpliciter (pertineret enim isthuc penè omnis naturalis historia imò Philosophia, pertinerent omnes artes, pertineret omnis humanarum rerum historia, pertineret universa Philosophia practica) sed in tantum duntaxat, in quantum partes terræ omnes sunt varii situs, variæque longitudinis & latitudinis. In hoc campo igitur & demonstrationes & narrationes Geographicæ debent decurrere: si extra illum vagentur, in vitio sunt. Nec enim in hisce solis licet occupati, non satis invenient Geographiæ magistri, quod agant : Amplissimum scilicet terræ spatium & ingens multitudo ejus est partium ; quarum situm narrare, in officio illius disciplinæ est. Crevit certe labor plurimùm, ex quo Americæ, quam vocant, & tot insularum Oceani cognitio centum & ampliùs annorum intervallo accessit. Crescit paulatim magis magisque, novis subinde terris industriæ navigantium versus Antarcticum præcipue polum sese aperientibus. Quæ omnia doctissimos quoque veteris ævi latuerunt. Nec enim nunc moror de Atlantide Platoni prodita, aut illos S. Clementi Romano in Epistola ad Corinthios memoratos trans Oceanum mundos, aut denique felices Phœnicum & Carthaginensium ultra Herculis columnas navigationes, & quæ hisce sunt similia : Platonica enim illa fabulis simillima, saltim incertissimæ fidei ; & mundi Clementis transmarini nihil fortè sunt aliud, quàm Britannia, aliæque Oceani insulæ, ceu visum est Patricio Junio, etsi aliter videantur accepisse Origenes, Hieronymus, Epiphanius & Photius : Navigationes, postremò, Phœnicum & Carthaginensium ad Cassiteridas aliasque insulas, perrexisse ad insulas Capitis viridis, fortassis etiam ad Fortunatas, ut non est vero absimile, ita ulteriùs iviſſe, fidem indubitatam haud meretur. Non etiam quidem negaverim, debuisse meritò jam tum olim saltem sapientioribus quibusque suspiciones nasci, de vasta telluris trans Oceanum amplitudine, vel eo, quod cæteroquin altera pars telluris alteri nimium præponderaret, atque ita centrum magnitudinis terræ cum centro universi non possit convenire. Eo sane argumento ductus equidem haud dubito profiteri, terram Australem, quam vocant, insigni item esse magnitudine : nisi forte perpetuæ rupes pondere suo magnitudini quid detrahant. Verum enim verò certum tamen est, suspiciones ejusmodi, si modò ulli, natas paucis : vulgo certe hominum non veniſſe in mentem. Quicquid sit, nihil de horum omnium positu quidquam certi est monumentis antiquis traditum, atque adeo Geographorum ingenia olim macerare non potuit illud, secus atque fit hodie. Quid, quod vetus illud ævum ne Europæ quidem Asiæ & Africæ omnia perinde atque hoc nostrum habuerit cognita ? Ipsemet Strabo fatetur : *Quæ trans Albim ad Oceanum, sunt nobis prorsus ignota.* Etiam id verò quod Rhenum inter & Albim est tum demum innotuerat ; & Britannia ante Cæsarem perinde Romanis fere audiebatur, atque hodie nobis Terra australis. Longè adhuc majoris circa septentrionalia veterum Græcorum ignorantiæ indicia præbent, hodieque nobis Meteorologica Aristotelis scripta, Istri originem ex Pyrenæo arcessentia. Quæ ideo adfero, ut appareat, quàm sit hodie operosior atque olim Geographiæ plena cognitio.

Non diffitebor autem, quamvis latè satis diffusa sit isthæc omnis Geographica disciplina, modò nostri ævi conditionem velis eâ, quâ par est, curâ componere ; posse tamen illam justo adhibito studio faciliùs longè comparari, quàm si etiam priscorum temporum statum accuratè intelligere sit propositum. Hic scilicet quasi mare aliquod vastum, plenumque errorum, tibi ingrediendum fuerit. Enim verò veterum rerum plerarumque memoria ad nos pervenit perquam parcè atque obscure, eaque non nisi per partes & variis monumentis est sparsa : ut perquam difficulter in unum colligi & perspicuâ oratione prodi res illæ possint. Longi porrò temporis vitio immane quantum penè omnia mutavere : ut campos nunc videas, ubi Troja fuit ; alia mari & fluctibus absorpta, alia terræ motibus eversa, alia inculta hodie & derelicta, alia vi militari diruta. Quibus vicissitudinibus ipsi montes & flumina fuerunt interdum obnoxia ?

obnoxia ? Unde iterum multa caligo animo objicitur : nullo fermè ſuppetente conjecturis ſubſidio ; imò tenebris potiùs naſcentibus, ex iis, quæ oculis noſtris nunc ſubjecta ſunt. A quibus moleſtiis & laboribus, imò & erroribus, vacua omninò eſt recentis omnis Terræ deſcriptio. Eo fit ſanè, ut vetera illa ſoli, qui antiqua monumenta quælibet ſummo ſtudio tractare, & accuratâ mentis acie diſperſa colligere atque judicare ſolent, aſſequi ac docere ſint idonei. Quanti ſanè eſt, confuſis ordinem, obſcuris lucem, obſoletis nitorem, defunctis vitam reſtituere ! Quàm paucis hoc quidem præſtare datum eſt ! Enimvero hanc ego difficultatem præcipuam cauſam arbitror, quare tanto in ſcripturientium numero pauci adeò veterem Geographiam illuſtrare ſint aggreſſi, longè pauciores in ea pretium fecerint operæ. Acceſſiſſe tamen fateor etiam illud, quod veteris Geographiæ nullus ſit hodie uſus, niſi ad intelligenda ſcripta, quæ ſuperſunt ex ævo priſco. Quod officium adſcribi olim ſolet ſecundo Grammaticæ artis generi, quod ἐξηγητικὸν nuncupant & ἱστορικόν. Unde vetus Geographia ſolis doctis, & quidem cum primis Philologis iſtis, inſervit maximè : cùm recens quæque telluris enarratio omni hominum generi, & ad noſtræ vitæ commoda profit plurimum. Inter veteris autem illius Geographiæ excultores equidem familiam ducere, & omnium principem arbitror Philippum Cluverium. Nec dubito idem mecum ſenſuros alios, qui quidem animo defæcato volumina illius, ſaltim quibus Germaniam, Italiam & Siciliam antiquam illuſtravit, legerint. Aliter enim alios nonnullos in Batavis judicaſſe, non me fugit, ſcio verò etiam illos & certaminum quorundam ſtudio nimium fuiſſe deditos. Produnt certè ſcripta illa viri induſtriam in Geographico iſthoc ſtudio incomparabilem : Et quidni ? cùm non gravatus fuerit pedes univerſam Italiam & Siciliam luſtrare, quo utramque eò accuratiùs poſſet narrare. Produnt eadem lectionem infinitam, judicium acre ſimul & elegans. Nec tamen ab omnibus illa erroribus vacua dixerim : Ego fateor, in haud paucis à Cluverio, in Germaniæ cumprimis noſtræ rebus, diſſentio ; quas meas ſententias Tibi etiam, Clariſſime Buno, jam video probari. Nec tamen minùs principatum in hoc doctrinæ genere illi tribuere vel tantillum dubito : idque quandoquidem in longè plurimis, imo in propè infinitis, non tantum conatus omnium antegreſſos ſuperaverit, me judice, ſed etiam meliorem ſpem præceperit : ad quam doctrinæ vim collati errores nihil ſunt niſi nævi exigui in corpore formoſiſſimo. Utinam ſanè haberemus veteris Geographiæ ab illa manu reliqua ! Utinam modo Græciam antiquam haberemus Cluverii induſtriâ elaboratam ! Quanto id eſſet conjunctum cum fructu literariæ rei ! Haberemus autem, niſi mors præpropera virum abſtuliſſet. Nunc cogimur contenti eſſe noſtris Catonibus, quamvis neutiquam Cluverio comparandis. Neque vero Te fugit, quanta in exſpectatione fuerit Græcia antiqua à Joanne Laurembergio illuſtrata : quamve multum ſit impar Cluverianæ Italiæ, Siciliæ & Germaniæ : Utpote quæ præter Tabulas, affabre licet confectas, nihil penè habeat quod vel verè Geographicum dici mereatur. Et tamen cùm deſeruerit nos Cluverius, nunc impensè lætamur, vel ita demum deſiderio noſtro ſatis eſſe factum. Perinde ſcilicet atque infelix illud Cluverii fatum acceptiora nobis reddit, quæ in hoc ſtudio, cum alii, tum Mercator imprimis & Ortelius poſteritati reliquerunt. Ea propter, ceu antehac feci, ita nunc etiam laudo, operam abs Te, Clariſſime Buno, impenſam in id, ut per compendium literario ordini exhiberes Italiam pariter & Siciliam antiquam Cluverii : Idque cumprimis quandoquidem ipſamet grandia ejus volumina & rariùs hodie inveniantur venalia, & præ magnitudine lectores quàm multos abſterreant potius, quàm ut alliciant ; & tamen ad intelligenda recte monumenta vetera, Romanarum ſaltim rerum, Cluveriana iſthæc longe ſint utiliſſima. Non deſinam etiam Te impellere, ut perficias quod moliris, & jam habes affectum, compendium ſcilicet Cluveriani operis de Germania antiqua : quantumvis veterum ſcripta minùs fuerint circa res Germanicas occupata, atque adeo ille tuus labor ad explicanda illa veterum monumenta non perinde poſſit adjuvare, atque ille Italiæ & Siciliæ adhibitus; Fuiſſe autem Cluverium non duntaxat antiquæ, ſed & recentis noſtræ Geographiæ perquam peritum, luculentiſſimo ſane argumento eſt poſthumus ille libellus, quo per epitomen veteris noſtrique orbis deſcriptionem eſt perſequutus. Nec verò vel huic quidquam ſimile videas. Quis enim alius veterem novamque Geographiam unâ operâ docuit ? Utut haud negaverim, multa ſatis etiam hic reperiri valde mendoſa : quæ tamen jure excuſationem mereantur ; quoniam

niam ultima manus non acceſſerit, ſed fœtum immaturum mors præpropera informem propemodum multis partibus effecerit. At bonum factum, Clariſſime BUNO, quod ne hoc quidem in libello Cluverium deſerueris. Et vero ſentio abs te annotationibus illuſtrata plurima cæteroquin obſcura intellectu: alia etiam rectiùs tradita: Tabulis præcipuè novis additam quaſi lucem maximam. Novis inquam. Etenim quas ex Ortelio in Batavis nonnulli adjecere, parum abeſt, quin officiant illæ potius quàm proſint, ob ſententiarum Cluverium inter & Ortelium diſcordiam. Accedit, quod Index etiam ille, quem magnâ curâ confeciſti, non poterit non eximio eſſe uſui. Dixerim certè, nunc demum poſſe libellum reapſe efficere, quod debuit quidem, fruſtrà tamen hactenus fuit ab illo exſpectatum. Non potuiſſes ſane melius de ſtudioſa juventute mereri; dum ſcilicet paras illi aditum, cum ad eruditæ vetuſtatis ſcripta intelligenda, tum ad hujus etiam orbis ejuſque præcipuarum partium notitiam. Perge verò, ô optime, in hunc modum bene mereri! Perge præſtantia quæque ſcripta, ſaltim ad hiſtoriam pertinentia, ceu eximiè cœpiſti, claram in lucem producere! Referet Tibi gratias immortales, ſi non hoc ævum, utique odii & invidiæ vacua poſteritas. Ego autem Deum obſecro, uti integras vires corporis Tibi largiatur; quo poſſis animo id præſtare, quod in votis tibi eſſe, ſatis compertum habeo. Helmſtadii in Academia Julia XV. Kalend. Septemb. Anno CIↃ IↃC LXI.

HERM. CONRINGIUS
JOHANNI BUNONI V. Cl.
S. P. D.

ANnus quintus agitur, quum & laudarem tuam in edenda Cluveriana Epitome Geographiæ præſtitam operam, & quaſi certò promitterem, fore, ut iſthoc nomine, ſi non hoc ævum, ſaltim odii & invidiæ vacua poſteritas tibi gratias referat. Non falſum me eſſe animi, tu quidem reapſe jam expertus es, ſed ego plurimum gaudeo. Idque non quod tanquam vati mihi velim impoſterum credi, ſed quoniam ſentio, pretio ſuo & ipſa Geographica ſtudia, & tuos labores æſtimari. Enimvero ſunt illa ipſa ſtudia vitæ civili perquam utilia: bonus autem quiſque lætatur meritò ſi vita illa hominum ſolito nonnihil rectius ſeſe habeat. Quidni vero etiam gaudeam, ſi amico, qualis tu mihi es ab amnis multis, benè ſit? Benè autem eſſe tibi arbitror, non quod divitiæ aut honores affluant, (quamvis enim & hæc bona tu merearis, non tamen vel ipſe tu facis hæc tanti, ut horum poſſeſſione felicitatem cenſendam eſſe exiſtimes) ſed cum docendo ſcribendoque plurimum prodeſſe cumprimis tibi ſit propoſitum, quod hujus voti tui abundè fias particeps. Accedit, quod paſſim apud doctos & intelligentes magnam jam tum laudem tibi comparaveris, & æternam poſſis immortalemque gloriam nomini tuo polliceri: id quod vulgo quam multis ipſa beatitudinis creditur ſumma. Placere autem cum alia tum præcipuè Geographica iſthæc tua, certiſſimo utique documento eſt ſaltim velox illa omnium diſtractio, etſi centena multa exempla prodiiſſent in lucem. Quemadmodum verò ante quinquennium laudavi illas Geographicas operas tuas, quas tum edidiſti, ita gratias tibi jam ago, quod utiliſſimo illi ſtudio rurſum curas impenderis. Superaſti ſcilicet te ipſum quaſi iteratis illis laboribus: dumque nobis jam reddis omnia iſthæc & elegantiora ſolito & locupletiora, ſolidas utique gratias promereris. Video equidem & veterem pariter & novam Geographiam multis acceſſionibus aut emendationibus nunc illuſtratam: in Tabulis quoque ipſis, quæ ante præterviſa fuerant, haud pauca paſſim mutaviſſe jam in melius; atque in univerſum tuas haſce δευτέρας φροντίδας ſimul eſſe prioribus σοφωτέρας. Macte ſis præclaro hoc juvandi bonum publicum ſtudio Clariſſime BUNO! Cumque dubitare non poſſis, facere te pretium operæ, perge in hoc campo, ceu feciſti hactenus, ſtrenuè. Equidem Deum veneror, uti porrò ſecundet labores tuos, imo ſi & hoc fas eſt petere, in ſolatium operæ & præmium aliquod conferat, quæ mereris, deſiderata aliis lautiora quævis mollius ſolito vivendi ſubſidia. Helmſtadii IV. Non. Aug. Anno CIↃ IↃC LXVI.

Tabulæ

Tabulæ Geographicæ propter faciliorem uſum in peculiare compingantur volumen. Ita enim perpetuo erunt in promptu, & commodiùs inſpicientur, neque, quod foliis commentarii toties vertendis ac revertendis aliàs ſolet fieri, impedient legentem. Sin vero cui placuerit, Tabulas uno eodemque cum commentariis habere codice, paginis indiculo hoc notatis iſtæ inſerantur.

I. Tabula Ventorum, ad paginam 16
II. Typus intervallorum variarum gentium, 19
III. Schema demonſtrans Terram eſſe globoſam 30
IV. Typus Orbis terrarum, 31
V. Summa Europæ antiquæ deſcriptio, 45
VI. Hiſpaniæ veteris & novæ deſcriptio, 46
VII. Gallia Antiqua & Nova, 63
VIII. Germaniæ Cis-Rhenanæ Tab. 69
IX. Helvetiæ antiqua & nova deſcriptio, 87
X. Hodiernæ Belgicæ, ſeu Inferioris Germ. Tab. 92
XI. Veteris & novæ Britanniæ Deſcriptio, 102
XII. Populorum inter Rhenum & Albim deſcriptio, 115
XIII. Suevia, quæ cis Codanum fuit ſinum, 119
XIV. Vindeliciæ & Norici deſcriptio, 120
XV. Nova totius Germaniæ deſcriptio, 124
XVI. Regni Daniæ Delineatio, 166
XVII. Suecia & Norvegia, 169
XVIII. Italia antiqua, 174
XIX. Italiæ Gallicæ ſive Ciſalpinæ deſcriptio, 176
XX. Etruria, Latium, Umbria, &c. 181
XXI. Campania, Samnium, Apulia, &c. 192
XXII. Italia nova, 203
XXIII. Sicilia, 225
XXIV. Sardinia & Corſica, 230
XXV. Pannonia & Illyricum, 233
XXVI. Hellas, ſeu Græçia univerſa. 243
XXVII. Epirus, 245
XXVIII Peloponneſus, 246
XXIX. Achaja, 251
XXX. Macedonia & Theſſalia, 258
XXXI. Daciarum, Mœſiarum & Thraciæ Deſcriptio, 274
XXXII. Sarmatia & Scythia, 290
XXXIII. Poloniæ Regnum, 293
XXXIV. Boruſſiæ & Caſſubiæ, &c. Tabula nova, 302
XXXV. Aſia, 310
XXXVI. Scythia & Tartaria Aſiatica. 311
XXXVII. Imperium Sinarum. 320
XXXVIII. India Orientalis, 323
XXXIX. Perſia, Armenia, Aſſyria, &c. 336
XL. Cherſoneſus, ſeu Natolia, 351
XLI. Terra ſancta, 363
XLII. Syria. 372
XLIII. Africa, 385
XLIV. Ægyptus & Cyrenaica, 386
XLV. Mauritania & Africa propria, 395
XLVI. America, 415

TABULÆ Novæ huic Editioni additæ.

XLVII. Syſtemata Mundi pag. 6
XLVIII. Typus ventorum Brietij 16
XLIX. Fluvii Galliæ 69
L. Inundatio Batavica 96
LI. Cellarij Germania antiqua 113
LII. Veteris Germaniæ 114
LIII. Germanorum veterum veſtimenta, &c. 117
LIV. Cataractæ Rheni, &c. 221
LV. Ordinum Germanorum Comitia. 139
LVI. Lapponum veſtimenta, &c. 173
LVII. Imperium Romanum, 204
LVIII. Græcia antiqua 244
LIX. Cataractæ Danubij 281
LX. Tabula Paradiſi 378
LXI. Templum Solomonis & Arca Noæ 365

PHILIPPI CLUVERII INTRODUCTIONIS Emendatæ, Illuſtratæ, atque Auctæ, IN UNIVERSAM GEOGRAPHIAM, TAM NOVAM, QUAM VETEREM, LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Quid Geographia, & quid Globus ſeu Orbis terræ.

I.

GEOGRAPHIA [a] *eſt terræ univerſæ, quatenus nobis cognita eſt, deſcriptio.* Vocabulum ejus Græcum eſt: nam a γαῖα, ſive, γαῖη, id eſt, *terra*, (pro quo in compoſitione uſurpatur γία) & γεάφω, hoc eſt, *ſcribo*, compoſitum fit Γεοϛεαφία, id eſt, *Terræ deſcriptio.* Geographia.

II. Differt autem Geographia a Coſmographia, ut pars a toto; a Chorographia, ut totum a parte. *Coſmographia* quippe, quæ a κόσμος, id eſt, *mundus*, & γεάφω, dicitur *Mundi deſcriptio, eſt totius univerſi ſeu Mundi tam elementaris quam ætherii* Coſmographia.

NOTÆ HEKELII.

[a] Heic notandum, quod in folio JOSEPHUS BLANCANUS *Sphæram Mundi*, ſive *Coſmographiam*, Mutinæ Anno 1635. GEORGIUS vero HORNIUS *Orbis antiqui Delineationem* ſeu *Geographiam veterem & novam*, Amſtelod. Anno 1654. atque JOANNES KEPLERUS *Prodromum Diſſertationum Coſmographicarum* Francofurti, Anno 1621. curioſe edi curarunt. In forma autem (ſicuti *communiter* loquimur) 4. edita eſt JO. CHRISTIANI BECMANNI *Hiſtoria Orbis Terrarum* & *Civilis*, & quidem Francof. ad *Oder*. An. 1673. ut & ANTONII DEUSINGII, GALILÆI, PHILOLAI atque HÆLISÆI ROESLINI *Mundi Syſtemata*, quorum *Primum* & *Tertium* Amſtelodami Anno 1643. & 1639. *Secundum* Lugd. Batavor. Anno 1641. & *Ultimum* Francofurti ad Mœnum Anno 1597. ſunt excuſa. Quibus adjungenda *Geographia* NUBIENSIS, ſive *totius Orbis in* 7. Climata *diviſi Deſcriptio*, ex *Arabico* in *Latin.* a GABRIELE SIONITA & JONA HESRONITA verſa, & A°. 1619. *Pariſiis* impreſſa. In forma 8. exſtat P. B. CESTII, JCti inſignis, *Orbis Terrarum Synoptica Epitome*, una cum *Geographia Poëtica*, litteris *Stoërianis* A°. 1591. publicata. Porro LUCÆ de LINDA *Deſcriptio Orbis & omnium Rerumpublicar.* Leydæ A°. 1655. edita. Cui aſſociandus CHRISTIANI FUNCCII *Orbis Imperans*, qui hodie heicce *Rudolfopoli* in f. quoque 8. haud leviter excuditur. Eadem quoque forma eſt impreſſa SEBASTIANI SCHROETERI *Hiſtorica Orbis Terrarum Deſcriptio*, ut & JOACHIMI VAGETII *Orbis Habitabilis*; *Hic* quidem Hamburgi A°. 1613. *Illa* autem Erfurti *duob. Voluminib.* A°. 1620. Sed ABRAH. GOELNITZII *Geographia*, PAULI MERULÆ *Coſmographia* & *Geographia*, ut & BERNH. VARENII *Geographia Generalis* Amſtelodami diverſis ſuper Sec. Annis; *Hæc* quidem A°. 1650. *Illa* A°. 1636. *Iſta* A°. 1649. eleganter ac nitide ſunt edita. *Longe autem præſtantiſſima editio eſt ea, quam publici juris fecit inclytiſſimus* J S. NEWTONUS *Cantab.* A°. 1678. Commendanda quoque eſt SAMUELIS BOCHARTI *Geographia Sacra* Cadomi A°. 1646. in fol. excuſa.

Chorographia. Topographia.

ætherii descriptio. *Chorographia*, cujus vocabulum a χώρος vel χώρα, id est *regio*, & γράφω componitur, *est regionis alicujus particularis descriptio*; veluti Hispaniæ, Italiæ, Germaniæ: hujus pars iterum est *Topographia*, quæ a τόπος, id est, *locus*, & γράφω dicitur; *est hæc loci alicujus particularis descriptio*; utpote agri sive territorii alicujus oppidi, seu pagi: in qua etiam arva, prata, arbores, plateæ, & ædificia depicta veniunt [b]. At Geographia totius terræ situm describit.

Terra.

III. *Terræ* autem nomine in Geographia non *separatim* quartum elementum, ut Physici, accipimus: sed *complexim terram*, una *cum aquis infusis, pro totius universi centro* intelligimus; quod a figura, Orbis seu Globus terræ vocatur.

Globus.

[a] *Globus* quippe *est corpus solidum, undique rotundum, unica superficie contentum; in medio habens centrum sive punctum, a quo omnes lineæ, ad superficiem ductæ sunt æquales* [c]. Unicus igitur ex utroque elemento Globus conficitur; unamque & eandem convexam constituit utrumque superficiem. Hunc vero terræ Globum varie Geographi in circulos atque parteis distinguunt: de quibus singulis ordine agendum. 1

CAP. II.

NOTÆ BUNONIS.

[a] *Unde nec Hydrographia sejungitur a Geographia, quod ex aqua & terra unus conficitur globus. Exstant vero recentiorum opera Tabulæ Hydrographicæ, in quibus Magnetis declinationes, navigationum ductus, & quasi semitæ, ventorumque vicissitudines annotantur. Veteres enim vix se committebant alto: sed ut plurimum litora legebant. Cæterum in* Geographicis cum fructu versaturus, necessum habet Sphærica quædam delibare, & potissimum illa, quibus fundamentum hujus doctrinæ nititur. *Mundum* hunc universum sphæricæ esse figuræ docent Astronomi, eundemque in *regionem Elementarem & Ætheriam* solent dividere. In medio mundi *Terram* ponunt, eamque rotundam & immobilem, quæ respectu Cœli supremi instar puncti est, & cum *Aqua*, quam in cavitates suas recipit, globum constituit, quem ambit *Aër*; sicut aërem *Ignis*, quæ *quatuor* vulgo *Elementa* dicuntur, ex quibus hæc inferiora constant, *Ætbera* vero seu *Cœlum* Plato & Aristoteles in *Octo* distinxerunt Sphæras, Ptolemæus & Cicero *in novem*; at Alphonsus in *decem*, quarum septem dicuntur Planetarum: octava stellarum [c] fixarum; nona huic vocatur Cœlum Crystallinum, seu Aqueum; decima Primum Mobile sive ultimum Cœlum. Scholastici his addiderunt *Undecimam Sphæram* immobilem *Cœli Empyrei*, quod inferius volunt esse rotundum, superius vero quadratum. In eo thronum Dei & sedem Beatorum locant. Infimum inter planetas & terræ proximum locum obtinet *Luna*, supra quam *Mercurius, Venus, Sol, Mars, Jupiter, Saturnus*; quæ *Stellæ* dicuntur *Erraticæ* [d]; quod non eandem semper retineant distantiam a se invicem; ut reliquæ *stellæ octavæ sphæræ*, quæ *Fixæ* dicuntur, & ejusdem inter sese semper sunt distantiæ. Hæ octo sphæræ moventur proprio motu ab occasu in ortum, qui *Motus* appellatur *Secundus*; quo *Luna* cursum suum viginti septem diebus & octo fere horis absolvit; *Mercurius, Venus, Sol*, annuo fere spatio; *Mars* duobus annis, *Jupiter* duodecim, *Saturnus* triginta. At *Fixæ Stellæ* tardissime ab occasu in ortum progrediuntur; ita ut singulis C. annis unum gradum, & XXXVI. M. annis integrum circuitum absolvant. *Primum* autem *Mobile*, seu decima Sphæra ab Oriente in Occidentem movetur, qui *Primus Motus* dicitur, eoque incredibili velocitate spatio viginti quatuor horarum circumagitur, secumque inferiores sphæras rapit. In regione illa ætheria certos quosdam circulos fingunt Astronomi, ut partes mundi & motus cœlestes limitent, mensurent, aut etiam numerent.

HEKELII.

[b] Cui annumeranda (a) *Topothesia*, quam etiam à τόπος, & τίθημι, h. e. *pono*, derivatam esse, & idem valere, ac *loci cujusdam positionem*, seu *situm Specialissimum*, constat.

[c] Seu *Statarum*.

[d] Seu *Vagæ*.

[e] Seu *ejusdem longitudinis*.

SUPPLEMENTUM & NOTÆ REISKII.

1 I. Ne sub initium hujus Geographicæ Introductionis in ipso limine offendat tyro, aut hæreat, paulum explicatius dicenda erunt, quæ ἐς ὁ τόπος ad definitionem dicuntur: Hæc enim nominalis solummodo non realis h. l. traditur. Itaque Geographia pro methodo ac fine duplici, quem scriptores veteres novique accuratius observarunt, nobis & ipsa duplex erit, *Mathematica* nimirum atque *Historica*.

II. (b) *Geographia Mathematica est scientia Globi terreni ex magnitudine, situ, circulis, partibusque aliis mensurandi pariter atque cognoscendi.* Scientiam (1) voco nempe θεωρητικήν, sive contemplativam, (2) globi terreni, non equidem separati; sed cum aqua & aëre conjuncti, h. e. globi terraquei, aut terraquaërei, quem novo nomine recentiores exprimunt: Materia enim sive objectum adæquatum hujus scientiæ globus erit terraquaëreus h. e. terra & aqua cum oceano vasto, & aëre, cujus ambitum Atmosphæram nominant; Idque *objectum* esto *materiale*: *formale* (3) consistet in magnitudine globi, situ, circulis, Zonis, climatibus, aliisque partibus, determinandis atque distinctius connumerandis. Quo pertinet (4) *finis duplex, tum intermedius* in mensuratione, tum *ultimus* in cognitione accurata positus.

III. (c) Ex illa, quam feci, materia sive objecto partes Geographiæ facilius emergent (1) *Hydrographia* sive aquarum & Oceani scientia: (2) *Atmosphærica* h. e. scientia & aëris & ventorum omnium, quotquot oriuntur: Huic enim Anemographia ventorumque notitia subest: (3) *Chorographia*: (4) *Topographia*, h. e. Regionum & Locorum ex mensuris & circulis Mathematicis deducta scientia; Nec aliter

(a) Topothesia. (b) Geographia Mathematica. (c) Partes hujus variæ,

ter ad matheſin illæ pertinent. *Topotheſia*, quæ apud veteres efficta loci deſcriptio fuit, num parti ultimæ ſit addenda, dubito. Certe *Coſmographia*, quam novo appellant nomine, Geographiam nimium excedit, tanquam mundi hujus univerſi exactior ſcientia, cujus partes & Aſtronomiam & Geographiam jure dixeris: Nec ideo tamen pro hac extrema recte ſubſtituitur. Interim ex Aſtronomicis in uſum Geographiæ aliquem conferri poſſunt *Syſtemata mundana*, qualia Schottus in curſu, quem inſcripſit, Mathematico collecta expoſuit (1) Chaldaicum vetus, (2) Platonicum & Ptolemaicum, (3) Ægyptiacum, (4) Copernicanum, (5) Tychonicum, (6) Semi-Tychonicum, Lib. VIII. c. 1. Plura vero ex hypotheſibus recentiorum & obſervationibus poſſe colligi, abunde conſtat, & ſimul perſpicue liquet, cum principiis Mathematicis nec cœlum aqueum ſive cryſtallinum, nec empyreum congruere.

IV. (a) *Geographia vero Hiſtorica nihil aliud erit, quam ſcientia locorum ſingularium, quotquot memoratu digna & in terris ſunt cognita ad uſum vitæ humanæ varium.* Scientiam hanc voco (1) intelligoque practicam ſive activam, Gr. πραχτικὴν, & in actione potiſſimum civili poſitam, (2) locorum ſingularium, ſive ad terram continentem, ſive ad Inſulas & Peninſulas harumque partes pertineant. Materia enim hujus circa quam ſive objectum loca ſunt Globi terraquei, quem vocant, ſingularia, eaque memoratu digna, quotquot hominibus fuerunt cognita, nempe maria, freta, iſthmi, ſinus, pontus, flumina, promontoria, montes, valles, fontes, campi, ſylvæ, urbes, vici, &c. quicunque hactenus innotuerunt, (3) ad uſum vitæ humanæ varium eumque maximum: Hic enim notitiæ hujus finis eſto, ſive uſus publicus, ſive privatus, ſive belli, ſive pacis, ſive profectionis, ſive literarius, ſive nauticus, ſive mercatorius, aliuſve fuerit.

V. Scopum enim varium ſibi præfigunt homines, quotquot Hiſtoricæ Geographiæ aut notitiæ Orbis terrarum operam impendunt, eamque aut *ex obſervationibus propriis, aut ex aliorum relationibus* parant: Obſervationes propriæ multo curſu, tempore, ac longis abſolvuntur peregrinationibus: Relationes aliorum aut ſcriptis aut ſermonibus comprehenduntur. Scripta pro ſuis auctoribus vel antiqua exſtant vel recentia: Sermones itidem pro uſu vitæ ac hominum ſermocinantium ſtatu variant, quos dijudicare prudentis eſt Officium. Adeo longe patet lateque Geographia hiſtorica, quouſque terra univerſa patet, ac partes eaſdem ſuo ambitu complectitur, quas Mathematicæ Geographiæ ſupra vindicavimus: (b) Nempe Hydrographiam, Chorographiam & Topographiam, quatenus in ſpeciali aut ſpecialiſſima ſinguſarium locorum cognitione ac notitia verſantur. Sed omitti Atmoſphærica, neque in hunc cenſum revocari poteſt, antequam navigationes per aërem, aut peregrinationes aëreas, quicunque Mathematici eis hactenus illaborarunt, perficiant demum aut emetiantur: Anemographia tamen atque accuratior tempeſtatum obſervatio quin huc pertineat nullum eſt dubium.

VI. Scripta, quæ Geographiam hiſtoricam juvant, horumque auctores uti duabus claſſibus vel vetera vel nova continentur; ſic veterem nobis novamque non efficiunt ſolum, ſed quoque ſuppeditant. (c) *Geographia vetus* a ſcriptoribus vel Græcis vel Romanis vel Arabicis proficiſcitur: Illos Voſſius in Lib. de ſcientiis Mathematicis c. 43. & 44. Tractatuque de Græcis & Romanis Hiſtoricis, item Boſius in erudita ad notitiam Rerumpubl. Introductione c. 21. nec non Beemannus in Hiſt. Geograph. recenſent: Hos autem Hottingerus in Bibliothec. Orient. c. 2. Boſiuſque noſter illum ſecutus explicant. *Nova vero a novis aut recentibus* pendet auctoribus, quos ordine longo viri antea laudati, Zeilerus etiam in ſuo Indice, pluresque alii producunt. Cæterum quamvis ſcriptores ad utramque Geographiam multo agmine concurrant, utraque tamen adhuc imperfecta, manca, mutila, & infinitis erroribus fœdata deprehenditur. Defectus illos tum veteris, tum novæ Geographiæ vitia & nævos plurimos heic prætermittam, ſuoque illos loco inſeram; Sed lectori unum præ cæteris commendabo Boſium noſtrum, qui hanc in rem luculenter & doctiſſime diſſeruit: Hæc mea quippe ſupplementa ſuis limitibus coërcentur.

(a) Geographia Hiſtorica. (b) Partes hujus variæ. (c) Geographia vetus & nova.

CAP. II.

De Globi partibus & Circulis.

I.

PRimum *Axis* in Globo conſtituitur, ſive linea recta, per centrum terræ tra- Axis.
ducta; quæ eſt totius mundi diameter, a præpoſitione Græca διὰ, id eſt, *per*, & verbo μετρέω, id eſt *metior*, dicta: quaſi medium dimetiens, circum quam volvitur atque convertitur Mundus [a].

II. *Axis* autem *extrema*, *Poli* mundi appellantur, a verbo πολέω, quod eſt Poli.
verto: unde & *vertices* Latinis, & *cardines* [b] dicti; quia circum hos tota mundi machina circumvolvitur, quorum alter *Arcticus*, id eſt, *Urſinus*, ἀπὸ τῆς ἄρκτου, ab

HEKELII.

a Qui hoc & ſequentia hujus libri Capita recte ac commode eſt intellecturus, legat inprimis ANDR. ARGOLI *Pandoſion Sphæricum*, Patavii A°. 1644. in 4. f. impreſſum, ut & FRANC. PATRICII *Pancoſmiam de Æthere* ac *Rebus Cœleſtibus*, Ferrariæ A°. 1591. in fol. edit. ac PLACIDI de TITIS, *Phyſiomathematicam*, ſive *Cœleſtem Philoſophiam*, Mediolani in 4. f. publicatam.

[b] Cœli.

ab *urſa*, vicino ſidere; alter *Antarcticus* nominatur, quia Arctico ex diametro eſt oppoſitus. *a* 1

Arcticus. III. *Arcticus* polus, qui & *Borealis* ſive *Boreus*, & *Aquilonaris* ſive *Aquilonius* a Borea ſive Aquilone vento, qui ab hac plaga ſpirat, & *Septentrionalis* dicitur, a ſeptem ſtellis, quas *Trioneis* vocant, eſt is, qui in his locis, quæ nos incolimus, ſemper apparet.

Antarcticus. IV. *Antarcticus*, qui & *Auſtralis* & *Auſtrinus* & *Notius*, ab Auſtro ſive Noto vento, & *Meridionalis*, a mundi plaga dicitur, eſt is, qui noſtro hemiſphærio nunquam conſpicitur, ſed ſub Horizonte latet.

V. Porro Globo decem præcipui aſſignantur circuli, bifariam diſtincti: primum dividuntur in Majores atque Minores. *Majores* dicuntur, qui idem cum globo obtinent centrum; ipſumque globum in duas ſecant parteis æqualeis. Sunt autem *Æquinoctialis* ſive *Æquator*, *Zodiacus*, *Horizon*, *Meridianus* & *duo Coluri*. *Minores* dicuntur, qui diverſum habent centrum a globi centro; quique globum in duas parteis dividunt inæqualeis. Sunt vero, *Tropici duo*, *totidemque Polares*. 2

Circuli, Recti. VI. Rurſus, ex univerſis circulis alii dicuntur Recti, qui angulos rectos cum Æquatore faciunt: ut *duo Coluri*, *Meridianus* & *Horizon rectus*. alii *Paralleli*, id

Paralleli. eſt, *æque diſtantes*, quod eoſdem cum univerſo polos habeant: quodque æqualiter inter ſe in latitudinem diſtent. Sunt autem, *Æquator*, *Tropici duo*, *totidemque Polares*. Tres dicuntur *Obliqui*, quod diverſos a mundi polis habeant ſuos

Obliqui. polos; *Zodiacus*, *Meridianus* & *Horizon obliquus*. 3

BUNONIS.

a Zodiacus quoque ſuum habet Axin & Polos, quos Colurus ſolſtitiorum in circulis Polaribus ſuſtinet. Præterea Poli Horizontis explicantur cap. ſeqq. ſect. V.

REISKII.

1 Græce ἀρκτικὸς καὶ ἀνταρκτικός.

2 (a) Veluti axis & duo hujus extrema polaria ex hypotheſibus naſcuntur aſtronomicis, ita ex iiſdem diverſi oriuntur circuli, majores pariter atque minores, qui non re ipſa globo inſunt terreno, ſed ab humanis ingeniis huic adduntur, certa veluti Geographicæ capiendæ ſcientiæ inſtrumenta, quæ nec ſuo tamen fundamento aut principio deſtituuntur. Sicut enim navis per Oceanum provecta realem motus lineam & videndam aquis non imprimit, realiter tamen ea per mare ac undoſum hujus ſpatium provehitur: Ita circuli non ſunt ipſi quidem reales; attamen motu corporum cœleſtium reali facto ſphæris proxime cœleſtibus, remote vero terreſtribus imprimuntur.

3 (b) Omnes enim circuli majores pariter atque minores, concipiuntur ab Mathematicis duos habere polos, circa quos moveri poſſent, ſiquidem moverentur: Imo ex ipſis polis omnium circulorum περιφέρειαι vel circumferentiæ in ſphærica ſuperficie deſcribuntur, ut rectæ hinc lineæ ad περιφερείας illas productæ quandam æqualitatem habeant: Ita recte Schottus in Aſtron. Clement. annot. part. 1. c. 4.

(a) Circuli num reales? (b) Circulorum poli.

CAP. III.

De Majoribus Circulis.

I.

Circuli Fixi. MAjores Circuli diſtinguuntur in Fixos, atque Mobiles. Fixi ſive Immutabiles dicuntur, qui eundem perpetuo locum in globo obtinent; ideoque in

Mobiles. globi ſuperficie pinguntur. Sunt autem *Æquator & Zodiacus*. *Mobiles* ſive *Mutabiles* dicuntur, qui non eandem ſemper in Globo ſedem obtinent; ſed multipliciter, pro varia regionum atque locorum mutatione mutantur; ideoque extra Globi ſuperficiem deſignantur: Sunt *Horizon* & *Meridianus*. Sed de ſingulis agendum. *a* II. *De*

BUNONIS.

a *Fixi Circuli quoque ſunt* Coluri Tropici & Arctici. *Non igitur ſoli majores in* Fixos & Mobiles *diſtinguuntur. Quippe Circuli ratione* Quantitatis *diſtinguuntur in Majores & Minores*; *ratione* ſitus, *in Rectos, Obliquos, & Parallelos*; & *ratione* Motus, *in Fixos & Mobiles*. *Ab aliis* ratione Motus Circuli ſeparantur in *Mobiles ac Intrinſecos* qui Sphæræ materiali

II. *De Horizonte.*

I. Ὁρίζων, *Horizon*, ab ὁρίζω *definio* [a], Latine *Terminator*, *Finitor*, & *Finiens*, est *circulus major mutabilis, qui conspectam mundi partem ab inconspecta dirimit*; hoc est, inferius hemisphærium ab superiore. Describitur in theca sive armilla Globi; hujus enim superficies, quæ supera est, vere Horizontis munere fungitur; dirimens globum in duas æquas parteis. Horizon.

II. Est autem *duplex*: alter, qui *ratione* atque intelligentia percipitur; alter qui *sensu*. Is, qui intelligentia percipitur, est, qui ad fixarum stellarum orbem pertingit, & in duas æqualeis parteis universam mundi sphæram dividit; ita ut alterum hemisphærium super terram exstet, alterum sub terra condatur. 1 Rationalis. Sensibilis.

III. Estque *triplex*: *Rectus*, *Obliquus* & *Parallelus*. *Rectus* est, qui per mundi polos transiens, polum seu verticem habet sub Æquatore; quem ad rectos angulos intersecat. *Obliquus* dicitur, cujus vertex ultra citrave Æquatorem incidit: quique Æquatorem ad obliquos angulos intersecat; altero mundi polorum sursum elevato, altero deorsum depresso. Hujusmodi Horizontem qui habent, iis sol & reliqua sidera obliquo adscendunt & descendunt motu. Rectus. Obliquus.

Et *Parallelus* qui Æquatoris plano unitur, habetque locum in Sphæra Parallela. Ac tum sex Zodiaci signa supra Horizontem conspiciuntur. Parallelus.

Is vero, quem sensu percipimus, est Horizon, qui oculo nostro terminatus, quoad usque conspectus ferri potest, extenditur, dividens partem Orbis, quæ nobis cernitur, ab ea, quæ non apparet, cujus diametri longitudo clxxx stadia, id est, millia passuum xxii cum dimidio, milliaria Germanica v. cum v. octavis non excedere putatur; quod oculorum acies non ultra se extendit. β 2

IV. *Mu-*

riali inscripta cum ipsa convertuntur: ut *Æquator*, *Zodiacus*, *duo Coluri*, *duo Tropici*, & *duo Polares*: *Et Immobiles ac Extrinsecos*, qui in conversione Sphæræ manent immoti; ut *Horizon* & *Meridianus*. Hi Auctori appellantur *Mutabiles*, quod pro ratione loci mutentur. Illi *Immutabiles*, quod ubivis locorum maneant iidem.

HEKELII.

a Seu ὁρίζομαι, quod est *certis limitibus desino*, quia apparentem mundi partem ab altera latente determinat.

REISKII.

1 Horizon igitur nec globo terrestri nec mappis Geographicis inscriptus conspicitur, sed basi hujus atque columellis impositus, extremam mediamque superficiem circumdat, & Horizontem astronomicum repræsentat. (a) Hic enim rationalis sive astronomicus Horizon nostro intellectu aut ratione, nullo sensu externo ne visu quidem percipitur: Quippe quo ad extremum cœli fastigium non excurrere, nec medium globi terræ punctum penetrare possumus. Alter autem Horizon sensu nostro describitur capiturque, prout certum terræ aut maris spatium visu metimur, idque usque ad cœlum protendimus, aut protendi optica quadam ratione fingimus. Ergo sensibilis Horizon nec est Mathematicus, nec cœlestis circulus, sed physicus apparensque, qualem astronomi appellant. Ad polos & puncta Horizontis duo extrema recte auctor annotat, ea corrupte Arabicis nominibus efferri. (b) Arabicum enim nomen habetur סמת *semith*, & punctum significat perpendiculariter aut capiti aut vertici meo imminens: Punctum huic verticali oppositum, & a pedibus descriptum אלנדיר *al Nadir* apud Arabes vocatur. (c) Cum enim astronomica æque ac Philosophica universa studia sub Califis diu floruissent, non hæc duo tantum, sed plura technica stellarumque nomina ex Arabicis fontibus ad gentes alias redundarunt. Vide Bajeri Uranometria, Schicardi Astroscopium & Hottingeri dissertat. de usu linguæ Arabicæ.

BUNONIS.

β *Sensibilis Horizon* non est terræ spatium, quod sensu visûs circumducto terminatur & describitur. Etenim si est Terræ spatium, quomodo est circulus cœlestis? Et si in parteis inæqualeis revera secat Globum, qua ratione *Magnus* dici poterit *Circulus*? Non autem in Terra, sed in Cœli Terræque commissura hic circulus nostris oculis describitur, & recte hic dicitur *Circulus Major*; Terra enim oculusque noster in superficie terræ ad Cœlum collata, puncti rationem habent; at *Rationalis Horizon* supra est definitus, qui Globum in parteis æqualeis superiorem conspicuam ab inferiore & latente dividit. Quæcunque igitur de Ortu & Occasu stellarum, & cujuscunque Globi situ dicuntur, ad hunc Circulum *Rationalem* seu *Imaginarium*, ut appellant, sunt referenda.

REISKII.

2 (d) Æquator ab æquatione dierum apud veteres dictus, & globis & mappis Geographicis appingi medius solet, ut ab utroque polo gradibus nonaginta æqualiter distet & per Africam, Insulas Asiæ nonnullas, Americamque transeat. Propterea unus motu suo quantitatem dierum & noctium, situ longitudinem terrarum locorumque Geographicam designat: Hæc enim tanta erit, quantus est arcus Æquatoris ab meridiano primo ad parallelum sive secundarium descriptus.

BUNO-

(a) Horizon astronomicus & sensibilis, (b) Zenith & Nadir, (c) Studia, (d) Æquator.

IV. *Mutabilis* dicitur atque multiplex Horizon, quia non poteſt mutari locus, quo verſum eas, quantumvis mutatio ea perexigua ſit, quin una varientur horizon, regio, & cœlum. Atque hac ratione infiniti poſſunt fingi Horizontes.

V: Porro *Horizontis duo* ſunt *poli:* quorum alter Arabico vocabulo dicitur *Semith*, corrupte vulgo *Zenith:* eſtque punctum [b] perpendiculariter vertici noſtro incumbens: alter vocatur *Nadir* vulgo, at proprie *Nathir*, ſuperiori ad diametrum oppoſitus, Antipodum cervicibus incumbens. ♈

III. *De Æquinoctiali.*

Æquator. I. *Æquinoctialis*, qui & *Æquidialis*, Græce Ἰσημερινὸς, & Æquator, eſt *circulus quinque parallelorum maximus, qui globum in duas parteis æqualeis, ſeptentrionalem & meridionalem dividit, æquali ſpatio ab utroque polo diſtans.* quem cum Sol attingit, æquale in toto Orbe efficit diei ac noctis ſpatium, unde & nomen ei quæſitum. Æquinoctia. Fiunt autem ejuſmodi *Æquinoctia*, quæ *Æquidialia* antiquis dicebantur, bis in anno: ſemel in principio Arietis, quum *Vernum*, atque iterum in principio Libræ, ubi *Autumnale* vocatur. Cæterum nautæ Æquatorem vulgo appellant *Mediam lineam*, ſive nude *Lineam* κατ' ἐξοχήν. ♌

IV. *De Zodiaco.*

Zodiacus. Ζωδιακὸς, *Zodiacus*, eſt *circulus major, internus, mobilis, ſed immutabilis, latus, inter mundi polos oblique locatus; ex una parte Tropicum æſtivum in principio Cancri, ex altera hybernum in principio Capricorni apprehendens*; ac medium *interſecans Æquatorem*; *a quo viciſſim ſecatur, circa* principia *Arietis & Libræ: ita uti altera ejus medietas ab Æquatore ad polum Arcticum, altera ad Antarcticum declinet.* dividitur in XII. parteis, quæ *Signa* [f] vocantur: unde nomen Latinum *Signifer:* dicitur etiam *Circulus Signorum.* Græcum vero Ζωδιακὸς, ἀπὸ τῶν Ζῴων, hoc eſt, ab animalibus, quæ in eo finguntur [g], quorum nomina, duobus verſibus ab Auſonio expreſſa, ſunt iſta:

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍

Signa Septemtrionalia. Sunt *Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,*

♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

Auſtralia. *Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.*

Horum

BUNONIS.

♈ *Officia* [c] *Horizontis* ſunt; 1. Cœlum in duo æqualia hemiſphæria, ſuperum & inferum dividere. 2. Oſtendere Ortum, occaſum & moram ſtellarum ſupra Horizontem. 3. Conſtituere Globum Rectum, Obliquum & Parallelum. 4. Stellas apparenteis a numquam conſpicuis ſecernere. 5. Elevationi poli inſervire. *Eſt autem Poli Elevatio arcus Meridiani inter Horizontem & dati loci Zenith.* 6. Oſtendere quantitates dierum artificialium, æqualeis in Globo recto, inæqualeis in Globo Obliquo, determinatque crepuſcula; quum movetur ſolis locus per 18 gradus Horizonti propinquos.

♌ (a) Æquator, *qui etiam Primi Mobilis appellatur* Cingulum, dividit 1. Cœlum in partem Septemtrionalem & Auſtralem. 2. Eſt menſura & regula Primi motus [d], qui in Æquatore eſt æqualiſſimus. Quoties enim XV. gradus Æquatoris ſupra Horizontem adſcendunt; toties una hora eſt abſoluta. 3. Eſt regula diei & noctis. 4. Eſt Zodiaci menſura. 5. Oſtendit Æquinoctia, quæ fiunt, quum Æquator Eclipticam interſecat. 6. Oſtendit Declinationes Ecliptice & Stellarum [e]. Eſt autem *declinatio diſtantia gradus Eclipticæ vel ſtellæ ab Æquatore, verſus alterutrum polum.* 7. Geographis inſervit in longitudine locorum invenienda; item in conficiendis mappis. 8. Loca ſub Æquatore poſita nullam habent latitudinem.

HEKELII.

[b] Seu *Verticale*, h. e. *directe ſupra loci verticem conſtitutum.*

[c] Seu *Utilitates.*

[d] Seu *Mobilis.*

[e] h. e. *Oſtendit, quæ Stellæ & Eclipticæ partes habeant aliquam* Declinationem, *vel* Septentrionalem, *vel* Meridionalem.

[f] Hæc SIGNA, quorum numero ſunt duodecim, ingenioſe deſcripſit LUCIUS AMPELIUS, p. 11. ſeqq. qui Liber ex *Cl. Salmaſii* Bibliotheca A°. 1660. LUDOVICI & DANIELIS ELZEVIRIOR. opera in f. 8. maj. eſt exc. ac *Floro Salmaſiano* adjectus.

[g] Seu *quod eorum effigies in eo contineantur depictæ*, uti Henricus Lindenbrogius in *Not.* ad *Cenſorini Diei natalis* Cap. VIII. p. 57. *Edition. Lugduno-Batav.* inſit.

BUNO-

(a) Officia Æquatoris.

Systema Mundi secundum **Copernicum.**

The Systeme of Copernicus who holds if ye Sun is unmoveable in ye Center of ye World. ye Mercury makes his Revolution round ye Sun in 3. Months. Venus makes hers afterward in 7 & ½. The Earth in a year. the Moon goes round ye Earth in about 27 days. and afterwards Mars. Iupiter. Saturn & ye Firmament &c.



Secundum **Cartesium.**

The Syteme of Des Cartes who holds that ye Sun is unmoveable in ye Center of ye World. that all ye Matter of ye Heav'n turns on ye same Side with ye Sun that is from ye West by ye South to ye East. He finds a Medium betwixt Copernicus and Ticho Brahe by ascribing no Motion to ye Earth as Copernicus does. but forms Arguments to the Contrary.



Secundum **Tichonem Brahium.**

The Systeme of Ticho Brahe who holds ye Earth to be ye Immoveable Center of ye World. of ye Motion of ye two Luminaries and of the primum Mobile. as he makes ye Sun to be Center of ye Motion of Mercury. Venus. Iupiter & of Saturn &c.



Des Cartes places ye Sun among ye fix'd Stars. & ye Earth among ye Planets. He says that the ye Sun & fix'd Stars seem to be situated in ye same surface of the sphere. these different bodies are nevertheless situated in Spaces superior to one another so that if S be the Sun F. f. will be ye fix'd Stars. & we may conceive an Infinite Number of others. above beneath and beyond the plan of this figure. dispersed thro all ye dimensions of Spaces, &c.



Systema **Ptolomei.**

The Figure of the World

According to the System of **Ptolomee** *who holds that the* **Earth** *is unmoveable in the Centre of ye World.*





Horum verſuum prior *Septemtrionalia*, poſterior *Auſtralia* ſigna continet [e]. Singulis vero ſignis XXX. tribuuntur gradus; qui computati CCCLX. in univerſum conficiunt; in quos totus diſtribuitur Orbis terrarum. ζ 3.

V. *De Meridiano.*

Meridianus.

» Meridianus 4, Græce Μεσημβρινὸς, *major mutabilis circulus eſt, qui per polos mundi, & dati cujuſlibet loci verticem ductus, Æquinoctialem ex tranſverſo interſecat; totumque terræ Orbem in duas parteis diſpeſcit; altera ejus medietate ad Ortum, altera ad Occaſum relicta:* ita dictus, quod Sol, cum in noſtro hemiſphærio eum attingat, apud nos atque omnes eos, qui ſub eodem Meridiano, Septemtrionem Auſtrumve verſus ſunt poſiti, facit medium diei: ac rurſus medium noctis, cum in inferiore

BUNONIS.

[e] Dividuntur 2. Hæc ſigna in (a) *Adſcendentia*, in quibus Sol ex Auſtro in Septemtrionem adſcendit; ut ♑, ♒, ♓, ♈, ♉, ♊. Et (b) *Deſcendentia*, in quibus Sol ex Septemtrione in Auſtrum deſcendit; ut ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, ♐. Dividuntur. 3. In (c) *Vernalia*, ut ſunt ♈, ♉, ♊: (d) *Æſtiva*, ut ſunt ♋, ♌, ♍. (e) *Autumnalia*, ut ſunt ♎, ♏, ♐. (f) Hyemalia. ♑, ♒, ♓.

ζ Ratione Latitudinis, (g) Zodiacus porro dividitur in treis circulos parallelos. Intra duos exteriores Planetæ progrediuntur, eorum (h) Latitudo a quolibet Eclipticæ latere ſtatuitur 8 graduum: quos ſi una ſumas, Latitudo Zodiaci fuerit 16. graduum. Quamquam alii eam 20 volunt eſſe graduum. Medius Zodiaci circulus, ſub quo Sol perpetuo incedit, (i) *Ecliptica* appellatur; ab Ἔκλειψις, *a deficiendo*; quod oſtendat Eclipſeis. Appellatur etiam *Orbita* & *via Solis* [b]. Eſt autem Zodiacus 1. Regula (k) Motus Secundi, Regia Via Solis, Lunæ, omniumque Planetarum. 2. Cœlum dividit in duo æqualia hemiſphæria. 3. Obliquitate ſua gratas efficit temporum viceis; dierum noctiumque incrementa & decrementa. 4. Oſtendit loca Eclipſium. 5. Determinat Zonam Torridam. 6. Ab Ecliptica numerantur Latitudines Stellarum.

» Meridianus, *ſeu* linea medii Cœli, *eſt linea, cui ſuppoſiti populi ſimul habent meridiem; modo Sol illis affulgeat. Accipitur autem* Meridianus *primo pro gradu Longitudinis, & tum* Meridianus *ſimpliciter dicitur: deinde ſumitur pro circulo totum orbem ambiente, & tunc appellatur* Meridanus Major; *de quo agitur hoc loco.* (l) Dividit is 1. Cœlum in duas æquales parteis, Orientalem & Occidentalem. 2. Limes eſt meridiei & mediæ noctis. 3. Diem in tempus antemeridianum & pomeridianum; noctem in horas mediam noctem antecedentes & conſequentes. 4. Summam Altitudinem Solis & Stellarum [i] commonſtrat. 5. Et Poli Elevationem. 6. Oſtendit quoque initium diei naturalis, quod Aſtronomi ſumunt a Meridiano.

Græci mane diem capiebant Solis ob ortu.
Veſpere Judæi. Scrutantes ſidera cœli,
Quum Sol in medio ſplendet nitidiſſimus orbe.
Chriſticolæ incipiunt medio ſub tempore noctis.

Addenda hoc loco doctrina de Coluris ab Auctore omiſſa.

DE COLURIS.

(m) Coluri dicuntur ἀπὸ τῦ κολόφε, quod *imperfectum* [k] ſignificat; numquam enim in Globi Obliqui converſione integri apparent, ſed imperfecti [l]. Sunt autem *Coluri circuli majores, qui per quatuor Zodiaci puncta cardinalia & polos mundi tranſeuntes, ac cum Æquatore angulos Sphæraleis facientes, Globum in quatuor quadrantes diſtinguunt.* Sunt autem *duo.* Alter dicitur (n) *Colurus Æquinoctiorum*, qui per polos Æquatoris & puncta Æquinoctialia, principium videlicet ♈ & ♎ tranſit. Alter eſt (o) *Colurus Solſtitiorum*, qui per polos Zodiaci, Æquatoris & puncta Solſtitialia, principium ♋ & ♑ tranſit. Hic dicitur *Colurus Solſtitiorum* ſive *Solſtitialis*, quia Eclipticam in punctis ſolſtitialibus interſecat. Ille vero *Colurus Æquinoctiorum* ſeu *Æquinoctialis*: quia oſtendit Æquinoctia. Coluri 1. mutuis (p) interſectionibus oſtendunt polos Æquatoris. 2. Quatuor puncta Cardinalia Zodiaci. 3. Zodiacum in quatuor Quadrantes diſtinguunt reſpondentes quatuor partibus anni. Speciatim, Colurus Æquinoctiorum 1. oſtendit puncta Æquinoctialia. 2. Eclipticam in partem Septemtrionalem & Auſtralem dividit. Colurus Solſtitiorum 1. indicat puncta Solſtitiorum. 2 Dividit Eclipticam in partem Adſcendentem & Deſcendentem. 3. Oſtendit maximam Solis declinationem. 4. Suſtinet polos Zodiaci in Circulis Polaribus.

HEKELII.

[b] Qui autor vitæ dicitur. Unde & nonnulli Zodiacum ἀπὸ τ ζωῆς, a *vita*, derivatum volunt.

[i] *Quæ altitudo Meridiana dicitur.*
[k] *Et mutilum*
[l] *Et quaſi decurtati.*

REISKII.

3 Zodiacus ergo in globis chartiſque Geographicis præſertim univerſalibus locum obtinet obliquum, & ab æquatore ſecto ad duos Tropicos producitur. Ita Eclipticam ſive lineam circularem globi nonnulli exhibent, nec non univerſales tabulæ, hac de cauſa, ut regionibus ſolem verticalem, dierum & noctium decrementa, hyemem ac æſtatem pro diverſo tempore deſignet.

4. Meridianus (q) major, idemque æneus Horizonti ad rectos angulos inſertus ita globis adjungitur Geographicis, ut iis cum axe movendis inſerviat. Primus autem Meridianus per Inſulas Canarias aut Flandricas tranſit; Meridiani ſecundarii ſeu paralleli, quanquam per puncta Æquatoris ſingula duci poſſunt, tamen confuſionis evitandæ cauſa globi & mappæ, illos quinto vel decimo, vel decimo quinto quoque gradu deſcriptos continent. Denique uſus quidem Colurorum exiguus in Geographicis eſt: attamen doctrina horum a noſtro auctore omiſſa huic loco haud incongrue addetur.

HEKE-

(a) Adſcendentia. (b) Deſcendentia. (c) Vernalia. (d) Æſtiva. (e) Autumnalia. (f) Hyemalia. (g) Zodiaci diviſio. (h) Latitudo. (i) Ecliptica. (k) Officia Zodiaci. (l) Officia Meridiani. (m) Coluri. (n) Colurus Æquinoctiorum. (o) Colurus Solſtitiorum. (p) Officia Colurorum. (q) Meridiani Globorum varii.

inferiore hemisphærio ad eundem perveniat. Hujus igitur *potissimum officium* est, medium diem mediamque noctem ostendere. Est autem vertex loci, punctum in cœlo, directe illi loco suprapositum, vel vertici capitis cujusvis hominis perpendiculariter incumbens. *Mutabilis* dicitur Meridianus, quia si tantillum, ortum occasumve versus progrediaris, alius continuo erit Meridianus: ita uti semper mutetur una nobiscum pro ratione locorum ac regionum, in quibus consistimus. Atque hac ratione infiniti constitui possunt Meridiani: quot enim puncta verticalia, tot Meridiani dabuntur.

CAP. IV.

De quatuor minoribus Circulis.

I. DE TROPICIS.

Tropici

TRopici [1] circuli *sunt duo, æquali spatio* ab *Æquatore distantes*, & Eclipticam utrinque attingentes: *quorum alter, qui nobis propinquior est, Cancri Tropicus, alter in Austrum vergens, Tropicus Capricorni dicitur*, Latini *Solstitiales* appellant, propterea quod Solstitia in iis fiunt, hosce quippe circulos Sol nunquam egreditur, verum quum ad alterum eorum pervenit, retrorsum se convertit: unde & nomen acceperunt, ἀπὸ τ῀ τροπ῀ς, hoc est, a reversione. *Tropicus Cancri*, qui & *æstivus* & *Circulus alti solstitii* dicitur, est *circulus omnium, quos Sol describit, Septemtrioni proximus*, in quo *quum fuerit Sol, non ultra Septemtrionem versus progreditur, sed ad alteram mundi partem versus Austrum facit reversionem Æstivam: ubi omnium totius anni longissima in nostro hemisphærio dies, nox vero brevissima.*

Tropicus Cancri.

Cancri autem Tropicus dicitur *a signo* Zodiaci, in cujus principio Sol tunc vertitur. *Tropicus Capricorni*, qui & *hybernus* [a] & *brumalis*, [b] & *Circulus imi solstitii* dicitur, *circulus est omnium, quos Sol per Mundi conversionem describit, Austro proximus, in quem, cum Sol pervenit, non ultra Austrum versus* procedit, *sed ad alteram Mundi partem, versus Septemtrionem, reversionem facit hybernam, sive brumalem*: ubi *longissima totius* anni in nostro *hemisphærio nox*; *dies vero* brevissima *efficitur*. Capricorni Tropicus appellatur a *signo*, cujus principium tunc Sol transmittit. α

Tropicus Capricorni.

II. *De Arctico.*

Circuli Polares.

Polares circuli sunt *duo extimi, polis vicini, æquali spatio a suo quisque polo distantes.* Horum, qui nobis [c] semper conspicitur, *Arcticus* dicitur, ut ipse Polus, ἀπὸ τ῀ ἄρκτ῀υ, ab *Ursa*, quia prioribus *Ursæ* [d] *pedibus* describitur, *minoris* videlicet. Item *Septemtrionalis*, & *Borealis*, & *Aquilonaris*; a mundi regione, cui subjacet.

Arcticus.

III. *De*

BUNONIS.

α Tropici ostendunt 1. in Ecliptica puncta Tropica (a) seu Solstitialia. 2. Determinant maximam Solis Declinationem [f]. 3. Diem monstrant longissimum & brevissimum [g] in Globo Obliquo. 4. Certis quasi limitibus viam Solis versus Septemtrionem & Meridiem [b] includunt. 5. Torridam cœli plagam a Temperatis distinguunt. 6. Obliquitatem Ecliptica ostendunt.

HEKELII.

[a] Hyemalis.
[b] Græcis χειμερινός.
[c] Quod, supra nos perpetuo exaltatus quippe nunquam occidit.
[d] Quam complectitur.
[f] Seu Conversionem.
[g] Eorumque quantitatem.
[b] Quos Sol non egreditur.

REISKII.

1 Tropici (b) Gr. τροπικοὶ terrestres duo ab Æquatore per gradus 23½, quos in Meridiano numerant, æqualiter remoti, munus idem in Geographicis, quod in Astronomicis cœlestes obeunt, & globo æque uti tabulis appinguntur: Tropicus Cancri per Africam superiorem, Asiæ terras & Americam septemtrionalem: Tropicus vero Capricorni per Africam inferiorem, Magellanicam extremam, & meridionalem Americam transit. Polares itidem ἀπὸ τ῀ πόλ῀υ dicti, & a polo suo æqualiter 23½ gradibus remotos non globi solum sed chartæ Geographicæ complectuntur, & nominibus adscriptis, denotant.

BUNO-

(a) Officia Tropicorum. (b) Tropici & Polares.

III. *De Antarctico.*

Alter vero, æqualis & parallelus Arctico, *Antarcticus* dicitur, quod *Arctico* ex diametro opponitur; totus ſub terra conditus, cujus objectu a nobis [e] haud cerni poteſt. Idem *Auſtrinus* ſive *Auſtralis* & *Meridionalis*. β Antarcticus.

BUNONIS.

ζ Circuli (a) Polares 1. oſtendunt polos Zodiaci, eorumque a polis Mundi diſtantiam; quæ tanta eſt, quanta maxima ſolis Declinatio, nimirum 23 grad. & 30 minut. 2. Temperatas cœli Plagas a frigidis diſtinguunt.

HEKELII.

e Quod nunquam oritur.

(a) Officia Circulorum Polarium.

CAP. V.

De Zonis.

I.

Quatuor minores circuli totius terræ ſuperficiem in quinque dividunt ſpatia, ſeu *plagas*, quas *Zonas* [1] vocant Geographi & *Faſcias*. α Prima diviſio in Zonas.

II. Ζώνη, [*a*] Latine *cingulum*, eſt *ſpatium in globo terræ inter duos circulos minores, vel inter circulum minorem & polum comprehenſum.* Appellantur autem Zonæ ab habitudine ſeu natura, una *Torrida*, duæ *Frigidæ*, totidemque *Temperatæ*. Ea, quæ in medio reliquarum ſita eſt, *Torrida* vocatur a Solis, cujus viæ ſubjecta eſt, perpetuo ardore: propter quem vetuſtiſſimis mortalium inhabitabilis putabatur. *Eſt autem ſpatium inter duos Tropicos comprehenſum; continens in latitudine grad. XLVII. mediam interſecat circulus Æquinoctialis.* ζ quid Zona. Quot ſint. Quid Torrida.

III. Duæ autem extremæ, quæ ſunt circa mundi polos, altera Septemtrionalis, circa polum Arcticum, altera circa Antarcticum, Auſtralis, *Frigidæ* vocantur; quia longiſſime a Solis via ſepoſitæ ſunt, & ob nimium frigus itidem inhabitabiles veteribus exiſtimabantur. *Eas autem diſterminant utrimque circuli, Arcticus,* Frigidæ.

BUNONIS.

α Lucretius *tantum duas admittebat Zonas.* Polybius & Poſſidonius *ſtatuebant ſex; quoniam duas Torridas numerabant.* Martianus Capella, *quinque vulgo receptas Zonas bifariam dividens, faciebat decem. Vera opinio quinque poſuit Zonas.* *)

ζ Incolæ hujus (a) Zonæ ſunt vel *ſub Æquatore*; vel *inter Tropicos & Æquatorem*; vel *ſub ipſis Tropicis.* 1. Qui ſub Æquatore habitant, 1. *perpetuum* habent *Æquinoctium.* 2. Sol iis in anno bis eſt verticalis, nullamque ſpargit umbram, niſi ſub pedibus, in principio videlicet ♈ & ♎, unde & (b) Ἄσκιοι quaſi *Inumbres* dicuntur. 3. Omnes ſtellæ æqualiter illis oriuntur & occidunt. 4. *Quatuor* habent *Solſtitia*, nempe *duo Alta*, Sole exiſtente in principio ♈ & ♎, & duo *Ima* in initio ♋ & ♑. 5. *Duas* habent *æſtateis*, Et *duas* quaſi *hyemes.* 6. *Duplices* habent in anno *umbras Meridianas* (Perpendiculari excepta) *Septemtrionalem* & *Auſtralem*: unde etiam (c) Ἀμφίσκιοι, quaſi *Biumbres* nominantur. II. Qui inter Æquatorem & Tropicos habitant, 1. *duplices* etiam habent *umbras meridianas*, *Septemtrionalem* & *Auſtralem*; unde & ipſi ſunt Ἀμφίσκιοι; ut ſunt *Arabes*; qui Tropicum ♋, in Zonam Temperatam Septemtrionalem progreſſi, admirati ſunt, ut ait Lucanus, *umbras nemorum non ire ſiniſtras*; h. e. Æſtivo tempore non ferri verſus Meridiem, quod in patria fieri obſervarant. 2. *Quatuor* habent Solſtitia, duo *Alta* & duo *Ima.* 3. Duas æſtates, duasque hyemes, præſertim ſi æquatori ſint propiores. 4. Sol bis in anno iis eſt verticalis, nullam umbram, niſi ſub pedibus, projiciens; quare & hi Ἄσκιοι ſimul vocantur. III. Qui vero ſub Tropicis degunt terræ incolæ, 1. *unicam* habent in anno umbram *Meridianam*, eamque vel *Septemtrionalem*, vel *Auſtralem*; unde dicuntur (d) Ἑτερόσκιοι, quaſi *Alterumbres.* 2. Duo iis ſunt Solſtitia, unum *Altum*, alterum *Imum.* 3. *Unam* habent *æſtatem*, & unam *hyemem.* 4. *Dies noctesque artificiales inæquales.* 5. Sol iis ſemel in anno eſt verticalis; hinc & ipſi Ἄσκιοι *inumbres* ſunt. *

HEKELII.

[*a*] Quæ ἀπὸ τῦ ζωννύειν, a *cingendo* dicitur.

REISKII.

1 Zonæ vocantur h. e. cingula κατὰ μεταφορὰν ob ſimilitudinem, qua ſit, ut globum terreſtrem tanquam faſciæ circumdent: Hæ quidem incerto apud veteres, apud noſtros tamen certiori comprehenduntur numero, & diverſis gradibus, quos in primo Meridiano numerant. Omnes habitabiles autem, & ipſam quoque torridam haberi, ſecus quam Græcis ac Romanis antiquioribus viſum fuit, hodierna frequens navigatio & multa noſtros Europæos experientia docuit.

C BUNO-

(a) Torridæ Zonæ incolæ. (b) Ἄσκιοι Ἀμφίσκιοι. (c) Ἄσκιοι Ἀμφίσκιοι (d) Ἄσκιοι Ἑτερόσκιοι.

Arcticus, & Antarcticus; verſus ſuum quiſque polum. A polis etiam dicuntur *Polares.* Harum quæque complectitur *gradus XXIII cum dimidio.* γ

Temperatæ. IV. Reliquæ vero duæ, quod in medio inter frigus & ardorem poſitæ ſunt, *Temperatæ* dicuntur & habitabiles. Harum altera, quæ *Arctico, & Tropico Cancri finitur, Septemtrionalis*; altera, quæ *Antarctico & Tropico Capricorni terminatur, Auſtrina* ſive *Auſtralis & Meridionalis* dicitur. Continet quæque gradus XLIII. δ

CAP.

BUNONIS.

γ Zonarum (a) Frigidarum incolæ, vel habitant ſub *Circulis Polaribus*; vel *inter Polos & Circulos Polares*; vel *ſub ipſis Polis.* I. Qui ſub *Circulis Polaribus* degunt, 1. *diem* habent XXIV horarum ſemel in anno; totidemque horarum *noctem.* 2. Cætera iis ſunt communia cum iis, qui ſunt ſub Zonis Temperatis. II. Qui inter *Polos & Circulos Polares* habitant, 1. *Diem* habent *maximum* in Æſtate 24 *horis longiorem.* 2. Reliquæ varietates, quæ Zonarum Temperatarum incolis accidunt, iſtis quoque contingunt. III. Si qui vero ſub ipſis Polis ſunt, 1. *Diem* habent in anno *unum ſex menſium*; & noctem unam totidem menſium. 2. Unum habent Solſtitium. 3. Unam æſtatem, unamque hyemem. 4. Illis ſtellæ fixæ nec oriuntur, nec occidunt. 5. Umbram gnomones ibi projiciunt in orbem, & in omnes Horizontis parteis, unde (b) Περίσκιοι, quaſi *Circumumbres* nominantur.

δ Incolæ *Zonarum* (c) *Temperatarum* habent 1. *duo ſolſtitia*, Altum & Imum. 2. *Unam* in anno *æſtatem, unamque hyemem.* 3. *Duo Æquinoctia.* 4. Sol nunquam iis eſt *verticalis.* 5. Quædam *Stellæ* iis nunquam oriuntur; quædam nunquam occidunt. 6. *Unicam* habent *umbram* in anno *Meridianam*, verſus alterutrum Polum ſparſam: unde (d) Ἑτερόσκιοι, quaſi *Alterumbres* dicuntur.

Porro, pro diverſitate Zonarum tria hominum genera enumerantur, quæ inter ſe ratione loci variant. Horum alii dicuntur *Perioeci*, alii *Antœci*, alii *Antipodes.* (e) *Perioeci*, quaſi dicas *Circumhabitatores*, ſunt, *qui ſub eodem Parallelo, & Meridiano, in una eademque Zona habitant, & quorum una eademque eſt Latitudo verſus eundem polum*; *Longitudo vero centum & octoginta gradibus diſcrepans.* Hi habent 1. eandem Zonam. 2. Æſtatem quoque & hyemem eandem. 3. Reliqua item anni tempora & horas, incrementa & decrementa dierum noctiumque conſimilia. 4. non tamen habent eundem Ortum Solis, neque eundem Occaſum; ac proinde diverſa dierum noctiumque initia, media & fines. Hinc diei horas numerant contrarias reipſa, nomine easdem; nimirum quum in uno loco eſt meridies & XII. hora meridiana, in altero eſt media nox & XII. mediæ noctis. Itaque hujus incolæ numerant I, II, III, &c. a media nocte, dum illi numerant I, II, III, &c. a meridie. Quod tamen de his tantum venit intelligendum, quibus Sol oritur atque occidit; & quibus Polus nunquam elevatur ultra 65 gradus. 5. Diebus Æquinoctiorum Sol occidit uni loco, dum alteri oritur, atque adeo tempus diei unius loci, eſt nox alterius. Aliis vero anni diebus, nempe ſemiſſe anni, quo Sol vicinum locis illis Zodiaci ſemicirculum percurrit, hoc eſt, vere & æſtate prius oritur uni loco, quam alteri occidit, atque adeo quibuſdam horis vel horarum partibus ſimul diem habent Solemque conſpicuum, nempe dum Sol uni loco verſus occaſum tendit, alteri jam ſupra Horizontem emerſus adſcendere verſus Meridianum incipit. Altero vero anni ſemiſſe, autumno & hyeme, quo Sol remotiorem Zodiaci ſemicirculum decurrit, prius occidit uni loco quam alteri oritur; atque adeo nullam diei, ſed aliquam noctis partem communem habent, & Solem aliquibus horis vel horarum partibus depreſſum infra Horizontem, ita tamen, ut uni loco, ſit finis noctis, alteri initium. 6. Singulæ ſtellæ æquali tempore commorantur ſupra illorum Horizontem: eædemque ſtellæ nunquam iis oriuntur, & eædem nunquam occidunt. 7. Eundem habent Polum æque elevatum. 8. Quem locum Telluris Periœcorum alter ad occaſum habet, eundem alter habet ad Orientem. 2

II. (f) *Antœci*, quaſi dicas, *in oppoſito habitantes*, ſunt, *quibus una eademque eſt Longitudo, ad Meridianum communem, in duabus Zonis numerata: Latitudo item æqualis, duobuſque Parallelis verſus utrumque Polum ab Æquatore æque diſtantibus intercepta.* Hi 1. ſimul agunt meridiem & mediam noctem, atque omnes horas ſimul numerant. 2. Quantitas tamen diei eſt diverſa. Nam creſcente apud Borealeis Antœcos die, decreſcit dies apud Auſtrales: quare quum maximus apud nos eſt dies, erit minimus apud noſtros Antœcos. 3. Tempeſtates anni habent contrarias eodem Tempore, nempe quum unus locus ver agit, alter experitur autumnum; quum iſte æſtatem, hic hyemem. 4. Dies unius loci ſunt æquales alterius noctibus; & hujus dies prioris loci noctibus. 5. Diebus Æquinoctiorum Sol illis ſimul oritur & occidit, aliis autem diebus uni citius, quam alteri. 6. Faciem illis ſibi mutuo obvertentibus vel ad Æquatorem reſpicientibus, uni Sol a dextra videbitur oriri, ad ſiniſtram occidere; alteri contra a ſiniſtra oriri, ad dextram occidere. Eodem modo omnes ſtellæ uni a dextra, alteri a ſiniſtra orientur. 7. Polos diverſos elevatos habent æquali elevatione. 8. Stellæ uni loco perpetuo apparentes alteri loco nunquam oriuntur, ſed ſemper infra Horizontem depreſſæ manent: Contra, quæ huic loco nunquam occidunt, illi nunquam oriuntur. 3

III. (g) *Antipodes*, qui alio nomine dicuntur *Antichthones*, ſunt, qui *adverſam nobis plagam incolunt, duobus Parallelis e Diametro oppoſitis ſejuncti, communi tamen Meridiano uniti*; *ideoque Longitudines habent diverſas, diſtantque a ſe invicem majori ſemicirculo*, hoc eſt, *Parallelo dimidio, per centrum Terræ tranſeunte, qui conſtat* 180 *grad.* Habent 1. eundem Horizontem; ſed diverſam ejus faciem: omnibuſque anni diebus Sol atque ſtellæ uni loco oriuntur, dum alteri occidunt: Uniuſque dies alterius nox eſt. 2. Dies anni oppoſitos habent inæqualeis, ſicut etiam nocteis, ita ut unius loci dies longiſſimus ſit alterius breviſſimus. 3. Horas diei contrarias revera, nomine eaſdem numerant; uni enim loco meridies eſt, dum alteri media nox eſt.

4. Tempeſtates,

(a) Zonæ Frigidæ incolæ. (b) Περίσκιοι. (c) Temperatarum Zonarum incolæ. (d) Ἑτερόσκιοι. (e) Perioeci. (f) Antœci. (g) Antipodes.

4. Tempeſtates anni eodem tempore experiuntur contrarias, nempe dum uni ver, alteri eſt autumnus: dum uni æſtas, alteri hyems eſt; & contra. 5. Polos diverſos habent elevatos æquali elevatione: ab Æquatore æqualiter diſtant, ſed a diverſis ejus plagis: in eodem Meridiano ſiti ſunt, ſed diverſis ejus ſemicirculis. 6. Quæ ſidera uni loco perpetuo apparent, illa alterius loci incolis nunquam conſpiciuntur. 7. Sidera unius loci incolis a dextris, alterius a ſiniſtris oriri videntur: ſi videlicet ad Æquatorem converterint faciem. In Globo, dato loco, exhiberi poteſt locus (a) Antœcorum, Periœcorum, & Antipodum: Si locus datus ad æneum adducitur Meridianum, & quot gradus inter hunc & Æquatorem intercepti ſunt, totidem numerentur ab altera Æquatoris parte: Terminus numerationis erit locus Antœcorum. Deinde Index applicetur, ad horam XII. cycli, noteturque punctum Meridiani, quod dato loco imminet; item illud, quod loco Antœcorum. Hiſce factis, volvatur Globus, donec index in cyclo horario monſtret alteram duodecimam. Ita punctum Globi, quod ſubjicitur, notato Meridiani puncto loci dati, erit locus Periœcorum; & punctum Globi, quod ſubjicitur alteri notato puncto Meridiani, erit locus Antipodum. Sed notandum, eos, qui ſub Æquatore habitant, non habere Antœcos: Periœcos autem illorum eſſe eosdem cum Antipodibus eorum. Deinde, Polos Telluris non habere Periœcos: ipſos vero ſibi mutuo eſſe ſimul Antœcos & Antipodes. Hæc tria incolarum genera a ſe differunt. *Periœci* communem habent Parallelum, ſed minorem, neque tranſeuntem per Diametrum terræ, niſi ſub Æquatore; communemque Meridianum. *Antœci* duos habent Parallelos, & ipſos minoreis, quam eſt Æquator; communem etiam Meridianum. *Antipodes* vero duos habent Parallelos, & ambos majoreis, tranſeunteis per centrum terræ, ſibique invicem diametraliter oppoſitos: ſed unum tamen atque communem Meridianum. Qui vero ſub eodem habitant Parallelo, eodemque Meridiano, i. e. eandem habent longitudinem & latitudinem, *Synœci* apellantur. 4

REISKII.

2 Grece περίοικοι, ἀπὸ τῦ οἴκυ i. e. circumaccolæ, quos nominat Schottus.

3 Græce Ἄσκιοι i. e. Contraccolæ Schotto.

4. Græce Ἀντίποδες quaſi *Contrapedes*, qui nempe plantas pedum plantis oppoſitas habent, terramque incolunt contrariam, a qua dicuntur Ἀντίχθονες quaſi *Contraterrei*: Hos omnes veteribus non ſolum ignotos, ſed etiam negatos conteſtatur hiſtoria, docentque loca in Cicerone, Plinio, Lactantio, Auguſtino, Gregorio Nazianz. reliqua. Sed Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus quanto fervore in Virgilium ob antipodes affirmatos exarſerit, ab Aventino in Annalibus Boicis memoratur, Lib. III.

(a) Ratio inveniendorum Antœcorum, Periœcorum & Antipodum.

CAP. VI.

De Parallelis & Climatibus.

[Tertia Terræ diviſio.]

I.

AT diſtinguitur etiam terræ ſuperficies ſecundum aliam rationem, nempe per quantitatis dierum variationes. Quippe qui ſub ipſo Æquatore conſiſtunt, perpetuo diem nocti æqualem XII horarum habent: quanto autem aliqua regio latius ab Æquatore verſus alterutrum polum declinaverit; tanto plus æſtate diei longiſſimæ, vel viciſſim hyeme noctis quantitas augetur. Proinde Geographi pro diverſa quantitatis dierum variatione diverſas *plagas* terræ diſtinxere, quas vel *Parallelos* vocarunt, vel *Climata*. Secunda globi diviſio in Climata.

II. *Paralleli* [a] *ſunt circuli æquali undique ſpatio abs ſe invicem diſtantes, ab occaſu in ortum ducti.* [b] Hi varii in Globo ad libitum cujuſque deſcribi poſſunt. Verum Ptolemæus, quem plerique alii ſequuti ſunt Geographi, XXI *Parallelos* deſcripſit *Septemtrionales*; hac obſervata intercapedine, *uti dies unus paralleli longiſſimus, ſuperet paralleli præcedentis diem prolixiorem quadrante horæ.* Parallelus. *Clima* autem eſt terræ ſpatium duobus parallelis incluſum: in quo, longiſſimo die, *dimidiæ horæ* variatio, ſive auctio fit. Sed nomen Climatis ac Paralleli aliquando circulum, aliquando ſpatium duobus circulis comprehenſum, ſignificat. Clima.

Dicitur

HEKELII.

[a] De PARALLELIS *Geographiæ vet. & nov.* edidit PHILIPP. BRIETIUS Tria Volumina in 4. f. quotidiana lectione haud indigna.

[b] Inde Canon Mathematicorum haud ineptus: *Parallelæ Aſcenſiones nullæ ſunt.*

Dicitur autem *Clima* ἀπὸ τῆς κλίνεσθαι *ad inclinando* [c]: quoniam reſpectu Polorum inclinat ſe cœlum, in tali habitationis intervallo. α

Climata Septemtrionalia & Auſtralia.

III. Cæterum diſtinguuntur *Climata* in *Septemtrionalia & Auſtralia*; utraque ab Æquatore verſus ſuum quæque Polum initia ducentia. Ideoque quotum aliquot Clima fuerit ab Æquatore, tot ſemihoris longiſſimus ejus loci dies ſuperat diem nocti æqualem, ſeu Æquinoctialem, qui eſt horarum XII; & vice verſa. Ut ſcire queas, ſub quo Parallelo vel Climate quilibet locus poſitus ſit, *conſidera numerum horarum, quibus longiſſimus ejus loci dies ſuperat diem Sphæræ rectæ, qui ſemper horarum eſt duodecim; is enim duplicatus oſtendit numerum Climatum: quadruplicatus exhibet numerum Parallelorum.* ζ

Numerus Climatum juxta veteres.

IV. Cæterum *Climata* a Veteribus VII tantum numerata ſunt; quod loca ultra ſeptimum Clima ſibi incognita vix inhabitari exiſtimarint. [1] Climata autem hæc ab inſignioribus locis, per quæ Climatis medium protenditur, nomina acceperunt: ut *primum* per Meroën, Nilo circumfuſam inſulam [d] & urbem Africæ; *ſecundum* per Syenen, Ægypti urbem; *tertium* per Alexandriam, itidem Ægypti urbem; *quartum* per Rhodum inſulam; *quintum* per Romam; *ſextum* per Pontum Euxinum; *ſeptimum* per Boryſthenis oſtia. γ

Numerus Climatum juxta Recentiores.

V. δ Poſteriores vero, qui experti ſunt ulterius habitari terram, fecere *XXIV Climata*, ad elevationem uſque graduum LXVII. *Primum* per Meroën; *ſecundum*

BUNONIS.

α Ad cujuſque Climatis conſtitutionem tres requiruntur paralleli; duo ſcilicet extremi, quibus Clima comprehenditur, & utrinque terminatur, & unus intermedius. Iſte tamen Parallelus, qui eſt finis unius Climatis, is idem eſt initium ſequentis Climatis. Sunt autem (a) Paralleli triplices; *Primi* regionum Latitudines diſtinguunt, initio ſumpto ab Æquatore, & in Globo vel Mappa interdum X, interdum XV, gradibus diſtinguuntur. *Secundi* Zonarum intervalla diſtinguunt. *Tertii* dierum artificialium differentias indicant, & Climata conſtituunt. *Temporis differentia*, qua paralleli dirimuntur, eſt *quadrans horæ. Quot igitur Parallelis aliqua regio ab Æquatore diſtat, tot etiam quadrantibus horæ longiſſima ejus dies augetur.*

ζ (b) Paralleli & Climata inveniuntur hoc modo. Primo ad loci dati Latitudinem elevatur aut deprimitur Polus. Deinde ad Problema inferius XVI. inveſtigatur numerus horarum in die longiſſimo. Tertio conſiderandum, quot horis longiſſimus dati illius loci dies ſuperet diem Æquinoctialem, qui eſt horarum XII. Quarto numerus horarum, qui eſt ſupra horas XII, duplicatus oſtendit numerum illius Climatis; quadruplicatus habet numerum Parallelorum, ſive ſub quoto Parallelo ſit locus ille datus. Rationem *inveniendorum Parallelorum & Climatum pag. ſeq. ad Sect. VI. oſtendit Auctor.*

γ *Strabo* IX tradidit Climata, addiditque *octavum* per Mœotidem; & nonum quod *extremum* appellat. Ptolemæus Lib. II. Cap. VI. hoc dierum augmentum expreſſit: ubi tamen tantum meminit Parallelorum. Climatum mentionem facit *Cap.* VII. & XII.

δ *Brietius Climata per illuſtriores urbes protendit ſequentes. Primum Clima* per Malaccam Indiæ urbem. *Secundum* per Goam. *Tertium* per Mexicum. *Quartum* per Hieroſolymam. *Quintum* per Nycoſiam in Cypro. *Sextum* per Madritium *in Hiſpania. Septimum* per Conſtantinopolin. *Octavum* per Viennam Auſtriæ. *Nonum* per Pragam Bohemiæ. *Decimum* per Amſtelodamum. *Undecimum* per Smolenskium. *Duodecimum* per Hafniam. *Decimum tertium* per Revaliam Livoniæ. *Decimum quartum* per Obſovium Norvagiæ. *Decimum quintum* per Uſtingam Moſcoviæ. *Decimum ſextum* per Permenevelicam in Permia Moſcoviæ provincia. *Decimum ſeptimum* per Vaſſam in Finlandia. *Decimum octavum* per Nidroſiam in Norvagia. *Decimum nonum* per Oulium in Moſcovia. *Vigeſimum* per Viſtum in Finlandia. *Vigeſimum primum* per Tornam in Bothnia Suediæ. *Vigeſimum ſecundum* per Volingam in Moſcovia. *Vigeſimum tertium* per Scolotum in Iſlandia. *Vigeſimum quartum* per Holam in Iſlandia. Idem *Brietius* peculiarem oſtendit rationem accurate inveniendi Climata; *quæ in Parall. Geograph. pag.* 30. vid.

HEKELII.

[c] Et idem eſt, ac declinans Terræ tractus.

[d] *Hæc Inſula in longiſſimo tractu iſto omnium maxima eſt atque clariſſima*, ſicuti Joannes Antonius Magnus, *Patavinus*, in *Expoſitionib. novar. Geogr. Tabb. Part. II. fol.* 204. *fac. b.* Edition. Colon. *affirmat.*

REISKII.

1 Græce κλίματα (c) i. e. Tractus cœli aut inclinationes, a parallelis circulis paulatim ſeſe inclinantibus: Cur Schottus verterit ſcalas Lib. XII. art. 1. c. 3. ego non aſſequor, nec Græca originatio coincidit. Interim tanti nec momenti nec tanti uſus climata ſunt, niſi quod ad ſcripta auctorum veterum explicanda conferant. Hinc recentiſſimi Geographi rejecta climatum communi tabula & connumeratione, hemiſphærium utrumque ab Æquatore ad polos duos in novem Climata æqualis latitudinis partiuntur, ita ut primus Meridianus per ſingulas graduum decades menſuram præbeat.

BUNO-

(a) Tria Parallelorum genera. (b) Parallelorum & Climatum inveniendorum ratio. (c) Climata.

ſecundum per Syenen, ſub Tropico æſtivo; *tertium* per Alexandriam; *quartum* per Rhodum; *quintum* per Romam & Helleſpontum; *ſextum* per Mediolanum & Venetias; *ſeptimum* per Podoliam & Tartariam minorem; *octavum* per Wittebergam; *nonum* per Roſtochium; *decimum* per Hiberniam; *undecimum* per Bohus, caſtrum Norvegiæ; *duodecimum* per Gutiam; *tertiumdecimum* per Bergos, Norvegiæ oppidum; *quartumdecimum* per Viburgum, oppidum Finniæ; *quintumdecimum* per Aroſiam Suediæ; *ſextumdecimum* per Dalenkarliæ fluminis oſtia: reliqua paribus interſtitiis per alia Norvegiæ, Suediæ, Ruſſiæ, & proximarum inſularum loca. Ac certum quidem eſt, ab Æquinoctiali circulo ad eum locum, ubi dies longiſſimus horis XXIV definitur, Climata XXIV interjacere, inde vero ad Polum Climatum diſtinctio minus certa eſt, propterea quod non jam horis dimidiatis, ſed integris primum diebus, mox ſeptimanis, ac tandem totis menſibus dies ita augeantur, ut ſub ipſis polis hemiſphæriorum alterum VI menſium luce perpetua exſiccetur; altero in denſiſſimis tenebris languente.

VI. Cæterum quæ ratio Climatum eſt ab Æquinoctiali Arcticum verſus, eadem eſt ab eodem Æquinoctiali verſus Antarcticum & par numerus. Hæc autem Climata proprias appellationeis non habent apud auctores, ſed ex oppoſitis nominantur; adjecta præpoſitione Græca ἀντὶ, ut ἀντὶ διὰ Μερόης, id eſt, *contra per Meroën*; & ita deinceps. Poſſent tamen eodem modo, ut illa, ab ſuis locis appellari: ut *primum* Clima per Lunæ monteis, ac fonteis Nili; *ſecundum* per promontorium, vulgo dictum *Capo de Corientes*, ad Africæ litus Orientale, ſub Tropico hyberno: & ſic deinceps. Sed ſingulorum Climatum, & Parallelorum latitudines ab Æquinoctiali, intervalla ab invicem, & maximorum dierum longitudines, quo facilius intelligantur, Tabulam hic apponemus.

Climata.	*Paralleli.*	*Dies longiſſimi.*		*Latitudo.*		*Intervalla Cli-*		
		Hor.	*Scr.*	*Gr.*	*Scr.*	*mat.*	*Gr.*	*Scr.*
0	0	12	0	0	0	4		18
	1	12	15	4	18			
1	2	12	30	8	34	8		25
	3	12	45	12	43			
2	4	13	0	16	43	7		50
	5	13	15	20	33			
3	6	13	30	23	10	7		3
	7	13	45	27	36			
4	8	14	0	30	47	6		9
	9	14	15	33	45			
5	10	14	30	36	30	5		17
	11	14	45	39	2			
6	12	15	0	41	22	4		30
	13	15	15	43	32			
7	14	15	30	45	29	3		48
	15	15	45	47	20			

8	16	16	0	49	1	3	13
	17	16	15	50	33		
9	18	16	30	52	58	2	44
	19	16	45	53	17		
10	20	17	0	54	29	2	17
	21	17	15	55	34		
11	22	17	30	56	37	2	0
	23	17	45	57	34		
12	24	18	0	58	26	1	40
	25	18	15	59	14		
13	26	18	30	59	59	1	26
	27	18	45	60	40		
14	28	19	0	61	18	1	13
	29	19	15	61	53		
15	30	19	30	62	25	1	1
	31	19	45	62	54		
16	32	20	0	63	22	0	52
	33	20	15	63	46		
17	34	20	30	64	6	0	44
	35	20	45	64	30		
18	36	21	0	65	49	0	36
	37	21	15	65	6		
19	38	21	30	65	21	0	29
	39	21	45	65	35		
20	40	22	0	65	47	0	22
	41	22	15	65	57		
21	42	22	30	66	6	0	17
	43	22	45	66	14		
22	44	23	0	66	20	0	11
	45	23	15	66	25		
23	46	23	30	66	28	0	5
	47	23	45	66	30		
24	48	24	0	66	31	0	0

Menses.		
1	67	15
2	69	30
3	73	20
4	78	20
5	84	0
6	90	0

CAP.

CAP. VII.

De Globi in parteis CCCLX ſectione; item de ambitu terræ; & de longitudine ac latitudine ejus.

I.

OMnis Circulus a Geometris in CCCLX parteis ſecatur: quam ſectionem & Sphæra Globuſque admittit. Tertia Globi diviſio in longitudinem & latitudinem.

II. Terra igitur, quemadmodum Sphæra, in CCCLX parteis, qui *Gradus* dicuntur, diſtribuitur. Singuli Gradus in LX diſtribuuntur *Scrupulos*, qui ſunt totidem millia paſſuum Romanorum ſeu milliaria Italica. Horum quatuor conficiunt unum milliare Germanicum commune, hinc ſinguli gradus XV milliaria Germanica continent. Hæc computata conficiunt milliaria in univerſum *quinquies mille quadringenta:* quæ eſt *circumferentia* totius terrarum Orbis. Hinc *diameter* ejus fit milliarium *mille ſeptingentûm octodecim, cum duabus undecimis*, cujus ſemiſſis, ſive ſemidiameter, eſt a ſuperficie ad centrum milliarium *octingentûm quinquaginta novem, cum una undecima.* α [1]

III. Cæterum *Gradus*, per quos terra deſcribitur, alii ſunt *Longitudinis*, alii *Latitudinis*. *Longitudines* diſtinguuntur per Circulos Meridianos, *Latitudines* per Parallelos. *Meridiani* inſcribuntur Globo XXXVI, X ſinguli gradus continentes: qui numerus multiplicatus CCCLX conficit gradus. Sed *primum Meridianum* Ptolemæus in *Fortunatis*, quas nunc *Canarias* vocant, poſuit inſulis: Hiſpanorum poſtea nautæ in *Aſſoribus* inſulis: alii etiam in *medio Hiſpaniæ*. *Paralleli* ab Æquatore ad alterutrum Polum *notantur* IX, X itidem gradus ſinguli continentes. Hoc itaque numero quadruplicato, *Paralleli* in univerſum *erunt* XXXVI, ut in Longitudine. *Longitudo* igitur regionis eſt ſpatium Æquatoris, duobus Meridianis, uno Aſſorum Inſularum, unde initium ducitur, altero ipſius regionis aut loci comprehenſum. *Latitudo* vero eſt loci ſeu regionis ab Æquatore verſus alterutrum Polum receſſus. Hinc Poli Elevatio eadem eſt, quæ Latitudo regionis. Cæterum *Latitudo duplex* eſt; altera in

Gradus longitudinis & Latitudinis.

Quid Longitudo.

Latitudo.

BUNONIS.

α *Minutum* ſeu *ſcrupulus* eſt ſexageſima pars gradus, cui in terra reſpondet quarta pars mill. Germanici; & appellatur *Minutum Primum*. Quodlibet vero Minutum Primum poteſt dividi in ſexaginta Minuta Secunda: & quodlibet *Minutum Secundum* in ſexaginta *Minuta Tertia*.

REISKII.

1 (a) Dimenſio terræ duplex erit, alia quidem *reſpectiva*, alia vero *abſoluta:* Illa reſpectu cœli maxime ſupremi nullam ſenſibilem quantitatem adfert, ſed centri alicujus aut centralis puncti rationem. Hæc a circulis primariis atque parallelis aut ſecundariis pender, totaque ad certam pedum, ſtadiorum, perticarum aut milliarium menſuram exigitur. Ita diametro non ſolum toti ſed dimidiæ, convexitati æque ac ſoliditati ſua ratio & quantitas in Geometricis non modo, verum etiam Geographicis conſtabit, utut Mathematicos nimium diſcrepare, Riccio-

lus in Almag. Lib. II. c. 7. annotaverit. (b) Sic longitudo ſua h. e. extenſio ab occidente ad orientem; latitudo etiam, h. e. extenſio verſus polos, terræ univerſæ cunctisque regionibus manebit. De primo autem Meridiano quantum auctores diſſideant Ricciolus declaravit; quantum Hiſpani & Luſitani ad Indias partiendas de illo diſſederint, Maffeus in rerum Indicarum hiſtoria recenſet Lib. I. Hinc itaque Globos (c) Meridiano primo æneo ac plane mobili inſtructos noſtrum ſeculum invenit: Vir quoque nobiliſſimus Lauterbachius Prof. in Acad. Wolffenb. equeſtri ordinarius talem ſingulari ſuo artificio fabricatum globum ſpectatoribus curioſis exhibet. Denique diſtantiam Meridiani noſtri ab alio quoquo cognito dignoſcendam Grandamicus nobilis Gallus ex *magnetica ad polum converſione variaque declinatione*; Chriſt. Huygenius, Belga nobilis, & Comes Scotiæ Kinkardinus ex *horologio pendulo*, alii ex adjumento alio docuerunt. Vid. Varen. Geograph. c. 31.

BUNO-

(a) Dimenſio terræ duplex. (b) Longitudo & Latitudo. (c) Meridianus mobilis.

in *noſtro hemiſphærio*, ab Æquatore ad Polum Arcticum, Septemtrionalis ; altera *in inferiori hemiſphærio* ab Æquatore ad Polum Antarcticum, Auſtralis. ζ

BUNONIS.

ζ In aſſumendo longitudinis principio & collocando Meridiano primo, unde cæteri numerentur, inter ipſos non convenit Geographos. Nonnulli Ptolemæum, qui eum in Canariis ſeu Fortunatis ponit inſulis, ſequuntur. Alii pyxidis Nauticæ Boreochalybodixin notant, quæ a Canariis occidentem verſus primum occurrit, in qua hi ipſi inter ſe multum diſſident: alii enim primum Meridianum locant in Orientalioribus inſularum Flandricarum *S. Mariæ & S. Michaelis*: alii in Occidentalioribus, ut *Corvo & Flores*; aliique aliter. Ex quibus efficitur, in locorum longitudine notanda, niſi, unde principium ſumatur, pariter annotetur, magnam oriri differentiam. Quamobrem res ipſa flagitare videtur, quo commodius Geographi ſe exaudiant, & errores declinent, ut unum commune firmumque principium conſtituatur. Et quum nihil certi a pyxide hac in parte ſuggeratur, ratio poſtulat, terræ locum plenius fixum huic negotio ſeligi. Et quandoquidem una e ſeptem Canariis, quæ *Juno* dicitur, a Ptolemæo huic uſui dicata ſit: rationi conſentaneum eſt, ab hac non diſcedere. Quod vero etiam unius ejuſdemque inſulæ termini longitudine inter ſe differunt, æquum eſt, certam quandam inſulam eligi, inque ipſa locum exiguum quidem, ſed notabilem, qui differentiam unius Minuti non inducat. Si enim longitudines locorum uſque ad minutum ſollicite inquirantur: omnino neceſſarium erit, ipſorum principium ne quidem unius minuti ambiguitate vacillare. Huic fini *Stevinus*, celebris Mathematicus, aſſumſit in *Teneriffa*, ſeptem Canariarum inſularum maxima, ditiſſima & præſtantiſſima, montem *Pico de Teide*; cujus ima ſpatioſioria ſunt, altiora in arctius coëunt, ſumma in acutum cacumen exſurgunt, & in metæ maximæ modum erecta videntur. Ut vero Globos terreſtreis, & Mappas Geographicas, ad aliud Longitudinis initium conſtructas, convenire facias cum iis, quæ ad hunc Meridianum per *Teneriffam* ſunt ordinatæ ; a Longitudinibus locorum, quæ per illas habentur, tot ſunt gradus abjiciendi, quot primus meridianus occidentalior eſt Meridiano per montem *Pico* in *Teneriffa*. Exempli gratia. In *Guilielmi Blaeu* Globo terreſtri maximo, ſecundum hanc poſitionem Roma ſita eſt in Longitudine prope 31 graduum: At in Globo alio, cujus initium longitudinis eſt a Meridiano per inſulas *Corvo* & *Flores* in longitudine graduum 45 $\frac{1}{3}$. Si ergo ex ea deducantur gradus 14 $\frac{2}{3}$, differentia ſcilicet, qua harum inſularum Meridianus occidentalior eſt Meridiano *Teneriffæ*; manent gradus 31. Et ſic in cæteris.

CAP. VIII.

De quatuor Mundi Regionibus, & de Ventis.

I

Quarta diviſio in Regiones ſeu Cardines mundi.

OMne hoc, cui Mundi Cœlique nomen inditum, unum eſt, & uno ambitu ſe cunctaque amplectitur ; partibus differt, quæ *Regiones Mundi* ſeu *Cardines* vocantur. Unde Sol oritur, *Oriens* nuncupatur, ſive *Ortus*: quo demergitur, *Occidens*, ſive *Occaſus*: qua decurrit, *Meridies*: ab adverſa parte, *Septemtrio*. His *quatuor aliæ* interponuntur regiones. Inter Septemtrionem & Orientem Æquinoctialem, *Oriens Æſtivus* ; qui & *Ortus Solis æſtivi* dicitur. Inter Orientem Æquinoctialem, ac Meridiem, *Oriens Hybernus* ſive *Brumalis* ; qui & *Ortus Solis Hyberni, ſive Brumalis*. Inter Septemtrionem & Occidentem Æquinoctialem Occidens Æſtivus ; ſive occaſus Solis æſtivi. Inter Occidentem Æquinoctialem & Meridiem, *Occidens hybernus ſive brumalis*, qui & *Occaſus Solis hyberni ſive brumalis*. α 1

II Cæte-

BUNONIS.

α Unus idemque locus in Terra reſpectu alterius, modo poteſt eſſe *Orientalis*, modo *Occidentalis* ; modo *Meridionalis*, modo *Septemtrionalis*. Attamen reſpectu Cœli parteis Terræ ſimul ſumtæ, aliquam Mundi plagam directe reſpiciunt. *Septemtrionem* perpetuo monſtrat lingula in *Pyxide Nautica*, quam vulgo *Compaſſum* vocant. Oppoſita ei Plaga eſt *Meridies*. Hinc a dextris *Oriens*, a Siniſtris *Occidens* eſt.

REISKII.

1 (a) Plagæ ſeu regiones illæ, quæ ſolem orientem & occidentem in æquinoctiis habent, quæque ſeptentrionem & Meridiem verſus Meridiana linea deſignantur, *cardinales* i. e. præcipuæ, ſed reliquæ vocantur *intermediæ* aut *collaterales*. A plagis ventorum etiam diſtinctio & connumeratio arceſſitur: Quibus adde præterea (b) *Ventum generalem*, qui ex oriente ſpirat, nautiſque Germanicis *der Paſſat-Wind* dicitur ; *Ventos ſpeciales*, tum veteres, in Eteſiis, Chelidoniis, Ornithiiſque poſitos, tum novos Mouſſonum i. e. motionum nomine inſignes, qui a nautis varii obſervantur ; *Ecnephias* item Luſitanice (c) Travados, & *Orkanes* ſeu Typhones impetuoſiſſimos. De quibus vide Kircherum in mund. ſubterr. Lib. IV. ſect. 11. c. 2. & Varenium in Geogr. univ. c. 21.

BUNO-

(a) Plagæ triplices. (b) Ventus generalis & ſpecialis. (c) Travados, Orkanes.

Brietius's Draught of the Winds and their names according to the Ancients and Moderns.



II. Cæterum IV Mundi Regionibus ſeu Cardinibus IV *Principes* aſſignantur *Venti*; qui inde *Cardinales* vocantur. Nomina eorum atque regiones ſic referuntur ab Ovid. in Triſt. Lib. 1. Eleg. 2. v. 27. ſeqq. Venti.

Nam modo purpureo vires capit Eurus *ab ortu*;
Nunc Zephyrus *ſero veſpere miſſus adeſt*:
Nunc gelidus ſicca Boreas *bacchatur ab Arcto*:
Nunc Notus *adverſa prælia fronte gerit.*

Sed cum Græca hæc ſint vocabula, Latinis ab Septemtrione flans dicitur Aquilo; ab Oriente Subſolanus; a Meridie Auſter; ab Occidente Favonius. Sed hæc commodius ex typis noſcuntur. ζ

III. Verum his ventorum nominibus tam varios varii, ſimul veteres atque recentiores, auctores attribuerunt ſitus; uti unum certum Typum ex univerſorum ſententiis componere nequeas. γ Cætero Internum mare, quod inter Europam, Aſiam & Africam diffunditur, navigantes Itali, ſic ventos in XVI parteis diſtribuunt. Externum Mare ſive Oceanum navigantes Europæi omnes Germanicis utuntur vocabulis, varie tamen ad ſuam quique linguam detorquentes. Germani ſic in XXXII nomina diſtribuunt.

CAP. IX.

BUNONIS.

ζ Eurus [a] quaſi ἀπὸ τῆ ἠῶς ἴων, *ab Aurora procedens*, calorem & ſiccitatem infert, adeoque ſalubberrimus eſt; quia vis ſolis ut prima eſt ad ortum, ita quoque valde efficax eſt ad habitus corporis temperandos & purificandos. Italis dicitur *Levante* [b], Gallis *Vent d' Amont*, Anglis *the Eaſt-Wind* [c]. *Zephyrus, qui quaſi* Ζαλῶ φέρων *vitam ferens* putatur dictus: unde & genialis mundi ſpiritus appellatur Plinio, frigidior & humidior eſt, adeoque ad ciendas nubes & tempeſtates pronior; quia radii ſolares illic minus ſunt efficaces, quum toto die, quando Sol eſt in Ortu & Meridie, varie illic colliguntur vapores, qui radiorum vim retundunt atque hebetant; quique vento admixti, nubes & tempeſtates cient. Italis dicitur *Ponente* [d], Gallis *Vent Occidental*, Anglis *the Weſt-Wind*. *Notus* a Græco νοτὶς humor, quia valde humidus eſt; ſeu *Auſter*, quaſi *Hauſter*, ab hauriendis appellatus aquis, a Meridie ſpirat, calidus & humidus eſt, & eandem ob cauſam tempeſtuoſus, morborumque ferax. Calidus quidem, quia vehementior vis Solis multos vapores extrahit, qui vento admixti ſuam qualitatem eidem imprimunt; &, quia per loca paludoſa & paluſtria ſpirat, è quibus copioſi halitus exſpirant, & imbuunt ventum ſimili ſua qualitate. Hic ventus peſtem immittit, ſi perpetuo ſpirat, uti ſæpius obſervatum. Noctu vehementior eſt, quam interdiu. Eo flante animalia minus eſuriunt, *ait Plinius*. In mari Adriatico ſævit atrocius. Italis dicitur *il vento di Mezzogiorno, il Su*, Gallis *Vent de midi*, Anglis *the South-Wind*. *Boreas* [e] ἀπὸ τῆ βοῆς, à violento & ſonoro flatu, quem edit [f], dictus; ſeu *Aquilo*, ab aquilæ velocitate [g] nominatus, à Septemtrionibus oritur: frigidus & ſiccus eſt; cum propter minorem, quæ illic eſt, Solis efficaciam; tum etiam, quia tranſit loca frigida, nivibuſque plena. Hic ventus Italis dicitur *Tramontana*, Gallis *Vent de Biſe*, Anglis *the North-Wind*. Ab his ventis deinceps appellantur intermedii, quorum nomina ex adjectis ſchematibus haud difficulter cognoſcuntur. *Cæcias* inter Aquilonem & Subſolanum collocatur, non pellit nubes, ſed ad ſe videtur attrahere. *Vulturnus* infra Eurum ab uno ſtatuitur Vitruvio; à Latinis pluribus cum Euro confunditur: Quidam *Euronotum* vocant. Dicitur à *Vulture* ave, aut a *Vulturno* Campaniæ fluvio. *Africus*, Græcis λίψ, *ab Africa* (quæ Græcis eſt *Libya*) nomen accepit. *Caurus* à Vitruvio conſtituitur, ubi Plinius & Ariſtoteles *Argeſten* locant: ſic vocatur, quod in morem Pantheræ videatur ſtridere ſeu *Caurire*. Cum *Coro* vulgo confunditur: *Seneca* hunc Violentum vocat, & in unam partem rapacem.

γ Accuratam tabulam ſive typum Ventorum, ſecundum veterem & novam diſpoſitionem, eorumque nomenclaturam, addit *Brietius in Parall. Geogr. p.* 33, quam heic ſubnectimus. Philoſophi quidam apud Ariſtotelem *unicum ventum* duntaxat admittebant: quoniam (inquiebant) ventus eſt tantum aër motus. De his *I. Meteor. cap. XIII. Philoſophus Therialces* apud Strabonem duos tantum ventos recipiebat ſibi ab utroque polo oppoſitos, dicebanturque *Boreas & Notus*. Poëtæ Græci & Latini quatuor appellant, quos ſibi invicem ita opponunt. *Auſter* Νότος; *Eurus* Εὖρος, *Aquilo* Βορέας, *Favonius* Ζέφυρος. Zephyri autem loco in tempeſtate ſolent Africum ſubſtituere. *Andronicus Cyrrheſtes apud Strabonem* in turri octagona Athenis octo diſpoſuerat, quos Triton mobilis virga indicabat: *Aquilo, Apeliotes, Cæcias, Argeſtes, Notus, Zephyrus, Africus, Eurus. Plinius, Seneca, Ariſtoteles*, duodecim recipiunt, quos *Seneca* ex punctis Tropicorum, Circulorum Polarium, & Meridiani prædictos circulos ſecantis, colligit: *Subſolanus* Ἀπηλιώτης, *Boreas* Ἀπαρκτίας, *Aquilo* Μέσης, *Cæcias* Καικίας, *Corus* Ἀργέστης, *Thraſcias* Θρασκίας, *Favonius* Ζέφυρος, *Auſter* Νότος, *Albonotus* Λευκόνοτος, *Africus* Λίψ, *Vulturnus* Εὖρος, *Euronotus* Φοινικίας. *Vitruvius lib. I. cap. VI.* viginti quatuor enumerat, & ſunt, *Septentrio, Thraſcias, Corus, Caurus, Circius, Etheſiæ, Favonius, Argeſtes, Subveſperus, Africus, Libonotus, Altanus, Auſter, Euronotus, Vulturnus, Eurus, Cæcias, Ornithiæ, Solanus, Carbas, Boreas, Aquilo, Supernas, Gallicus.* Antiquis venti his ſunt appellati nominibus: *Africus*, Græcis Λίψ, ab Africa dictus (quæ Græcis Libya eſt) nomen accepit, procelloſus inprimis; quo tamen flante mirum eſt (*Plinio teſte*) Alcyonum proli ſterni mare. *Ariſtoteles* ait eum vix obducere cœlum nubibus, quoniam illas rapiditate

ſua diſſipat. *Altanus* a *Vitruvio* juxta Auſtrum collocatur, & ſic dicitur, quod altius nubes agat, aut forte ab Altano urbe Calabriæ reſpectu Brunduſii, aut Tarenti; ex eo retinuere nomen venti Meridionales. *Aparctias* ab urſa minore nomen habet, Latinis *Septentrio*: in Europa ſerenus, in Africa nubilus. Confunditur a quibuſdam cum Borea, Aquilone & Eteſiis. *Apeliotes*, Senecæ *Apheliotes*, a Græco ἀπηλιώτης, Latinis *Solanus* & *Subſolanus*, ſpirans ab Oriente [b] Æquinoctiali [i]. Denominatur autem ventus a ſole potius naſcente, quam occidente, quia oriens flatum auget, Occidens premit, inquit *Plinius*. *Argeſtes* a Vitruvio infra Favonium conſtituitur; apud *Ariſtotelem*, *Plinium*, *Strabonem* loco Cauri ſupponitur. Ab *Homero* certe νότος appellatur. Dicitur a *Græco* Ἀργὸς, quod *pigrum* ſonat; igitur per Antiphraſim, eſt enim procelloſus: licet id *Seneca* neget, cum eum *mollem* vocat, ac euntibus & redeuntibus communem. Idem videtur eſſe cum *Japyge* & *Cauro*. *Aquilo* ab Aquilæ velocitate dictus: Ejus loco *ab Ariſtotele* ſubſtituitur *Meſes*: ſed *Plinius* & *Seneca* aliter ſentiunt. *Atabalus* & *Atabulus* ventus eſt peculiaris Apuliæ, cujus meminit *Horat. L. I. Satyr. V. v.* 78. Quidam *Ataburum* legunt, & *ab Ataburo* monte Siciliæ nominari putant; quare ab eodem *Horat.* [k] torrere dicitur montes Apuliæ. *Porphyrion* tamen dictum credit παρὰ τὸ τλῶ ἄτλω βάλλειν, ab inferenda noxa [l], quia ſic omnia arefacit, ut nullis poſſint ſolibus recreari, ait *Plinius*. *Auſter* ab hauriendis aquis appellatur, licet non aſperetur: Græcis *Notus* eſt. *Boreas* Græcorum, *Aquilo* Latinorum eſt, & dicitur vel a rege Thraciæ, ut Mythologi; vel ἀπὸ τῆς βοῆς, quoniam eſt violenti flatus, & ſonori, ut vult apud Gellium [m] *Phavorinus*. *Cæcias* vulgo inter Aquilonem & Subſolanum collocatur, ab uno *Vitruvio* inter Subſolanum & Eurum. Non pellit nubes, ſed ad ſe videtur attrahere; unde nata parœmia. *Tatius c.* 32. *Iſag. in phænomena Arati ait* ita dictum a *Fl. Caito*; vocatur aliter Helleſpontias. *Carbas* ſupra Subſolanum infra Boream *Vitruvio*; forte ab urbe Carba minoris Armeniæ. *Catægis* Pamphyliam infeſtat apud Senecam 5. Nat. Quæſt. *Caurus* a *Vitruvio* conſtituitur ubi *Plinius* & *Ariſtoteles* Argeſten locant: ſic vocatur, quod in morem Pantheræ ſtridere ſeu caurire videatur. *Circius*, *Cercius Catoni*, ſic appellatur a turbine, ut vult *Phavorinus apud Gellium* [n]. Tribuitur uni Galliæ a *Plinio*, & *Seneca*; *Cato* eo quoque infeſtari Hiſpanos Alpinos ait. Neque tamen totam Galliam quatit, ſiquidem Viennæ non ſentitur, inquit *Plinius*. Percellere armatum hominem, & plauſtrum ait *Cato*: Gallorum ædificia diruere, *Seneca*, & tamen coli ab indigenis, quod huic debeant ſalubritatem, ideoque ei ab Auguſto in Galliis agente factum eſſe templum. Recte collocatum eſſe a Vitruvio arguit Plinii locus. *Corus* vulgo cum *Cauro* confunditur, diſtinguitur tamen a Vitruvio: *Seneca* hunc violentum vocat, & in unam partem rapacem. *Eteſiæ* ſic vocantur quaſi Anniverſarii, tempeſtivi & ſalubres omni viventi, inquit *Tullius*. *Plinius* ait flare biduo poſt exortum Caniculæ, *Theon in Aratum* ab exortu Caniculæ, ut plurimum 60 diebus ad Arcturum. Ab antiquis vulgo crediti ſunt flare a Septentrione, quare a Lucretio *Eteſiæ flabra Aquilonum*: unde quidam eis aſſignarunt Nili inundationem. *Alii* in Occidentem, alii in Orientem declinare malunt. *Nigidius* etiam apud *Gellium* in Auſtrum. Videlicet, inquit idem *Gellius lib.* 2. *cap.* 22. ex alia, atque alia cœli parte flant. *Plinius* eos cum prodromis videtur confundere: *Seneca* tradit vocari ſomniculoſos, & delicatos, quia, inquit, mane ſurgere neſciunt. *Euronotus*, Ariſtoteli *Leuconotus*, aliter & *Phœnicias*, inter Eurum & Notum ab Ariſtotele collocatur: a Vitruvio inter Vulturnum, & Auſtrum. *Eurus* εὖρος, quaſi εὔρους fluidus, quia excitat ſudorem, ut vult Euſtathius, *vel* quaſi ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων, procedens ab Aurora. Confunditur aliquando cum Subſolano, & Vulturno. Immo & ab aliis affigitur Orienti æſtivo, ab aliis hyemali, ait *Strabo*. *Favonius* a fovendo dictus, quod ab eo Plantæ enectæ frigore refoveantur: Græcis eſt Ζέφυρος. *Gallicus*, cujus meminit unus *Vitruvius*, & prope Septentrionem verſus auſtrum locat. *Helleſpontias* ab Helleſponto, unde ſpirat in Græciam & Athenas, aliter *Cæcias*. *Japyx*, cujus meminere *Horatius* & *Virgilius*, ad Caurum ſeu Argeſten referri debet. Optatur enim ab Horatio Maroni ex Italia in Græciam & Athenas ſoluturo, & eo uſa eſt Cleopatra ex Epiro in Ægyptum fugiens. Nomen habet a *Japygia* parte Apuliæ. *Leuconotus*, aliter *Euronotus*, item & Phœnicias. Dicitur autem *Leuconotus*, quod ſerenitatem inducat: λευκὸν enim *ſerenum* eſt. *Libonotus* ita dictus, quod *Notum* inter & Africum ſpiret: a quibuſdam *Leuconotus* apud Strabonem nominatur. *Meſes* quaſi medius: a Plinio locatur inter Aquilonem & Cæciam; ab Ariſtotele poſt Boream verſus Orientem loco Aquilonis Pliniani. *Notus* a Græco νότος, humor, quia valde humidus: vel, ut apud Gellium *Phavorinus*, ab ὀνὸς lædo, unde ὀνοτός, & per aphæreſin νότος, inquit Euſtathius, quod frugibus & corporibus noceat. Noctu vehementior eſt quam interdiu: & eo flante animalia minus eſuriunt, ait *Plinius*. In mari Adriatico ſævit atrocius. *Olympias* a Plinio ſupra Argeſten effertur: qui etiam notat conſuetudinem invaluiſſe ut *Olympias*, *Scyron* & *Argeſtes* confundantur, quod & fecit *Ariſtoteles*. Nomen habet ab *Olympo* monte reſpectu Theſſalorum. *Ornithias*, quaſi Avicularis, quia poſt Brumam ſpirans aves reducit, ait *Plinius*, eſtque admodum temperatus. At *Geminus* frigidum appellat. Ab *Ariſtotele* & *Vitruvio*, opponuntur *Ornithiæ* Eteſiis. *Phœnicias* a Phœnicibus, qui eo utuntur ſolventes in Græciam: *Euronotus* aliter dicitur. *Scyron* a montibus ſeu petris Scyroniis vocatur, & maxime Athenienſes infeſtat. Hunc *Plinius* infra Argeſtem ablegat. *Septentrio* a Polo Arctico ſpirat, Græcis *Aparctias*. *Solanus* Vitruvio, Plinio *Subſolanus*, ab Oriente Æquinoctiali ſpirat. *Subſolanus* idem cum Solano, *Subveſperus*, quem unus appellat *Vitruvius*, atque inter Argeſten & Africum ſtatuit. *Supernas* appellatur quoque ab uno Vitruvio & ſupra Aquilonem collocatur. *Thraſcias* nomen habet a *Thracia* late ſumpta, hoc eſt a regionibus ſupra Macedoniam extenſis. De *ejus* ſitu omnes conveniunt. *Vulturnus* infra Eurum ab uno Vitruvio ſtatuitur, a Latinis pluribus cum Euro confunditur. Quidam apud Gellium vocant *Euronotum*. Dicitur a *Vulture* ave, vel a Vulturno fluvio Campaniæ. *Zephyrus* quaſi ζαλῶ φέρων vitam ferens, Latinis *Favonius*. [o]

HEKELII.

[a] *Græcis* εὖρος.

[b] *Vento di* Levante.

[c] Aliis dicitur *Ventus Orientalis* inter *Aquilonem* & *Vulturnum* medius. Alii abſolute *Vulturnum* illum nuncupant.

[d] *Vento di* Ponente.

[e] Gr. Βορέας, ſ. Βορέης.

[f] Vel ἀπὸ τῆς βόης ῥέου a *ſonare* & *fluere*, quia flat ſono violento.

[g] Seu

Typus intervallorum variarum gentium.

Gradus	1	2	3	4
Russica mill.	20 40 60 80	120 160	200 240	280 320
Ital: mill.	10 20 30 40 50 60	90 120	150 180	210 240
Anglica mill.	27½ 55	82½ 110	165	220
Scotica mill.	10 20 30 40 50	100	150	200
Gallicæ leuc.	5 10 15 20 25	50	75	100
Horariæ leuc.	5 10 15 20	30 40	50 60	70 80
Hispanicæ leuc.	17½	35	52½	70
Germanic mill.	5 10 15	30	45	60
Scandica mill.	2 4 6 8 10	20	30	40

[g] Seu impetuoso flatu.
[h] Seu *Ortu*.
[i] *Et est moderate calidus & siccus, plerumque serenitatem afferens, omniumque saluberrimus.*
[k] Loc. cit.
[l] Seu ab eo, *quod pestem immittat.* Vid. *Commentat. veter.* in Editione *Cruquiana* Horat. p. 363. col. a.
[m] Lib. II. N: A. Cap. XXII.
[n] Loc. cit.
[o] Heic studiose legenda FRANCISCI BACONIS de *VERULAMIO*, summi *Angliæ* quondam Cancellarii, *Historia Naturalis*, diverso tempore atque diversis locis de *VENTIS*, quos supra laudatus AMPELIUS ex aëris motu & inclinatione fieri (p. 15.) statuit, publicata.

CAP. IX.

De locorum Mensuris.

I.

Milliare Romanum

ROmani locorum intervalla per millia passuum, quæ milliaria dicebantur, dimensi sunt. Singula millia passuum quum Lapidibus sive Cippis notarentur, ipsa inde Milliaria *Lapides* appellarunt: ut ad decimum Lapidem, id est, ad decimum milliare: Quatuor millia passuum conficiunt unum *Milliare Germanicum* commune. Hinc gradus unus in Globo terræ continet millia passuum LX; milliaria autem Germanica communia XV. Græci sua intervalla per *Stadia* dimensi sunt. *Stadium* est CXXV passuum; hinc octo stadia conficiunt unum Milliare Romanum, id est, mille passus; XXXII stadia constituunt milliare Germanicum commune.

Scriptores R. Lapidem plerumque vocant, ubi de vicinis urbi locis loquuntur.

Quid Stadium.

Parasangæ.

II. Persæ suas habuerunt in dimetiendis intervallis *Parasangas*: quarum singulæ XXX continuerunt stadia. *Ægyptii* habuere *Schœnos*; sed dispares inter se longitudine: alii enim Schœno XXX [a] tribuunt stadia; alii XL; alii XX tantum. Hodie milliarii vocabulo utuntur maxime Germani, Dani, Norvegii, Suedi, Angli, Scoti; quibus est *meile* & *mile*: item Poloni & Bojohæmi; aliæque Slavicæ gentes; quibus est, *mila* & *mile*: item Itali, quibus *miglio*. Hispani & Galli sua intervalla dimetiuntur per *leugas* sive *leucas*: quas illi *leguas*, hi *lieües* appellitant. Itali etiam & Angli de Germanorum, Slavorum, Hispanorum, Gallorumque intervallis loquentes, per *leugas* indicant, quæ illis *leghe*, his *leagues* dicuntur. Russi sive Moscovitæ suam locorum mensuram agunt per spatia, quæ patria lingua vocant *Voreſt*. Sed horum omnium mensuræ & comparationes ex typo quam facillime cognoscuntur. α

Schœnus.

Leuca.

Voreſt.

III. Sed

BUNONIS.

α (a) *Mensura* est longitudo finita, quæ ignotam locorum distantiam metitur. Ejus partes sunt *Granum hordei* secundum latitudinem dispositum, quod censetur mensura minima. Quatuor Grana hordei per latera contigue dispositа dant *Digitum* [b]; & tres Digiti *Unciam*, quæ est pars pedis duodecima. *Palmus* quatuor habet digitos, *Lichas* duos Palmos. *Spithama* tres Palmos. *Cubitus* continet pedem cum semisse; hoc est ab extremo medio digito ad brachii flexionem [c]. *Pes* vero quatuor continet Palmos. Sed apud diversos Populos longitudo pedis diversa est. Usitatus Mathematicis est *Pes Rhinlandicus*, quem antiquo Romano æqualem esse probat diligentissimus *Snellius*; unde in Terræ dimensione pro regula omnium mensurarum merito assumitur. Ejus Pedis quarta pars hic apponitur inter *A* & *B*.

A——————————B

Gradus [d] duos habet Pedes: *Simplex passus* duos pedes cum dimidio: At *Geometricus passus* absolute ita dictus Pedeis quinque. *Pertica* est duorum passuum, seu pedum decem [e]. Respondere videtur *Calamo*, cujus meminit Scriptura. *Orgyja* continuisse censetur Pedes sex, & Græcorum passus fuisse dicitur a nonnullis. *Stadium* Græcorum proprium ab Hercule in Olympio campo metatum censetur fuisse Pedum Græcorum IↃC, qui faciunt pedes Romanos seu Rhinlandicos IↃCXXV. Nam Græcus Pes major paulo fuit Romano. Et Pedes illi 625, dant passus centum viginti quinque; quos itidem Stadium continet. *Milliare* triplex est, 1. *Romanum* sive *Italicum*, quod continet VIII Stadia, sive passus CIↃ. 2. *Leuca*, eaque vel *vetus* XII Stadiorum, vel *nova* XVI Stadiorum: quæ faciunt unum Milliare Gallicum, seu duo Italica. 3. *Germanicum Milliare*, quod vel *Commune* est, quatuor habens millia passuum, seu stadia XXXII; sive quatuor Milliaria Italica: Leucam etiam Hispanicam dicunt. Vel *Magnum*, passus habens quinquies mille. Memoriæ causa hi adduntur versiculi:

Quatuor ex Granis Digitus *componitur unus.*
Est quater in Palmo *digitus*: *quater in* Pede *Palmus*.

(a) Mensuræ Geographicæ.

III. Sed notandum, quod nulla gens æquis ubique utatur intervallorum menſuris. Nam ut Germanis, pro ratione variarum regionum, milliaria alia dicuntur magna, alia parva, alia communia, quorum XV unum conſtituunt gradum in Globo Terræ: ſic Hiſpanis quoque & Gallis leucæ ſunt inæquales, & aliis itidem gentibus milliaria. Anglorum quoque plerique Mathematici LX milliaria tribuunt uni gradui cum Italis. ℭ [1]

Quinque Pedes Paſſum *faciunt*: *Paſſus quoque centum*.

Viginti quinque Stadium *dant*: *Sed* Milliare

Octo dabunt Stadia: *Duplicatum dat tibi* Leucam.

Sed hic notandum, quod in diverſis Galliæ atque Hiſpaniæ locis diverſa obſervetur Leucæ magnitudo. (a) *Paraſanga*, Perſicum & Ægyptium milliare, continuiſſe cenſetur XXX Stadia [*f*]: Fuiſſe tamen variam hanc menſuram cognoſcitur ex Plin. lib. VI. Cap. XXVI. (b) *Schœnus* Ægyptiorum χοῖνιξ *funis* a junco, ex quo conficiebatur, de cujus extenſione varia eſt auctorum opinio. Secundum Herodotum continet LX Stadia: Secundum Plin. XL. At in diverſis locis fortaſſe diverſa magnitudo fuit, aut ſtadium Herodoti a Pliniano differt. *Vid. Strab. lib.* XVII [*g*]. (c) *Angli* triplicia habent Milliaria; *Majora*, quorum 27½ æquant Gradum: *Mediocria*, quorum 50; *Minima*, quorum 60 vel 55. De Ruſſorum aliorumque Milliaribus videatur *Typus intervallorum* ab Auctore appoſitus. Cæterum (d) *Turcarum milliare* cenſetur æquale Italico milliari; ita ut 60 faciant Gradum. (e) *Arabum leuca* olim cenſetur fuiſſe viceſima quinta pars gradus; ita ut 25 æquarint gradum unum: verum aliam quoque uſurparunt menſuram, cujus 56 Gradum effeciſſe perhibentur. (f) *Indorum milliaria* centum Gradui æqualia eſſe judicantur; etſi *Indi* vulgo, ut & *Tartari*, per dierum & horarum itinera deſcribant diſtantias; (g) *Cambajenſes* & *Guzaratenſis* regni incolæ utuntur menſura, quam *Coſam* vocant, cujus triginta faciunt unum gradum. (h) *Sinæ* treis habent menſuras itinerarias, quas vocant, *Li*, *Pu*, *Vchan*. *Li* eſt intervallum, ex quo hominis alte clamantis vox audiri poteſt in planitie, & aere quieto, quod cenſetur trecentorum paſſuum Geometricorum. *Pu* continet decem *Li*; ita ut viginti *Pu* gradum conficiant. Decem *Pu* faciunt *Vchan*, quod unius diei iter ſtatuunt, nempe paſſuum quindecim millium.

ℭ *Horariæ Leucæ* in tabulis Geographicis ſæpe adnotantur: illæ tamen inæquales ſunt: quas gentes robuſtiores extendunt, molliores conſtringunt. Eſt vero *Leuca Horaria* ſpatium, quod expeditus pedes decurrit. *Franci* unam ſuam Leucam una hora dimetiuntur. *Angli* duas Communes, ſunt enim expeditiſſimi: Germani dimidiam communem: *Ruſſi* quatuor e ſuis Voreſt. *Aſtronomi* tamen XX Leucas horarias uni tribuunt gradui: unde ſic intelligendæ tabulæ Geographicæ, quæ ejuſmodi epigraphen in ſcala milliarium habent.

HEKELII.

[*a*] Editio *Amſtelod.* ultima, eaque *Vorſtiana* p. 32 pro XXX h. l. poſuit LX.

[*b*] Quem latum, aut tranſverſum intelligimus.

[*c*] Seu curvaturam, *Cubito* enim menſuramus res an ſint *cubitales*, vel *bicubitales*, aut *tricubitæ*, vel *quadricubitæ*, &c.

[*d*] Proprie extenſionem *pedum* in progrediendo denotans.

[*e*] Nonnulli, *illam* ſex Pedum Menſuram eſſe, dicunt. Proprie, quod *longe qs. pertingat*, oblongum baculum denotat.

[*f*] Et quidem ex *Herodoti* atque *Budæi* ſententia. Nam alii *Paraſangam* quinquaginta *Stadiorum Menſuram* eſſe pronunciant.

[*g*] Lib. XI. p. 133. Edition. Janſoniano-Amſtelodam. in 12. m. maj. f.

REISKII.

1 (i) Menſuræ, quotquot huc adferuntur, e *Geometria*, quam vocant, *practica*, aut verius *Eutbymetria* ſeu arte Longimenſoria in uſus Geographicos proveniunt; Omnes quidem eæ dicuntur *ſimplices*, quibus lineam ſeu longitudinem metimur: Eædem vero etiam *quadratæ*, ſi ad planitiem; *cubicæ*, ſi ad corpora adhibeantur. Sicut autem non veteres ſolum, ſed hodiernæ per Aſiam, Europam & Africam nationes locorum genio, ſic menſurarum modo ac magnitudine vehementer diſſident. Id quod Typus chalcographicus huic capiti annexus ex parte docuit; ſed luculentiſſime *Schottus in Amuſti Ferdinandea* explicat, ubi cum uno gradu circulorum terreſtria confert milliaria Indica 100, Cambajenſia 30, Arabica 27, antiqua Perſica 20, Hollandica 19, Danica 10, Scanicis æqualia. Unum his accedito de gradu, nempe majorum circulorum collationem intelligi heic oportere: Sin paralleli arctius coëant, tum propoſitioni huic multum decedere liquet.

(a) Paraſanga. (b) Schœnus. (c) Anglicum Milliare. (d) Turcicum Milliare. (e) Arabum. (f) Indorum Milliaria. (g) Milliare Cambajenſe. (h) Sinarum. (i) Menſuræ variæ.

CAP. X.

De Oceano, ejuſque partibus.

I.

TErra, in mundi medio tanquam in centro poſita, mari undique omnis cingitur. [*a*] *Totum* autem *Mare*, ſeu quicquid aquarum terris paſſim infuſum univerſum

HEKELII.

[*a*] *Orbem Maritimum*, ſive *Rerum in* Mari & Littoribus *geſtarum Hiſtoriam* adornavit BARTOL. MORISOTUS, eamque *Divione* A°. 1643. in fol.

univerſum Orbem ambit, id uno nomine *Oceanus* nuncupatur; qui poſtea nominibus, ut locis, differens, in varia maria ac ſinus varie diſtribuitur: Ac primum *quatuor* appellationes, ex IV Mundi regionibus accipit. Ab Oriente *Eous* dicitur, id eſt, Orientalis: ab Occidente *Occiduus*, ſive Occidentalis: a Meridie *Notius*, id eſt, Auſtralis: a Septemtrionibus *Septemtrionalis*. α [1]

Eous. Occiduus. Notius. Septemtrionalis.

II. Præter hæc, prout quamque regionem perfundit, diverſa a littoribus ſuis vocabula trahit. A Septemtrionibus, qua Sarmatiæ affunditur, inter Lappiam & flumen Obium, *Sarmaticus*; qua Scythiæ, *Scythicus* appellatur Oceanus. Sed a toto Septemtrione etiam β *Hyperboreus* dicitur, a gente in extimo hoc Septemtrionis litore poſita; idem *Mare Cronium*, quod Saturnus his locis regnare

Sarmaticus. Scythicus. Hyperboreus. Mare Cronium.

fol. publici juris fieri juſſit. Exſtant & GEORGII FOURNIER, *e Soc. Jeſu*, II Volumina *Geographicæ Orbis Notitiæ per Littora MARIS & Ripas*, Pariſiis ap. *Joann. Henault* A°. 1651. in f. 24. excuſa. Nec ſpernendum HENRICI HUDSONII *Fretum*, quod Amſtelodami A°. 1613. in 4. f. impreſſum conſtat.

BUNONIS.

α (a) Globus terrenus ratione ſuarum partium dividitur in Aquam & Terram. Aqua iterum divellitur, 1. in *Maria*: 2. in *Fluvios*, *Rivos*, *Torrenteis* & *Fonteis*: 3. in *Stagna*, *Lacus* & *Paludes*. *Mare* eſt immanis aquarum ſalſarum vaſtitas [*b*]. Quod quidem vel eſt (b) *Univerſale*, hoc eſt, *Oceanus* (qui rationem habet Terræ continenti quodammodo oppoſitam, & privatum ſæpe cognomen requirit a regione quam alluit; ut *Oceanus Germanicus*, *Indicus*, &c.) Vel (c) *Particulare*, ſcilicet quaſi prægrandis quidam ſinus Oceani (in Terra peninſulæ reſpondens) cum quo cohæret, ad morem artuum, qui corporis trunco annexi ſunt; ut *Mare Mediterraneum*, *Balthicum*, &c. quæ conjunctio fit aliquando per collum anguſtum, quod (d) *Fretum* appellatur, a fremitu ſeu ſono, qui inibi auditur, dum Mare unum in alterum ſe exonerat, & cum Iſthmo in Terra oppoſitionem, aut ſi mavis, cognationem habet. *Caſpium* tamen ſeu *Hyrcanum Mare* nulli alteri jungitur Mari, niſi forte per cryptas ſubterraneas, adeoque habet veræ inſulæ contrariam rationem. (e) *Fons* eſt aqua modica, ſcaturiens ac velut ſaliendo aut ebulliendo e tellure erumpens [*c*]. (f) *Rivus* eſt aqua modica, e fonte aliorſum manans [*d*]. (g) *Torrens* eſt aqua fluens copioſior, rapida, ſed vix perpetua: ex imbribus diuturnis & validis, aut ſoluta nive naſcens. *Flumen* ſeu (h) *Fluvius* eſt aqua currens copioſa [*e*], ex pluribus rivis ac torrentibus collecta. (i) *Palus* [*f*] eſt aqua quieſcens, modica, cœnoſa, putridaque, ex pluviis, nivibus, aut etiam fonte aliquo invalido, originem habens, ac proinde æſtate plerumque evaneſcens. (k) *Stagnum* eſt aqua quieſcens, ſincera, copioſior, ex pluribus in fundo ſcaturiginibus, iiſque vivacioribus; nonnunquam etiam ex rivulis, jugiter affluentibus, coacervata. (l) *Lacus* eſt aqua quieſcens, valde copioſa, rivorum atque etiam fluminum ingreſſu perpetuata [*g*]. Fontium autem alii ſunt *Calidi*, alii *Frigidi*, alii *Tepidi*, nonnulli *inſipidi*, quidam *ſalſi*, *acidi*, &c. aliqui *graveolentes*, alii *inodori*: alii demum ſunt *medicati* & *minerales*. Et hæ aquæ ita a natura ſunt conſtitutæ. Sunt præterea alvei factitii, & hominum manu parati; ut *Putei*, *Piſcinæ*, *Ciſternæ*. *Ciſterna* eſt latum quoddam receptaculum aquarum pluviarum, ſub ſtillicidiis confluentium. *Puteus* eſt anguſtus quidem, ſed profunde effoſſus alveus, in quo colliguntur aquæ, per poros & venas terræ manantes. (m) *Piſcina* eſt fovea quædam ampla, declivis plerumque, ſed loco humiliori, aggere vallata, ut in ea congregentur aquæ, pro piſcium conſervatione. (n) *Foſſa* appellatur alveus hominum manu factus, urbes aut caſtra cingens ad continendas aquas, contra incurſiones hoſtium, vel etiam ad flumina alio derivanda. [*b*]

β *Mare Hyperboreum* ſive *Concretum* a probatis autoribus dividitur in *Amalchium*, quod Scythis ſignificat *Mare Congelatum*; & extenditur ab Oceano Eoo ad Paropamiſum fl. Plin. lib. IV. c. XIII. In *Chronium* ſeu *Saturninum*, quod a Paropamiſo fl. ad Rubeas prom. vulgo *Nortkyn*. Et *pigrum*, quod ſupra Scotiam verſus Thulen & Rubeas prom. porrigitur.

HEKELII.

[*b*] Seu ultimus aquarum confluxus.

[*c*] Alii *Fontem* per ſcaturiginem apertas aquas foras fundentem deſcribunt.

[*d*] Aquæ enim, ubi fluunt rivatim, *Rivos*, h. e. *parvos fluviolos*, faciunt.

[*e*] Seu perenne defluens.

[*f*] A Gr. πηλὸς, *lutum*.

[*g*] *Lacubus*, piſcoſis imprimis, *Pruſſia* præ cæteris locis abundat.

[*b*] Sic ALVEUS quoque invenitur in *Balneo*, ALVEUS apud *Lotricem*, ALVEUS in *Navi*, ALVEUS apud *Aleatorem*, & ALVEUS in *Alveario*, ſive *Apiario*.

REISKII.

1 Pars una hujus introductionis, quam perſequimur, Geographicæ, *Hydrographia* (o) erat, ſive *ſcientia omnium aquarum*, *Oceani cum primis ex ſitu & magnitudine non ſolum metiendi*, *ſed etiam cognoſcendi*: Unam dum voco, utramque Mathematicam & Hiſtoricam intelligo, ac eandem utrique materiem aſſignari heic volo. Materia & objectum (p) exſtat aut *generale*, nempe aqua cuncta, ſive marina, ſive fluvialis, ſive fontana, ſive lacuſtris & paludoſa, ſive mobilis ſive immota fuerit; aut *ſpeciale*, vaſtus puta Oceanus, immenſa fere aquarum congeries, cui partes inſigniores attribuam non maria tantum ſingula, ſed ſinus etiam, freta, portuſque: Hæc omnia cum terris conjuncta ſub menſuram & cognitionem breviſſime vocabuntur. *Eſt quippe in toto ſuo globo tellus*, *medio ambitu*, *præcincta circumſluo mari*, ut recte Plinius Lib. II. c. 66.

BUNO-

(a) Quinta diviſio Globi in Terram & Aquam. (b) Mare Univerſale. (c) Particulare. (d) Fretum. (e) Fons. (f) Rivus. (g) Torrens. (h) Fluvius. (i) Palus. (k) Stagnum. (l) Lacus. (m) Piſcina. (n) Foſſa. (o) Hydrographia duplex. (p) Objectum hujus etiam duplex.

Concretum. gnare dicitur, ſidus frigidum: eadem ex cauſa *Concretum*, & *Amalchium*; quod gentis olim illius lingua *Congelatum* ſignificabat: & Morimaruſa, quod *Mare mortuum*, ob perpetuam caliginem, & alienum molliorum ſiderum inibi aſpectum; maligna, ac pruina tantum albicante, luce, ut inquit Plinius. Tacito, eſt *Mare pigrum* ac prope *immotum*. Ab Oriente *Sericus* dicitur ad Sericam regionem, quæ nunc eſt *Kitaja*: & *Sinenſis* ad regionem Sinarum, quæ vulgo Hiſpanis *China* vocatur, id eſt, ſi Germanicis ſcribas literis, *Tſchina*.

Mare Mortuum.

Mare Pigrum.

Oceanus Sericus.

Sinenſis.

III. Hinc ſequitur *Hippadis* pelagus, vulgo *Archipelagus S. Lazari*, ob multitudinem inſularum in eo, ad comparationem Archipelagi Europæi, id eſt, Maris Ægæi, ſic dictum. Inde a meridie *Oceanus eſt Indicus*, qua Indos, Perſas atque Arabas Æthiopaſque ab Oriente alluit. Hic vero ea parte, qua a Gange Indiæ flumine affunditur, *Gangeticus* dicitur; vulgo nunc *Bengalenſis* ſinus, ab Indiæ urbe *Bengala*: qua Perſidem tangit, *Perſicum mare*: mox *Arabicum*, qua Arabiam ab Auſtro percutit. Hinc ad Cernen ſeu Minuthiam inſulam, quæ vulgo eſt *Madagaſcar*, *Aſperum*, ob brevia & ſyrtes, quibus refertum. At totum hoc mare Indicum, quod Gengetici, Perſici, Arabici, & Aſperi nominibus diſtinguitur, alio nomine mare *Rubrum* Latinis, Græcis γ *Erythræum* dicitur; quod a Solis repercuſſu talem reddi colorem, alii ab arena terraque, alii talem ipſius eſſe naturam exiſtimarunt; vel, ut alii, quorum verior videtur ſententia, a Rege *Erythra*, cujus ſepulchrum in *Ogyri* inſula ejuſdem maris erat.

Hippadis Pelagus, ſeu Archipelagus S. Lazari.

Oceanus Indicus.

Gangeticus, ſeu Bengalenſis.

Mare Perſicum, Arabicum, Aſperum, Rubrum ſeu Erythræum.

IV. Porro a mari Erythræo promontorioque Bonæ Spei, pars altera Meridionalis Oceani incipit, verſus Occaſum *Oceanus Æthiopicus*, ſeu mare Æthiopicum, qua Æthiopia alluitur, ad uſque oſtia fluminis Nigri. Inde jam eſt δ *Atlanticus Oceanus* (ab Atlante, Mauritaniæ monte, vel ejus promontorio dictus) ſeu mare Atlanticum, ad Hiſpaniæ uſque promontorium ε *Artabrum* vulgo *Cabo da Roca*. Hinc *Oceanus Gallicus* ad promontorium uſque Galliæ Celticæ, vulgo *le Four*. At idem, qua Cantabriam Hiſpaniæ regionem alluit, *Cantabricus* appellatur: qua Aquitaniam Galliæ provinciam, *Aquitanicus*; mox *Britannicus* eſt inter Britanniam & Galliam: inter Hiberniam & Britanniam *Hibernicus*: & ſupra Scotiam, quæ quondam Caledonia dicta, *Caledonius*, qui apud Ptolemæum mendoſe eſt Deucaledonius. Ultra Britanniam, ad uſque Cimbros ſive Jutiam, Daniæ regionem, ζ *Germanicus* Oceanus Germaniam lambit.

Oceanus Æthiopicus.

Atlanticus.

Gallicus.

Cantabricus.

Aquitanicus.

Britannicus.

Hibernicus.

Caledonius.

Germanicus.

V. Hæc igitur ſunt nomina, in quæ totus Oceanus a Veteribus diviſus, hodieque maxima ex parte ſervat. Cæterum quum in ulteriores mundi parteis poſtmodum navigatum ſit, Oceano recens conſpecto recentia quædam impoſita ſunt vocabula; in quatuor ſcilicet partes univerſo Oceano diviſo. Quicquid aquarum inter Aſiam, Americam & Magellanicam, ſeu Auſtralem terram interfuſum eſt, Hiſpani *Mar del Zur*, id eſt, *Mare Auſtrinum*, & alio nomine *Pacificum* nominant, a fluctuum placiditate. Hinc quod inter Americam, Europam

Mare Auſtrinum ſeu Pacificum.

BUNONIS.

γ *Erythræum Mare* a Carmaniæ finibus ad Aromata prom. extenditur. *Plinius l. 6. cap. 24.* illud in tres dividit partes. *Euſtathius* a reflexione montium combuſtorum ita dictum credit: & *Cteſias Gnidius* a fonte miniato, qui in hoc decidit mare. Alii a pluviis, quæ ex montibus, quos ſol adurit, decurrunt in mare hoc, ita appellatum putant.

δ *Oceanus Atlanticus* inter Veteris Orbis litus Occidentale, & Novi Orbis litus Orientale ſitus eſt. Vulgo quidem dicitur *Mar del Nort*, *Mare Septemtrionale*; ſed minus proprie: quum ultra Æquatorem verſus Auſtrum ſe extendat. Habet ab Oriente Veteris Orbis litus Occidentale, & ab Occidente Americæ litus Orientale. Verſus Septemtrionem coit cum Oceano Hyperboreo, verſus Auſtrum cum Auſtrali. Appellatur etiam *Heſperius ab Heſpero ſtella*: item *Mare veſpertinum & magnum*.

ε *Artabrum prom.* idem eſt, quod *Celticum* & *Nerium*. At *Cabo de Rocca*, quod vulgo dicitur, eſt promontorium ad oſtium Tagi ejuſque dextrum latus.

ζ *Germanicus Oceanus* ad Rheni Oſtium incipit, & extenditur ab prom. Rubeas, vulgo *Nort-Cap.* Plin. l. 4. c. 1.

BUNO-

ropam & Africam, ad uſque lineam Æquinoctialem protenditur; *Mar del Nort*, id eſt, *Septemtrionale*: ultra lineam, inter Americam, Africam & Auſtralem terram, *Mar d'Æthiopia*, hoc eſt, *Æthiopicum*: inter Africam, Aſiam, atque Auſtralem, *Mar d'India*, hoc eſt, *Indicum*. Atque hæc de Oceano, quatenus oras terrarum extimas amplectitur. ɳ

Septemtrionale. Æthiopicum. Indicum.

BUNONIS.

ɳ Alii Geographi *Oceani parteis* præcipuas conſtituunt *quatuor*: 1. *Atlanticum* non extendunt ultra Æquatorem. 2. Hinc incipit illis *Oceanus Æthiopicus*. 3. *Pacificum Mare*. 4. *Oceanus Indicus*. Poſſunt etiam tres tantum partes conſtitui, nempe *Oceanus Atlanticus*, *Pacificus* & *Indicus*; *verum* ita *Atlanticus* latius extenderur.

CAP. XI.

De Magnis ſinubus Oceani.

I.

IN gremiis autem Terræ deſcribuntur, ad noſtram continentem, quæ in Europam, Aſiam & Africam diſtinguitur, ſinus magni a veteribus quinque. Primus eſt ingens ille Plinii ſinus *Codanus*, quod Tacito Mare *Suevicum*, a Suevis olim accolis, dicitur: idem vulgo nunc *Balticum*, & Germanico vocabulo *die Ooſt-Zee*, *Mare Orientale*, inter Pomeraniam, Daniam, Suediam, Livoniam ac Pruſſiam α [1]

Sinus Codanus.

II. Secundus eſt, qui medius inter Europam, Africam & Aſiam, ad paludem uſque Mæotin protenditur: unde *maris mediterranei* vulgare nomen traxit, Latinis olim *Internum* mare dictum. Tertius dicitur, *Perſicus*; qui latere ſuo dextro Perſidem radit. ℭ Perſicus ſinus *inter Arabiam & Perſiam decurrit ex Oceano Indico circa inſulam Ormuz*; *Perſiam habet ab Oriente*, *Arabiam ab Occidente*. *Siſtitur ad provinciam Chaldææ*. *Fluvios recipit paucos*, *præter* Euphratem & Tigrin *ante conjunctos*. Quartus, qui litore dextro Arabiam perfundit, *Arabicus*. Hic in ſacris libris appellatur *Rubrum mare*; quia ſinus eſt maris Erythræi, ſive Rubri: hodie etiam vulgo *Mare Roſſo*: idem *Mar di Mecca*, ab urbe natalibus Mahumetis celebri.

Mare Mediterraneum, de quo cap. ſeq. Sinus Perſicus. Arabicus. Mare Rubrum.

III. Quintus habebatur *Caſpius*, ſeu *Hyrcanus*: cui nomina a binis populis accolis quæſita ſunt. Hunc priſci inter ſinus numerabant, quia Oceanum Scythicum ab Septemtrionibus eum recipere opinabantur; ut Indicus Arabicum & Perſicum ab Auſtro. Herodotus tamen, antiquiſſimus ſcriptor, & item Ariſtoteles atque Diodorus, ab hac opinione diſſentientes, mare id per ſe eſſe tradiderunt, nec Oceano miſceri. Hinc Ptolemæus lacum quam mare appellare maluit, qui pedibus circuiri poſſit. Huic rei recentiores quoque adſtipulantur: vulgato

Mare Caſpium ſeu Hyrcanum.

BUNONIS.

α Diffundit ſe hoc mare in quatuor ſinus ſecundarios; quorum duo ſunt oblongi, nempe *Botnicus* & *Finnicus*; & duo lati, *Dantiſcanus* & *Livonicus*.

ℭ *Arabicus ſinus* ex mari Rubro, quod pars eſt Oceani Indici, fluit inter promontorium Arabiæ ad urbem *Aden*; & inter Africæ promontorium; atque inter Africam verſus Occidentem, & Arabiam verſus Orientem decurrit: ſiſtitur ad Iſthmum Africæ, ad urbem *Suez*, ubi eſt ſtatio claſſis Turcicæ. Fluvios pauciſſimos & exiguos recipit.

REISKII.

1 (a) *Sinum* Gr. κόλπον metaphorice ita dictum, & hinc corrupte apud Italos Golfo, maris partem curvo littore concluſam definiunt, eumque aut oblongum aut latum hiantemque faciunt. (b) *Fretum* dicitur pars Oceani, anguſto terræ ſpatio decurrens, & duo maria connectens: Hiſpanice *Eſtrecho*, Italice *ſtretto*, Germanice *Straat* vel *Straſſe*. (c) *Portus* autem pars maris littori vicina, & ſtationi navium apta. Iſtarum partium hiſtoriam ex auctore capies; rerum naturalium ex Oceano multam notitiam Kircherus in mund. ſubterr. dabit Lib. 11. c. 14. unde prata ſubmarina, ſylvas corallinas, uniones, ſuccinum, conchas, pluraque ad ſtuporem hauries.

BUNO-

(a) Sinus. (b) Fretum. (c) Portus.

vulgato tamen nomine etiam nunc *mare* dicitur *Caſpium* atque *Hyrcanum*: vulgo *Mar di Sala*, ab urbe appoſita, & Ruſſis accolis *Chwalenske more*. γ

BUNONIS.

γ (a) *Caſpium Mare*, Peculiare eſt, neque alteri mari, niſi forte per cryptas & vias ſubterraneas miſcetur.

Eſt porro (b) *Sinus Californiæ*, *Mare Vermejo* ſeu *rubrum*: Inter *Californiam* & Occidentale Americæ Mexicanæ litus decurrit, ab Auſtro verſus Septemtrionem. Terminatur ad incognitam Americæ provinciam *Tatonteac*. Fluvios accipit paucos. Nautæ tamen hodie aſſerunt, *Californiam* eſſe *Inſulam*; quod ſi ita eſt, non erit hic aquæ tractus ſinus, ſed potius fretum. Deinde, (c) *Sinus de Nanquin* inter Coream & Chinæ Tartariæque litora decurrit ad Septemtrionalia Tartariæ loca; ubi *Tenduc* regnum ponitur; ſunt tamen, qui *Coream* inſulam eſſe tradunt. Fluvios accipit paucos: exporrigitur ab Auſtro verſus Septemtrionem. Hi ſunt *ſinus oblongi*, quibus plures minores addi poſſunt, ut (d) *ſinus* ad *Cambajam* & *alii*. Ex his ſinus ſecundarios præbent mare Balticum & Mediterraneum. Sunt præterea *Septem ſinus lati & hiantes*. 1. (e) *Sinus Mexicanus*, ſeu *mare Mexicanum*, ex Oceano Atlantico inter partes Americæ Septemtrionalem & Auſtralem, quas ſeparat, fluit; ab Oriente in Occidentem. Siſtitur ad Iſthmum longum inter illas terras, qui impedit, ne Pacificus & Atlanticus Oceanus coeant ab hac parte. Fluvios recipit non paucos. Multas habet inſulas veluti mare Ægeum. 2. (f) *Sinus Gangeticus* ſupra cap. X. memoratus, vulgo *Golfo di Bengala* dictus, inter Narſingam & Mallaccenſem Cherſoneſum infunditur ex Oceano Indico; ab Auſtro verſus Septemtrionem. Siſtitur ad regna Indiæ, Bengalam & Pegu, &c. Recipit inſigneis fluvios, præter Gangem. 3. (g) *Sinus inter Malaccam & Cambojam* non procul a Gangetico, itidem ab Auſtro verſus Septemtrionem infunditur. Siſtitur ad regnum Siam & alia. 4. (h) *Mare Album* ſive *Sinus Ruſſicus*, ex Oceano Septemtrionali, inter Lappiam & extrema Ruſſiæ litora influit verſus Auſtrum. Terminatur partim ad Finlandiam; partim ad Moſcoviæ regnum; ubi celebre & frequentatum ab Anglis & Belgis emporium *Archangelo* vulgo dictum. Fluvios recipit inſigneis. Præbet parvum quendam oblongum ſinum, qui ad Lappiam extenditur. 5. (i) *Mare Lantchidolinum*, ſinus eſt inter terræ Auſtralis provincias *Beach & novam Guineam* ab Oceano Indico fluens, a Septemtrione verſus Auſtrum exporrigitur; terminatur ad incognita Terræ Auſtralis. 6. Huic alius ſinus vicinus eſt verſus Occidentem & Terram aliam: ubi eſt (k) *Terra Antonii a Diemen*, quod eſt nomen Belgici Prætoris navalis, ſub quo detecta eſt hæc Terra. 7. (l) *Mare Hudſonii*, ſinus eſt inter Novam Franciam & Canadam, aliaſque Americæ Septemtrionalis partes, ex Oceano Septemtrionali infuſus. Terminatur ad Eſtotinlandiam.

(a) Caſpium Mare. (b) Sinus Californiæ. (c) Sinus de Nanquin. (d) Sinus ad Cambajam. (e) Sinus Mexicanus. (f) Sinus Gangeticus. (g) Sinus inter Malaccam & Cambojam. (h) Mare Album. (i) Mare Lantchidolinum. (k) Sinus ad Terram Antonii a Diemen. (l) Mare Hudſonii.

CAP. XII.

De Mari Interno.

I.

OCeanum, parteſque ejus, ac ſinus præcipuos diximus; ex his *mare Internum*, quia omnium celeberrimum eſt, pluribus adhuc eſt dicendum. Oceanus igitur Atlanticus ab Occaſu Solis per *Fretum Gaditanum* irrumpens, ſciſſis utrimque (id veteres credidere) ab Hiſpania *Calpe*, ab Africa *Abyla* montibus, quos *Columnas Herculis* dixere, quaſi laborum ejus metas, inter Europam & Africam, Aſiamque diffunditur; unde Mediterranei vulgare nomen ei quæſitum. Fretum ipſum, quod tanquam limen ejus eſt, cognominatur *Gaditanum*, a *Gadibus* inſula celebratiſſima ante ſita; & alio nomine *Herculeum*, a fabuloſo Herculis ex Africa in Hiſpaniam tranſitu. Intranti ipſum mare, a lævo latere Europa eſt, a dextro Africa: inter has ad imum receſſum Aſia. α 1

Fretum Gaditanum ſive Herculeum.

II. Diffun-

BUNONIS.

α Germanis hoc fretum vulgo dicitur *die Straſſe*, Belgis *de Strate*, unde *een Straets-Vaerder*, his appellatur navis, quæ per fretum iſtud ad regiones, quas ſinus hicce alluit, videlicet ad Syriam, Italiam, Siciliam, Venetias mittitur &c. Fauces hujus freti Livius & Nepos latitudinis tradiderunt, ubi minimum, VII. m. paſſ. ubi vero plurimum, X. m.

REISKII.

1 (a) Sinus hic maximus & veterum navigatione frequens momenta quatuor notatu digniſſima præbet; (1) de *ſinubus minoribus*, quos oblongos latoſque complectitur; Oblongi ſunt Adriaticus, Tarentinus, Theſſalonicenſis, Propontis, Pontus Euxinus ipſe cum ſinu Nigropolitano, & palus Mæotis: Lati vero ſeu hiantes ſunt Syrtis major minorque, Tuneto & Tripoli

(a) Memorabilia maris mediterranei.

II. Diffunditur autem mare in varia nomina, prout regionum litoribus affunditur. ε Ad Iberiam, id eſt, Hiſpaniam, dicitur *Ibericum* ſive *Hiſpanicum* mare; circa Baleares Inſulas, *Balearicum*: ad Narbonenſem Provinciam, *Gallicus* ſinus: mox *Liguſticus* ad Liguriam: ab eo ad Siciliam *Tuſcum mare*; quod Græci γ *Tyrrhenum*, Latini *Inferum* vocarunt: circa Corſicam inſulam *Corſicum* eſt mare: circa Sardiniam *Sardoum*: a Sicilia Cretam uſque, *Siculum*. Inde δ *Creticum* ad Cyprum uſque: mox *Cyprium*, ad Aſiæ uſque continentem. Inter Siciliam, Italiam & Græciam, ε *Ionium* dicitur mare: cujus pars ζ *Sinus Adriaticus*, inter Italiam & Illyricum, ab *Adria* urbe quondam ſic dictus. Idem & η *Superum* vocatur *mare*, reſpectu Inferi quod eſt Tyrrhenum. Adriatici iterum parteis ſunt, *Illyricum mare*; & hujus rurſum partes duæ, *Dalmaticum* ad Dalmatiam, *Liburnicum* ad Liburniam, inter Siciliam & Adriaticum Sinum

Mare Ibericum. Balearicum. Sinus Gallicus. Liguſticus. Tuſcum Mare ſeu Inferum. Corſicum. Sardoum. Siculum. Creticum. Cyprium. Ionium. Sinus Adriaticus. Superum Mare. Illyricum. Dalmaticum. Liburnicum.

Tripoli vicina; (2) de *multo fluminum in illud exonerantium ſeſe confluxu, & perpetuo Ponti Euxini per Archipelagum affluxu*, quo tamen utroque nunquam intumuit nec hodieque intumeſcit: Ut hinc Phyſici cum Kirchero de ſubterraneis ſuſpicentur meatibus, per quos in mare Rubrum aliove penetret; (3) de *miro, quem conficit, æſtu, h. e. fluxu refluxuque mirabili*: Hic enim vehementior in ſinu Adriatico, freto Siculo, & Tunetano portu, in cæteris autem portubus, Hiſpano, item Gallico, Italico, Africano littore vix ſenſibilis deprehenditur; (4) de (a) *Archipelago* ſeu parte multas per Inſulas diviſa, quæ facit, ut hanc denominationem in oceano Indico tres Archipelagi, nempe Maldivarum, S. Lazari, d'Ande magnon ſive Andreman ab hoc uno ſuſceperint. (b) Sicut mare partibus rerumque proventu, ita colore variat, ut ab eo rubrum, idque duplex, unum Arabicum, Californiæ alterum; Nigrum Ponti Euxini; Album etiam duplex; viride aut Sargaſſium juxta Capo Verde nominent.

BUNONIS.

ε *Sardoum mare* antiquis dicebatur, quidquid a freto Gaditano ad Sardiniam porrigitur. Polybio enim Rhodanus Sardoum mare ſubit *lib.* III. Sed amplum iſtud maris ſpatium ex regionibus, quas alluit, varia ſortitur nomina. 1. *Ibericum* appellatur ab *Ibero* [a] & ab utroque latere Africæ & Europæ decurrit. Limites ejus deſcribit *Ptolem.* Verſus Hiſpaniam Charidemi prom. verſus Mauritaniam oſtium Malvæ fl. Strabo tamen & Scylax ad Rhodanum fl. uſque extendunt. 2. *Balearicum*, quod e Charidemo promont. ad radices Pyrenæorum producitur. 3. *Gallicum*, a Pyrenæorum radicibus ad Varum fl. 4. *Liguſticum*, quod Varo & Macra fluviis continetur, & ad oram Corſicæ procurrit, at prolatis Liguriæ finibus ad Arnum uſque fluvium fuit extenſum. 5. *Sardoum* proprie *dictum*. Sardiniæ litus occiduum & Mauritaniam Cæſarienſem alluit *inter* Malvam & Ampſagam fluvios. [b]

γ *Tyrrhenum mare* a Tyrrhenis piratis nomen accepit. *Auſonium* quoque fuiſſe dictum Dionyſ. Halicarn. tradit. Plinius etiam *Notium* appellat. Ejus limites ſunt Macra fl. & fretum Siculum. Ab *aliis* tamen ad Africam uſque extenditur. [c].

δ *Creticum mare* continet quicquid jacet inter Tænarum Laconiæ, Scyllæum Argiæ, Cornu Arietis & Samonium promontoria Cretæ.

ε Mare iſtud, quod Græciam inter Italiamque diffunditur a freto Siculo ad partem Cretæ occidentalem, olim dictum eſt primo *Cronium*: ſecundo *Celticum*: tertio *Adriaticum*: quarto *Auſonium*: quinto *Siculum*: ſexto *Ionium*. *At Ionium mare proprie dictum* Ptolemæus a Japygio prom. ad Garganum montem: a Liſſo fl. ad Calidnum amnem, & hinc ad portum Caſſiopen producit. Plinius limites ejus videtur ſtatuere ab Apollonia ad Hydruntem uſque. Verum quem alii appellarunt *Sinum Ionium*, hic *Adriaticum* vocat: & quod illi dicunt *mare Adriaticum*, hic nominat *Ionium*. In hujus maris parte inferiori collocat mare *Ionium* & *Siculum*; quum alii tantum meminerint *Siculi*; *Ioniumque* dividit in *Siculum* & *Creticum*. Verum *Ionium mare* late ſumtum recte dividitur in tres partes, in *Sinum Ionium* ſeu *Adriaticum*; *Mare Ionium proprie dictum*; & *Mare Auſonium* ſeu *Siculum*. *Illa hoc loco erunt explicanda*, quod res de Ionio mari alias eſt obſcura.

ζ *Adriaticus* ſive *Atriaticus ſinus*, ab *Atria* urbe dictus eſt. Terminos ejus Ptolemæus extendit a freto Siculo ad Japygium prom. oram Siciliæ Orientalis, portum Caſſiopen in Epiro, ad Acheloum fl. oram Corinthiaci ſinus, Peloponneſi oram occidentalem, & meridionalem Cretam. Unde colligimus *Adriaticum* Ptolemæo idem eſſe, quod Straboni *Siculum*, ſi exigua illa ora eximitur, quæ a jugis Acroceraunii ad Caſſiopen portum excurrit. *Scylax* initium ejus ſumit a Japygio prom. & montibus Acroceraunii: *Plinius* ab Hydrunte & Apollonia urbibus: Polybius a Cocynto prom. *Finem* ejus *Procopius* ad Ravennam producit: *Ptolemæus* ad Tilavemptum fl. *Plinius* & *Strabo* ad Aquileiam: *Mela* ad Tergeſten urbem. Sed *mare Adriaticum preſſius acceptum* dividitur in tres *ſinus*, *Tarentinum*, *Scyllaceum*, & *Brutium*. Idem *ſinus* qua Italiæ affunditur, *Italicum* dicitur *latus*: qua Illyridem alluit, *Illyricum mare*: ejuſque pars intima, *mare Aquilejenſe*.

η (c) *Mare ſuperum* ſic appellatum videtur, quod Italiæ parti Boreali incumbit. Geographis enim Septemtrionales terræ partes dicuntur Superiores: ſicut Meridionales inferiores. Plerique *ſuperum mare* ab *infero* per Siculum fretum dirimunt. *Marcianus Capella* diſtinguit illa per urbem Hydruntem: & *Plinius* per Japygium prom.

HEKELII.

[a] Divite ulterioris *Hiſpaniæ* Fluvio.

[b] Hoc *Mare*, mille paſſibus ſupermenſuratum, eſſe profundiſſimum, *Poſidonius* autor eſt apud *Strabonem* Lib. 1. de *ſitu Orbis* p. 96.

[c] *Tuſcum* autem dicitur a *Tuſcia*, quæ alio nomine *Hetruria* nuncupatur, & eſt Regio *Italiæ* celeberrima, in qua *Tiberis* oritur, a *Tuſculo Herculis* filio ita dicta.

E BUNO-

(a) Archipelagi plures. (b) Mare. (c) Mare Superum.

Ausonium. num ϑ *Ausonium* dicitur mare: quia hæc pars Italiæ quondam vocabatur *Ausonia*. Sed postea omne hoc mare inter Italiam & Illyricum, Græciam atque Siciliam, *Adriaticum* est dictum; quod alio nomine erat *Ionium*, idem & *Siculum*.

Adriaticum.

Sinus Corinthiacus.

III. Inter Peloponnesum & Achajam *Corinthiacus est sinus*. Inter Græciam, Cretam Insulam, & Asiam, ι *Ægæum est mare*; quod nunc *Archipelagus*, innumeris insulis refertum. Id etiam varia ab Insulis, quas alluit, sortitur vocabula: ut ad Myrton κ dicitur *Myrtoum*; ad Icariam, λ *Icarium*; ad Carpathum, μ *Carpathium*: alibi aliter. Hinc vastum mare inter Europam Asiamque angusto iterum meatu irrumpit inter terras, in magnumque sinum effunditur. Primas angustias ν *Hellespontium* vocant: qua Xerxes Rex Persarum constrato in navibus ponte duxit exercitum, Græciæ bellum inferens.

Mare Ægæum.

Myrtoum.

Icarium.

Carpathium.

Hellespontus.

Euripus.

IV. Porrigitur inde tenuis *Euripus*, mox exspatiatur æquor, rursumque in arctum coit. Laxitas *Propontis* appellatur; ceu vestibulum Ponti: angustiæ *Bosphorus* Thracius; a meatibus boum perviis; qua Darius, pater Xerxis, copias ponte transvexit. ξ

Propontis.

Bosporus.

V. Hinc

BUNONIS.

ϑ (a) *Ausonium mare* ab Ausonibus [d], quos tamen Strabo [e] ad hoc mare habitasse negat, a quo tamen alii diversum tradunt, dictum videtur. Ejus limites a Strabone afferuntur Siciliæ orientalis ora, Italiæ pars a Siculo freto ad Salentinum prom. Inde ad Cretæ promontoria & Peloponnesum producuntur. Isidorus in eo invenit *Achaicum & Epiroticum mare*.

ι (b) *Ægæum mare* dictum est, ut Festus ait, quod Insulæ illius maris haud male repræsentent gregem caprarum, (αἴξ enim *Capram* significat) & fluctus ad illas caprarum more lascivire videantur. *Plinius* a scopulo inter Tenum & Chium ita appellatum putat: *Eustathius* ab *Ægeone* pirata. Vel quod *Strabo* [f] mavult, ab *Ægis Euboicis* [g]. Ejus maris *terminos Strabo* ad Strymonem, vel (*ut alia habet Lectio*) ad Nessum fl. producit. *Ptolemæus* eos videtur extendere ad Melanem fl. *Plinius lib.* V. *cap.* II. mare illud a Sigæo prom. promovet ad Argenum prom. quod Chio insulæ respondet; at *lib.* III. *c.* XI. illud per Melana sinum interrumpit. *Archipelagus* hoc mare post dictum, quum majestas imperii tantum in Græcia & Asia minore utcunque retineretur, & *mare Imperii* nominabatur. Incipit ab Insulis Cythera vulgo *Cerigo*, & Creta nunc *Candia*. Nonnulli id ad prom. Janissartorum; alii ad Constantinopolin usque extendunt.

κ *Myrton* parva insula est, quæ a Geresto Macedoniam navigantibus apparet. Alii a *Myrtilo* Οἰνομάου auriga, in mare illud a Pelope præcipitato, ita dictum esse volunt. Incipit a Scyllæo prom. & terminatur ad prom. Sunium Atticæ. *Pausanias* illud ad Eubœum extendit. *Plinius* tradit Myrtoum mare totam alluere Atticam. Clauditur demum mari Icario.

λ (c) *Icarus Icarias* nomine fecit aquas. *Ovid.* [h] *Strabo* [i] tamen & *Plinius* ab insula *Icaria* mare hoc appellatum volunt. *Ad ortum* terminatur Asia, unde *Solinus Asiaticum* quoque vocat. *Versus Septemtrionem Ptolemæus* mare Icarium Argeno promont. & Pyrrha urbe includit: *Strabo* vero ad Hellespontum producit. *Ad meridiem* per lineam a Gnido urbe ad Samonium prom. deductum finitur. *Ab occidente* Myrtoo clauditur mari.

μ (d) *Carpathium* [k] ab insula appellatum, Rhodum usque se extendit. *Plinius* illud ab Occasu conjungit cum Cretico, & a Septemtrione cum Icario.

ν (e) *Hellespontus* est angustia maris, inter Sestum Leandri amore nobilem & Abydum [l]. Nomen habet ab (f) *Helle*, Athamantis Thebanorum regis & Nepheles filia; quæ, quum fugeret novercam Inoa cum Phryxo, aurei velleris arieti insidens, in mare istud decidit. Arietem interpretantur navem; & aureum vellus thesauros. Hellesponti angustiæ septem stadiorum intervallo Europam ab Asia dirimunt [m]. (g) *Hellespontiacus* dictus est ab Hellesponte, *Priapus* [n]. (h) *Sibylla Hellespontiaca*, in agro Trojano, vico Marpesso circa oppidum Gergithium nata, Cyri floruit temporibus.

ξ Bospori hujus latitudo vix est quingentorum passuum: unde nec vocis humanæ commercium inter duos Orbes adimit. Hunc Mandrocles Samius, quum stravisset ponte, corona aurea donatus est a Dario.

HEKELII.

[d] *Ausones Calenum* oppidum, quod *Carinulas* olim, cum erat Urbs maxima, dicebatur, quondam incolebant, in cujus agro, *Sidicinis* quippe finitimo, optima Vina, velut apud *Falernum*, nascuntur, sicuti *Dominicus Marius Niger* Lib. VII. *Comment. Geogr.* p. 194. Edition. Prior. docet.

[e] Lib. V. p. 424. seq.

[f] Lib. VIII. p. 704. Part. I.

[g] Ibi enim *Neptuno*, qui & *Ægæus* apud eundem *Strabonem* Lib. IX. p. 737. dicitur, fuisse negotium fingitur, quod de *Bello Trojano* fuerat.

[h] Lib. I. *Trist.* Eleg. I. v. 90.

[i] Lib. XIV. p. 334. Part II.

[k] Teste *Plinio* Lib. IV. H. N. cap. 12.

[l] Qui, testante *Strabone*, Lib. XIII. p. 253. Part. II. ad Stadia triginta inter se distant.

[m] Hodie *Brachium Sti. Georgii* dicitur.

[n] Quem superstitiosa Antiquitas *Hortorum Præsidem* credidit. Quo respexisse videtur *Horatius* Lib. I. Sat. VIII. v. 7. Ideoque eidem *Horatio* loc. cit. v. 3. seq. *Deus furum aviumque formido maxima* dicitur. Conf. *Virgilii* Lib. IV. *Georg.* v. 110. seq.

BUNO-

(a) Ausonium mare. (b) Ægæum mare. (c) Mare Icarium. (d) Carpathium mare. (e) Hellespontus. (f) Helle. (g) Priapus Hellespontiacus. (h) Sibylla Hellespontiaca.

V. Hinc vaſtum rurſus mare ο *Pontus Euxinus*, a moribus accolarum, appellatus, quondam *Axenus*, longe refugientes occupat terras: magnoque litorum flexu jungitur *Mœotici* lacus oſtio; quod *Boſporus* vocatur *Cimmerius*, ipſe lacus π Mœotis *Tanaim* amnem, noviſſimum inter *Europam* Aſiamque *terminum*, recipit. Atque hactenus partes interni maris dictæ ſunt, quatenus Europam alluit.

Pontus Euxinus. Lacus Mœotis. Boſporus Cimmerius. Tanais. Europæ terminus.

VI. Porro ad Aſiam poſt Ægæi nomen *Carium* vocatur, qua Cariam perfundit: *Rhodium*, ϱ circa Rhodum Inſulam; *Pamphylium* ad Pamphyliam; *Cilicium* ad Ciliciam, mox *Syrium* ſive *Syriacum* apud Syriam. Inter Ciliciam, Syriam & Cyprum inſulam, vocatur *Cyprium* mare, & *Iſſicus ſinus*, ab *Iſſo* celebri Ciliciæ urbe. Ad Phœnicen *Phœnicium* eſt; ad Palæſtinam *Palæſtinum*; ad Judæam *Judaicum*; ad Ægyptum σ *Ægyptium* ſive *Ægyptiacum*; ad Cyrenaicam regionem *Cyrenaicum*. Hinc ad Libyam, id eſt, Africam, τ *Libycum* ſive *Africum*; ad Numidiam *Numidicum*; ad Mauritaniam *Mauritanicum*.

Mare Carium. Rhodium. Pamphylium. Cilicium. Syrium. Cyprium. Phœnicium. Palæſtinum. Judaicum. Ægyptium. Cyrenaicum. Libycum ſ. Africum. Numidicum. Mauritanicum.

CAP.

BUNONIS.

ο Hoc mare κατ' ἐξοχὴν, ut Strabo [o] tradit, *Pontus* dictum; quod eo, qui navigabant, periti habebantur nautæ. *Axenus* appellatus, quia terra inhoſpita ob piratas, raras habebat ſtationes: Per antiphraſin ἄξενον. (a) *Euxinus* falſo nomine dictus. *Ovid. Et* ἀξείνου, quia Tauri accolæ ejus hoſpites eo delatos Dianæ immolabant. *Aut* abſque antiphraſi, ab alienis moribus ab Ionibus eo illatis: quod *Strabo* vult. Hodie *Nigrum mare* vulgo vocant, *quod nebulæ fere perpetuæ ei incumbunt.* Auctoribus etiam dicitur *Caucaſium*, *Scythicum*, *Sarmaticum*, *Amazonium*, *Cimmerium*, *Ponticum*, *Tauricum*, *Colchicum*, *Phaſianum* [p]. Aquas Pontus ſufficit mari Ægæo, quod colligitur, ex paleis & lignis aliisque levioribus, quæ ex Ponto in Propontidem continue fluunt. *Ambitus Ponti* perhibetur a Polybio XXII. millium ſtadiorum. *Ammian. Marc.* addit mille ſtadia, & *Strabo* iterum duo millia. Tempore Conſtantini Copronymi Imperatoris frigore adeo concrevit *Pontus*, ut glacies exiſteret ad XXX cubitos; cui nix ſuperincidit ad XX cubitos. Mæotis palus Veteribus *Euxini* pars habita eſt. Dividitur autem *Pontus* per lineam a *Cornu Arietis prom.* in Taurica Cherſoneſo ad *Carambin prom.* Aſiæ deductam in partem Occidentalem & Orientalem.

HEKELII.

[o] Lib. VII. p. 546. Part. I.

[p] Hunc *Bimarem* etiam ideo dictum eſſe *Strabo* Lib. II. p. 222. teſtatur, quod ad medium *duo* procumbant *Promontoria.* Unum quidem ab *Europa*, partibuſque *Borealibus*: alterum ex *Aſia* huic oppoſitum. Unde tranſitus ipſe coarctatur intermedius, & ingentia duo efficiuntur *Maria. Europæ* ſcilicet Promontorium *Crium*, quod *Arietis* frontem appellant; alterum *Aſiæ*, *Carambin*, quæ invicem circiter Stadia duo millia & quingenta diſtant.

BUNONIS.

π (b) *Palus Mæotis* ab accolis *Mæotis* ſive *Mæoticis* nomen habet. Vocatum etiam *Palus Sarmatiæ*, *Cimmeriæ paludes*, *Scythica ſtagna & Fonti Euxini mater. Dionyſius* tradit paludem hanc inter Tauricam Cherſoneſum & oſtia Tanais ad CCC millia paſſuum extendi. In Circuitu, ut *Polybius* & *Strabo* referunt, VIII millia ſtad. patet. Hodie vulgo dicitur *Mar de Zabacken* a piſce quodam, qui certis anni temporibus in eo capitur. Inter duos Boſporos, Thracium & Cimmerium, directo curſu, ut auctor eſt *Polybius*, *CIM.* paſſuum interſunt. Circuitu vero totius Ponti vicies ſemel centena quinquaginta millia, ut auctor eſt Varro, & ſere veteres. *Nepos Cornelius* CCCML adjicit. *Plin. Hiſt. Nat. Lib.* IV. *cap.* XII.

ϱ Ptolemæus *Rhodii maris* terminos facit Gnidum & Caunum in finibus Cariæ. Cæterum *Parthenium mare*, ſive *Sinus Virginis*, ob *Europam virginem* ex Phœnicia in Cretam deportatam ita appellatum, continet mare *Lycium*, *Pamphylium*, *Cilicium*, *Iſſicum ſinum*, *mare Syriacum*, *Phœnicium*, *Ægyptium* & *Ionium.*

σ *Ægyptium* mare Poëtis dicitur *Pharium*; ejus fines ab auctoribus non unis deſcribuntur limitibus.

τ Mare ab Ægypto, ad fretum Gaditanum, *Libycum* vocant *Mela*, *Plinius* & *Strabo.* Sed *Libycum proprie dictum* ab Ortu habet Ægyptum, & protrahitur ad intimam uſque Syrtim majorem: verſus ſeptemtrionem reſtringitur linea a Pachyno prom. ad frontem Arietis Cretæ deducta. *Africum mare*, a Villa Phileni intimoque Syrtis Majoris ſinu, ad Ampſagæ fl. oſtia protenditur. *Ptolemæus* Mare hoc diſpeſcit *in Syrtim Majorem*, *Syrtim Minorem*, & *ſinum Numidicum.*

De *Fretis* quoque hic nonnihil videtur dicendum: Numerantur præcipua quindecim: ex quibus celebriora ſunt ſex. 1. eſt (c) *Fretum Magellanicum* longiſſimi tractus; cujus longitudo ab Oriente in Occidentem CX milliarium: latitudo varia, modo duorum milliarium, modo unius, modo quadrantis. Conjungit Oceanum Atlanticum cum Pacifico, atque ex uno in alterum præbet tranſitum. *Ferdinandus Magellanus Portugalleſius*, auſpiciis Caroli V. Imperatoris miſſus, anno a nato Chriſto CIↃ IↃXIX, 10. Auguſti Hiſpali ſolvit, poſt XIV menſium iter hoc fretum primus invenit & navigavit. *Vaſcus Nunnius* tamen *de Valboa* prius: nempe anno CIↃ IↃ XIII. illud fretum animadverteſſe dicitur, quum ad Auſtralem regionem luſtrandam iſthic navigaret. Latitudo ſive diſtantia ejus ab Æquatore eſt 52 gr. 30 min. Ad Septemtrionem habet *Chicam* Americæ Auſtralis provinciam: ad Auſtrum jacent inſulæ Terræ Magellanicæ, & *Terra del Fuego.* 2. Eſt (d) *Fretum Gaditanum*, *Herculeum*, *di Gibraltar*, vulgo Germanis *die Straſſe*, Belgis *de Straet*, per quod Oceanus Atlanticus tranſit & ſinum efficit

(a) Pontus Euxinus. (b) Palus Mæotis. (c) Fretum Magellanicum. (d) Fretum Gaditanum.

Mediterraneum. Ejus fauces xv millia paſſuum patent in longitudinem; quinque millia in latitudinem, *teſte Plinio in proœmio lib.* III. Olim non fuiſſe, ſed ab Oceano in terras irrumpente extitiſſe, inepte exiſtimarunt nonnulli ex Veteribus. 3. (a) *Fretum Danicum*, vulgo *der Oreſund*, item *der Sund*, jacet inter Daniæ inſulam, Zeelandiam, & Scandiam. Per illud Oceanus Atlanticus fluit in ſinum Balticum. Latitudo eſt dimidii milliaris non integri, ubi minima. Huic freto adjungendum eſt *alterum* inter Zeelandiam & Fioniam, vulgo *Funen*, inſulas, Germanis *der Belt*; & *tertium* inter Fioniam & Jutiam, vulgo dictum *Mittelfahr Sund*, ab opidulo Fioniæ *Mittelfahrt*. 4. (b) *Helleſpontus* inter Abydum & Seſtum, modo memoratus. 5. (c) *Boſporus Thracicus*, itidem jam memoratus. 6. (d) *Fretum Siculum*, inter Italiam & Siciliam, ejus longitudo eſt XXVIII circiter milium paſſum: Latitudo vero, ubi minimum, inter Pelorum & Cænym, quod vulgo nunc *Coda della Volpe* dicitur, mille quingentos paſſus; ubi plurimum, inter Italiæ promontorium & Leucopetram, XII millia patet. In eo freto ſunt Scylla & Charybdis. Siciliam ab Italia terræ motu avulſam, ac ita hoc fretum extitiſſe, inepte opinata quoque eſt vetuſtas. Et hæc ſunt *ſex freta* celebriora; nunc ſequuntur reliqua. 7. Magellanico freto vicinum eſt (e) *Fretum le Maire*, inter Terram Auſtralem, & inſulas Magellanicas, ab Oriente in Occidentem, minus longum quam Magellanicum; per illud multo brevior via eſt ex Oceano Atlantico in Pacificum. Diſtat ab Æquatore 54 gr. 30 min. 8. (f) *Fretum Manilhas*, inter Luconiam & Mindanao, aliaſque Philippinas inſulas protenſum; dicitur eſſe centum leucarum; navibus periculoſum, ob crebras ſyrtes. Extenditur ab Oriente in Occidentem. Conjungit Oceanum Pacificum cum Indico ab illa parte; etſi liberiores in vicinia ſint conjunctiones. 9. (g) *Fretum Weigatz*, per quod ex Septemtrionali mari in Tartaricum Oceanum via eſt; ſed a glacie clauſa tenetur. Jacet inter Novam Zemblam & Samojedam. 10. (h) *Fretum Davis*, inter Groenlandiam & Americam Septemtrionalem; ſed ejus exitus nondum cognitus eſt; adeoque dubium manet, utrum fretum ſit, an ſinus. 11. (i) *Fretum Glaciale* inter Novam Zemblam & Spitzbergam, ſeu alio nomine *Terram Polarem* appellandam. 12. (k) *Fretum Forbiſchers*, ſi non ad Oceanum Pacificum, ſaltem ad ſinum Hudſonii, viam præbet Atlantico Oceano. 13. (l) *Fretum Anian*, inter Americam Septemtrionalem & Tartariam Aſiæ, per quod ex Oceano Tartarico in Pacificum via eſſe dicitur; ſed adhuc incertum eſt. Aliquod tamen fretum eſſe, inter Americam Septemtrionalem & Tartariam, atque etiam aliud inter Americam & Groenlandiam, nautæ periti colligunt ex motu & fluctibus maris. 14. (m) *Fretum ſinus Perſici*: Sed minus proprie ita dicitur: quia non eſt angultior ingreſſus, quam ipſe ſinus. 15. Boſporus ſeu (n) *Fretum Cimmerium* inter Tauricam Cherſoneſum & Aſiam. (o) Plurima præterea ſunt freta cum inter ipſas inſulas Indicas, tum inter inſulas & vicinas Continentes; ut 1. inter Ceilanum & Indiam. 2. Inter Sumatram & Malaccam. 3. Inter Sumatram & Bantam, &c. Quidam exiſtimarunt, Fretum quoddam eſſe ad latus Septemtrionale Virginiæ, ad Latitudinem 40 gr. per quod conjungatur Oceanus Atlanticus Pacifico, & libera via hinc in Chinam & Philippinas concedatur. Sed fruſtra id per Hudſonium anno CIↃ IↃC IX. tentatum fuit. Et ſic explicatæ ſunt differentiæ partium Oceani a Terrarum ſitu exiſtentes. Memoriæ cauſa ex Geographia Generali Varenii hic ſubjungimus Tabulam, quæ continet diviſionem partium Oceani.

Adoleſcentes periplum oræ maritimæ Terrarum & Oceani tractus perluſtrent, memoriæque infigant: ad quam haud parum facit cognita habere litora oræ maritimæ continentium, atque eorum conjunctionem; item, partium maris connexionem & ſitum.

(a) Fretum Danicum. (b) Helleſpontus. (c) Boſporus Thracicus. (d) Fretum Siculum. (e) Fretum le Maire. (f) Fretum Manilhas. (g) Fretum Weigatz. (h) Fretum Davis. (i) Fretum Glaciale. (k) Fretum Forbiſchers. (l) Fretum Anian. (m) Fretum Sinus Perſici. (n) Boſporus Cimmerius. (o) Freta alia.

CAP. XIII.

De navigatione Oceani. [1]

I.

*O*Ceanum *Atlanticum*, qui eſt inter Europam, Africamque & Americam, antiqui mortales quando primum navigare cœperint, haud facile dictu eſt. Notam fuiſſe Ægyptiis Græciſque terram *Americam*, eoque *Carthaginenſes* navigaſſe,

America veteribus cognita.

REISKII.

1 (a) *Oceani navigatio duplex habebitur, una vetus alteraque nova*: Illa inſtar Geographiæ veteris manca, imperfecta, erronea fuit, *particularis tantummodo ſive partialis & littoralis*, adeo ut nautæ littoribus inhærerent, nec in altum quacunque provehi poſſent: Hæc vero longe perfectior nunc exſtat magiſque certa, *totalis quippe ac univerſalis fere per ipſam repertam nauticam & acus magneticæ beneficium*, quod Joh. Gojæ, Italo eique Amalfitano A. C. 1302. circiter debemus. Nam veteres nautæ interdiu conſpectis Inſulis, montibus & promontoriis, noctu obſervata Helice ac Cynoſura, itemque ſtellis paulo proximis juvabantur: Noſtri nunc indice gaudent magnetico, quo non Meridiana tantum linea, ſed plaga ſeptentrionalis etiam notatur, vel exactius, vel obliquius paulo cum declinatione, quam *Chalybocliſin* vocant. Hinc ergo *univerſalis* pendet navigatio, non

(a) Navigatio duplex Oceani vetus & nova.

gaſſe, poſt ſuo loco oſtendam. Noſtra atque avorum noſtrorum memoria *omnis Terræ Orbis* jam aliquoties *circumnavigatus* eſt. Medio Mundi ſæculo, quum *Græcis Romaniſque* una tantum continens, quam Europæ, Africæ, Aſiæque nominibus diſtinxerant, cognita fuerit, de hujus circumnavigatione narrat *Plinius* [a] *Lib. XI. cap. LXIX. a Gadibus Columniſque Herculis* Hiſpaniæ & Galliarum circuitu *totum* ſua ætate navigatum fuiſſe *Occidentem. Septemtrionalem* autem *Oceanum* majore ex parte navigatum auſpiciis *Divi Auguſti*, *Germaniam* Claſſe circumvecta uſque ad *Cimbrorum promontorium*, & inde immenſo mari proſpectu, aut fama cognito, ad *Scythicam plagam* & humore nimio rigentia; quod *Tiberii* ductu factum, ex *Velleji libro ſecundo* perſpicitur. Idem *Plinius* eodem loco auctor eſt, *Alexandri Magni* victorias majorem partem *Meridionalis Orientaliſque Oceani* perluſtraſſe, uſque in *Arabicum ſinum*; in quo etiam poſtea res gerente C. *Cæſare*, Auguſti filio, α ſigna navium ex Hiſpanienſibus naufragiis fuiſſe agnita. Carthaginis vero potentia florente, *Hannonem* circumvectum a *Gadibus ad finem Arabiæ*, navigationem eam prodidiſſe ſcripto: ſicut ad extera Europæ

Orbis Terræ circumnavigatus.

Navigatus Occidens & Septemtrio.

Navigatio Oceani Orientalis & Meridionalis.

Hannonis Navigatio.

non ea ſimpliciter quidem aut abſolute, ſed ſecundum quid (οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ κατά τι) quouſque per frigoris ventorumque intemperiem aut molem glacialem oceanus adiri potuit. (a) *Septuplex* autem hæc *circumnavigatio* accidiſſe legitur.

HEKELII.

[a] *Lib.* II. cap. LXVII. ſecundum Edition. *Gelenian-Froben.* in fol. p. 20. Quæ citatio etiam in ultima illa Edition. *Vorſtiano-Amſtelod.* eſt repetire.

BUNONIS.

α Hic Cajus erat filius adoptivus Auguſti, ejuſdemque ex Julia filia & Agrippa nepos. *Sueton in Aug.* C. XVI.

Meminit præterea S. Scriptura navigationum in Ophir Regum Salomonis, Hiram, Joſaphat. Job quoque, qui juxta Arabiam habitaſſe ſcribitur, mentionem facit *auri Ophiriani.* Unde perſpicuum eſſe poteſt, navigationes in Ophir tum temporis fuiſſe cognitas. De navigatione ex Ægypto in Indiam D. Hieronymus cum Strabone prodidere; dum memorant habitacula & frequentia navalia fuiſſe, quo loco poſtea in Ægypto de ſuo nomine Alexandriam condidit Alexander. Commercia deinde aucta fuiſſe teſtatur Plinius; & itineris illius in Indiam rationem deſcribit lib. VI. cap. XXIII. Pius etiam Pontifex Aſiam deſcribens ait, in Othonis Imperatoris Teutonici vita legi Indicam navem una cum Indicis mercatoribus in Germanico litore fuiſſe deprehenſam, ibique ventorum vi ex Oriente propulſam conſtitiſſe. Veneti per Mare Mediterraneum Alexandriam Ægypti navigiis delati, & hinc, aliquo terræ ſpatio emenſo, per ſinum Arabicum in Indiam Orientalem ſuperioribus temporibus profecti, & inde eodem itinere reverſi aromata & pretioſiſſimas merces, eaſque recentes minuſque corruptas, propter itineris illius compendium, inde in omnes totius Orbis Chriſtiani partes divendebant. Sed Luſitani poſtea alia via, quæ in Indiam duceret Orientalem, reperta, circumnavigata omni Africa, ad Sinas uſque tranſierunt. *Vaſcus de Gama Portugalenſis* anno C. 1489. prom. bonæ Spei primus circumnavigavit, Calecutum uſque pervenit, & iter illud in Moluccas inſulas patefecit. Deinceps ſecuti ſunt Belgæ & Angli. Atque ex eo tempore non ſolum in Ægypto; verum etiam Venetorum vectigalia valde afflicta fuere. Hinc Ægyptiorum Sultanus, paulo ante quam Ægyptus in poteſtatem Turcarum deveniret, quum de vectigalibus quotidie multum diminui animadverteret, adeo tulit inique, ut miſſa legatione ad Julium Pontificem, atrocia Chriſtianis omnibus ſit interminitatus, niſi efficiat, ut Luſitani navigationem iſtam in Orientalem Indiam intermittant. Verum antiquis temporibus hanc navigationem non fuiſſe incognitam, etiam *C. Julius Solinus* teſtatur, qui tradit, totum meridiei æquor ab India uſque in Hiſpaniam fuiſſe navigatum: idque probat Jubæ Regis teſtimonio. *Chriſtophorus Columbus Genuenſis* incredibili auſu Oceanum anno a nato Chriſto CIↃ CCCCXCII ingreſſus, inſulas Americæ, primum Hiſpaniolam, & deinde Cubam & Jamaicam, primus invenit. Deinde anno CIↃ CCCC XCVII. *Americus Veſputius Florentinus* [b] Emanuelis Portugalliæ Regis auſpiciis profectus Terram continentem, quæ ab ipſo *America* dicta eſt, primus ex Europæis detexit & ingreſſus eſt. Poſtea anno CIↃ IↃ XIX. 10 Auguſti *Ferdinandus Magellanus Portugalenſis* auſpiciis Caroli V. Hiſpali ſolvens poſt XIV menſium navigationem reperit fretum, *Magellanicum* ab ipſo dictum, illudque ſpatio dierum XXII navigavit. Sed paulo poſt, in inſula Maſſan ſeu Mathan, a Barbaris in pugna occiſus eſt. Illius in eo munere ſucceſſor *Jacobus Serranus* in inſula Sebuth ejus loci regulo nefarie proditus, nullo modo a comitibus ſuis potuit liberari. Dux itineris deinde allectus eſt *Sebaſtianus de Cano*, qui iter iſtud confecit, & navem *Victoriam*, hoc enim erat ei nomen, poſt trium annorum & unius menſis iter Hiſpalin reduxit, univerſum terrarum Orbem emenſus. Et hæc prima eſt poſt hominum memoriam Orbis circumnavigatio. Idem deinde alii quoque auſi ſunt: *Franciſcus Dracus Anglus*, *Thomas Candiſch Anglus*, *Olivier de Nord*, *Sebaldus à Werdt*, *Georgius Spilberg*, *Jacobus Le Maire.* Terram vero Auſtralem luſtravit *Petrus Ferdinandus de Quier*; ut ipſe teſtatur in Epiſtola ad Regem Hiſpaniæ. Navigatio ad Sinas & Inſulas Philippinas per Septentrionalem Americæ partem ab Anglis aliquoties eſt tentata. *Martinus Forbisher* ſinum exiguum detexit, quem putarat eſſe fretum, vulgo appellatur *Forbishers Straet.* Anno C. 1585. *Daviſius* quidam majus invenit fretum, & duobus annis ſequentibus ejus exitum fruſtra quæſivit. Fretum iſtud ab illo nomen

(a) Circumnavigatio ſeptuplex.

Et Himilconis. Eudoxi Navigatio in Æthiopiam.

Europæ noſcenda miſſum eodem tempore *Himilconem*. Præterea *Nepos Cornelius* auctor eſt apud eundem Plinium, *Eudoxum* quendam ſua ætate, quum Lathyrum Ægypti Regem fugeret, *Arabico ſinu* egreſſum, *Gadeis* uſque pervectum; multoque ante eum *Cælius Antipater* ibidem affirmat, vidiſſe ſe, qui navigaſſet *ex Hiſpania in Æthiopiam* commercii gratia. Idem *Nepos* eodem loco apud *Plinium* de Septemtrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri, Galliæ Proconſuli, *Indos a Rege Suevorum dono datos*, qui ex India Commercii cauſa navigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti. Hodie tamen ea navigatio ſæpius ab *Hollandis Angliſque* tentata, nunquam perfici potuit, perpetua glacie & tenebris obſiſtentibus. Illa, quæ a Plinio narrantur, ſi vera ſint; jam totus hic noſter Orbis circumnavigatus fuit. 2

CAP.

nomen accepit, vocaturque *Fretum Davis*. Ejus cœptis inſtitit *Baffinius*, ingentemque reperit ſinum, qui *Baffins Bay* vulgo dicitur. Sub finem ſeculi præcedentis *Hudſonius* idem tentavit iter: & quòd *Daviſius* & *Baffinius* eo viderentur erraſſe, quod navigationes ſuas nimium flexiſſent in Septemtrionem, ille contra meridiem verſus contendit, & per fretum a ſe inventum, (unde eidem nomen impoſitum *Fretumque Hudſonii* vocatur) in vaſtum pervenit pelagus, adeo ut conceperit ſpem circumnavigandi Americam. Sed a perfidis ſuis ſociis in cymbam nefarie expoſitus & deſertus eſt. Anno C. 1631. *Jameſius* navarchus quidam & Thomas Jacobus ſinum *James* cum inſulis quibuſdam detexerunt: Hunc ſinum poſt ingreſſus *Thomas Buttonius*, portum invenit commodum, quem *Nelſon* appellavit, ejuſdemque ſinus receſſui Occidentali ſuum impoſuit nomen vocavitque *Buttons Bay*, i. e. *ſinum Buttonii*. Ex reciprocatione hujus freti colligebat *Thomas* iſte, hac iter patere ad Sinas. Sed naturæ miraculis, quæ ibidem deprehenderat, contentus, receſſit, terramque illam Auſtralem nominavit *Valliam Meridionalem*; oramque maritimam ſeptemtrionalem cum regione iſta, *Valliam Septemtrionalem*. Cæterum navigationes cum in Americam, tum in Indiam Orientalem hodie ſunt frequentes.

HEKELII.

[*b*] Quem immortalitate dignum judicat *Joſephus Scaliger* ad *Manilium* Lib. I. v. 14.

REISKII.

2 Circumnavigatio maris ſeptuplex (de qua mentionem fecimus) eaque nova ſic contigit. *Prima* auſpicio Emanuelis, Portugallici regis, per Ferd. Magellanum navi, cui victoriæ nomen erat, uſum Anno 1520. intra 1124 dies: *Secunda* auſpicio Eliſabethæ, Anglicæ reginæ, per Franc. Dracum A. 1577. intra 1056 dies: *Tertia* per Thom. Candiſch Anglum A. 1586. intra 777 dies: *Quarta* per Simon. Cardeſium Roterodamum A. 1597: *Quinta* per Olivier. de Nord Batavum A. 1598. intra 1077 dies: *Sexta* per Wilhem. Cornel. Schouten & Jacob. de Maire A. 1615. intra 749 dies: *Septima* per Jacob. Eremitam & Joh. Hugenium Hollandos duabus navibus A. 1623, intra 802 dies. (a) Interim ut ſuperius argumentum perſequar, quod cœpi, particularem ſive partialem per littora lecta navigationem Tyriis, Carthaginenſibus, Græcis & Romanis veteribus nemo detrahet: Qualem a Plinio memoratam ex rebus Cæſarum & Alexandri Macedonis noſter auctor repetit. Periplus Hannonius exiguam apud priſcos fidem invenit, deque ſuſpectis rebus proverbio locum dedit: Vid. Voſſ. in hiſt. Græc. Lib. IV. Navigatio item Eudoxi Cyziceni tota, quam Heraclides Ponticus & Corn. Nepos prodiderunt, a Strabone, graviſſimo auctore, tanquam fabula inepta exploditur Lib. II. Quidni explodamus Indos ab rege Suevico ad Q. Metellum Celerem dono miſſos, & tempeſtatibus ad mare Germanicum abreptos? Ophiræa etiam Salomonis per mare diuturna excurſio quin littoralis fuerit, nullum eſt dubium, ſi Ophiram in Cherſoneſo aurea, Taprobana aut Malacca colloces. Nec alia ex Ægypto ad Indias per Oceanum navigatio patere potuit, ſi quæ unquam patuit, de qua Strabo & Hieronymus conteſtantur. Nulla vero navis Indicæ ad littus Germanicum per tempeſtatem propulſio valebit, niſi naturæ ac veritati hiſtoricæ vim facias. Vetuſta nempe oceani navigatio juſtis limitibus coërcenda eſt, ne fidem illa excedat, neve fabuloſis peccet narratiunculis. Confer Caſp. Varerii Comment. de Ophira, ubi ad veterem navigationem multa invenies. Bochard. Geogr. ſac. Lib. II. c. 27.

BUNO-

(a) Veterum particularis.

CAP. XIV.

Summa totius Orbis diviſio.

I.

Diviſio Terræ. Diviſio terræ in tres inſulas.

DE aquis, id eſt, de Oceano ejuſque partibus, hactenus in compendio dixiſſe ſufficiat; nunc terras exponamus. Totus igitur terrarum Orbis in *treis* potiſſimum *parteis*, ſive in *tres inſulas magnas*, quas Oceanus circumfluus efficit, diviſus eſt: quarum *prima* eſt quam nos incolimus; altera *America*; tertia *Magalanica*;

Hoc Schema demonstrat terram esse globosam
This Scheme demonstrates y^e Earth to be of a Globular form.



Si terra esset trigona, umbra quoque triangulari figura in eclipsi Lunari appareret.
If the Earth were of a Triangular form, y^e Shadow would appear so in the Eclipse of the Moon.



Si terra esset tetragona umbra quoque tetragonæ haberet formam.
If the Earth were four Square, the Shadow would also be four Square.



Si terra hexagonæ esset figuræ, ejus quoque umbra in defectu Lunari hexagona appareret, quæ tamen rotunda.



If the Earth were Six-Square, y^e Shadow would be fix-Square in the Eclipse of y^e Moon, which however appears to be round.






Typus
ORBIS
TERRARUM
Septentrio
Meridies
Occasis
Oriens
AMERICA
SEPTENTRIONALIS
MAR
DEL
ZUR
MARE
AUSTRALIS
seu
PACIFICUM
OCEANUS
PERUVIANUS
MARE ATLANTICUS
MARE SEPTENTRIONALIS
AMERICA
MERIDIONALIS
TERRA
AUSTRALIS
INCOGNITA
OCEANUS
ÆTHIOPICUS
MARE TARTARICUS
OCEANUS
INDICUS
Mare ERYTHREUM
INDICUS
TERRA
AUSTRALIS
INCOGNITA
Antarticus
Oceanus Chinensis sive Sinensis
Archipelagus
Pelagus Hyppadis
Hollandia Nova

galanica; eadem *terra Australis* & *Incognita* vocitata; quia præter litora, nihil dum a nobis cognitum est. Ex his tribus Insulis, sive eas treis Continenteis appellare libeat, primo loco eam explicabimus, quam nos incolimus, ut quæ nobis patria est; quamque jamdudum cognitam plurima ex parte habemus. Hæc quibus Oceani nominibus cingatur, supra memoratum est. a

II. De cætero & ipsa in treis potissimum omni ævo divisa fuit parteis: quarum nomina, *Europa*, *Asia*, & *Africa*; hancque divisionem a numero filiorum *Noachi* habere putatur: *Schemo* obvenisse Asiam; *Chamo* Africam; *Japheto* Europam. Quanquam primi earum limites, pro imperiorum, quæ exorta sunt, ratione, vel etiam Geographorum libitu, mutati fuerunt; ita uti nonnulli Chami Japhetique partes Schemi posteris accesserint. c

Europa, Asia, Africa.

III. Nec quidem posteriores mortales, qui circa medium mundi seculum fuere, uno eodemque modo eas divisere: alii quippe *duas* tantum ejus constituerunt *partes*; idque bifariam: quidam *Asiam* atque *Europam*; *Africam* sub hujus nomine comprehendentes, tanquam partem; scissis utrimque (id crediderunt) *Calpe* & *Abyla*, montibus, freto divulsam: alii itidem *duas* a freto Gaditano ad Tanaim amnem; hinc *Europam*, inde *Asiam*; sub qua *Africam* etiam intellexerunt.

Divisio orbis in duas parteis.

IV. Alii rursus *in IV partes* distribuerunt; *Europam*, *Asiam*, *Ægyptum* & *Africam*. Hinc alii postea, qui treis ejus parteis posuere, Europam, Asiam & Africam, Asiæ *Ægyptum* tribuerunt; quamvis minus commode minusque rite Nilum terminum inter Asiam Africamque statuentes: qua ratione pars altera Ægypti Africæ, altera Asiæ accessit. Novissimi *sinum Arabicum terminum* inter Asiam & Africam ponentes, Ægyptum Africæ adjecerunt. Atque hæ quidem uni-

Divisio orbis in 4 partes. Alia divisio in tres partes.

BUNONIS.

a (a) *Terra*, quam a *terendo*, quod superiora ejus pedibus terantur [a], dictam volunt, una cum aqua constituit Globum; cujus *rotunditas* constat partim ex eclipsibus lunaribus; quæ, cum perpetuo rotundæ sint, manifeste ostendunt, corpus illud, cujus occasione nascuntur, seu a cujus umbra efficiuntur, sphæricam habere figuram: partim quia non tantum accedentibus versus alterutrum Polorum, stellæ circumpolares magis elevantur, & ab Horizonte vertici adpropinquant; recedentibus vero descendunt & merguntur: Sed & proficiscentibus versus Ortum, sidera citius oriuntur occiduntque; versus Occasum autem ambulantibus idem serius obvenit; vel, quod eodem recidit, dies sunt longiores illi, qui versus Occasum iter facit, quam qui versus Ortum; ita ut qui annuo spatio circumiret Orbem, tendendo versus Occasum, integrum diem in itinere amissurus sit; versus Ortum autem superabundaturus uno die. Quæ omnia fieri non possent, si plana esset Maris & Terræ superficies: Tum enim sol & reliqua sidera omnibus terræ incolis una orirentur & occiderent: quod tamen aliter fieri observamus. Intelligimus autem figuram sphæricam non quidem exactissimam & geometrice perfectam; quia montibus & vallibus exasperata passim est terra: fluvii etiam & maria litoribus suis humiliora sunt, &c. Sed secundum vulgatam loquendi consuetudinem, qua non attendimus quæ exigua sunt & parvi momenti. Pilam enim palmariam rotundam appellamus, licet ex futuris, aut ex frequenti ad parietem allisione, inæqualitatem aliquam contraxerit. Cæterum *Terræ* superficies aquis exstans dividitur in partes *grandes* seu principales; & *parvas* seu minus principales. (b) *Grandis* communiter *Continens* appellatur, vel quia longe lateque continuata est; vel quia minores ei accensentur, quas veluti comprehendit & continet. *Parva* est vel (c) *Insula*, id est Terræ portio undique mari cincta, vel (d) *Peninsula*, quæ pene ambitur Mari; annectitur tamen continenti, exiguæ cujusdam portiunculæ interventu, quæ (e) *Isthmus* dicitur. (f) *Promontorium* est mons in mare decurrens.

c D. *Hieronymus lib. Hebr. Quæst.* de septem filiis Japhet, qui *Gen. X. v.* 2, 3, 4. memorantur, tradit quod possederint Asiam ab Amano, & Tauro Syriæ Cœles & Ciliciæ montibus, usque ad fluvium Tanaim, in Europa vero usque ad Gadira, nomina locis & gentibus relinquentes, e quibus postea immutata plurima.

HEKELII.

[a] Itaque *Tera* in *Augurum libris* & quibusdam *Archivis* cum simplici R scribi solere, *Nicolaus Perottus* in *Cornucop.* col. 61. Edition. *Aldinæ Venetiis* A. CHR. M. D. XIII. in fol. impr. & ex eo *Christianus Becmannus* in *Originib.* L. L. p. 1070. Edition. IVtæ autores sunt. Alii dicunt *Terram* derivari a Gr. verbo τείρειν, quod *siccare* denotat, quoniam terra elementum est siccissimum. Sed *Tellus* primario *Dea* dicitur, seu *Orbis ille*, sive οἰκουμένη, ubi habitant homines.

REISE-

(a) Terræ rotunditas probatur. (b) Terra Continens. (c) Insula. (d) Peninsula. (e) Isthmus. (f) Promontorium.

universi orbis variæ partitiones atque limites diserte apud veteres auctores passim exstant. 1

V. De *Termino* autem *inter Europam Asiamque* obscurior ac minus certa est traditio. Nam qui *Tanaim* flumen statuerunt; fontem ejus per summum errorem in Riphæis montibus, haud procul Oceano Sarmatico posuerunt, qua *Petzora* eos perrumpit amnis. Alii vero, qui *Isthmum*, qui est inter Ponticum Caspiumque maria, pro fine constituerunt; his persuasum fuit, Caspium mare esse sinum Oceani septemtrionalis, ea regione, qua Obii amnis immensum est ostium, irrumpentem. Nam omne litus, quod est sub Septemtrionibus ab occasu in ortum versus ad Obii usque ostium, ad Sarmatiam pertinet: Sarmatia autem pars est Europæ. Itaque *verum certumque terminum inter Europam, Asiamque* uti habeas, statue post *mare Ægæum*, *Hellespontum*, *Propontidem*, *Bosporum Thracium* [b], *Pontum Euxinum*, *Bosporum Cimmerium*, *lacum Mæotin*, *Tanais fluenta*, donec adverso amne ad flexum ejus pervenias, apud *Tujam* opidum: inde lineam duc ad proximam *Obii* fluminis ripam: hinc pone ipsum flumen *Obium ad Oceanum* usque. γ

Europæ Asiæque limites.

LIBER

REISKII.

1 Terra continens i. e. continua vel contigua vocatur ea, quæ suis partibus tota cohæret, easque solidas aut firmas continet: Hinc terra etiam firma Germ. *Das Fuſz-feſte Land* per *suas partes majores pariter atque minores* dividitur: Illas Geographi duas, tres, quatuor, sex pro suo quisque sensu connumerant: Has Insula, Chersoneso sive Peninsula, Isthmo & promontorio concludunt. Si qui tres solum partes a tribus Noachi filiis, & divisis inter eos sedibus arcessunt, hos in tanta antiquitate, obscuroque negotio scriptores ἀξιόπιστοι, Josephus etiam in Judaicis Antiquitat. Lib. 1. refellunt. Vid. Ricciolum in Geogr. Reformat. Lib. 11. Sex vero partes in orbe antiquo & novo alii accuratius tenent, Asiam nempe, Africam, Europam, Americam, Terram polarem arcticam, Terramque polarem antarcticam sive australem: (a) Omnes tamen rotundam faciunt, totique globo terraquaëreo figuram sphæricam sive circularem, non exactam adeo; sed grano piperino similem aut æqualem vendicant, rationibus moti tam astronomicis quam geographicis. Erratum igitur fuit inter veteres novosque scriptores, qui conicam, planam, aliamve disco, scaphio, columnæ similem, aut ovalem penitus terræ figuram attribuunt: Hanc ultimam duo Angli Joh. Childrey in Britannia, quam scripsit Baconica, & Th. Burnettius in Theoria telluris sacra comprobant. Plura quæ ad certam globi terrestris magnitudinem, figuram, dimensionem, constructionem, usum, quæque ad chartas geographicas sive Mappas copiosius possent addi, consulto præteribimus, neque loco huic commenta adsuemus astronomica.

HEKELII.

[b] De *Bosporo Thracico* treis Libros elegantissimos, & lectu vere dignos *scripsit Antonius Gyllius*, quos *Lugd. Batav.* A°. CHR. M. DC. XXXII. in form. 16. impressos quoque vidimus.

BUNONIS.

γ His addi potest (b) *Terra Polaris Septemtrionalis*, quæ putatur undique mari & fretis cingi. *De* Universi Orbis variis partitionibus, veroque inter Europam & Asiam termino, *plura cognoscere licebit ex ipsius Cluverii lib. I. de Germ. c. I.* Memoriæ causa ex Varenii Geogr. Gen. adjecimus Tabulam quæ divisionem partium Terræ continet.

Ad finem hujus libri primi addere placuit nonnulla quæ ad reliquas Globi partes & figuras, ipsasque Tabulas Geographicas declarandas faciunt.

Præter Sphæræ circulos, supra explicatos, hæc porro sunt notanda.

1. *Alveus Globi* sustinetur *Basi* seu *Pedamento*, quod interdum additam habet (c) *Pyxidem nauticam*, vulgo *Compassum* vocant, Vitruvio *Amussium* dicitur, cujus beneficio Globus ad Mundi plagas dirigitur, & linea Meridiana invenitur. Si vero illa defuerit, alia poterit adhiberi Pyxis, eaque ad partem Australem sub Meridiano collocari, ad dirigendum Globum versus quatuor Mundi plagas, ut Horizon respondeat Horizonti Mundi; Meridianus Meridiano: cæterique circuli in Globo cœli circulis. 2. In media Basi exstat (d) *Pedunculus* ligneus crena incisus, ut per eam Meridianus, Globusque, pariter attolli ac deprimi possit ad diversas elevationes Poli. 3. Quatuor Pedamenti columellis incumbit *Capitulum Alvei Cyclicum ligneum*, quod vocatur (e) *Horizon*. Ejus latus superius diversimode distributum est. Interior & Globo proximus limbus in quatuor Quadrantes divisus est, secundum quatuor Mundi angulos, Meridiem, Septemtrionem, Orientem & Occidentem: & horum quilibet rursus distinguitur in 90 partes æquales, ut ita tota circumferentia, sicuti circuli reliqui comprehendat 360 gradus. In eodem limbo duæ reperiuntur crenæ, per quas Meridianus secundum directam Septemtrionis & Meridiei extensionem, ad eam usque profunditatem descendit, ut unum Meridiani Globique medium præcise exstet supra planum Horizontis, alterum infra illud lateat. Illud nobis hemisphærium cœli conspicuum repræsentat, hoc non conspicuum. Hunc limbum proxime contingens habet XII signa cum Planetis signo propriis: quodlibet signum in gradus 30 distribuitur, qui suis spatiolis & numeris in intima ora hujus circuli descripti sunt. Inde porro sequitur *Calendarium* non solum *Julianum* seu *Antiquum*, sed & *Gregorianum* seu *Novum* decem diebus illud præcedens; quin

(a) Terræ figura vera falsaque. (b) Terra Polaris Septemtrionalis sive Groenlandia. (c) Pyxis nautica. (d) Pedunculus. (e) Horizontis limbi.

quin & nonnunquam *Scaligerianum*, cum nominibus menſium & feſtorum. Menſes in varios diviſi ſunt dies, adjunctis primis ſeptem literis Alphabeti Romani, in diſtinctionem dierum hebdomadis, pro diverſitate literæ Dominicalis. In quibuſdam etiam Globis additus reperitur *Numerus Aureus*. Exterior demum ora habet 32 ventorum nomina, pro differentia plagarum Mundi, & uſu nautico. 4. Meridiano æneo infixus eſt (a) *Circulus Horarius*, ſuperiori ſuo plano in 24 horas, pro ratione diei naturalis, diſtributus. Habet igitur horam duodecimam duplicatam; quarum altera indicat Meridiem; altera mediam noctem: hinc ſectio utriuſque horæ XII, tam diurnæ, quam nocturnæ Meridiano incumbit. Centrum hujus circuli eſt Mundi Axis, cujus extremitati index applicatus eſt æreus, qui cuſpide ſua, quoties Globus convertitur, una per circulum Horarium movetur, & horas oſtendit. Porro Meridiano in Zenith ſeu Polo Horizontis annectitur per cochleam (b) *Circulus Verticalis*, *Quarta* ſeu *Quadrans* Altitudinis etiam dictus, ex ære factus habens 90 gradus, ſive quartam Circuli partem, & ita adornatus, ut a puncto verticis ſeu Zenith ſecundum Globi gibboſitatem demiſſus in omnes Horizontis partes moveri & circumduci queat. Nonaginta iſti gradus ita inſcripti ſunt huic arcui, ut numeri ab horizonte incipiant, & ſurſum verſus Zenith adſcendant. Interdum Globo cœleſti in ſectionibus Meridiani & Horizontis affigitur (c) *Semicirculus poſitionis*, qui ad certam elevationem conſtitutus refert initia XII domorum cœleſtium, quas Aſtrologi diſtinguere ſolent per ſex Circulos poſitionum.

Interiorem Sphæram 1. in duas æquales partes dividit (d) *Æquator*, menſura primi ſeu quotidiani & communis ab ortu in occaſum motus, qui nihil aliud eſt, quam Æquinoctialis peripheriæ tam æqualis converſio, ut ſingulis horis XV gradus promoveantur, & toties una hora ſit abſoluta quoties XV gradus Æquator confecerit. Ejus ſitum in cœlo nobis imaginamur, vel quum mediam in Cingulo Orionis ſtellam obſervamus, & ejuſdem circumvolutionem ab ortu verſus occaſum ſimul notamus: Vel quum tempore æquinoctii motum Solis ab Ortu in Occaſum attendimus. Ejus enim veſtigia Æquatoris ſitum ſuper Horizontem tum oſtendunt. 2. Dividitur Æquator, ut circuli alii, in 360 gradus: & per quemlibet gradum re ipſa aut imaginatione ducitur ſemicirculus ab uno Polo ad alterum. Hi ſemicirculi dicuntur (e) *Meridiani*, ſeu *Circuli Longitudinis in terra*. Ex his *Primus* eſt initium reliquorum pingendorum & numerandorum: & Primus ille, ut reliqui, dimidius, non integer pingitur, inſignitus areolis coloratis, per quas ejus gradus diſtinguuntur. Continet 90 gr. ab Æquatore ad Polum Arcticum; & totidem ad Antarcticum. Meridiani Primi locus ſupra ad Cap. VII. ſ. III. indicatus eſt. 3. Per Meridiani gradus ſingulos ab Æquatore verſus utrumque Polum deduci poſſunt 90 (f) *Paralleli* ſeu *Circuli Latitudinis*: Verum ne loca in Globo per multitudinem circulorum nimium obſcurentur, vulgo tam Meridiani quam Paralleli tantum deſcribuntur per decimum quemque gradum Æquatoris & Meridiani. 4. Æquatorem in duobus punctis oppoſitis interſecat circulus obliquus, *Zodiacus* dictus; Unus ſemicirculus Zodiaci flectitur ab Æquatore verſus Septemtrionem; alter verſus Auſtrum. Diſtinguitur Zodiacus, uti Æquator, in 360 areolas diverſi coloris, per quas gradus denotantur; duciturque ab Ortu in Occaſum. (g) *Zodiacus* & *Ecliptica* in eo conveniunt, quod eundem habent axem, eoſdemque polos; & in eo tantum differunt, quod *Ecliptica* ſit circulus in medio Zodiaci, ſine Latitudine: *Zodiacus* autem ſit circulus, ſeu *Zona* potius, Latitudinem habens XX ferme graduum. Sed quoniam in Globo Latitudine Zodiaci ad XX gradus determinata non indigemus, ſola in eo pingitur Ecliptica. Polos Ecliptice ſuſtinet *Colurus Solſtitiorum* in Circulis Polaribus. Porro ab uno Polo Zodiaci ad alterum duodecim in Globo cœleſti deſcribuntur Semicirculi, per initia ſingulorum *Dodecatemoriorum*, & efficiunt *ſex circulos maximos*. *Primus* tranſit per principia Arietis & Libræ, oſtendens initia Longitudinis Signorum: *Secundus* per initia Tauri & Scorpii; atque ita porro reliqui diſtribuunt ſuperficiem Globi in duodecim partes æquales, quæ latiſſimæ ſunt in Ecliptica; verſus Polos autem Zodiaci paulatim imminuuntur, ac tandem in ipſis Zodiaci Polis concurrunt. Cujuſlibet partis ſpatium nomen habet a ſigno, inter utrumque ſemicirculum in Ecliptica comprehenſo. Exempli gratia; ſuperficies inter duos ſemicirculos per initia Arietis & Tauri ductos, comprehendens ſignum Arietis in Ecliptica, dicitur *Signum Arietis*; omneſque ſtellæ & Planetæ, aut alia cœli puncta, inter duos illos ſemicirculos, ex utraque Eclipticæ parte uſque ad Polos, comprehenſa, dicuntur eſſe in ſigno Arietis; atque ita porro in cæteris. Et hi in *Globo Cœleſti* ſunt (h) *Circuli Longitudinum*. At (i) *Circuli Latitudinum*, qui oſtendunt Latitudinem ſeu diſtantiam ſtellæ ab Ecliptica, ſunt Zodiaco paralleli, & tranſverſim per Circulos Longitudinum ducuntur: Sed non expreſſe pinguntur in Globo, ne ſtellæ vel alii circuli obſcurentur. 5. Ex *Circulis Minoribus* duo *Polares* & duo *Tropici* rubris ſolent pingi lineis; & cum aliqua Latitudine, licet nullam habeant. Reliqui, videlicet Paralleli, nigris lineis tantum notantur. Hactenus de pictura Circulorum; jam ſequitur locorum pictura.

Loca in Globo *picta ſunt*, Regiones, Gentes, Inſulæ, Maria, Flumina, Sylvæ, Montes, Urbes. *Regiones* diverſæ diverſis coloribus a ſe invicem diſtinguuntur; earumque limites notantur multis punctis. *Inſulæ* deſertæ, & quæ arena magis ſunt, quam terra exculta, inſigniuntur multis & variis punctis. *Silvæ* indicantur una vel altera arbore. *Montes* ex pictura facile cognoſcuntur. *Urbes* turribus ſuiſque nominibus notantur. Hactenus de pictura Geographica in Globo; Jam ſequitur *Hydrographica*. In ea obſervandæ primum *Lineæ Nauticæ*, quæ *Rhombi* Luſitanis dicuntur, & Belgis *de Cours*, item *een Streeck*. Eſt autem (k) *Rhombus* linea in Globo Terreſtri & Mappis Geographicis, quam navis, Acum Magneticam itineris ſui ducem ſecuta, in maris ſuperficie certo vento tenere debet. Viam nautis monſtrat (l) *Pyxis nautica*, vulgo *Compaſſus*. Habet Pyxis illa planum rotundum, quod nautæ *Roſam* appellant, cujus circumferentia diviſa eſt in XXXII partes, tot mundi plagas monſtrantes. *Septemtrionem* indicat peculiare ſignum *Lilii*. Subtus enim Roſa habet affixam A-

(a) Circulus Horarius. (b) Circulus Verticalis ſeu Quadrans Altitudinis. (c) Semicirculus poſitionis. (d) Æquator. (e) Meridiani ſeu Circuli longitudinis. (f) Paralleli ſeu Circuli Latitudinis. (g) Zodiacus & Ecliptica. (h) Circuli Longitudinum. (i) Circuli Latitudinum. (k) Rhombus. (l) Pyxis nautica ſeu Compaſſus.

cum Magneticam, quæ paxillo æneo acuminato impoſita libere movetur, & quocunque Pyxis vertatur, plagam reſpicit Septemtrionalem; ſicut reliquæ lineæ reliquas Mundi plagas & ventos. Hoc indice nautæ freti vaſto ſe committunt Oceano, & remotiſſimas petunt terras. Pingitur Index ille nauticus in Globi Terreſtris Æquatore, Meridiano & nonnullis intra Parallelos locis, aliiſque Globi & Tabularum Geographicarum partibus: ita tamen, ut Lilium ſemper reſpiciat Septemtrionem. In *Arte Navigandi* quatuor præcipue veniunt conſideranda. 1. Longitudines & differentiæ locorum. 2. Eorundem Latitudines & differentiæ. 3. Rhombus, ſeu Linea per quam navigandum eſt. 4. Intervallum ſeu diſtantia itineris marini inter duo loca. Sed ampliſſima illa Navigandi Ars paucis explicari nequit: qui eam ſcire deſiderat, conſulat *Nonium*, *Mercatorem*, *Robertum de Hues*, *Adrianum Metium*, & alios. Tantum de picturis neceſſariis in Globo. Non neceſſaria pictura eſt animalium, piſcium, aliarumque rerum, quas cælatores & pictores, vel ad oſtendenda in Terra & aquis varia animalia, vel ad oblectamentum oculorum, addiderunt.

Fabricam & ſtructuram Globi ſequitur ejus uſus, qui ſane maximus eſt, cujus explicationem omnem paucæ non capiunt pagellæ: præcipua tamen, quæ Geographiam cognituro neceſſaria videntur, in gratiam tironum delibaſſe hac vice contenti, earum rerum cupidos ad ipſos Auctores remittimus, qui hanc doctrinam ex inſtituto & prolixe tradiderunt.

(a) I. Alveo ſuo Globus per crenas Horizontis lignei immittitur, uſque ab baſis pedunculum, qui crena ſua excipit Meridianum ita, ut ejus *medium*, hoc eſt, 180 *gradus*, *exſtet ſupra planum* lignei Horizontis. Sed *illud Meridiani ænei latus*, *cui inſcriptus eſt numerus graduum*, *reſpiciat lignei Horizontis partem Orientalem*. *Utrum vero Globus in Meridiano recte pendeat*, examinatur hoc pacto. In medio Meridiani inter utroſque Polos directe ſupra Æquatorem, eſt initium numerationis graduum ad utroſque Polos: illud initium linea oblonga notatur: applica itaque huic lineæ acum, ut punctum ejus extremum fere incidat in Æquatorem, deinde volve Globum, ſi punctum acus perpetuo incidit in Æquatorem, neque ab eo declinat, recte ab Axe pendet Meridianus. Porro, *utrum medium Meridiani exſtet ſupra Horizontem*, examinatur hoc modo. Ad locum aliquem datum elevatur Polus, ac tum conſpicitur, quot gradus ab Æquatoris parte Auſtrali numerentur; qui ſi adduntur gradibus Elevationis, efficere debent 90. His ſi addis alterius Quadrantis gradus 90 redit numerus 180 graduum, quod eſt dimidium Meridiani.

(b) II. *Globus ad Mundi ſitum*, ut Globi cardines reſpiciant plagas & cardines Mundi, componitur hoc modo. 1. Globus collocatur in menſa aut tabula plana, ita, ut ſuperficies Horizontis ſuperior maneat parallela cum vero Horizonte. 2. Polus pro loci tui, ubi verſaris, latitudine elevatur. 3. Ita Globus convertitur, ut Meridianus æneus congruat cum Linea Meridiana Pyxidis nauticæ in baſi Horizontis locata; Polus Auſtrinus reſpiciat Meridiem, & Arcticus Septemtrionem. Quo facto Globi Axis reſpondet Axi Mundi, & partes Horizontis lignei, plagis Horizontis veri. Sed Acus Magnetica quia declinat, res manet dubia niſi fuerit correcta. Si Compaſſus non eſt in promptu, vulgo reſpiciunt ad templorum ſtructuras, in quibus ſummum altare conſtructum eſt ad Orientem, & turres ad Occidentem. Hinc a dextra eſt Meridies, a ſiniſtra Septemtrio. Obſervant quoque umbram corporum ad horam XII meridianam; ſed quoniam horologiis non ſatis tutum eſt credere, neque hic modus ſatis certus eſt. Quare alii noctu per cuſpides duorum baculorum intervallo aliquo in terram defixorum ſtellam Polarem aſpiciunt, & lineam inter utrumque baculum protrahunt; quæ eſt meridiana. Sed omnium rectiſſime *Linea Meridiana invenitur hoc modo*. Primum in plano ducitur circulus, in cujus centro erigitur ad perpendiculum ſtylus, qui longitudine ſua non ſuperet ſemidiametrum. Obſervanda deinde umbra Solis projecta a ſtylo ante meridiem, quando ejus extremitas Peripheriam circuli attingit: qui locus puncto notandus eſt. Eodem modo pomeridianis horis extremitas umbræ notanda in Peripheria eadem. Inter hæc duo puncta medium punctum exacte ſumitur per diviſionem arcus intercepti in duas æqualeis parteis. Ab hoc puncto diviſionis per centrum ducenda eſt linea, quæ eſt meridiana, & ſemper indicat horam XII. *Vel hoc modo*: In plano erigitur Stylus ante meridiem, & ex loco ejus per umbræ projectæ extremitatem deſcribitur peripheria. Deinde obſervatur poſt meridiem peripheriæ punctum, quod extremitas umbræ attingit. Arcus inter duo illa puncta bifariam ſecatur, & linea per centrum ducitur, quæ eſt Meridiana. *Vel demum ita*: In tabula plana & Horizonti parallela deſcribitur circulus, iſque per duos diametros dividitur in quatuor quadrantes, & horum quilibet in 90 grad. Extremitates diametrorum notantur vocabulis Meridiei, Septemtrionis, Orientis, & Occidentis. In centro erigitur ſtylus ad rectos cum tabula angulos. Deinde inquiritur in quo gradu Horizontis Sol oriatur aut occidat ad eum diem quo id inveſtigatur. Eo igitur die Sole oriente tabula ita parata tamdiu convertitur, donec umbra ſtyli tot gradibus cadat ab Occidente verſus Meridiem, quot gradibus Sol removetur ab Oriente verſus Septemtrionem. Linea igitur Meridiei & Septemtrionis in tabula reſpondebit lineæ Meridianæ in cœlo. Globo ad Lineam Meridianam conſtituto, reliqui Mundi Cardines ac venti per ſe innoteſcunt. 4. Si locum tuum, in quo moraris, in ſphæra terreſtri applicas Meridiano; Sphæræ ſitus per omnia ſimilis eſt vero ſitui Terræ, & apparet quomodo & quorſum reliquæ regiones ad locum tuum ſitæ ſint. 5. Si Globus Cœleſtis eodem pacto conſtitutus convertitur ab Oriente in Occidentem, apparet quomodo & in quibus plagis corpora cœleſtia loco tuo oriantur & occidant: quæ nunquam occidant, & quæ nunquam oriantur.

(c) III. *Sphæra* conſtituitur *Recta*, quum uterque Polus incumbit Horizonti; & per ejus Zenith tranſit Æquator. In hoc Sphæræ poſitu corpora cœleſtia cum Planetis recte ſupra infraque Horizontem aſcendunt, & deſcendunt. 2. Omnes ſtellæ, ſeu vicinæ ſint Æquatori, ſeu longe ab eo remotæ, quæ ſimul oriuntur, ſimul tranſeunt Meridianum, & ſimul occidunt. 3. Hæc omnia tantum temporis remorantur ſupra Horizontem, quantum infra illum latent; quia circuli, quos converſione Globi deſcribunt, ab Horizonte in duas æqualeis parteis ſecantur. Atque hinc ſequitur, Solem tam in Æquatore, quam extra eum ad Meridiem ſeu Septemtrionem conſtitutum, motu cœli quotidiano, æquali tempore ſupra & infra

(a) I. Examen Globi; num recte pendeat in Meridiano & Horizonte: (b) II. Globum ad ſitum Mundi componere, & invenire lineam Meridianam. (c) III. Sphæram conſtituere Rectam.

fra Horizontem morari; adeoque dies perpetuo æquales efficere ſuis noctibus. Contingit iſtud habitantibus *ſub Æquatore* abſque ulla latitudine verſus alterutrum Polum; ut ſunt incolæ inſulæ D. Thomæ, partis Africæ, Moluccarum quarundam, &c. Hanc ſphæram habent *Aſcii*, de quibus ſupra c. V. ſ. 11. ubi ſimul varietates cœli, quibus obnoxii ſunt, memorantur.

(a) IV. *Sphæra* conſtituitur *Parallela*, quum Æquator ita applicatur Horizonti, ut fiant Paralleli; & alter Polus altiſſime tollitur ſupra Horizontem in Zenith; alter humillime deprimitur in Nadir. In hoc Sphæræ poſitu 1. ſidera, Circuli, aliæque Globi partes, neque ſupra Horizontem aſcendunt, neque infra eum deſcendunt, ſed parallele ſemper cum eo convertuntur. 2. Sol iis per ſex menſes continuos non occidit, ac reliquos ſex menſes non apparet. Talem ſphæram habent, ſi qui ſunt ſub Polis. Quibus porro cœli mutationibus hi ſint obnoxii, dictum eſt in Periſciis Cap. V ad ſ. 11.

(b) V. *Sphæra* ſit *Obliqua*, quum alter Polus ſupra Horizontem ita elevatur, ut *oblique* inclinetur verſus alterutrum Horizontis latus; & alter deprimitur. In hac ſphæræ poſitione 1. Æquator cum cæteris Circulis, Signis & Stellis oblique ſcandit ſupra Horizontem, & oblique rurſus infra eundem delabitur. 2. Omnes Circuli Æquatori utrinque paralleli, etiam ii, qui per converſionem Sphæræ deſcribuntur a Sole, ſtellis aut aliis ſignis, ab Horizonte dividuntur in partes inæquales; ita ut eorum, qui ab Æquatore tendunt verſus Polum elevatum, major pars ſupra Horizontem exſtet, minor condatur infra eum: Cæterorum vero verſus Polum latentem, major pars ſubter Horizontem hæreat, minor tollatur ſupra. Ex quo conſequitur, Solem, dum verſatur extra Æquatorem, in ſigno tendente ad Polum conſpicuum, converſione Sphæræ majorem partem circuli ſupra Horizontem, quam infra eum conficere, diutiuſque hærere ſupra terram; & hinc quoque dies efficere longiores ſuis noctibus: & contra, ubi receſſit ad Polum inconſpicuum, minorem circuli partem conſumere ſupra, quam infra Horizontem, minuſque ſupra Terram morari, adeoque dies facere noctibus breviores. Simul etiam patet, quo elevatior eſt alter Polus ſupra Horizontem, eo circulos ſecari in partes inæqualiores, ac proinde diſcrimen dierum & noctium dari evidentius. 3. Sol, dum eſt in Æquatore, pari ſemper tempore ſupra & infra Horizontem commoratur; adeoque dies nocti redditur æqualis. 4. Stellæ omnes circa Polum conſpicuum, comprehenſæ circulo, intervallo Elevationis Poli deſcripto, nunquam occidunt; aliæque contra interceptæ circulo ex Polo latente ad Horizontis contactum delineato, nunquam oriuntur: intermediis vero locis poſitæ, oriuntur atque occidunt; exceptis iis, qui ipſos circulos prædictos occupant. quæ neque occidunt, neque oriuntur, ſed Horizontem duntaxat ſtringunt. Hanc Sphæræ poſitionem habent omnes terræ incolæ, qui a lateribus Æquatoris ſub quacunque degunt Latitudine, tam ad Septemtrionem, quam ad Meridiem; donec incurrant in ipſos Polos, ubi Sphæra eſt parallela.

(c) VI. Ex Conſtitutione Sphæræ Obliquæ inter cætera hæc duo obſervantur. 1. *Altitudinem Poli æquari diſtantiæ Zenith ab Æquatore, ſeu Latitudini locorum*; quod per Globum ita demonſtratur. Uterque Polus adjungitur Horizonti, ut in Sphæra Recta, & ſunt ſine ulla elevatione Poli, atque Zenith incidit in Æquatorem. Hinc ſi alter Polus ex alterutra parte Horizontis attollitur, e. g. x gradibus; Æquator ex adverſo a Zenith totidem gradibus verſus Horizontem deſcendit: & quo plus tollitur Polus, eo plus a Zenith removetur Æquator. Patet igitur per hanc operationem, Elevationem Poli ſemper æqualem eſſe diſtantiæ Zenith ab Æquatore, ſeu quod idem eſt, Latitudini locorum. 2. *Altitudinem Æquatoris Polique 90 ſimul efficere gradus*; ac proinde una altitudine de 90 gradibus deducta, reſiduum oſtendere altitudinem alterius; id quod ex Globo ita apparet. Si Polus e. g. attollitur ſupra Horizontem 20 gradibus, Æquator tantundem recedit a Zenith, & diſtat ab Horizonte gradibus 70, quorum numerorum ſumma facit gradus 90. Si Polus elevatur gradibus 60, Æquator 60 quoque gradibus recedit a Zenith, & ſupra Horizontem attollitur gradibus 30, qui cum 60, conſtituunt 90. Atque ita porro in cæteris.

(d) VII. *Latitudo loci* nihil aliud eſt, quam diſtantia ejus ab Æquatore verſus Polum. At *Longitudo loci* eſt diſtantia ejus a Meridiano Primo in Æquatore ab Occidente verſus Orientem numerata. Utraque beneficio Globi invenitur hoc modo. Vertitur Globus, donec locus datus ſubſtet Meridiano, cujus gradus, qui loco imminet, indicat ejus *Latitudinem*: & gradus Æquatoris, qui ſtringitur a Meridiano, ejuſdem loci *Longitudinem*. [c]

(e) VIII. Quot gradibus vertex loci diſtat ab Æquatore, totidem polus ab Horizonte elevatur.

(f) IX. Si locus datus adjungitur Meridiano, & creta acuminata applicatur termino numerationis, in Globo circumvoluto creta deſcribit peripheriam, quæ omnia illa notat loca, quorum eadem cum loco dato eſt Latitudo.

(g) X. Diſtantia diverſorum locorum in Globo Terreſtri invenitur hoc pacto. Unus pes circini applicatur uni loco, & alter pes alteri loco: Hæc intercapedo circini transfertur ad Æquatorem, & numerantur gradus intercepti; quibus multiplicatis per XV, prodit numerus milliarium Germanicorum. Vel hoc modo: Alteruter locorum jungitur Meridiano, eique applicatur Circulus Verticalis, ac cum altero loco componitur; ubi gradus in Circulo illo interjecti indicant locorum iſtorum diſtantiam.

(h) XI. *Situs ſeu Angulus Poſitionis eſt, qui comprehenditur meridiano loci alicujus, & Circulo majori, per vertices datorum locorum tranſeunte*; & *plaga Mundi, in quam unius locus ab altero vergit.* Angulus iſte invenitur hoc modo: Locus, ad quem Globus rite elevatus eſt, ponitur ſub Meridiano, & Circulus Verticalis vertici ejus loci affixus circumagitur, donec alterius loci verticem tranſeat. Terminus Circuli ad Horizontem Situm poſitionis indicat. Et ſi eadem opera gradus in Verticali inter duo illa loca numerantur, eorundem locorum diſtantia innoteſcit. Si vero alteruter locus plus quam 90 gradibus remotis infra Horizontem conſiſtat, quem proinde verticalis nequeat contingere: convertitur Globus, donec locus iſte, qui ſub Horizonte latebat, eundem ſtringat: tum Globo firmato e diametro ad alteram Horizon-

(a) IV. Sphæram conſtituere Parallelam. (b) V. Sphæram facere Obliquam. (c) VI. Elevationem Poli æquari Latitudini locorum, & cum diſtantia Æquatoris efficere gradus 90. (d) VII. Invenire locorum Latitudinem & Longitudinem. (e) VIII. Polum rite elevare. (f) IX. Invenire loca, quæ eandem habent Latitudinem. (g) X. Diſtantiam locorum invenire per Globum terreſtrem. (h) XI. Dato loco invenire aliorum locorum ſitum ſecundum Angulum poſitionis.

tis partem creta aut alia materia nota imprimitur: deinde convertitur Globus in priorem ſitum; & erit nota impreſſa tantundem ab altero illo meridiani latere ſupra Horizontem elevata, quantum ab altero latere locus iſte infra Horizontem eſt depreſſus. Quo facto, notæ factæ Verticalis imponitur, ac videtur quo in loco ſtringat Horizontem: quot hic inveniuntur gradus, tot ab altera parte Horizontis locus ille ſitus eſt. Si diſtantia iſtorum locorum quæritur; numerandi ſunt gradus Verticalis ab Horizonte ſurſum uſque ad notam; iiſque addenda Verticalis longitudo 90 graduum; atque ita facile innoteſcet; ſi gradus per 15 multiplicantur, provenit numerus milliarium Germanicorum.

(a) XII. *De Zonis*, earum latitudine, atque cœli mutationibus, quibus earundem incolæ obnoxii, ſuperius dictum eſt cap. V.

(b) XIII. De *Aſciis*, *Amphiſciis*, *Periſciis* & *Heteroſciis*, qui ſint, & quibus in Terræ locis reperiantur, videatur ſupra cap. v.

(c) XIV. Ratio inveniendorum *Antœcorum*, *Periœcorum* & *Antipodum*, indicata eſt cap. v.

(d) XV. Quomodo invenienda *Climata* & *Paralleli*, monſtratum eſt hujus lib. cap. VI.

(e) XVI. *Ad Clima inveniendum*, quum neceſſarium ſit ſcire *diem loci dati longiſſimum, is inveſtigatur per Globum hoc modo.* Polo ad locum datum rite elevato, primus gradus Cancri, in quo Sol exiſtit, quum nobis efficit diem longiſſimum, creta aut alio notetur ſigno; hic locus Solis adducatur ad Horizontem Orientalem, & Index Circuli Horarii ad horam XII. Volvitur deinde Globus, donec locus Solis notatus perveniat ad Horizontem Occidentalem. Quo facto index monſtrat numerum horarum diei longiſſimi ad datam elevationem. Reliquæ inde horæ ad 24, ſunt noctis, monſtrantque noctem breviſſimam. Eadem ratione ex primo gradu Capricorni oſtenditur quantitas diei breviſſimi, & noctis longiſſimæ. Quamquam etiam ex inventa quantitate diei longiſſimi facile apparet quantitas noctis longiſſimæ, quæ diei longiſſimo ſemper æqualis eſt. Sicut & dies breviſſimus æqualis eſt nocti breviſſimæ.

(f) XVII. *Locus Solis in Ecliptica quolibet anni tempore invenitur hoc modo.* Quæritur dies menſis, quo id inveſtigatur, in Calendario Horizontis; cui reſpondet gradus ſigni Zodiaci, qui quæſitus in Globo oſtendit verum locum Solis ad diem propoſitum. Sic agitur cum omnibus diebus totius anni. At in anno biſſextili poſt 28 Februarii ſequens dies eſt aſſumendus, ut pro 29 Februarii primus Martii, & pro primo Martii ſecundus, & ita porro progrediendum. Quum vero hic modus non omnino accuratus ſit, ſatius eſt locum Solis diſcere ex Ephemeridibus. Hic Solis locus creta aut alio ſigno in Globo notandus; non tamen ubi ſignum Zodiaci apparet pictum, ſed ubi nota illius ſigni Aſtronomica invenitur. Nam ſecundum dodecatemoria procedendum eſt, non ſecundum aſterismos.

(g) XVIII. *Ortus & Occaſus Solis invenitur hoc modo.* Eligitur locus cognitæ Latitudinis, ad quam Polus elevatur. Deinde ex problemate proxime præcedente quæritur eo ipſo die locus Solis, qui adducitur ad Meridianum & index horarius ad horam XII: Demum convertitur Globus, donec locus Solis ſtringat Horizontem in Oriente. Quo facto index oſtendet horam ortus Solis; ſi revolvitur idem locus Solis ad Horizontem in Occidente, index oſtendet horam occaſus. Sed beneficio Æquatoris, qui continens gradus 360 ſpatio horarum XXIV, h. e. die Naturali, tranſit Meridianum, ita ut ſingulis horis tranſeant gradus XV, & ſingulis Minutis unius gradus quadrans, tempus ortus & occaſus Solis multo certius haberi poteſt hoc modo. Locus Solis applicatur Horizonti in Oriente, & notatur gradus Æquatoris, qui occupat Meridianum. Inde convertitur Globus, donec locus Solis tangat Meridianum, ac obſervatur gradus Æquatoris ſimul ſtringens Meridianum. Hic numerus graduum, qui ab ortu Solis ad meridiem uſque pertranſierunt Meridianum, dividitur per 15 (quia 15 gradus unam conficiunt horam) & prodit horarum numerus. Reſidui gradus multiplicantur per 4 (quia quilibet gradus valet 4 Scrupula horaria, ſcrupulum videlicet eſt ſexageſima pars horæ.) Si hic numerus horarum & Scrupulorum deducitur a 12, reliquæ horæ indicant tempus Ortus Solis. Pari modo invenitur hora occaſus Solis; ſi ejus locus adjungitur Meridiano, ac obſervatur gradus Æquatoris ſimul ſtringens Meridianum. Deinde convertitur Globus, donec locus Solis tangat Horizontem in Occidente: qui numerus graduum in Æquatore ſi accipitur, ac eadem ratione dividitur per 15, ac reſiduum multiplicatur per 4, prodit hora occaſus Solis a meridie. *Singulis horis* XV *in Æquatore tranſire gradus*, poteſt in Globo demonſtrari. Notetur quodvis Æquatoris punctum eoque adducto ad Meridianum Index collocetur ad horam XII. Volvatur deinde Globus, donec Index monſtret primam horam, atque deprehendes punctum Æquatoris notatum receſſiſſe XV gradibus a Meridiano. Si iterum volvas globum, donec index monſtret horam ſecundam, deprehendes Æquatoris gradus XV Meridianum tranſiſſe; ac ita porro. *Quamobrem gradus Æquatoris in horas mutari poſſunt*; ſi primus Gradus ♈ adducitur ad Meridianum, & index ad horam XII. Globuſque volvitur ad Occaſum, donec illæ partes Æquatoris, quæ in horas erant mutandæ, tranſeant, & Index monſtrabit horas quæſitas. In contrarium agitur, ſi pro horis Æquatoris partes cognoſcendæ.

(h) XIX. *Quantitas dierum & noctium facile cognoſcitur ex problemate præcedente.* Inveſtigatur tamen hoc etiam pacto. Globo ad locum datum rite elevato, locus Solis adjungitur Horizonti in Oriente, & index horæ 12 verſus Auſtrum. deinde convertitur Globus, donec locus Solis tangat Horizontem in Occidente. Numerantur horæ ab indice confectæ, quæ indicant diei longitudinem: Reſiduum eſt longitudo noctis. Vel ita: Locus Solis adjungitur Horizonti in occidente, & index horæ XII. Si Globus deinde convertitur, donec locus Solis pulſet Orientem, index oſtendet longitudinem noctis.

(i) XX. *Aſcenſio Obliqua eſt gradus Æquatoris, qui oritur cum Sole aut ſtella in Sphæra Obliqua.* Sol igitur vel ſtella admovetur Horizonti Orientali, & qui gradus Æquatoris una oritur, dicitur Aſcenſio Obliqua. Exſtant paſſim Tabulæ Aſcenſionum obliquarum ad varias Poli elevationes conſignatæ, quæ ex libris Aſtronomorum cognoſci queunt. Faciunt enim

(a) XII. Zonarum numerus & latitudo. (b) XIII. Aſcii, Periſcii, Amphiſcii, Heteroſcii. (c) XIV. Antœcos, Periœcos & Antipodes invenire. (d) XV. Climata & Parallelos invenire. (e) XVI. In Globo invenire diem longiſſimum. Invenire noctem breviſſimam: Item diem breviſſimum, ac noctem longiſſimam. (f) XVII. Locum Solis in Ecliptica, quolibet anni tempore indagare. (g) XVIII. Horam ortus & occaſus Solis ad quamvis Latitudinem quolibet anni die explorare. (h) XIX. Quantitatem dierum & noctium cognoſcere. (i) XX. Aſcenſionem Solis vel ſtellæ obliquam invenire.

enim ad intelligendas cauſas inæqualitatis dierum & horarum Naturalium & Artificialium.

(a) XXI. Ducitur locus Solis vel ſtellæ ad Horizontem in Occidente, & quicunque gradus Æquatoris Horizontem una ſtringit, is dicitur Deſcenſio obliqua.

(b) XXII. *Aſcenſio Solis vel ſtellæ nihil aliud eſt, quam gradus Æquatoris, qui cum iiſdem ſupra Horizontem emergit; Recta igitur Aſcenſio eſt, gradus Æquatoris, qui cum Sole in Ecliptica aut ſtella in Sphæra Recta aſcendit.* Ad hanc Rectam Aſcenſionem inveniendam, Sol vel ſtella adjungitur Meridiano; & Æquatoris gradus, quem Meridianus in eo ſitu interſecat, indicat Rectam Aſcenſionem. Reperiuntur Tabulæ Aſcenſionum Rectarum in libris Aſtronomorum. [d]

(c) XXIII. *Recta Deſcenſio* eſt in iiſdem Æquatoris gradibus, in quibus Aſcenſio recta.

(d) XXIV. Zonæ Torridæ incolæ, quibus Circuli Tropici valde remoti ſunt, nulla habent Crepuſcula. Iis vero, qui Zonis Frigidis ſunt propiores, tota fere nox crepera eſt, nec quicquam certi de eorum Crepuſculis dici poteſt. In noſtris tamen regionibus *Crepuſculum definitur ſeſquihora*, ita ut ejus menſura ſit 18 graduum. *Cognoſcitur autem Crepuſculum hoc modo*; Locus Solis jungitur Meridiano, & index horarius applicatur ad horam XII. Deinde gradus Ecliptiæ, qui loco Solis e diametro opponitur, ſignatur, & in Horizonte Occidentali ad Quadrantem Altitudinis 18 gradibus attollitur. Ita index horarius monſtrat initium crepuſculi matutini. Idem gradus Soli oppoſitus in Oriente per gradus 18 elevatus, monſtrat finem crepuſculi veſpertini. Notandum tamen, profunditatem Solis 18 graduum non eſſe per omnia loca & tempora conſtantem, ob variam aëris temperiem & altitudinem, per quas fit, ut citius aut tardius ſolito Crepuſcula incipiant & deſinant.

(e) XXV. *Loca, quibus ſol uno eodemque die fit verticalis, oſtenduntur hoc modo.* Primum ex dato die inveniatur locus Solis in Ecliptica ſecundum problema XVII. Deinde adducatur locus Solis ad punctum Meridiani, quod ei imminet: & volvatur Globus: Ita omnia loca, quæ notatum punctum tranſeunt, ſunt illa, quæ quæruntur. Vel creta acuminata applicata deſcribatur parallelus, qui loca illa indicabit. Idem quoque poteſt in Mappis oſtendi; ſi locus Solis in Ecliptica notatur, & per eum ducitur parallelus Æquatoris rectus vel curvus, prout Tabula rectilinea vel curvilinea fuerit. Ita omnia hujus paralleli loca erunt illa, quæ quæruntur. Id autem fieri debet in utroque Mappæ hemiſphærio.

(f) XXVI. Quæ loca eundem habent Parallelum, eadem habent omnes dies anni æquales, & eandem quantitatem diei longiſſimi.

(g) XXVII. *Data unius loci hora, alterius etiam loci hora invenitur hoc modo.* Locus cujus hora datur, adducitur ad Meridianum æneum, index ad eam horam Circuli Horarii, quæ datur. Volvitur deinde Globus, donec alter locus datus veniat ſub Meridianum; quo facto index in eo Globi ſitu monſtrabit horam quæſitam illius loci.

(h) XXVIII. *Loca, quæ ad datam noſtram horam quamcumque habent meridiem, aut mediam noctem, aliamve horam, ita exhibentur.* Noſter, ſeu datus locus alius, adducitur ad Meridianum, index ad datam horam Circuli Horarii. Deinde volvitur Globus, donec index monſtret horam XII meridiei. Ita loca, quæ Meridiani ſemicirculo ſuperiori, a Polo elevato ad Polum depreſſum, ſubjecta conſpiciuntur, ſunt ea, quæ meridiem ad datum tempus agunt. Et ſi Globus porro pro arbitrio noſtro vertitur, index ſemper monſtrat horam, quam eo tempore habent loca Meridiano ſubjecta.

(i) XXIX. Polus pro data loci Latitudine primum elevandus, & Globus ad Cardines Mundi rite conſtituendus eſt. Deinde acicula infigenda loco Solis in Ecliptica ad perpendiculum, (ſeu, ut loquuntur, perpendiculariter,) vel, quod ſatius, Gnomon Sphæricus applicandus Eclipticæ, ita ut apex gnomonis loco Solis incumbat, atque ita ad Meridianum adducatur, & index ad horam XII. Volvatur poſtea Globus, donec acicula nullam jaciat umbram in Globo; & in eo ſitu index monſtrabit horam quæſitam. 2

(k) XXX. *Norimbergenſes* hodie, ut olim *Babylonii* aliique populi numerant horas XXIV ab ortu Solis ad ſequentis diei ortum. *Quæ hora ita invenitur.* Elevatur Polus pro dati loci latitudine; & locus Solis ex dato die inventus adducitur ad Meridianum, index ad horam XII Circuli Horarii. Volvitur deinde Globus, donec index monſtrat datam horam. Globo ita manente immoto index reducitur ad XII. Quo facto volvitur Globus ab Occaſu ad Ortum, donec locus Solis ad Orientem in Horizonte appareat; & in Circulo Horario numerantur horæ a XII verſus Ortum iiſque ad indicem. Hæ ſunt horæ quæſitæ Norimbergenſes ſeu Babylonicæ.

(l) XXXI. *Ex data hora Norimbergi, noſtræ numerationis hora, quæ a media nocte vel meridie incipit, invenitur hoc modo.* Polus pro loci dati Latitudine elevatur. Locus Solis notatur in Ecliptica, & ad Orientalem Horizontem adducitur: Index horarius ad horam XII. Deinde volvitur Globus verſus occaſum, donec index monſtret in Circulo Horario datam horam ab Ortu. Hoc facto, index reducitur ad horam XII, deinde movetur Globus, donec locus Solis reductus ſit ad Meridiani ſemicirculum, quem proxime tranſiit; & numerantur horæ a XII ad indicem in eam plagam, in quam motus Globi factus eſt. Ita hora noſtræ numerationis a meridie vel media nocte reperietur.

(m) XXXII. Hodie in multis Italiæ locis, ſicut olim in Græcia, numerantur 24 horæ *ab uno occaſu Solis ad ſequentem, ad quas inveniendas ex horis noſtræ numerationis ſic agitur.* Elevatur Polus pro dati loci Latitudine; Locus Solis in Ecliptica notatur, atque ad

(a) XXI. Deſcenſionem Solis vel ſtellæ invenire Obliquam. (b) XXII. Aſcenſionem Solis vel ſtellæ rectam invenire. (c) XXIII. Invenire Deſcenſionem rectam. (d) XXIV. Initium & finem crepuſculorum indicare. (e) XXV. Dato die anni invenire Telluris loca quibus ſol eo die in meridie fit verticalis. (f) XXVI. Oſtendere, quibus in locis omnes anni dies ſint æquales; adeoque habeant etiam eandem diei longiſſimi quantitatem. (g) XXVII. Data hora unius loci in Globo dati, invenire horam alterius loci dati. (h) XXVIII. Data hora noſtri loci oſtendere in Globo omnia illa loca, quæ ad datam illam horam habent meridiem; item illa, in quibus media nox, & illa, in quibus ſit alia quæcunque hora. (i) XXIX. Beneficio Globi Sole lucente cognoſcere horam loci, cujus latitudo data eſt. (k) XXX. Data hora noſtræ numerationis invenire quota ſit hora ab ortu Solis. (l) XXXI. Data hora ab ortu ſeu Norimbergenſi, invenire noſtræ numerationis horam. (m) XXXII. Data hora noſtræ numerationis invenire horas Italicas.

ad Meridianum adducitur; index ad horam XII meridianam Circuli Horarii collocatur. Deinde volvitur Globus, donec index ille monſtret horam datam. Poſtea immoto Globo reducitur index ad horam XII. quo facto volvitur Globus verſus Ortum, donec locus Solis in Occidentali Horizonte conſpiciatur. Numerantur demum horæ à XII. uſque ad indicem ſecundum plagam motus. Et hæ erunt horæ numerationis Italicæ. *Hora Italica per radios Solis in globo inveſtigatur h. m.* Loco Solis Occidentis advoluto ad diem obſervationis, indiceque applicato horæ XII, vertitur globus, donec gradus loci Solis ſupra Horizontem aſcendat in Oriente, aut in Occidente. Ibi collocatur Gnomon Sphæricus, aut acus modico ceræ firmata, & obvertitur Soli, donec nullam de ſe projiciat umbram in alterutrum latus: & indicabit index horam quæſitam numerandam à XII. meridianâ.

(a) XXXIII. *Ex data hora Italica ſeu ab occaſu Solis, noſtræ numerationis hora invenitur hoc modo.* Polus elevatur pro loci latitudine. Solis locus in Ecliptica notatur, atque ad Meridianum adducitur. Index collocatur ad horam XII. Volvitur deinde Globus verſus Occaſum, donec index monſtret horam datam Italicam; ac tum immoto Globo reducitur index ad XII. Hoc facto, locus Solis revolvitur ad eum Meridiani ſemicirculum, quem proxime tranſiit. Ita horæ inter XII. & indicem interceptæ, ſi numerantur à XII. verſus ortum, ſunt horæ à meridie vel media nocte ſecundum noſtram numerationem.

(b) XXXIV. Horarum aliæ ſunt *Æquales, ſeu Æquinoctiales*, aliæ *Inæquales* ſeu *Temporales*. *Hora Æqualis* eſt vigeſima quarta pars diei naturalis, & perpetuo manet ejuſdem quantitatis. *Æquinoctiales* dicuntur illæ horæ, quoniam per Æquinoctialis Circuli regularem & æquabilem motum diſtinguuntur, dum de eo tanto temporis ſpacio XV gradus perpetuo aſcendunt, & in oppoſita Æquatoris parte totidem gradus infra Horizontem deſcendunt. Ob commoditatem & facilitatem horarum Æqualium uſus hodie apud omnes fere gentes eſt frequens. (c) *Hora Inæqualis, quæ & Temporalis appellatur*, eſt duodecima pars diei vel noctis artificialis. *Inæquales* dicuntur hæ horæ, quoniam diurnæ cum ſuis horis nocturnis collatæ, aut cum diverſorum inæqualium dierum horis, nunquam ſunt ejuſdem magnitudinis: ſed quoties dies creſcunt aut decreſcunt, toties horarum etiam quantitas, certa quadam & regulari viciſſitudine, immutatur, prout dies & noctes augentur aut minuuntur, exceptis duobus Æquinoctialibus diebus, in quibus horæ Æquales & Inæquales ſunt ejuſdem quantitatis. Veteres ac præcipue Judæi his uſi ſunt horis Inæqualibus (unde & *Judaicæ* nonnullis appellantur *Horæ*) Quod patet ex hiſtoria Evangelica *Matth.* XX. *v.* 3, 5, 6. *Luc.* XXIII. *v.* 44. *Joh.* XI. *v.* 9. *Actor.* II. *v.* 15. *Plinius* quoque *lib.* II. *cap.* 97. aliique horarum iſtarum mentionem faciunt. Sed quum horarum Inæqualium uſus multa habeat incommoda, horis tantum utimur Æqualibus. (d) *Quantitas horarum Inæqualium facile invenitur*, ſi datæ diei vel noctis horæ Æquales multiplicantur per 60 in minuta, & collecta per 12 dividuntur: & quæ poſt diviſionem reliqua ſunt, iterum multiplicantur per 60 in ſecunda, vel ulterius; quæ denique diviſa producunt horas Inæquales, ad quamlibet diem datam.

Tabula exhibens horas Æquales in ſcrupulos reſolutas.

Hor.	Min.	Hor.	Min.	Hor.	Min.
1	60	9	540	17	1020
2	120	10	600	18	1080
3	180	11	660	19	1140
4	240	12	720	20	1200
5	300	13	780	21	1260
6	360	14	840	22	1320
7	420	15	900	23	1380
8	480	16	960	24	1440

Sit exemplum. Si dies fuerit horarum Æqualium 16, primorum 19, ſecundorum 52; illæ 16 horæ primum reſolvuntur in 960 prima min. quibus adduntur adhærentia minuta 19; congregatum erit 979. quod ſi dividitur per duodecim, offerentur 81 prim. Reliqua 7 min. prima ſi rediguntur in ſecunda per 60, prodeunt 420 ſecunda; quibus ſi adduntur 52 ſecunda, fiunt 472 ſecund. quæ diviſa per 12 dant 39 ſecund.

(a) XXXIII. Datâ horâ Italicâ invenire horam noſtræ numerationis. (b) XXXIV. Hora Æqualis, ſeu Æquinoctialis. (c) Hora Inæqualis, ſeu Temporalis. (d) Horarum Inæqualium quantitatem invenire.

ſecund. Quatuor ſecunda, quæ poſt diviſionem reliqua ſunt, rediguntur in 240 tertia ; hæc diviſa dant 20 tert. Et tanta eſt longitudo horæ Inæqualis diei datæ, videlicet 81 minutorum primorum, 39 ſecundorum, 20 tertiorum. *Sit exemplum aliud.* Si dies fuerit 7 horarum, 40 minutorum primorum, & 8 ſecundorum, horæ integræ multiplicatæ per 60 dant 420 prima ; quibus ſi adduntur 40 adhærentia minuta, tum prodeunt 460 min. prima. Hæc diviſa per 12 prima conſtituunt 38 prima. Reſidua 4 prima rediguntur iterum per 60 in 240 ſecunda, quibus ſi adduntur illa 8 ſecunda, Congregatum erit 248 ſecund. quæ diviſa per 12, producunt 20 ſecunda. Reliqua 8 ſecunda reſolvuntur in 480 tertia ; hæc quoque diviſa per 12 dant 40 tertia. Habebit igitur in exemplo dato una hora Inæqualis 38 minuta prima, 20 ſecunda & 40 tertia. *Hoc modo omnium dierum & noctium artificialium horas Inæquales aſſequimur.*

(a) XXXV. *Globus Terreſtris ita poteſt ſuſpendi aut conſtitui, ut Sole lucente iſtæ Globi partes illuminentur, quas Sol in ipſa Tellure quovis tempore illuminat, & ſimul appareat, quibus populis Sol oriatur ad ſingula temporis momenta, quibus occidat, quibus meridiem agat, quibus omnino occultatus ſit, & cui loco ſit verticalis ; quod exhiberi poteſt hoc pacto.* Locus, in quo globus ita collocandus eſt, notatur in ipſo Globo, ad Meridanum adducitur, & creta notatur punctum Meridiani loco iſti imminens. Si igitur Globus è funè ſuſpendendus eſt, alligandus eſt funis huic puncto Meridiani. Si vero in loco aliquo firmiter collocari debet, trajiciendus eſt ſtylus ferreus ex hoc loco per centrum Globi uſque ad oppoſitum punctum, atque hic ſtylus ferreus plano Horizontali arcte infigendus, ut ſit immobilis. Deinde Globus ad quatuor Mundi Cardines diſponendus, quo facto ad ſingula momenta diei, Sole lucente, licet in Globo contemplari partem Telluris illuminatam, & partem non illuminatam. Illa vero loca, quæ in medio ſemicirculo partis illuminatæ jacent, ſunt illa, quæ ad iſtud temporis momentum habent meridiem. Illis, quæ ad Orientem in Semicirculo diſcernente partem illuminatam à non illuminata ſita ſunt, Sol occidit. Ab his, quæ jacent ad Occidentem in ſemicirculo diſcernente partem illuminatam à non illuminata, Sol oritur. *Ad locum Solis in Ecliptica inveniendum*, circa medium partis illuminatæ acicula vel gnomon ſphæricus hinc inde moveatur, donec nullam jaciat umbram punctumque in Globo notetur. Hoc enim ad meridianum adductum indicabit declinationem puncti Eclipticæ, in quo Sol eſt tempore obſervationis, unde pro conditione temporis, Veris vel Æſtatis, Autumni vel Hyemis ipſe locus Solis cognoſcetur, & inde anni dies. *Ille quoque locus in Globo*, in quem acicula infixa nullam projicit umbram, eſt is, cui *Sol* ad illud temporis momentum *verticalis* eſt ; & parallelus per hunc locum tranſiens exhibet omnia loca, quibus Sol ad illum diem fiet verticalis. Porro *hora loci, in quo Globus ita collocatus vel ſuſpenſus eſt, invenitur hoc modo.* Locus iſte, cui Sol eſt verticalis, adducitur ad Meridianum. Index ad horam XII Circuli Horarii, & volvitur Globus donec locus noſter, ſive, in quo Globus ſitus eſt, ad Meridianum perveniat. Tunc index monſtrat horam quæſitam. At quoniam Globi converſio fieri non poteſt, ſi per ſtylum ferreum plano Horizontali affixus eſt ; ideo ſatius fuerit Globum ſuſpendere ; & ſimul Polos ita alligare, ut eundum retineant ſitum.

(b) XXXVI. Globus Terreſtris modo jam dicto ſuſpenſus, Luna lucente, oſtendit quoque, quibus populis ad quodvis temporis momentum, quo illa ſupra Horizontem noſtrum commoratur, conſpicua, quibus oriatur, quibus occidat & quibus ſit verticalis. Quæ omnia ex præcedente problemate manifeſta ſunt.

(c) XXXVII. *In Globo Terreſtri exhiberi poſſunt omnia loca, quibus ſidera tanto tempore infra Horizontem occultantur, quanto alio in loco ſupra Horizontem commorantur*, hoc modo. Noſter, vel alius locus datus, adducitur ad Meridianum, & invenitur Parallelus Antœcorum. Omnia loca in hoc Parallelo ſita ſunt, quæ quæruntur ; quod in Globo monſtrari poteſt ; ſi polus elevatur pro dati loci latitudine, & deprimitur pro hujus inventi Parallelli latitudine.

(d) XXXVIII. *Certiſſimus videtur eſſe modus inveniendæ Latitudinis*, ſi in ſignis Borealibus declinatio Solis circa illud tempus ab inventa maxima altitudine ſolis ſubtrahitur : Quod relinquitur, eſt complementum Elevationis Poli. Illud ſi à 90 ſubtrahitur, emergit elevatio quæſita. *Robertus Hues ſequentem tradit modum.* Meridiana Solis altitudo obſervatur Radio, Quadrante, aut hujuſmodi inſtrumento, & Solis locus in Ecliptica Globi inventus Meridiano applicatur ; & Meridianus hac illac in ſuis fiſſuris conſiſtens circumducitur, uſque dum idem Solis locus totidem gradibus ab Horizonte attollatur, quot ſunt obſervatæ Solis altitudines. In hoc Globi ſitu polus alter, ſupra Horizontem eminens, indicabit Latitudinem loci. *Non diſſimilis eſt modus, quo vulgo nautæ locorum Latitudines indagare ſolent*, per meridianas Solis altitudines, & Tabulas declinationum.

(e) XXXIX. *Data quantitate diei longiſſimi in quodam Telluris loco, ejuſdem Latitudo invenitur, ſimul omnia illa exhibentur loca, quæ eandem habent diei quantitatem, hoc modo.* Locus Solis diei longiſſimi, qui eſt 1. gradus Cancri, adducitur ad Meridianum ; index ad horam Circuli horarii XII. Volvitur deinde Globus, donec index monſtret horam illam à qua numerus datus longiſſimi diei denominatur ; ita, ut ad horam XII mediæ noctis adjungantur reliquæ horæ continua numeratione ; & tunc punctum Tropici exiſtens in Meridiano notatur. Deinde adducitur primus gradus Cancri ad Horizontem in Oriente, & Meridianus in crena ſua ita movetur Polo elevato vel depreſſo, donec alterum Tropici punctum notatum exiſtat ad Horizontem in Occidente ; ita ut 1. gradus Cancri adhuc ſit in Oriente. Quo facto, numerantur gradus Elevationis Poli. Ea enim eſt quæſita Elevatio Poli & Latitudo Parallelli, qui in Globo invenitur, ſi totidem gradus numerantur in Meridiano ab Æquatore verſus Polum, & creta

(a) XXXV. Globum Terreſtrem ita ſuſpendere aut conſtituere, ut lucente Sole eæ Globi partes illuminentur, quas Sol in ipſa Tellure quovis tempore illuminat, & ſimul appareat, quibus populis Sol oriatur ad ſingula temporis momenta, & quibus occidat ; quibus meridiem agat, & quibus occultatus ſit. Solis locum in Ecliptica invenire. Loca oſtendere, quibus Sol eſt verticalis. Horam diei invenire. (b) XXXVI. Loca quibus Luna oriatur, & quibus occidat, oſtendere. (c) XXXVII. In Globo Terreſtri exhibere omnia loca, quibus ſidera tanto tempore infra Horizontem occultantur, quanto nobis, vel alteri dato loco, ſupra Horizontem commorantur. (d) XXXVIII. Loci dati invenire Latitudinem & Elevationem Poli. (e) XXXIX. Datâ quantitate diei longiſſimi invenire loci Latitudinem ſeu Elevationem Poli.

creta applicata ad terminum numerationis Globus volvitur. Hic Parallelus descriptus erit is, qui quæritur.

(a) XL. *Longitudines locorum* incognitæ per initia Eclipsium Lunarium investigantur; quæ, si quibus in locis una hora citius contingunt, quam in aliis, indicant ea loca recedere versus Ortum xv gradibus. De longitudine locorum observanda & invenienda plures modi cognosci queunt ex *Bernh. Varenii Geographiæ Generalis l.* III. *c.* XXXI. *Adriani Melii Mensura Geographica p.* 7. *Joannis de Sacro Bosco Commentarius in Juncini Sphærica p.* 449.

(b) XLI. *Locorum distantia accuratius ex Longitudine & Latitudine locorum invenitur*: *Primo*, si loca solâ Latitudine differunt, eundem habent Meridianum, sed diversos Parallelos, subtrahitur minor Latitudo à majore, & oritur differentia Latitudinis in Gradibus & Minutis. Gradus differentiæ Latitudinis multiplicantur per 15 Minuta, dividuntur per 4; & utrimque milliaria inveniuntur. *Si vero alterius loci Latitudo sit Borealis, alterius Australina*, Summa Latitudinum est distantia quæsita. *Secundo, si loca sola differunt longitudine*, & sita sunt sub eodem Parallelo, eamdemque habent distantiam ab Æquatore, sed in diversis Meridianis; subtrahitur minor Longitudo à majore, & oritur differentia in gradibus & Minutis. Sed quia Paralleli, in quibus numeratur Longitudo locorum, non sunt Circuli Magni, nec inter se æquales, sed minores & contractiores, quo longius ab Æquatore recedunt, & majores ac ampliores, quo eidem sunt propiores: Quapropter nec quindecim milliaria uni gradui cujusque Paralleli (exceptis gradibus Æquatoris) nec pares numero respondere possunt: sed tot, quot vel proportio Paralleli cujusque ad Æquatorem in Tabula opposita ostendit. Nam ex proportione cujusque Paralleli ad Æquatorem collegerunt Artifices, quot milliaria uni gradui cujusque Paralleli respondeant, eaque in Tabulam, ut discentibus laborem & difficultatem minuerent, incluserunt. Cum gradibus igitur communis Latitudinis inventis ingredimur sequentem Tabulam, quam vocant *Canonion Appiani*, quæ gradus Longitudinis extra Æquatorem in milliaria conversos continet. [*e.*]

(a) XL. Longitudinem alicujus loci invenire. (b) XLI. Distantiam locorum ex eorum Longitudine & Latitudine invenire. Quæ differunt solâ longitudine.

Tabula continens gradus Longitudinis, extra Æquatorem conversos in milliaria.

Gr.	*Lat. Mill.*	*Min.*	*Gr.*	*Lat. Mill.*	*Min.*	*Gr.*	*Lat. Mill.*	*Min.*
1	14	59	31	12	52	61	7	16
2	14	59	32	12	43	62	7	2
3	14	58	33	12	35	63	6	48
4	14	58	34	12	26	64	6	34
5	14	56	35	12	17	65	6	20
6	14	55	36	12	8	66	5	6
7	14	53	37	11	59	67	5	52
8	14	51	38	11	49	68	5	37
9	14	48	39	11	39	69	5	21
10	14	46	40	11	29	70	5	8
11	14	43	41	11	19	71	4	53
12	14	40	42	11	9	72	4	38
13	14	37	43	10	58	73	4	23
14	14	33	44	10	47	74	4	8
15	14	29	45	10	36	75	3	53
16	14	25	46	10	25	76	3	38
17	14	21	47	10	14	77	3	22
18	14	16	48	10	2	78	3	7
19	14	11	49	9	50	79	2	52
20	14	6	50	9	38	80	2	36
21	14	0	51	9	26	81	2	21
22	13	54	52	9	14	82	2	5
23	13	48	53	9	2	83	1	50
24	13	42	54	8	49	84	1	34
25	13	36	55	8	36	85	1	18
26	13	29	56	8	23	86	1	3
27	13	22	57	8	10	87	0	47
28	13	15	58	7	57	88	0	31
29	13	7	59	7	43	89	0	16
30	12	59	60	7	30	90	0	0

Operatio ex hac Tabula ita inſtituenda. Milliaria, quæ reſpondent communi Latitudinis gradui, ponuntur ſecundo loco Regulæ Detri. Primum locum occupant 60 minut. vel 1 gr. Tertium differentia. Tertio, (a) *Si loca & Longitudine & Latitudine differunt*, 1. Inquiritur differentia Longitudinis & Latitudinis, per ſubtractionem minoris a majore. 2. Differentia Latitudinis commutatur in milliaria, & numerus productus ſervatur ad partem. 3. Sumitur dimidium differentiæ Latitudinis; idque additur ad Latitudinem minorem, vel ſubtrahitur a majore, & efficitur Latitudo utrique loco communis. 4. Cum hac Latitudine ingreſſi in Tabulam præcedentem, conſideramus quot milliaria uni gradui Longitudinis reſpondeant. 5. Cum his milliaribus inventis multiplicatur differentia Longitudinis. 6. Numerus productus ex multiplicatione milliarium & differentiæ longitudinis, item numerus productus ex commutatione differentiæ Latitudinis in milliaria, uterque ſeorſim ducitur in ſeſe, & numeri ad ſe invicem adduntur. 7. Ex hoc aggregato additorum numerorum extrahitur radix, & habetur locorum diſtantia quæſita.

(b) XLII. *Data hora nocturna ſive diurna Globus Cœleſtis ad ſitum cœli ita componitur.* Solis locus applicatur Meridiano & Index Horarius horæ XII meridianæ. Deinde convertitur Globus in Occidentem, donec index oſtendat horam illam, qua cœli ſitum cognoſcere cupis. Globus eo ſitu firmatus diſpoſitioni cœli & ſiderum convenit. Poteſt etiam Globus ita componi per Altitudinem Solis cognitam de die; & per Altitudinem ſtellarum de nocte.

(c) XLIII. *Ortus Æquinoctialis eſt*, quo Sol oritur in primo gradu Arietis, & primo gradu Libræ: Unde ſpirat Subſolanus; *the Eaſt Wind*, cui directe opponitur Occaſus Æquinoctialis, unde ſpirat Zephyrus, *the Weſt Wind.*

(d) XLIV. *Ortus Solſtitialis Æſtivus eſt*, quo Sol oritur in primo gradu Cancri; unde ſpirat Cæſias, *the North-Eaſt Wind*; cui opponitur Occaſus Brumalis, unde ſpirat Africus, *the South-Weſt Wind.*

(e) XLV. *Ortus Solſtitialis Brumalis eſt*, quo Sol oritur in primo gradu Capricorni; unde ſpirat Vulturnus, *the South-Eaſt.* Cui opponitur Occaſus Æſtivus; unde ſpirat Caurus ſeu Corus, *the North-Weſt.*

(f) XLVI. *Polus Mundi* 4 fere gradibus abeſt a Stella in extrema cauda Urſæ minoris; quæ hinc appellatur *Stella Polaris.*

(g) XLVII. Polo in Globo cœleſti recte elevato, creta acuminata applicatur Horizonti verſus Meridiem, ubi ſecatur a Meridiano, & converſo Globo deſcribitur circulus. Deinde idem faciendum in Horizonte verſus Septemtrionem; Quo facto duo iſti circuli creta notati indicant *quæ ſtellæ nunquam, quæ quandoque, & quæ perpetuo appareant.*

(h) XLVIII. *Declinatio Solis ſive ſtellæ nihil aliud eſt, quam diſtantia ejus ab Æquatore numerata in Meridiano.* Ea vero invenitur hoc modo: Locus Solis, ſive ſtella applicatur Meridiano, & numerantur gradus Meridiani inter Æquatorem & Locum Solis ſive ſtellam.

(i) XLIX. *Stellæ alicujus ſitus ad certam horam exploratur hoc modo.* Locus Solis applicatur Meridiano, & index Horarius horæ XII. Hinc Globus vertitur, donec Index datam monſtret horam. Poſtea ex Zenith Circulus Verticalis applicatur loco ſtellæ, & ſtatim in Horizonte apparet, verſus quam cœli partem ſtella iſta conſiſtat.

(k) L. Polo recte elevato, & Globo rite conſtituto, hora notatur in Circulo Horario, & ex Zenith demittitur Circulus Verticalis per locum Solis, vel centrum ſtellæ; & gradus ab Horizonte uſque ad Locum Solis vel ſtellam numerantur. *Altitudo* enim *nihil aliud eſt, quam diſtantia Solis vel Stellæ ab Horizonte numerata in Circulo verticali per Solis aut Stellæ corpus & Zenith tranſeunte.*

(l) LI. Stellæ, Solis ſive alterius Planetæ gradus in ſigno Zodiaci, in quo certo anni tempore conſiſtunt, creta notatur & applicatur Meridiano; ibique monſtratur ejus *maxima* ſeu *ſumma Altitudo.*

LII. *Altitudo Æquinoctialis nihil eſt aliud, quam arcus Meridiani inter Æquinoctialem & Horizontem interceptus*; *iſta* invenitur hoc modo. Globo ad elevationem Poli conſtituto in Meridiano numerantur gradus inter Æquatorem & Horizontem intercepti.

LIII. *Diſtantia Solis vel ſtellæ alicujus a Zenith inveſtigatur hoc modo*; Altitudo ſtellæ inventæ aufertur a 90, & habetur diſtantia quæſita.

LIV. Globo ad elevationem Poli conſtituto, loco Solis in Ecliptica notato & Meridiano applicato; ac indice horæ XII quum ſtella adjungitur Horizonti ad Orientem, vel Occidentem, ſeu Meridiano ad Auſtrum vel Boream, index horam noctis ad diem propoſitum oſtendet.

(m) LV. *Longitudo ſtellæ eſt diſtantia ejus a principio Arietis in Zodiaco numerata ſecundum ſeriem ſignorum*; *illa inveſtigatur* hoc modo: *Quadrans Altitudinis* admovetur Zenith, ut tranſeat per medium ſtellæ uſque ad Eclipticam. Deinde numerantur gradus a principio Arietis uſque ad locum Quadrante notatum.

(n) LVI. *Latitudo ſtellæ eſt diſtantia ejus ab Ecliptica. Ea invenitur hoc modo*: Quadrans Altitudinis applicatur Zenith, & numerantur gradus inter ipſam ſtellam & Eclipticam.

(o) LVII. *Latitudo inter Ortum & Occaſum Solis invenitur hoc modo.* In Horizontis ora numerantur gradus inter locum Solis applicatum ad Orientem, & Occidentem Horizontis.

(p) LVIII. Poetæ veteres & Rei Ruſticæ Scriptores tempora Æquinoctiorum, Solſtitiorum, Arationis, Sationis, Meſſis & aliarum operarum ruſticarum deſcribunt per tres diverſos ſignorum ac ſtellarum ratione Horizontis, & radiorum Solis Ortus & Occaſus, quos vocant *Coſmicum*, *Acronychum*, & *Heliacum.* Coſmicus & Acronychus [f] ſumuntur penes Horizontem: Heliacus [g] ad Solem refertur. (q) *Ortus Coſmicus*, qui & *Matutinus* dicitur, eſt, quando ſtella una cum Sole, vel paulo poſt, ſupra Horizontem emergit [h], *quæ tamen propter lumen Solare*

(a) Quæ loca & Longitudine & Latitudine differunt. (b) XLII. Globum cœleſtem ad ſitum cœli componere. (c) XLIII. Ortum & Occaſum oſtendere Æquinoctialem. (d) XLIV. Oſtendere Ortum Solſtitialem Æſtivum. (e) XLV. Ortum monſtrare Solſtitialem Brumalem. (f) XLVI. Monſtrare Polum Mundi. (g) XLVII. Oſtendere ſtellas, quæ nobis nunquam occidant, & quæ nunquam nobis oriantur. (h) XLVIII. Declinationem Solis vel Stellæ invenire. (i) XLIX. Explorare, in qua Mundi plaga, quavis hora, ſtella conſiſtat. (k) L. Altitudinem Solis aut ſtellarum invenire. (l) LI. Solis aut ſtellarum altitudinem maximam indagare. (m) LV. Longitudinem ſtellæ invenire. (n) LVI. Invenire Latitudinem ſtellæ. (o) LVII. Latitudinem inter Ortum & Occaſum invenire. (p) LVIII. Ortum & Occaſum ſtellarum invenire ſecundum Poetas. (q) Ortus Coſmicus.

cerni non poteſt. (a) *Occaſus Coſmicus* eſt, quando ſtella infra Horizontem deſcendit, eſtque matutina aſtri ſub Horizontem Occidentalem deſcenſio, Sole ex adverſo ſupra Horizontem [*i*] oriente [*k*]. (b) *Ortus Acronychus*, qui & *Veſpertinus* dicitur, eſt, quando ſtella ſupra Horizontem aſſurgit, Sole ex adverſo infra Horizontem deſcendente. (c) *Occaſus Acronychus* eſt, quando ſtella una cum Sole infra Horizontem [*l*] deſcendit [*m*]: Occidunt itaque ſtellæ *Acronyche*, quæ *Coſmice* oriuntur; quæ autem *Acronyche* oriuntur, *Coſmice* occidunt, juxta verſiculos:

Coſmice deſcendit ſignum, quod *Acronyche* ſurgit:
Cronyche deſcendit ſignum quod *Coſmice* ſurgit.

(d) *Heliacus ortus* eſt, quando ſtella, quæ antea propter Solis vicinitatem non conſpiciebatur, ipſo remoto, emergit & [*n*] apparere incipit; unde proprie *Emerſus* & *Apparitio* appellatur. (e) *Occaſus Heliacus, qui verius* occultatio *poſſet dici*, eſt, quando ſtella, quæ antea propter Solis majorem ab ea diſtantiam conſpiciebatur, jam ipſo appropinquante, apparere deſinit. Hinc *ortus & occaſus Heliacus* cognoſcitur ex diſtantia ſtellæ a loco Solis ſub Zodiaco, quæ tamen pro magnitudine ſtellarum diſcrepat, ſi quidem Majores breviori a Sole intervallo conſpici poſſunt; Minores etiam ſatis longa intercapedine occultantur. Unde fit, ut ſtellæ fixæ primi ordinis in magnitudine non videantur, niſi Sole diſtante duodecim gradibus. Secundæ magnitudinis XIII gr. Tertiæ XIV gr. Quartæ XV gr. Quintæ XVI gr. Sextæ XVII gr. Et Minutiſſimæ per XVIII gr. Ex hâc diverſitate apparentiæ ſtellarum earum diſtinctiones in certas magnitudines originem ſuam traxiſſe videntur.

(f) LIX. *Quo anni tempore ſtella hoc noſtro ſeculo oriatur vel occidat Coſmice & Acronyche, pulchre indicat Globus cœleſtis* h. m. Globo in ſua elevatione conſtituto, adjungitur quævis ſtella Horizonti ad Orientem, notaturque gradus Eclipticæ in eadem Orientis parte Horizontem ſtringens. Quando Sol gradum illum Eclipticæ obtinet, oritur ſtella iſta *Coſmice*. Si vero Sol gradum oppoſitum in parte Occidentis occupat, ſtella data oritur *Acronyche*.

(g) LX. *Occaſus Coſmicus & Acronychus ex Globo cognoſcuntur hoc modo.* Stella ducitur ad Horizontis partem Occidentalem; & deinde conſiderantur gradus Eclipticæ, qui ab Horizonte tam ad Occidentem, quam ad Orientem interſecantur. Sol, ſi exiſtit in gradu interſectionis ad Orientem, facit, ut ſtella ea *Coſmice* occidat: *Acronyche* vero, ſi exiſtit in interſectionis gradu ad Occidentem.

(h) LXI. *Ortus & Occaſus Heliacus inveniuntur* h. m. Locus Solis creta notatur, ad Horizontem devolvitur, circinus ad XV gradus Æquatoris extenditur, atque ex loco Solis altero circini pede deſcribitur circulus; quo quæcunque ſtellæ tanguntur, *Heliace* oriuntur, id eſt, conſpici poſſunt, dum a radiis Solis relinquuntur. Occidunt autem ſtellæ *Heliace*, quæ vel ob radios Solares interdiu non apparent, vel intra circulum priori modo latent.

(i) LXII. Inveſtigatur punctum Eclipticæ, cum quo ſtella oritur vel occidit. Deinde contertur occaſus vel ortus ſpecies cum puncto Eclipticæ, cum quo ſtella oritur vel occidit. Hæc conjuncta demum oſtendunt locum Solis, ex quo tempus facile pateſcit. Exemplo rem declarabimus. Virgilius lib. I. Georg. tempus vernum, quo legumina ſeruntur, expreſſit his verbis:

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus: & adverſo cedens Canis occidit aſtro.

Id eſt, quum Hyades in fronte Tauri Romæ Coſmice cum Sole in 21 gr. Tauri oriebantur, quod fit ineunte vere, 8 Maji: quo tempore Canis major ſeu Sirius occidit veſperi Acronyche, nempe 9 Maji in 22 gr. Tauri. Sic verſus ejuſdem Poetæ eodem libro:

Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,

Notat tempus, antequam Plejades, [*o*] Atlantis filiæ, in dorſo Tauri occidant Coſmice, quod fit cum quarto gr. Tauri, quando Sol in oppoſito loco eſt, nempe in quarto gr. Scorpionis. Sic Ovidius lib. VI. Faſtorum de Calendis Junii:

Tunc oritur magni præpes adunca Jovis.

I Junii Sol eſt in 14 gradu geminorum: Sed præpes adunca Jovis, id eſt, Aquila oriebatur Romæ cum 10 gr. Sagittarii. Deſcribitur igitur ortus Acronychus.

(k) LXIII. *Quo anni tempore hi Ortus & Occaſus Poetici contingant, invenitur hoc modo.* Applicatur ſtella, cujus Ortus aut Occaſus Poeticus inquiritur, Horizonti; & gradus Zodiaci, qui una Horizontem ſtringit, notatur; qui in ora Horizontis intima quæritur; cui certus dies alicujus menſis reſpondere deprehenditur; atque is eſt, qui quærebatur dies.

(l) LXIV. In plano ducitur circulus pro arbitrio magnus, iſque dividitur per duas diametros; quarum altera dirigitur ad Septemtrionem, ac refert horam XII. Circulo iſto in 4 quadrantes per diametros diviſo; ipſi etiam quadrantes dividuntur in 90 gradus; ac quilibet gradus in tot partes minores, quot ſpatium ejus admittit. Deinde Globus diſponitur ad Elevationem loci dati, & Colurus Solſtitiorum applicatur Meridiano, atque index horæ XII. Hinc Globus convertitur verſus occaſum, donec index oſtendat horam primam poſt meridiem, ſive donec XV gradus Æquatoris pertranſeant Meridianum. In eo Globi ſitu notatur gradus Horizontis quem interſecet aut tangat Colurus, & quot gradus Horizontis a Meridiano ad notatum locum interjacent, tot in deſcripta peripheria utrinque ex lateribus horæ XII numerantur: in hac diſtantia ſignatur hor. I & XI. Circumvoluto iterum Globo donec alii XV gradus Meridianum tranſeant ſive index monſtret horam XI; idem Colurus indicat diſtantiam horæ XI & X. Pari modo reliquarum horarum diſtantiæ ad XV gradus Æquatoris in Horizonte ſignantur, & transferuntur in planum fabricando Horologio deſtinatum; donec principium Cancri attingat Horizontem, & diem ad Elevationem datam oſtendat longiſſimum. Hujus Sciaterici index educitur ex centro circuli verſus polum parallele cum axe Mundi, ejuſque elevatione in altero quadrante; & ex illius indicis extremitate alia linea ad

(a) Occaſus Coſmicus. (b) Ortus Acronychus. (c) Occaſus Acronychus. (d) Ortus Heliacus. (e) Occaſus Heliacus. (f) LIX. Ortum & occaſum Coſmicum & Acronychum invenire. (g) LX. Occaſum Coſmicum & Acronychum inveſtigare. (h) LXI. Ortum & occaſum Heliacum invenire. (i) LXII. Ex cognita ortus vel occaſus alicujus ſtellæ ſpecie tempus vel diem invenire. (k) LXIII. Invenire, quo anni tempore ortus & occaſus hi Poetici contingunt. (l) LXIV. Ex Globo deſcribere Sciatericum Horizontale.

ad lineam horæ XII. Hic Trigonus ex ære aut alia materia factus ad perpendiculum erectus, latere suo obliquo dirigitur in Polum; qui parallelus cum axe Mundi lineas horarias obumbrando indicat horas.

(a) LXV. Præter circulos supra explicatos in Globo Cœlesti reperiuntur Asterismi. Est autem *Asterismus* [p] multitudo stellarum fixarum ad certæ figuræ similitudinem, cujus imaginem situ suo & ordine referunt, quam Astronomi excogitarunt. Veteres Asterismos fecerunt, ex stellis fixis 1022 visibilibus, XLVIII: XII Asterismi sunt in Zodiaco, & XXXVI extra eundem. Quæ in Zodiaco sunt astra, animalium imaginibus notantur: unde Zodiaco nomen. Asterismi extra Zodiacum *Boreales*, sunt XXI, & *Australes* XV. Omnes illi Asterismi hisce versibus comprehenduntur.

Ad Boreæ partes ter septem sidera fulgent:

Arcti, Draco, Bootes, Gemma, Corona, Genuque
Prolapsus, Lyra, Avis, Cepheus, & Cassiopeæ
Auriga, Perseus, Deltoton, & Andromedæ astrum,
Pegasus, & Delphin, Telum, hinc Aquila, Anguitenensque.

Signifer inde subest bis sex qui sidera complet.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, &c.

Post ter quinque tibi signa hæc vertuntur ad Austrum.

Cetus, & Eridanus, Lepus, & nimbosus Orion,
Syrius, & Procyon, Argo navis, Hydraque, Crater,
Corvus, Centaurus, Lupus, Ara, Corollaque,
Piscis.

Sidera bis sex sunt, quæ non protrudit Horizon.

Phœnix, cum Musca, Chamæleon, atque Columba,
Trigonon, inde volans Piscis, Volucris Paradisi,
Indus, Cauda Nepæ, Pavo, Ardeaque Indica
Pica.

(b) *Hactenus de Globorum usu*; sequuntur jam nonnulla, quæ faciunt ad Tabulas Geographicas explicandas & recte usurpandas. *Mappa seu Charta Geographica est pictura, qua situs Terræ vel ejus partes in plano artificiose describuntur.* Estque vel Universalis vel Particularis. (c) *Universalis*, quæ universum Terrarum Orbem depictum exhibet. In ea observanda est primum *pictura necessaria Geographica*, quæ constat Circulis Geographicis, Locorumque picturis. Circuli hic sunt iidem, qui habentur in Globo Terrestri. (d) 1. *Æquator*, ejusque *Paralleli*, seu *Æquatores Secundarii*, X gradibus a se invicem distantes, numero XVI. Extenditur Æquator in lineam rectam per utramque faciem Tabulæ; ac dividitur in suas areolas, quæ significant gradus, quorum in una Tabulæ facie sunt 180, & totidem in altera: in medio facierum partes Æquatoris sunt continuæ. (e) 2. *Meridianus*, & ejusdem *Secundarii* XXXIV. Cingit Meridianus extremam oram utriusque faciei Tabulæ; ita ut duo appareant Meridiani, qui duo tamen ita sunt considerandi, tamquam in unum coaluissent. Si Tabula non est rotunda, sed quadrata, tum Meridiani in rectum extenduntur. (f) *Meridiani secundarii* in Tabula Geographica sunt lineæ instar semicirculorum, intra primarii Meridiani ambitum, per denos quosque gradus Æquatoris versus utrumque Polum ductæ. (g) 3. *Zodiacus* quoque nonnunquam additur; magis tamen ornatus, quam usus causa. (h) 4. Appinguntur Tropici: & demum (i) 5. duo Polares. (k) *Pictura Hydrographica* seu *Nautica* hic eadem apparet, quæ in Globo; *Rhomborum* videlicet & *Pyxidis Nauticæ* sive *Compassi*. (l) *Locorum Pictura* quoque eadem est in Mappis, quæ in Globo. Sunt autem loca vel *Majora*; ut Regiones, Insulæ, Maria, Flumina; limites Regionum punctis indicantur, & diversis pinguntur coloribus: Vel *Minora*, ut Montes, Sylvæ, Scopuli; Urbes nominibus suis & turribus notantur. Præter has (m) *picturas* necessarias Mappæ quoque habent *non necessarias*, veluti Avium, Navium, Animalium, &c. ad oblectamenta oculorum factas; ad argumentum, ejusmodi animalia in iis locis nasci. In nonnullarum Mapparum ora variarum nationum formæ & habitus conspiciuntur. Cæterum in Mappis universalibus eodem artificio, quo in Globo, ostenduntur quinque (n) *Zonæ*, quatuor *Mundi Cardines*, *Magnitudo Terræ*, *Amphiscii*, *Heteroscii*, *Ascii*, *Periscii*, *Antœci*, *Periœci*, *Synœci*, *Antipodes*, *Locorum Longitudines & Latitudines*, *Distantiæ*, & *Situs Positionis*, quæ *loca citius* habent meridiem, & quæ *tardius*; *iter nauticum* quoque ad has Mappas institui potest. Sunt etiam Mappæ, quæ habent (o) *Climata* adscripta: Ex iis cognoscuntur Paralleli, & dies Solstitialis: illi, si Clima duplicatur; hic vero, si Climati dimidiato addis XII. Hactenus de Mappa Universali. Jam sequuntur (p) *Particulares*; eæque sunt vel *Majores*, in quibus majores Orbis partes, ut Europa, Asia, Africa, America depinguntur; vel *Minores*, in quibus certæ Provinciæ delineantur. Habent etiam Mappæ Particulares picturam necessariam, veluti Circulorum, Scalæ milliarium & Locorum. *Circuli Majores*, (q) *Æquator* videlicet, & (r) *Meridianus*, in Tabula Europæ non apparent; quia nullus in Europa locus sub Æquatore situs est, neque Meridianus primarius ob eandem causam appingitur. Ita quoque neque *Circuli Minores*, (s) *Tropici & Polares*, pinguntur, nisi in illis Tabulis, quarum loca his Circulis subjecta sunt, aut affinia. Loco Æquatoris & Meridiani pingitur aliquid Analogum ad inveniendas Longitudineis & Latitudineis locorum, Hoc Analogum habet lineas respondentes vel Æquatori, vel Meridiano. Hæ lineæ ad oras Mapparum pinguntur cum graduum numero. Quæ Æquatori respondent, & ejusdem sunt Paralleli, ductæ sunt transversæ ad oram Tabulæ ab Ortu in Occasum, & vocantur (t) *Scalæ Longitudinis*; lineæ adscendentes & descendentes, & pictæ sunt in ora Tabulæ a Septemtrione quod in iis numerantur gradus Longitudinis. Quæ Meridiano respondent, sunt in Meridiem, & vocantur (v) *Scalæ Latitudinis*. Per hanc cognoscitur loci Latitudo; ut per illam ejus Longitudo. (x) *Scala milliarium* in nonnullis Mappis pingitur *Simplex*, & continet mensuram milliarium unius generis. In aliis *composita* est, & distincte habet milliaria vel Germanica, Gallica, Italica, vel maxima, mediocria, & minima Germanica. Nomina Regionum atque Urbium facile cognoscuntur. Pictura Urbium distinguitur diversis formis; ut pictori in mentem venit,

(a) LXV. Quid Asterismus. (b) De Tabulis Geographicis. (c) Mappa Universalis. (d) 1. Æquator & Paralleli. (e) 2. Meridianus. (f) Meridiani secundarii. (g) 3. Zodiacus. (h) 4. Tropici. (i) 5. Polares. (k) Pictura Hydrographica. (l) Locorum pictura. (m) Picturæ non necessariæ. (n) Zonæ. (o) Climata. (p) Mappæ particulares. (q) Æquator. (r) Meridianus. (s) Tropici & Polares. (t) Scala Longitudinis. (v) Scala Latitudinis. (x) Scala milliarium.

Urbes a vicis, Vicos a caſtellis & arcibus, Arces a monaſteriis, Monaſteria a pagis diſcernere. Solet tamen appingi Tabella cum diverſis turribus & ædibus, addita explicatione quid quæque forma in Mappa ſignificat. Academiæ plerumque indicantur ſtellulis; Epiſcopatus crucibus; Arces turribus. Demum (a) *Pyxis Nautica* ſive *Compaſſus* in aliquibus Tabulis additur, ut ejus beneficio Tabula ad plagas Mundi componi recte poſſit. In pleriſque tamen quatuor Mundi cardines ad oram Tabulæ leguntur. Præter has picturas Tabulæ Particulares etiam habent figuras non neceſſarias, videlicet navium, fructuum, variorum animalium, & hominum quoque; quibus incolarum ſtudia, mores & terræ illius naturam indicare volunt pictores. Interdum additur Dedicatio cum ſuis ornamentis. Particularium (b) Mapparum uſus ex Univerſalium ipſiuſque Globi uſu facile cognoſcitur. 1. In qua *Zona* ſita ſit Regio, ex Elevatione Poli & loci Longitudine diſcitur. 2. *Amplitudo Regionis* cognoſcitur, ſi gradus Longitudinis & Latitudinis ad oram Mappæ per XV in milliaria convertuntur; & minuta ex LX. judicantur. 3. *Longitudo loci* invenitur, ſi ex ora ſuperiore ad inferiorem in iiſdem gradibus ita ducitur filum, vel Regula, vulgo *Liniale*, ut per loci centrum tranſeat. 4. Latitudo loci habetur, ſi per gradus & minuta eodem modo ex Oriente in Occaſum ducitur filum. 5. Tabula ad *plagas Mundi* recte diſponitur ſecundum ſitum Pyxidis Nauticæ vel ſecundum Lineam Meridianam. 6. Hinc reliqui *cardines Mundi* facile obſervantur. 7. *Situs loci* invenitur, ſi Elevatione ejus præcognita, filo per lineam Analogicam tranſverſam quæritur: qui ſi non apparet adſcriptus, Longitudo etiam ejus ex Tabulis Geographicis petitur, & filis ita duobus in crucem ad Longitudinem & Latitudinem, ſitus ejus in media interſectione eſſe judicatur. 8. *Situs Poſitionis*, vel verſus quam plagam Mundi alter locus ſitus ſit, intelligitur, ſi a noſtro loco filum per alterum locum ducimus, & in ora plagam Mundi, ad quam tendit, obſervamus. 9. *Diſtantia locorum* ex appoſitis milliarium ſcalis invenitur hoc modo: Unus pes circini uni infigitur urbi (ſed pedes circini non in turres, nec in nomina urbium; ſed in circelli centrum collocandi ſunt) alter pes alteri: deinde circinus ad ſcalam milliarium applicatur; & conſtat locorum iſtorum diſtantia. Si vero ſpatium inter duo loca ipſa ſcala eſt longius, circinus extenditur ad ſcalæ longitudinem, qua ſervata ſecundum lineam rectam ex uno loco in alium proceditur, & quoties circini pes promovetur, toties tot numerantur milliaria, quot ſcala illa continentur. Locorum diſtantia etiam invenitur, ſi filum ab una urbe ad aliam extenditur hoc modo: Filum inſeritur ſpatiolo rotundo, unicuique urbi appicto, & extenditur ad aliam; deinde applicatur ad ſcalam milliarium; quam ſi excedit filum, toties repetitur extenſio illa, donec ad finem fili perveniatur. *Atque hæc jam ſufficiant. Plura de his cognituris legat Auctores, qui hanc doctrinam ex profeſſo tradiderunt, ac in primis Clariſſimi Varenii Geographiam Generalem, Adriani Metii tractatum de genuino uſu utriuſque globi, Franciſci Junctini commentaria in capit. Sphæræ mundi Joannis de Sacro Boſco, Guilielmi Blaeu Inſt. de uſu Globorum, Sebaſtiani Theodorici Winſhemii Quæſtiones Sphæricas, &c.*

HEKELII.

[c] Quomodo autem *Longitudo alicujus rei Geometrice* invenitur, vid. apud *Bened. Hedræum* in nova & accurata *Aſtrolabii Geometrici* Structura P. I. Membr. II. Probl. 13. p. 31. ſeq.

[d] Vid. Hedræi loc. cit. Part. II. Membr. II. Probl. 7. p. 76.

[e] Conf. *Hedræi* Part. I. de *Aſtrolabii Geometrici Structura* Membr. II. Probl. XVII, XVIII, XIX, XX, XXI, & XXII. p. 36, ſeq.

[f] Qui *veri* dicuntur.

[g] Qui *apparens*.

[h] Et oritur.

[i] Seu ſe elevante.

[k] Dicitur autem *Coſmicus*, recepta appellatione, quaſi *Mundanus*, quia extremi Cœli motu *Solem* & reliquas *Stellas* omneis ſupra *Horizontem* evehentis, vel ex adverſo deprimentis, perficitur. Vel quod ejuſmodi *Stellarum* aſcenſiones & deſcenſiones in aere & rebus naſcentibus efficaciſſimæ ſunt.

[l] Seu occidit.

[m] Derivatur autem *Acronychus* ab ἄκρον quod *initium*, ſeu *terminum* denotat, & νὺξ, νυκτὸς, h. e. *nox*, quaſi dicatur *Ortus* & *Occaſus*, qui fiunt ſub initium Noctis.

[n] Noctu iterum.

[o] ſ. *Vergiliæ, Pleionis Filiæ*.

[p] Seu *Stellarum in aliquam figuram collectio*.

REISKII.

2. Beneficio Globi Sole lucente cognoſcere horam loci, cujus latitudo data eſt.

(a) Pyxis Nautica. (b) Mapparum uſus.

LIBER





Summa
EUROPÆ
ANTIQVÆ
Descriptio
Auctore
PHIL: CLUV
OCEANUS SEPTEMTRIONALIS
CRONIA
MARE CRONIUM
OCEANUS
ATLANTICUS
INSULÆ CELTICÆ
OCEANUS GERMANICUS
MARE AMALCHIUM
SCYTHIÆ
MASSAGETÆ
PARS
Mare Caspium
SARMATÆ
TURCÆ
TAURI
Pontus Euxinus
MOSCHI
ASIÆ
Oceanus Gallicus
HISPANI
GALLI
CELTI
THRACES
Macedonia
GRÆCIA
Pelopennesus
MARE
AFRICÆ PARS
INTER
NUM
Mare Tyrrhenum
Mare Tonium
Mare Siculum
Mare Cretium
Mare Siriacum
Cyprus
Creta
Sicilia
Melita
Millia Passuum
Meridies
Septemtrio
Oriens
Occidens

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Summa Europæ deſcriptio.

PRIMUM ergo de *Europa* [a] dicemus, longe terrarum celebratiſſima, cum ob armorum virtutem, tum propter literarum gloriam, quibus omni ævo reliquis Orbis partibus anteſtitit. *Terminos* habet, ab Oriente, qua Aſiæ jungitur, quos ſuperiori capite diximus; a meridie, mare Internum, fretum Herculeum, & Atlanticum mare; ab Occidente item mare Atlanticum; ab Septemtrionibus mare Hyperboreum, ſive Septemtrionale. [b] *Longitudo* ejus ſumma eſt inter Hiſpaniæ promontorium Sacrum, quod vulgo nunc dicitur, *Cabo de Vincente*, ad Obii fluminis oſtium, milliarium Germanicorum circiter IↃ CCCC: *Latitudo* maxima a Tænaro Peloponneſi promontorio ad Scricofinniæ promontorium Rutubas, vulgo nunc *Noortkyn* dictum, mill. IↃL. Europæ termini. Ejus Longitudo & Latitudo.

II. Diviſa olim fuit in varias genteis *Regioneſque*; quarum nomina, etiam nunc clara, ſunt iſta: *Hiſpania, Gallia, Germania, Vindelicia, Rhætia, Italia, Noricum, Pannonia, Illyricum, Epirus, Græcia, Macedonia, Thracia, Mœſia, Dacia, & Sarmatia.* In *inſulis* vero Oceani maximis, *Britannia, Hibernia, Thule*: maris interni, *Baleares* duæ, *Sicilia, Sardinia, Corſica, Creta, Eubœa*, cum aliis minoribus ſine numero. Hodie dividitur in complura *regna*, atque principatus. Regnorum præcipua ſunt, *Hiſpania, Gallia, Anglia, Scotia, Hibernia, Norvegia, Suedia, Dania, Germania*, quæ dignitatem Romani obtinet Imperii; dein *Polonia, Bojohemia, Ungaria, Slavonia, Croatia, Dalmatia, Boſnia, Servia, Bulgaria, Tartaria minor*, ſive Precopenſis; item *Regnum Neapolitanum*, & *Sicilia. Archiducatus* unus eſt *Auſtriæ*; *magni ducatus* tres, *Moſcovia, Lituania*, & *Tuſcia. Ducatus & principatus innumeri.* 1 Europæ diviſio.

III. *Figuram*

HEKELII.

[a] JAN. JACOB. BOISSARDUS, *Venuntius*, Libr. II. *Epigr.* ult. p. 399. de *quatuor Orbis partibus* hunc in modum canit:

Artium genitrix, Scientiarumque
EUROPA, ut fuit, eſtque, eritque ſemper,
Rerum ſtamine fulgido celebris,
Et Dente Indo ASIA eſt, odoribuſque.
Auro fertilis atque Margaritis
Eſt, & Murice dives AFRA Tellus.
Balſamum AMERICI legunt, Piperque
Thus & Zinziber, & flagrans Amomum.

Alias EUROPAM in *ſpecie* deſcripſerunt CHRIST. HEIDMANNUS & CYRIACUS LENTULUS. Hujus *Deſcriptio* impreſſa eſt *Herbornæ Naſſ.* A°. 1650, in 8 f. *Illius* autem *Guelferbyti* A°. 1658. in 4. Videndæ quoque ſunt *Illuſtres & Miſcellaneæ Diſquiſitiones ad EUROPAM pertinentes* ap. ANTON. THYSIUM in *Memorabilib. celebrior. vett. Rerumpublicar.* Cap. XV. p. 4. 18. ſeqq. *Ludg. Batav.* A°. 1646. in f. 16 edit.

[b] Conf. *Petri Apiani* Declaratio & Uſus *Typi Coſmographici Ratisbonæ* litteris *Kholianis*, anno non adjecto, in 4 f. primum impreſſa, Not. † 4 fac. a.

REISKII.

1 (a) Europa quidem continentium magnarum minima, neque primis hominibus habitata, cultiſſima tamen & longe populoſiſſima, ſedes doctrinæ humaniſſimæ diuturna, quin Aſiæ Africæque olim Græcos inter Romanoſque domina: Hujus limites natura conſtituit certos Mari & Ponto Euxino; ambiguos ab oriente uno, nec Geographis plane cognitos reliquit, qui Tanain, Volgam, Obiumque figunt. Nomen unde ſuum adſumſerit, quiſque illud impoſuerit ab Herodoto neſcitur; a Fullero in ſacr. Miſcell. Lib. IV. c. 10. ad Græcam originem deducitur, quaſi εὐρυώπλω dixeris; probabilius a Bocharto Geogr. Lib. IV. c. 33. ad Punicam quaſi ארוב אפא i. e. *terra* λευκοπρόσωπος, ab vultus candore, quo Europæi ſuperant: (b) Unde ſoror Cadmi etiam Europa ipſo judice dicta fuit, tanquam *alba facie virgo.* Nomen ergo Aſiaticis debetur, neque iis tamen adhuc placet; quoniam Turcis, Arabibus, Abyſſinis etiam Europæi ut plurimum Franci *al Fbranges* aut *al Fbrangues* vocantur. (c) Ho-

(a) Europæ termini. (b) Denominatio.

Figura Draconis, & Fœminæ ſedentis.

III. *Figuram* univerſæ Europæ Strabo dedit *Draconis*, cujus caput Hiſpania, collum Gallia, corpus Germania, alæ dextra lævaque Italia ac Cimbrica peninſula. Noſtro ævo quidam *fœminæ ſedentis* ſpeciem ei tribuerunt, cujus *caput* Hiſpania, collum extrema Gallia, qua Pyrenæis ſubjacet montibus: *pectus* ipſa Gallia, *brachia* Italia ac Britannia, *venter* Germania, *umbilicus* Bojohæmia. *Reliquum corporis* ſub veſtibus late circa ſedem diffuſis implent Norvegia, Dania, Suedia, Finnia, Livonia, Lituania, Pruſſia, Polonia, Ungaria, Slavonia, Croatia, Dalmatia, Græcia, Thracia, Servia, Bulgaria, Tranſilvania, Valachia, Moldavia, Tartaria Precopenſis, & Moſcovia. Sed ſumma Europæ in parteis diviſio poſtquam tradita eſt, ſingulas nunc ejus regioneis inſpiciamus. α

(a) Hodierna Europa circiter triginta provincias majores complectitur, in iiſque *claſſes ſtatuum Imperantium quatuor. Primæ* claſſi tria ſubſunt imperia; nempe Romano-Germanicum, Turcicum, & Moſcoviticum: *Secundæ claſſi* regna novem; (1) Hiſpanicum multis acceſſionibus potens; (2) Gallicum, auctu vario inſigne; (3) Luſitanicum ſive Portugallicum; (4) Britannicum e tribus unitum regnis, & aliis regionibus valens; (5) Hungaricum Turcis denuo ereptum, terriſque vicinis auctius; (6) Bohemicum & ipſum domo Auſtriacæ ſubjectum; (7) Polonicum; (8) Danico-Norwegicum; (9) Suecicum. *Tertiæ claſſi* Reſpubl. inſunt liberæ; (1) Veneta regiis ornata Titulis; (2) Belgica confœderata, provinciis externis, potentia opibuſque major; (3) Genuenſis, regno Corſicæ, quod tenet, regium adepta locum; (4) Lucenſis; (5) Helvetica tredecim pagos ſive Cantones continens; (6) Rhætica uno fœdere conjuncta, ſed triplici magiſtratui ſubjecta; (7) Reſpubl. Valeſiorum una: Quibus addunt alii Genevenſem, Raguſinam, & Rempubl. S. Marini parvam, in Urbinate Ducatu ſitam. *Quartæ Claſſi* ſuberunt Principatus & Ducatus varii, quos inter eminent; (1) Status Eccleſiaſticus ſive Dominium Rom. Pontificis, multas Italicas terras & Avenionenſem Galliæ regionem continens; (2) magnus Tuſciæ Ducatus; (3) Sabaudicus; (4) Mutinenſis; (5) Parmenſis; (6) Mantuanus; (7) Principatus Mirandulæ; (8) Monacenſis; (9) Tranſilvaniæ; (10) Moldaviæ; (11) Wallachiæ; (12) Chami Tartariæ Precopenſis; (13) Status magni Magiſtri equitum Melitenſium: Ut alios Principatus innumeros fere, Ducatus, Marchionatus, Landgraviatus, Comitatus & Baronatus ſive Dynaſtias præteream. Confer Archontolog. Coſmic. Gothofred. Boſii in diſſertat. de Statu Europæo, Sam. Puffendorf. Introduct. in ſtatum Europ. pluresque alios a Boſio Introduct. Notit. c. 4. laudatos.

BUNONIS.

α Unde huic Terræ nomen (b) *Europæ*, aut quis ejus exſtiterit auctor, a nemine mortalium compertum ſcribit *Herodotus lib.* IV. Sunt tamen, qui nomen iſtud accepiſſe fabuloſe dicunt a nympha Oceani & Tethyos filia; vel potius Agenoris Tyriorum [c] regis, quam Jovem, in tauri ſpeciem transformatum, rapuiſſe fabulantur. [d] Id quod alii a prædonibus factum interpretantur; quoniam navis tauri ſpeciem præ ſe tulerit. Alii ab *Europe* Sicyoniorum rege dictam volunt *Europam*, quem Abrahami ætate rerum potitum credunt. Cæterum, antiquiſſimi Græcorum ſcriptores omnem Septemtrionem in Europa, a Caſpio mari; quod putarunt eſſe ſinum, adeoque terminum inter Europam & Aſiam, falſo tamen ſtatuerunt; ultra Euxinum Pontum, Iſtrum flumen, Mare Adriaticum, Alpium juga, Mare Internum; qua id Galliam Hiſpaniamque alluit, in tria diviſerunt gentium genera, ac nomina, *Arimaſporum, Sarmatarum*, & *Hyperboreorum*. Horum *Arimaſpos* ad fauces Caſpii maris poſuere: his proximos verſus Occaſum *Sarmatas*: poſt hos ad Oceanum uſque Atlanticum, & fretum Gaditanum *Hyperboreos*; ſub quorum nomine comprehendebantur *Illyrii, Germani, Galli*, & *Hiſpani*, populique præterea in *inſulis Britannicis*; quæ gentes univerſæ poſtmodum uno vocabulo (c) *Celtæ* fuere dictæ; ipſaque *Europa Celtica. Cluver. Germ. Antiq. lib.* I. *cap.* 2. *Europam* cæteris Orbis partibus eſſe ſalubriorem, omnibus ad vitam neceſſariis abundare, ejuſque incolas cæteras gentes ſuperare cultura animi, & eruditione, fortitudine, armorumque ſtudio, *Varro, Herodotus, Strabo, aliique tradunt auctores.*

HEKELII.

[c] ſ. Phœniciæ.

[d] Leg. *Ovidii* Lib. III. *Metamorph.* Fab. I.

(a) Status imperantes quatuor. (b) Europa unde dicta. (c) Celtæ & Celtica.

CAP. II.

De Hiſpania.

I.

Hiſpaniæ commoda & dotes.

PRima terrarum eſt *Hiſpania*; [a] altrix ſemper Martiarum gentium regio; omni materia affluens, quæcunque aut pretio ambitioſa eſt, aut uſu neceſſaria.

HEKELII.

[a] HISPANIÆ *Deſcriptionem* publicari curavit PAULUS MERULA Amſtelodami A°. 1636. in f. 12, ubi & ead. f. A°. 1656. *Nova* HISPANIÆ & LUSITANIÆ *Deſcriptio* cum *Iconibus Civitatum* prodiit. Sed MARTINI ZEILERI HISPANIA *Ulmæ* eſt excuſa A°. 1637. *Monarchiam Hiſpanicam*, cujus ſive *Hiſpanicæ Dominationis Arcana* A°. 1653. Ludg. Batav. in f. 12. ſunt impreſſa, fedi juſſit THOMAS CAMPANELLA, &





HISPANIÆ Veteris et NOVÆ Descriptio Soc. Cluberium
PARS
OCEANUS CANTABRICUM
GALLIÆ
ASTURIA
GALLICIA
NAVARRA
ARAGONIA
CATALONIA
BALEARICUM MARE
SUCRONIENSIS SINUS
MAIORCA
EBUSUS I.
YVICA
VIRGITANUS SINUS
MARE MEDITERRANEUM
IBERICUM MARE
SINUS GADITANUS
FRETUM HERCULEUM nunc ES TRECHO
Straits of GIBRALTAR
BARBAIÆ PARS
MINORCA
MAIORCA
BALEARIDES INS. DUÆ
OCEANUS OCCIDENTALES
ALGARVE
EL CONDADO
ANDALUSIA
GRANADA
MURCIA
CASTILIA
CASTILIA NOVA
CASTILIA VETUS
LEONA
TARRACONENSIS
LUSITANIA
POR
TUGA
BE
LIA
GALLIA
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
Milliaria Hispanica
Milliaria Germanica

ſaria. [b] viris & equis abundat: metallis auri, argenti, æris, ferri, plumbi albi nigrique tota ferme ſcatet: α frumenti, maxime vero vitium ac oleæ adeo ferax, ut ſicubi ob penuriam aquarum effœta ac ſui diſſimilis eſt, linum tamen & ſpartum alat. Atque de hac Hiſpaniæ fertilitate quum omnes fere priſci Geographi conſentiant, errare mihi videntur, qui Græco vocabulo eam Σπανίαν, ob *raritatem incolarum*, ac *locorum Aſperitatem ſterilitatemque*, dictam ſuſpicantur, quamquam hac noſtra ætate ubertas ejus præ aliis terris prædicari nequeat. Incommoda.

II. Ab *Hiſpano* Rege dictam vult Juſtinus. Ego ab urbe *Hiſpali*, ceu quondam totius regionis capite, nuncupatam conjecerim. Græci ab initio vocaverunt *Iberiam*, a flumine ejus celebratiſſimo *Ibero*; † non ab *Iberis* Aſiæ populis; quos in Hiſpaniam perveniſſe Varro tradidit. Iiſdem Græcis fuit *Heſperia*; quod Occidentem verſus ipſis ſita fuerit. C [1] Unde dicta.

† *Unde* Ἰβηρες, *Iberi & Celtiberi nobiliſſimus populus Hiſpaniæ. Cellarius Not. Orb. antiq. lib. 2. cap. 1.*

III. *Terminos*

& quidem Amſtelodami A°. jam denominato in f. 24. Quid autem proprie ſit *Origo & Natura Hiſpanorum Primogenitorum*, docet LUDOVICUS MOLINA Libro ſingulari Lugduni A°. 1634. cum Additionib. in fol. publ. FRANCISCUM VICTORIAM, ab Oppido *Navarræi* Regni, *Victoria*, ſic dictum, Theologiam Scholaſticam *Pariſiis* hauſtam primum in HISPANIAM aut intuliſſe, aut reſtauraſſe, & *Salmanticæ* per plureis annos eam docuiſſe, dieſque ſuos A°. 1546. ibidem clauſiſſe, SERARIUS Commentar. ad Libr. I. *Maccab.* Cap. XIV. p. 718. autor eſt. Conf. clariſſimi Viri *Johannis Gottfr. Olearii*, Amici mei veteris, *Abacus Patrologicus*, ab eodem dono mihi exhibitus, p. 168. Exſtat & Ἀνάμνησις, ſive *Commemoratio omnium Sanctorum* HISPANIÆ *per Dies anni digeſta & concinnata ad Methodum Martyrologii Romani in VI Tomos* diviſa & *Lugduni* A°. 1651. in fol. publicata. BARTHOLOMÆUS CASA, ſeu de *las* CASAS, ex CAROLI V. qui hunc virum in *Indias Occidentales* ad explorandum miſerrimum *Indorum* ſtatum miſit, Confeſſionario *Epiſcopus Chiappenſis* factus, de *Crudelitate* HISPANOR. *in* AMERICANOS Librum ſingularem ſcripſit, qui Francof. ad *Mœnum* A°. 1598 in 4. f. publici juris factus eſt. HISPANIÆ *Fluvios* deſcripſit BOISSARDUS Lib. I. Eleg. XXI. v. 61. ſeqq. Cæterum CLAUDIUS MARNIUS Francofurti ad *Mœn.* A°. 1608. prodire eſt nixus in 4. maj. f. HISPANIÆ *Bibliothecam*, in qua curioſus ac ſtudioſus Lector multa reperire poteſt, quæ ad Statum *Politicum*, æque atque *Eccleſiaſticum*, immo ad cognoſcendos multos eruditos Viros, *Philologos* inprimis *Hiſtoricos* atque *Poetas*, ſpectant.

BUNONIS.

α Olim Metallis adeo dives fuit Hiſpania, ut Phœnices ex argento, quod navibus onuſtis ſupererat, anchoras conflarent, ac Scipiones, Lentuli aliique Romanorum duces plus quam DC millia argenti infecti pondo; XI millia argenti Oſcenſis, X millia auri; ſignati vero vim infinitam paucis annis ex illa in Italiam mitterent, id quod *Nonnius ex Livio* colligit. Nec hodie metalla deſunt: ſed iis parcitur, quamdiu India theſauros ſuos ſuppeditat. Hiſpania hodie *oleum puriſſimum* ex agro Hiſpalenſi emittit: *Vinum generoſiſſimum* ex Malagenſi. *Aurum & argentum* ex America & Indiis importatum habet; Plurimum *Minii* ibidem effoditur; *Ceruſſa* optima conficitur: *Lana* tenuiſſima, *Panni pretioſi*, *pelles* probe maceratæ. Inde *quoque lapides ſpeculares*, & varii coloris *marmora*, exportantur. Cæterum, *Strabo lib.* III. ait, Septemtrionalem ejus plagam ad habitandum incommodam eſſe; cum ob aſperitatem regionis & cœli inclementiam, tum quod nulla gentibus cum aliis ſint communia. Hodie ad iſtam plagam vaſtæ conſpiciuntur ſolitudines, rupes, ſaltus, loca inculta, aquarum indiga. Porro venti nocturni adeo ſunt inſalubres, ut multis in provinciis habitationes deſtituantur teneſtris, ac lumen per ædium portas excipiatur. [c] Solum aliis quoque in locis plurimis nudum conſpicitur & inultum; idque incolarum ſocordia; qui natura ſua magis in arma, quam in aratra propenſi ſunt. Per longinquas in utramque Indiam expeditiones & continuata bella exhauritur juventus; in una Goa Indiæ Orientalis urbe perhibentur eſſe XX millia Luſitanorum. In Mexico IV millia Hiſpanorum, & in Cuſco VI millia; hinc agricolarum infrequentia; hinc agri neglecti potius quam ſteriles cernuntur. Æſtus inſuper & pauca pluvia maturitatem fructuum impedit: quare Regis agri pluvia deſtituti, aqua inſperguntur fluviatili. Omnes enim plerumque Hiſpani nobilitatem affectantes, reſpuunt agri labores; nihil igitur mirum, ſi Hiſpania priſcam exuit faciem, & ſui diſſimilis facta eſt.

C Hiſpania Græcis dicta eſt *Heſperia*, ſeu *Ultima*, ad differentiam Italiæ: quæ ipſa quoque Græcis appellata eſt Heſperia. *Diodoro Siculo* vocatur *Celtiberia*.

HEKELII.

[b] Vid. C. *Jul. Solini* Polyhiſt. c. XXXVI. p. 64. Edition. *Olivariano-Iſingrinianæ* in fol. Sed Editio *Delriano-Plantiniana* in 8 facit p. 134. c. XXVI.

[c] Tamen Regio ejus, quæ in *Auſtros* vergit, univerſa fere eximie felix, præſertim quæ extra columnas porrigitur, ubi olim *Bætica* & *Luſitaniæ* Confinia, hodie *Andaluſia*, cum adſitis *Granatæ*, *Caſtellæ novæ*, & *Portugalliæ* Partibus.

REISKII.

1 (a) Hiſpaniæ aut Spaniæ nomen ad veroſimiliores ex lingua Punica origines Bochartus revocat Lib. III. Geograph. c. 7. Phœnicibus enim huc digreſſis ab multitudine cuniculorum ibi frequentiſſima regioni nova denominatio adhæſit; שְׁפָנִיָה *Spanija*, i. e.

(a) Hiſpaniæ denominatio,

Ejus termini.

III. *Terminos* habet ab Ortu ac Meridie Internum mare, Fretum Gaditanum, & Oceanum Atlanticum: ab occaſu eundem Oceanum: a Septemtrionibus Oceanum Cantabricum, & Pyrenæa juga, quibus a Gallia ſubmovetur. *Longitudo* ejus ſumma a *ſacro promontorio*, quod vulgo eſt *Cabo de S. Vincente*, ad uſque *Salſulæ fontem*, vulgo *Salſas*, in finibus Galliæ ad mare Internum, milliarium Germanicorum eſt circiter cxc. *Latitudo* a *Celtico promontorio*, quod vulgo *Cabo Finis terræ*, ad uſque *promontorium Saturni*, vulgo nunc *Cabo de Palos*, milliarium cl. Oceani internique maris circumfuſione pene inſula efficitur: Pyrenæis jugis tranſitum maris arcentibus. *Strabo* corio bubulo expanſo eam adſimilat: cujus parteis ad collum pertinentes in adhærentem ei Galliam porriguntur. ɣ

Longitudo.

Latitudo.

i. e. *cuniculoſa regio*: Quoniam Hebræis & Pœnis שפן *cuniculus* eſt. Hæc tamen animalcula ſuffoſſionibus infeſta parum officiunt fertilitati aut felicitati, quam copia vini generoſi, olei, ſalis, frugum & metallorum uberior Hiſpaniæ olim conciliavit, & adhuc conciliat. Sin quæ ſolo ſterilitas inhæreat, hæc partim ab æſtu immodico, partim ab hominum paucitate aut negligentia hodierna, partim ab antiquis gentium migrationibus proveniſſe dicitur. Præſertim illa parte, qua montes Pyrenæos proximos attingit, tanquam communes a natura Galliæ objectos terminos. (a) De quibus ad omnem controverſiam præſcindendam electis arbitris A. 1660. ita convenit, ut comitatus Karolotenſis, promontorium Quierſum, præfectura Confluentina, & pars comit. Cerdoniæ una regno Gallico, pars altera verſus Hiſpaniam ſita Hiſpanico ſubeſſet: Id quod anno etiam ſuperiori 1659, Tractatibus Pyrenæis aut Faſionicis conſtitui cœptum erat. Fabula vero de Pyrenæis duplex apud quoſdam Græculos jactatur; una de Pyrene, regis filia, deque ſaltus incendio vel igne altera, quam Bochartus utramque repudiat.

BUNONIS.

ɣ (b) *Pyrenæos Montes* ab igne, quod crebris fulminibus feriantur, vel quod ejus ſylvæ per paſtores fuerint combuſtæ, dictos quidam volunt. Dividuntur in montes diverſos: ex quibus eminet in Guipuſcoja (c) *mons S. Adriani*, ubi adſcenſus periculoſus. Ipſe mons, ubi pervius eſt, nonniſi unum mulum ob anguſtiam admittit. In antro illo eſt fons, taberna vinaria, & ſacellum. Accenſis faculis per anguſtias in verticem montis adſcenditur: ex quo Oceanus conſpicitur Atlanticus. Neceſſitas & induſtria modum invenit, quo montem hunc faceret pervium, & in eo cryptam perfoderet, cujus latitudo mediocris; longitudo ad ſagittæ jactum ſe extendit. Ex Hiſpania venienti anguſta, obſcura & deorſum ducens via obvenit. Ad exitum verſus Galliam lux affulgere incipit, ibique antrum porta clauditur. Non longe hinc abeſt (d) *Rocida Vallis* (*Roncevalles*) celebris ab interitu Rolandi. *Mariana lib.* VII. *Rer. Hiſp. c.* II. Cæterum *quadratæ figuræ* Hiſpaniam eſſe, tradit *Juſtinus lib.* XLIV. *Oroſius* vero & *Æthicus* eam faciunt *Trigonam.*

(a) Termini ſtatuti. (b) Pyrenæi Montes. (c) Mons S. Adriani. (d) Rocida Vallis.

CAP. III.

Diviſio Hiſpaniæ veteris.

I.

Bætica.

† *Pomponius Mela lib.* II. *Cap.* 6. *de Hiſpania.*

* *Mariani montes hic metalli fodinis divites. Cellar. Lib.* 2. *Cap.* 1.

In Bæturia.

Turduli.

Celtici.

† *De hac provincia vide Hura. Cellar. Geog. Antiq. Lib.* 2. *Cap.* 1.

DIviſa fuit olim Romanis in tres provincias; *Bæticam*, *Luſitaniam*, & *Tarraconenſem.* † *Bætica* clauditur a Septemtrionibus & Occaſu flumine *Ana*; a meridie *Oceano* & mari Interno, uſque ad *Murgim* opidum, vulgo hodie *Almeria* dictum; ab ortu *Tarraconenſi* jungitur Provinciæ; a qua recta linea, ab Murgi, ad opidum, quod vulgo dicitur *Ciudad Real*, & *Anam* amnem ducta, diſcernitur. Dicta *Bætica*, a flumine *Bæti*, mediam ſecante. [a] Cæteras provincias diviti cultu & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. * Partem ejus, quæ Bætim Anamque Amneis inter, *Bæturia* dicta fuit, *Turduli* verſus Ortum, *Celtici* verſus Occaſum in Luſitaniam uſque protenſi tenuere. † Hodie univerſa

HEKELII.

[a] Hic Fluvius in ſaltu *Tygenſi* oritur, & decurrit in Oceanum *Atlanticum*, diciturque hodie Arabice *Rio Quadalquivir*, id eſt, *Fluvius magnus*, qui valde piſcoſus eſt & amœnus, ripis utrinque olivetis, vineis & mira hortorum amœnitate florentibus & jucundiſſimo citrorum odore flagrantibus. Conf. Sect. 1. cap. ſequ. huj. Libr.

BUNONIS.

universa Bætica continet duo Regna Hispaniæ, *Granatam* & *Andalusiam*, *partemque Castiliæ Novæ*, & *Estremaduram*. α

II. *Lusitania* terminatur a Septemtrione flumine *Durio*, ab Occasu *Oceano*, à Meridie *Ana* fluvio; ab Oriente linea à Civitate Regali *ad Samoram opidum* apud Durium flumen ducta, a Tarraconensi provincia separatur *. Dictam voluerunt antiqui Lusitaniam a *Luso* ac *Lysa*, fabulosis Bacchi comitibus. † Habet *Olyssiponem* opidum ad *Tagi* amnis ostium, quod ab *Ulysse* conditum esse fabulati sunt. Continet hodie totum ferme *Regnum Portugalliæ*, partem *Castiliæ Veteris*, partemque *Novæ*. ϛ

Lusitania.
* *Augustus hos terminos constituit. Cæsar. Geog. antiq. l. 2. c. 1.*
Olyssipo.

III. Reliquum vero Hispaniæ occupat *Tarraconensis provincia*, a *Tarracone* [b] capite suo, cognominata. In hac populi fuere, quorum nomina olim clara; γ *Celtiberi*, dextram *Iberi* fluvii ripam latè accolentes: quorum caput *Segobriga*, ∫ nunc *Segorbe* vulgo dicta; & clara Romanorum eversione *Numantia*, ε nunc *Almasan*: regio ipsa *Celtiberia*: hinc *Vascones*: ζ qui maxima pars hodie Navarræi

Tarraconensis provincia.
Tarraco.
Celtiberi.
Segobriga.
Numantia.
Celtiberia.
Vascones.

† *Hic Sal purpureus qui tritus albescit. Brict. Hisp. vet.*

BUNONIS.

α (a) A *Turdulis* sive *Turdetanis Bætica* dicta legitur apud Stephanum *Turdetania*. Regio hæc perhibetur esse feraciſſima, quæ uberrimas messes inter oleas sufficiat. Ob aëris temperiem quidam Elysios campos illic locavere: infestabatur tamen cuniculis. *Plinius* urbes heic numerat clxxv, & *Strabo*, cc. Lanam hæc dabat optimam. Phœnices olim ibidem repererunt dolia & præsepia ex argento facta, & eo cum implessent naves, anchoras quoque argenteas extulerunt. (b) *Livius Turdulos* vocat omnium Hispanorum maxime imbelles; & *Strabo* hos omnium doctissimos tradit, *qui Grammatica & scriptis legibus olim fuerint usi*.

REISKII.

1. (c) Vetus uno conspectu Hispania sic patebit, si Bætica ab interno mari fretoque Herculeo ad ostium Anæ fluminis; inde Lusitaniam usque ad Durium producas: Tum vero cætera Tarraconensis erunt Bætica, *Tarteſſis* quondam vel *Tarsis* תַּרְשִׁישׁ a Tarso filio Javani, sacris in literis memorato, apud Græcos veteres (d) Iberia (Ἰβηρία) καὶ ἐξοχὴν dicta, teste Polybio Lib. III. Si Bochartum audias Lib. I. Chanac. 35. ex voce Punica Syriacaque עִבְרִין i. e. finibus terræ, quos antiqui huc fixerant. Eadem *Turdetania dicitur a Turdetanis incolis, vel quod idem est Turdulis*. Sed aliter Isa. Vossio videtur, qui Turdetaniam a Turdulorum regione separat, hosque in Bætica & Lusitania duplices facit Lib. III. ad Pompon. Melam. Lusitania non ab Luso Bacchi comite, sed ab amygdalis לוּזִין Bocharto nomen traxisse placuit, & ipsa suis antiquis finibus multum variata: Vid. Vossium Lib. II. ad Pompon. c. 6. Tarraconensis longe amplior a Taracone, urbe maritima, & Punico vocabulo טַרְכֹן *Tarcon* quasi regiam aut palatium dicas, cui nullum structuræ similis in tota Hispania repertum, uti R. Benjamin suo in Itinerario refert. Plura notatu digniſſima hujus instituti ratio non ferret.

BUNONIS.

ϛ (e) *Lusitaniam* cum Gallæcia & Asturia quotannis vicena millia pondo auri pensitasse, *Plinius* tradit: Aurifera enim erat. Ibi, quod *Athenæus lib.* VIII. ex *Polybio* refert, sus C. librarum emebatur quinque drachmis, totidem vitulus, ovis duabus; bos jugo aptus x drachmis: Sylvestria animalia vulgo donata. *Lusitani*, (f) *Strabone* teste lib. III. olim Laconica utebantur vivendi ratione: bis tantum ungebantur: lapillis candentibus se calefaciebant: uno cibo victitabant; nulla utebantur pecunia, sed permutabant merces. Ægrotos publice exponebant Ægyptiorum more. Navigia habebant ex corio facta. Prædari malebant, quam fœcundam colere tellurem. In bellis *Lusitani* erant fortissimi, quibus Romani non pares nisi fraude; cujus rei testis est Viriathus.

γ (g) *Celtiberorum* regio olim erat dives, ferroque abundans. *Polybius* tradit *Tiberium Gracchum in Celtiberia trecentas evertisse urbes, quas* Strabo turres interpretatur: *Florus* enim tantum CLX agnoscit urbes. *Celtiberi* strenui erant bellatores, quod *Numantini* inprimis probarunt; in victus mundicie elegantes; dentes tamen & universum corpus quotidie urina fricabant. Noctu in plenilunio deum suum in platea collocabant, & circa eum choreas agebant. Eorum corpora, qui ceciderant in bello, non cremabant, sed objiciebant volucribus. *De simplicitate* eorum videatur *Livii* liber XL. in Obsidione Certimæ.

∫ (h) Nunc pagus est apud *Iniestam* opidum, quod Mariana & Zurita *Segobrigam* esse putant. Vasæus tamen, Clusius & Tarapha volunt esse *Segorve* vel *Sogorve* urbem in regno Valentiæ. Est & *Segobriga* in regno Castellæ, nunc *Sepulveda*, opidum haud obscurum, ad montis Orolpedæ [c] radices.

ε (i) *Numantia* a Durii fontibus haud longe sita, a Romanis, duce Scipione Africano, deleta est, anno V. C. 620. quum se, liberos & uxores occidissent Numantini, ad ultimum humanorum Corporum dapibus usi; quippe capta jam urbe complures inventi sunt, artus & membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes. In agri Soritani, non longe a fontibus Durii, loco *Garray* dicto, in Pelendonibus, teste Morale, monstrantur vestigia Urbis Numantiæ. Locus ille a Soria Almazzan vix leuca distat.

ζ *Vascones* crudeliſſimos fuisse arguit Calagurritana obsidio, in qua conjuges & liberos sale conditos devorarunt.

HEKELII.

[b] Quæ nunc Taragona dicitur.
[c] l. *Ortospedæ*, uti *Ptolemæo* audit.

(a) Turdetania. (b) Turdulorum mores. (c) Hispania vetus. (d) Iberia. (e) Lusitania. (f) Lusitanorum mores. (g) Celtiberia. Celtiberorum mores. (h) Segobriga. (i) Numantia.

Pompejopolis. Varduli. Flaviobriga. Cantabri. Juliobriga. Aſtures. Aſturica. Gallæci. Brigantia. Vaccæi. Pallantia. Carpetani. Toletum. Complutum Oretani. Murcia. Valentia. Catalonia. Arragonia. Navarra. Biſcaja. Aſturia. Gallæcia. Legio, Caſtiliæ, Hiſpania Citerior, Ulterior.

ræi Regni, Pyrenæis montibus affixa. Horum caput *Pompelon*, ſive *Pompejopolis*, nunc vulgo *Pompelona*. *Varduli*, hodie *Guipuſcoa*: quorum caput *Flaviobriga*, ν nunc *Bilbao*. *Cantabri*; θ qui nomen Oceano Cantabrico dedere; nunc *Biſcaja*: caput *Juliobriga*, ι hodie *Val de Viece*. *Aſtures*; κ nunc *Aſturias*: quorum caput *Aſturica*, nunc *Aſtorga*, urbs quondam magnifica. *Gallæci* inter Minium & Durium amneis; quorum *Brigantia*, λ hodie *Bragança*; pars nunc Portugalliæ. *Vaccæi*, μ quorum *Pallantia*, vulgo nunc *Palencia*. *Carpetani*, quorum *Toletum*, nunc *Toledo*: & Complutum, nunc *Alcala de Henares*. Sub his verſus meridiem fuere *Oretani*.

IV. Complectitur tota Tarraconenſis provincia regiones hodie iſtas; *Murciam*, *Valentiam*, *Cataloniam*, *Arragoniam*, *Navarram*, *Biſcajam*, *Aſturiam*, *Gallæciam*, *Legionem*, *Caſtilias Veterem ac Novam* fere totas. At eadem Hiſpania diſtincta etiam fuit Romanis duabus tantum provinciis; *Citeriore*, & *Ulteriore*; unde ſæpiſſime Hiſpaniæ plurali numero dicuntur hæ terræ. *Citerior* Hiſpania eſt eadem, quæ Tarraconenſis provincia: *Ulterior* Bæticam ac Luſitaniam complectitur. [d] Dictæ ſunt *Citerior* atque *Ulterior*; reſpectu Urbis Romæ: ſicuti & Galliæ duæ. ν *

* *Provinciæ Tarraconenſi Auguſtus adjecit Regionem a Durio ad Oceanum Cantabricum. Cellar. Geog. Antiq. lib. 2. cap. 1.*

BUNONIS.

ν (a) *Flaviobriga*, antea *Portus Amanus*, Morale teſte, eſt id opidum, quod hodie *Bermeo* vocatur, ad Nervium flumen, 2 leucis a litore Cantabrico ſitum, ubi Amanus portus Plinii. *Bilbao* vero a *Bermeo* 5 leucis in Occidentem diſtat.

θ *Cantabri* toti erant in armis. Hinc ab Horatio [e] dicitur *Bellicoſus Cantaber*, & [f] *ſera domitus catena*. Capti ex libertatis amore ſuos interficiebant Cantabri.

ι (b) *Juliobriga* Plinio ad fontes Iberi fluvii collocatur; ac nonnullis putatur eſſe *Fuente d'Ivero* opidum, vel non longe inde jacens.

κ *Aſtures* erant agreſtes & feri, qui Romanos concidiſſent, niſi a Brigantinis fuiſſent proditi. Equos hic *aſturcones* apellatos volunt.

λ (c) *Brigantia* ſive *Brigantium*, urbs ducali titulo hodie inſignis, *Mirandæ* urbi proxima.

μ *Vaccæi* bellicoſiſſimi, Romanorum virtutem admirati, ſe illis dediderunt. Morte multabatur, ſi quis agricolam læſerat.

ν Citerior Hiſpania Straboni etiam vocatur *Interior*; ac Ulterior illa, eidem *Exterior*.

HEKELII.

[d] *Illa hac* multo ſpatioſior uberiorque eſt *metallorum, æris* inprimis, *plumbi, auri & argenti.*

[e] Lib. II. Odar. Od. XI. v. 1.

[f] Od. VI. ejuſd. lib. v. 2. *indoctus juga ferre.* Tandem ab *Auguſti*, *Romanorum* Imperatoris, exercitu victi, ut teſtatur *vetus Commentator* in poſteriorem locum noſtrum *Horatianum* p. 97. col. a. Edit. *Cruquianæ.*

(a) Flaviobriga. (b) Juliobriga. (c) Brigantia.

CAP. IV.

De Nobilioribus Hiſpaniæ Fluviis, & Urbibus olim claris.

I.

Fluvii Iberus. Bætis. Anas.

FLuvii majore fama celebrati ſunt; in Tarraconenſi *Iberus*, α vulgo nunc *Ebro* dictus, navigabili commercio dives: in Bætica β *Bætis*, vulgo nunc *Guadalquivir*: inter Bæticam ac Luſitaniam γ *Anas*, nunc *Guadiana*: totus ad Medelinam

BUNONIS.

α *Iberus* in Cantabris, haud procul opido Juliobriga gemino fonte oriens, per Caſtellam veterem, & Arragoniam, Navarram quoque attingens, inter Catalauniam & Valentiæ regnum delatus, apud Dertoſam opidum mari excipitur Mediterraneo; oſtia ejus, teſte Plinio, a fonte diſtant 450 millia paſſuum; *A Varia*, ubi nunc eſt *Logronium*, per 260 millia paſſuum navigiorum capax eſt. Hunc fluvium parallelum eſſe montibus Pyrenæis ait Strabo. Græci inde univerſam Hiſpaniam appellaverunt *Iberiam*. Ibero ab Ortu miſcetur (a) *Sicoris*, & ab Occaſu (b) *Bilbilis*, vulgo *Xiloca*, ad quem urbs fuit ejuſdem nominis, ortu Martialis Poëtæ celebris. Plin. aquam *Bilbilis* ferro indurando imprimis idoneam, indeque nobilitatam eſſe docet.

β (c) *Bætis* ex Argenteo monte ortus, in Occaſum per Biatiam, Ubedam, & Iliturgim opida fluit; inde in Auſtrum retortus, Corduba & Hiſpali irrigatis, Oceano Gaditano ad Fanum Luciferi miſcetur. Martiali *Olivifer* appellatur.

γ (d) *Anas* ex agro Laminitano, hodie *Campo de Montiel* ortus. Luſitaniam a Bætica diſterminat, & poſtquam LX millia paſſuum confecit, in ſinum effunditur

(a) Sicoris. (b) Bilbilis fl. & op. Martialis Poëtæ patria. (c) Bætis. (d) Anas.

linam opidum cuniculo se condens, post octavum circiter milliare Germ. renascitur. ♌ *Tagus*, vulgo accolis *Tajo*, in Tarraconensi provincia ortus, oceanum intrat; mediam Lusitaniam secans, auriferis quondam arenis celebratus. Inter Lusitaniam & Tarraconensem provinciam ε *Durius*, vulgo *Duero* [a], supra Numantiam in Celtiberis ortus, in eundem effunditur Oceanum. Ultra est in Gallæcia ζ *Minius*, vulgo nunc *Minio* dictus. Sub Pyrenæo autem η *Sicoris*, vulgo *Segre*, ♑ *Ilerdam* opidum præterlapsus, in Iberum defluit.

Tagus. Durius. Minius. Ilerda op. Iberus.

II. Urbium tota Hispania clarissimæ fuere olim; in Bætica ι *Astigi*, nunc vulgo *Ecya*; *Hispalis*, nunc *Sivillia*; & *Corduba*, nunc *Cordova*. In Lusitania κ *Augusta Emerita*, nunc *Merida*. In Tarraconensi, λ *Palantia* & *Numantia*, ante memoratæ; item *Tarraco*, μ vulgo *Tarragona*, Scipionum opus, maritimarum in his locis olim opulentissima; *Cæsar Augusta*, sive Cæsarea Augusta, vulgo *Saragoça*; hodie etiam omnium Hispaniarum splendidissima; *Asturica* ante dicta. Sed & *Carthago Nova*, vulgo *Cartagena*, clara fuit a conditoribus Pœnis; & ν *Saguntus*, nunc *Morviedro*, fide atque ærumnis inclytum nomen reliquit. 1

Astigi. Hispalis. Corduba. Augusta Emerita. Pallantia. Tarraco. Cæsar Augusta sive Asturica. Carthago Nova. Saguntus.

CAP.

funditur Gaditanum. In Terræ cuniculos sese condere & post tot milliaria erumpere, magis ex vulgi opinione, quam rei veritate creditur: quod asserunt ii, qui curiose loca ista inquisiverunt. Fluvius hic aquam habet adeo insalubrem, ut ne pisces ejus, exceptis anguillis, probentur.

♌ (a) *Tagus* ex monte *Orospeda* oriens gemino fonte, per Toletum, Liboram, Norbam Cæsaream, Scalabim, & Olyssiponem longo decurrit tractu per 110 leucas, id est 440 millia passuum, & demum in Oceanum Atlanticum sese exonerat, piscium & ostrearum ferax.

ε (b) *Durius*, fluviorum, qui sunt in Hispania [b], maximus, Lusitaniæ terminus, in Pelendonibus apud Numantiam excisam ortus, rapidissimo cursu [c] inter Asfures & Vettones, & porro inter Gallæcos & Lusitanos labitur, ac post 120 leucarum decursum ad Portum urbem in oceanum defertur.

ζ (c) *Minius* ex finibus Asturum oriens, Tyden Callaicorum opidum alluit, post 35 leucarum decursum Oceano miscetur. Regio æris, plumbi & minii uberrima, unde flumini nomen.

η (d) *Sicoris* sub Pyrenæis montibus nascitur, per Catalauniam decurrit.

♑ (e) *Ilerda*, quæ hodie *Lerida* dicitur, latus Orientale Sicoris alluit, paulo inferius Cingæ fluvio confusus, non magno intervallo in Iberum sese exonerat. Rebus C. Cæsaris, contra Pompeji legatos Petrejum & Afranium gestis, celebris est. Hodie claret Academia anno Christi 1300 fundata. Infra eam ad confluentem Iberi fuit (f) *Carthago vetus*, Pœnorum colonia ab Hamilcare condita, a Dertosa X leucis in Corum distans, Ilerdæ propior. Hodie vicus est apud Villam Franciam.

ι (g) *Astigi*, nunc *Ecya*, hac etiam tempestate clara est ad Singulim fluvium urbs; una cum Estapa, Obulco, Ægabro, Lucena, Marcia, Ursone, & Vaena opidis a Ferdinando rege Mauris erepta anno C. 1239.

κ (h) *Augusta Emerita*, & *Emerita* simpliciter, unde vulgo hodie [d] *Merida* dicta, ad Anam fluvium in finibus Turdulorum auspiciis Augusti condita, & militibus emeritis ad incolendum [e] tradita, nunc pene jacet.

λ (i) *Pallantia*, sive *Palantia*, hodie vulgo *Palentia*, in Vaccæis & regno Legionensi ad Piscoracam fluvium sita, olim inter primas Hispaniæ Tarraconensis urbes habita, nunc longe minor est: Academia ante Salamanticensem clara.

μ (k) *Tarraco* sive *Tarragona* colonia, a Cneo & Publio Scipionibus ad oram Catalauniæ maritimam condita, media inter Barcinonem ad Eoream & Dertosam ad Meridiem XI leucis; olim urbs nobilis & ampla exstitit, nec paucioribus ævo Strabonis habitata viris, quam ipsa Carthago. Metropolis fuit non tantum Hispaniæ intra Iberum sitæ, sed & partis ejus, quæ extra est, unde & maxima ejus regionis pars nomen habebat Tarraconensis. Pauli (l) Orosii patria est, & multa hodie habet monumenta antiqua. Academia ornata est anno Christi 1572. Vina Tarraconensia olim in pretio habita. Ex Tarraconensibus montibus sal mira dulcedine quasi saccaro temperatus cæditur, qui magni fit a cupediariis. *Sidon. epist. ad Orosium.*

ν (m) *Saguntum* & *Saguntus* tribus millibus passuum a mari & tot a Valentia distans, anno post diluvium 167 a Zacynthiis, *Isidoro* teste, conditum, opidum fide & constantia in Romanos nobilissimum est; maluerunt enim Saguntini extrema experiri, se & omnia sua comburere, quam se Hannibali dedere. Hanc urbem quum contra fœderis leges expugnasset Hannibal, causam præbuit bello Punico secundo. Sagunti, quo tempore urbs illa obsessa, puerum recens natum in uterum matris reversum narrant. *Saguntina fames*, de magna & extrema, in proverbium abiit. *Reliquæ Hispaniæ urbes claræ infra cap.* VI. *memorantur.*

HEKELII.

[a] Seu *Duerus.*

[b] Quod in eum multi amnes & rivuli concurrunt.

[c] Ob quem, propterque sui angustiam est parum navigabilis.

[d] A *Villanovano* & aliis.

[e] Unde & *Romana Colonia* olim vocata.

REISKII.

1 De fluviis tum majoribus tum minoribus, eorumque ortu ac nomine congeri huc multa possent, & fabulosa rejici: Ad (n) Anam quod attinet, ejusque in

(a) Tagus. (b) Durius fl. (c) Minius fl. (d) Sicoris fl. Cinga fl. (e) Ilerda. (f) Carthago vetus. (g) Astigi, vulgo Ecya. (h) Augusta Emerita. (i) Pallantia. (k) Tarraco. (l) Orosii Patria. (m) Saguntum. (n) Anas.

† *Multa mirabilia, in ſingulis Hiſpaniæ Regionibus, prædicat Brictius c. 9. de mirabilibus Hiſpaniæ, fabulis Pontificiis tamen referta.*

ſubterraneis cuniculis profluxum, hunc veteres novique auctores, puta Fournierius, Schottus, Ricciolus, Kircherus atque Bochartus comprobant. Sin Ortelium, & quos ille ſequitur, teſtes oculatos audire luber, ea profluxio vulgari debebitur opinioni, aut receſſibus, in quos penetret, montanis, aut rivis amnibuſque, in quos dividatur, pluribus. Sane Grammatici fallunt, qui Anam ab anate, aut anataria merſione dici volunt. Petrus du Val Geogr. univerſ. part. II. ambiguus in utramque partem diſſeruit. (a) Tria tamen Hiſpaniæ ſtupenda opera aut mirabilia omitti noluit; (1.) *pontem*, cui aqua ſuperfluat, h. e. aquæ ductus Segovienſes; (2.) *Pontem continuum*, in quo decem millia pecorum paſci, acieſque inſtrui directæ poſſint, i. e. Anam fluvium reconditum; (3.) *civitatem* igne circumdatam, i. e. Madritum, cujus ager ſilice refertus eſt. De urbibus antiquis & gentibus obſervata ſuppetunt plura: Unum addo de fabularum originibus, quas Græci ſcriptores adferunt in Aſſyre, Teucro, Diomede, Ulyſſe, Lyſo aut Luſo, Nebride, Meneſtheo, Caſtalio, Pane, Graiis, Iberiſque Scythicis.

(a) Tria Hiſpan. memorabilia. *

CAP. V.

De incolis Hiſpaniæ, ac recentiori ejus diviſione.

I.

Tubal non venit in Hiſpaniam.

TUbalem, Noachi nepotem, in Hiſpaniam primum perveniſſe, poſt aquarum inundationem, in diſperſione gentium, affirmant noſtri ſæculi ſcriptores ex Joſepho: qui tamen Tubalem in Aſiæ Iberia inter Ponticum Caſpiumque maria ſtatuit. Haud minori errore, in univerſam Hiſpaniam perveniſſe *Iberos* ex Aſia & Perſas, tradidit *M. Terentius Varro.*

Iberi non venerunt ex Aſia.

Celtæ primi Hiſpaniæ incolæ.

II. *Celtarum* gentem, ab Aſchenaze propagatam, omnem poſt terrarum inundationem obſediſſe *Hiſpaniam*, *Galliamque*, *Britannicas inſulas*, *Germaniam* atque *Illyricum*, tam ex ſacris quam gentilibus diſpicio auctoribus; unde etiam nomen eorum multis Hiſpaniæ locis affixum retulerunt Græci Romanique ſcriptores: ut *Celticorum*; qui partem Bæticæ ac Luſitaniæ, partemque Tarraconenſis provinciæ aduſque promontorium *Celticum*, quod vulgo nunc eſt *Cabo finis terræ*, tenuere: item *Celtiberorum*, ad *Iberum* flumen incolentium. *Germanos* cognominat, neſcio unde, Plinius *Oretanos*, Tarraconenſis provinciæ populos. 1

Phœnices in Hiſpania.

III. Primi exterorum poſt hominum memoriam ad Celtas in Hiſpaniam venere *Phœnices*, a *Tyro*, mare Internum huc uſque & ad Gadeis navigantes; partemque Bæticæ, quæ poſtea *Turditania* dicta fuit, occupantes; ut ex *Diodoro* atque *Strabone* diſcimus.

Græcorum in Hiſpania Coloniæ.

IV. *Græci* poſtmodum a *Maſſilia* colonias deduxerunt inter Pyrenæum & Iberum, *Rhodam* & *Emporias*: quæ opida etiam nunc vocantur vulgo *Roſas & Empullias*. Interiora etiam Græcos quoſdam incoluiſſe, indicat corruptum (ut vult Silius

REISKII.

1 Tubalem cum Brietio, Ricciolo, multiſque ſcriptoribus huc retulit auctor, quem ab Hiſpania Joſephus ſubmovet: Bochartus etiam in Aſiaticas regiones pontoque proximas rejecit, ex argumentis non levibus, & Askenazen ad Bithyniæ, Phrygiæ ad Pontiviciniam collocavit. Adeo gentium plerarumque nobiliorum origines & migrationes multis tenebris involvuntur. Joſephus Lib. VII. Antiq. Japheto hujuſque poſteris occidentem ac ſeptentrionem vendicat, ut illi a Tauro & Amano montibus Aſiæ ad Tanain, porro in Europam uſque ad Gades pervenerint: (a) Hinc *uni ex hujus nepotibus Tarſi* primæ in Hiſpaniam ductæ Coloniæ a Bocharto tribuuntur. Quo enim quemque ſors & Deus tulit, hanc terram cum ſuis occupavit, ut tam maritima, quam mediterranea loca cultoribus replerentur, inquit Joſephus, Lib. VI. Interim conjecturæ in obſcuro negotio quantum valeant, Ludov. Molina docet, de origine ac natura Hiſpanorum veterum multa commentatus, incerta etiam quandoque fabulis non vacua. (b) Tantus autem regnorum numerus in una Hiſpania pendet a diverſis gentium exterarum migrationibus belliciſque occupationibus, quibus quam hæc regio lacerata fuerit, docent Vaſeus, Mariana, Cluverius, pluresque alii. Primus regna cuncta Hiſpanica in unum redacta tenuit Philippus II. *tribuſque galeis ſcuto ſuo impoſitis* illa repræſentare voluit, cum duabus antea reges uterentur. Triplex vero titulus, quo tot regna continuerat, dubitationis non parum, noſtro tempore habet ne quidem locum, regno Portugalliæ, multiſque provinciis avulſis. Interim Hiſpani adhuc habent, cur regnis & regionibus ſuo imperio ſubjectis *nunquam ſolem occidere dicant, regemque Hiſpaniarum numero plurali efferant.*

(a) Tarſis in Hiſpania primus. (b) Plura Hiſpan. regna.

BUNO-

Silius Poeta) nomen *Graviorum* quaſi *Grajcrum*: Græcorumque caſtellum *Tyde*, vulgo nunc *Tuy*, in ea parte Tarraconenſis, quæ hodie eſt *Gallæcia*.

V. Poſtea *Carthaginienſes* majorem ejus partem tenuere, ad Internum mare, * *Amilcare* eam occupante. Carthaginienſes in Hiſpania.

VI. Secundo bello Punico, ſuperatis atque expulſis Pœnis, tota *Romanorum* facta eſt. Sub quorum Imperio, † tribus Provinciis diſtincta manſit, uſque ad Honorii Imperatoris tempeſtatem; quum *Gothi* ac *Vandali*, Germanica utraque gens, circa annum Chriſti CCCC eam invadentes, dictas provincias in tria Regna diſtribuerent. [a] A Romanis ſubacta. * *Quod nomina oppidorum probarunt, Cellar.*

VII. Deinde vero *Saraceni* cum *Mauris*, circa annum IↃ ccxx invecti, tota Hiſpania direpta, complura in ea Regna inſtituerunt; Chriſtianis, id eſt, Gothorum reliquiis, in Aſturiam ac Legionem, regiones natura locorum munitas, compulſis. Regnorum numerus tandem crevit ad XIV; quorum nomina hæc recenſentur; *Legio*, *Gallæcia*, *Portugallia*, *Algarbia*, *Andaluſia*, *Granata*, *Murcia*, *Valentia*, *Arragonia*, *Catalonia*, *Navarra*, *Caſtilia Vetus*, *Caſtilia Nova*; quod *Toletanum Regnum*; & *Baleares Inſulæ*, vulgo *Majorca* & *Minorca* dictæ; quæ una cum *Ebuſo* inſula, vulgo nunc *Yvica*, unum Regnum conficiunt. Ex his poſtea durabili titulo, ad hoc noſtrum ſæculum, clara fuere tria; *Caſtilia*, *Arragonia* & *Portugallia*. A Saracenis & Mauris occupata. XIV. Hiſpaniæ regna. † *Livius ſex prætores ſimul in Hiſpania nominat. l. 23. c. 28. Mela.*

VIII. *Legionis* Regnum, vulgo *Leon*, conſtituere reliquiæ Gothorum, a Mauris, ut dictum, in ea loca compulſæ. (1) At *Ferdinandus I.* Legioni per matrimonium, juncta Caſtilia, uno nomine *Caſtiliam* appellavit Regnum ſuum. Huic poſtea, devictis ac pulſis Mauris, acceſſerunt, *Gallæcia* (2), *Andaluſia* (3), *Granata* (4), *Murcia* (5), ac *Navarra*. *Navarræ* autem Regnum [f] initium cepit anno IↃcccxxix, quum *Enecus*, *Bigorriæ* (pars eſt Galliæ Aquitanicæ) *Comes*, tranſgreſſus Pyrenæum, Mauris ejectis, Regem ſe conſtitueret. Poſt hunc *Henricus IV.* Caſtiliæ rex armis occupatum Navarræ Regnum, ſuo Imperio adjecit. [g] Regnum Legionis & Caſtiliæ. Navarræ regnum. (1) *Pelagius Legione Mauris erepta, primus regnum conſtituit. Brie.*

IX. *Arragoniæ* Rex primus factus eſt *Ramirus*, Sanctii Magni, Navarræ Regis, filius ſpurius, anno cIↃ XVIII. Huic deinde titulo annexæ ſunt *Catalonia* & *Valentia*. *Jacobus* autem Rex anno cIↃ CCLII, *Inſulas Baleares* ſuis armis occupatas, Arragoniæ Regno fideique Chriſtianæ adjecit. Tandem *Ferdinandus V.* Caroli V. avus maternus, Caſtellæ & Navarræ Rex, per matrimonium Caſtellæ junxit Regnum Arragoniæ. Hic tandem Mauros, quos *Ferdinandus III.* in Granatenſe Regnum compulerat, omnemque una Judæorum gentem, tota Hiſpania anno cIↃ ccccxcII expulit. Arragoniæ regnum. (2) *Alphonſus Sancium primum Regem creavit. Briet.* Mauri ex omni Hiſpania ejecti.

X. *Portugalliæ Regnum* cepit initium ad hunc modum. Quum *Henricus* [b] *Lotharingiæ Comes* res ingentes contra Mauros in Hiſpania geſſiſſet, præmium virtutis Portugalliæ regnum. (3) *A Vandalis denominata, prima Maurorum crudelitati obnoxia, Regio feraciſſima.* (4) *Mauri regnum fecerant A° 1300 expulſi per Ferd. & Iſabellam non ita pridem.* (5) *Mauris erepta A° 1300.*

BUNONIS.

[a] *Vandali* primum *Gunderico* [a] duce Hiſpanias occuparunt anno Salutis ccccxi. [b] Hos paulo poſt iis terris ejecit Athaulfus Weſtgothorum ſeu Viſigothorum rex; ibique regnum conſtituit, quod duravit uſque ad annum Chriſti DCCXX. Ultimus Gothorum rex ibi fuit Rodericus [c], homo turpiſſimus, qui a Mauris per Julianum Comitem evocatis regno & vita exutus fuit [d]. Ita Mauri Viſigothorum regno deleto maximam partem Hiſpaniæ occuparunt. Pelagius tamen [e] Gothorum reliquias collegit apud Aſtures, qui rex, a ſuis ſalutatus, Legione civitate Mauris erepta, regni ſedem ibi fixit.

HEKELII.

[a] *Modigiſili* Filio.

[b] Conf. *Alberti Krantzii* Lib. I. *Wandaliæ* cap. xxvi. ſeq. p. 18. Ubi imprimis *Valentiam* Civitatem, *Galliarum Hiſpaniarumque* mediam, patientibus *Romanis*, a *Vandalis* tunc captam eſſe narrat.

[c] In bellis quidem durus, & ad negotia expeditus, ſed alias turpiſſimus homo, & in moribus vitioſis Anteceſſorem ſuum, Witizam, ſuperans longiſſime.

[d] Poſtquam regnavit annos quatuor.

[e] Fideliſſimus *Legionenſis* Epiſcopus.

[f] Quod inter Montes concluſum eſt, ſecundum *Joh. Henr. Alſtedii* calculum.

[g] Hoc Regnum, *Magino* ſcribente, habet annuum proventum Ducatorum aureorum circiter centum millium.

[b] Dux Lotharingiæ & Limburgi *Comes*.

virtutis ac laborum *Alfonſus VI.* Caſtellæ Rex, *Tireſiam* filiam notham ei dedit in matrimonium; dotemque appoſuit eam Hiſpaniæ partem, quæ nunc *Portugallia dicitur.* Hujus filius *Alphonſus I.* cum quinque Reges Maurorum uno prælio fudiſſet, *Rex primus Portugalliæ* [i] appellatus eſt anno cIↃ cxii; habuitque ſucceſſores continua ſerie, donec ultimo Rege Sebaſtiano in Africa cæſo, Regnum ad Regem Caſtellæ recidit. ζ

Portugalliæ Rex primus.

XI. Hac igitur ratione cuncta Hiſpaniæ Regna ad unum corpus rediere; caputque unum tota Hiſpania agnoſcit: qui nunc eſt Philippus IV. Hiſpaniarum potius, quam Caſtellæ titulo gaudens. At operæ pretium eſt, tanquam in tabula cognoſcere, quo titulo Rex Hiſpaniarum quamque terrarum ſuarum poſſideat. Triplici igitur titulo tenet quicquid tenet; *Caſtellæ, Arragoniæ,* & *Portugalliæ.* Sub *Caſtellæ* regno ſunt; *Duæ Caſtellæ, Legio, Aſturia, Gallæcia, Extremadura, Andaluſia, Granata, Murcia, Biſcaja, Navarra, Mediolanum, Belgica, Burgundiæ Comitatus, Inſulæ Canariæ, America, Inſulæ Philippinæ.* Sub regno *Arragoniæ*; ipſa *Arragonia, Catalonia, Valentia, Inſulæ Baleares,* quæ Majorca & Minorca: *Regnum Neapolitanum, Sicilia, Sardinia.* Sub regno *Portugalliæ*; ipſa *Portugallia, Algarbia, Guinea, Æthiopia, India Orientalis, Braſilia, Inſulæ Moluccæ.* De cætero, in ipſis Hiſpaniis Duces numerantur xxiv. At id maximè mireris; reperiri heic, quod haud facile alias toto orbe terrarum, ſcilicet Ducem in Portugallia, nomine Brigantinum, cui tertia pars Regni pareat. Porro Archiepiſcopatus in univerſa Hiſpania ſunt xii: Epiſcopatus LV. γ

Sub Caſtellæ regno quæ ſint.

Quæ ſub regno Arragoniæ.

Quæ ſub Portugalliæ.

BUNONIS.

ζ *Portugallia* ab urbe *Porto*, & vicino pago *Cale*, [k] primum dicta *Portucalia*: quod nomen innotuit circa annum Chriſti D. poſtea vero mutata litera *Portugallia* appellata. *Voſſ. lib. I. Idol.* 34. *Sebaſtianus Portugalliæ Rex* xxiv. annorum juvenis in Mauritaniam trajecit, Mahumedem in regnum reducturus, qui a patruo Abdelmelecho erat pulſus. Sed prælio commiſſo *Sebaſtianus* cum omni ſua nobilitate periit, *Abdelmelech* victor apoplexia, dum pugnatur, moritur. *Mahamedes* paludibus mergitur; atque ita tres Reges uno in prælio interiere. Succeſſit Sebaſtiano ipſius patruus magnus *Henricus.* Poſt obitum *Philippus* II. Portugalliam occupavit anno C. 1580. Atque ſic tota Hiſpania ad Monarchiam, quam habuit ſub Gothis, rediit. Sed *Johannes Dux Brigantinus* nuper anno hujus ſeculi XL. titulum Regis Portugalliæ & coronam, inſcio Philippo IV. Hiſp. Rege, uſurpare cœpit. Ejus filius *Alphonſus* defuncto patre Portugalliæ præfuit: ſed ob crudelitatem regimine amotus eſt; regnumque hodie adminiſtrat ejus frater *Petrus.* [l]

γ *Mediolanenſem tamen Ducatum* Hiſpaniæ Rex lege beneficiaria ab Imperio habet Romano. *Burgundiæ Comitatum* ejuſdem Imperii Romani ipſe Hiſpanus agnoſcit regionem. Neque Provinciæ Belgicæ per Carolum V. Imperatorem eſſe deſierunt in jure Imperii.

HEKELII.

[i] Ab Exercitu.

[k] Qui olim piſcationis gratia frequentari ſolebat, indeque tanta hominum multitudo confluxit, ut in civitatem opulentiſſimam evaſerit.

[l] Qui ex prægnantibus cauſis *auguſtiſſimum Regis Titulum* adhuc modeſte detrectat, & *Regens Portugalliæ Princeps* ſalutari ſaltem deſiderat.

CAP. VI.

De Urbibus, Portubus, & Academiis hodie claris.

I.

URbes in Hiſpania nunc celebres ſunt *Barcino*, vulgo *Barcelona*, † *Cataloniæ* caput; parvum quondam opidum, nunc celebre Emporium; licet portus

† *Plinio & Martiali, dicitur Laletania, unde forſan, variante Dialecto, Catalonia.*

portus commoditate deſtituatur; eoque naves ſæpe in ſtatione tempeſtatibus pereant. α 1

II. *Cæſar Auguſta* *, vulgo *Saragoça* [d], *Arragoniæ* caput, magnificentiſſima totius Hiſpaniæ urbs. β

Arragonia Cæſar-Auguſta.

* 152 *Populi ibi jus petivere.* Plinius.

III. *Pompelo*, antiquam. (k) *Balbaſtro*, Latinis *Balbaſtrum*, ad Verum amnem agro & oleo dives. (l) *Jaca* ad Aragonem fluvium ſub Pyrenæis montibus ſita, Navarræ regno vicina. Huic Philippus II. Hiſp. Rex Caſtellum junxit contra Arragonenſes, quibus Caſtiliani admodum infenſi ſunt, adeo ut malitioſum hominem proverbio dicant, quaſi *Arragonenſem*. (m) *Fraga*, olim *Gallia Flavia* ad Cingam fluvium, ubi croci magnus eſt proventus. (n) *Venaſca*, Galliæ regno contermina, caſtellum habet, in cujus muris tormentorum loco ſunt lapides. (o) *Calatajut* haud procul ab antiqua Bilbili. (p) *Monſonium* ſeu *Monçon*, ubi procerum Arragoniæ habentur conventus.

† *Nunc celebris propter obſidiones quas nuper paſſa eſt, & Cladem Gallici Exercitus qui eam obſidione cinxerant, ubi Virtus Britannica plurimum claruit; eſt Regia etiam ſedes Caroli* III. *Auſtriaci.*

BUNONIS.

α (a) *Catalonia* nomen habet a *Gothis* & *Alanis*, quaſi dicas, *Gothalania* †; inter Pyrenæos montes, Mare Mediterraneum, Iberum & Cingam fluvios eſt ſita. Forma ejus Triangularis eſt, a Salſulæ fontibus ad Iberum fluvium ſe extendens. [a] Habet, ſecundum Boterum, unum Ducatum *Cardonæ*, tres Marchionatus; XII Comitatus, multas Baronias, & Dominia. Incolarum DC millia eſſe perhibentur; inter quos C millia Gallorum, aut Gallicæ originis ſunt, qui agriculturam, pecuariam & artes mechanicas tractant. Non enim eſt ulla regio Hiſpaniæ, in qua opificum induſtria artes ſolertius & diligentius excoluntur. Civitates & municipia muris cincta habet LVI, ex quibus præcipua ſunt (b) *Barcino* ab Hamilcare Carthaginienſi, cognomento *Barca*, condita & nominata eſt. Dicta quoque eſt *Faventia Colonia*, & *Julia Auguſta*. Anno ſalutis 805, a Ludovico Pio imperatore victis Mauris, recuperata eſt; habet pontem DCCL paſſuum in mare ſe extendentem, contra vim ventorum naves infeſtantium exſtructum. Habet etiam geminos amnes, *Betullum* vulgo hodie *Beſontem* ab Oriente; ab Occaſu *Rubricatum* ſive *Lobregatum*. Comparatur hæc urbs [b] magnitudine, non tamen frequentia civium, cum Neapoli. (c) *Tarraco*, ſive *Tarragona*, de qua ſupra cap. IV. (d) *Dertoſa* ſive *Tortoſa* ad Iberum ſita, in quo pons navalis, magno artificio exſtructus. Duo ſunt in hac urbe caſtella e diametro ædificata, & Academia. (e) *Girona*, olim *Gerunda*, Auſſetanorum caput, colliculo impoſita, forma triquetra, fluminibus *Unda*, vulgo *Ontiar* & *Ter*, alluitur: Medio fere itinere jacet inter Ruſcinomen ad Boream & Barcinomen ad Meridiem XIII leucis. (f) *Lerida* olim *Ilerda*. (g) *Cardona* ejuſdem nominis ducatus caput; ubi tria notanda; *Mons*, cujus terra ſimilis eſt farinæ; *Fons*, vini rubri colorem oſtendens; *Sal*, diverſorum colorum, qui contuſus, niveus comparet. Cæterum (h) *Monſerrato* ſive *Monte Serrato*, editiſſima rupes, cujus altitudo duorum milliarium, & circumferentia quatuor, eſt locus celebris. Hic ſcilicet *Ignatius Lojola* multa prece fletuque ſe Deo & B. Virgini devovit: Hinc ad Societatem Jeſu fundandam prodiit [c] anno cIↃ IↃ xxII.

β *Arragonia* nomen videtur habere a *Tarracone* civitate, quaſi dicas *Tarraconia*, vel a flumine *Arragone*. Termini ejus a Septemtrione & Ortu ſunt Navarra, montes Pyrenæi & Catalonia, a Meridie Valentia, ab Occaſu Caſtilia. *Cæſar-Auguſta* Romanorum colonia, prius *Salduba* dicta, ſita eſt inter Barcinonem ad Ortum 44, & Burgos in occaſum æſtivum 52 leucis, a Valentia 60, a Toleto 64. Pontem habet ſapideum, quo Iberus tranſitur, cum Reginoburgenſi conferendum. Anno ſalutis cIↃ cxvIII, victis Mauris, una cum aliis opidis a Chriſtianis recepta eſt. Hodie magnificentiam urbis augent Academia, arx, & curia publica. Clara in hoc regno loca ſunt, (i) *Hueſca*, olim *Oſca*, in qua Sertorius Hiſpanorum Principum filios obſides literis erudiri voluit. Habet Academiam

HEKELII.

[a] Regio ipſa ut plurimum ſterilis eſt, ac magis fructuum, quam frugum abundans, & arborum Syl-veſtrium, quam domeſticorum. Unde quæſtum potius ex mari faciunt accolæ, quam ex terra.

[b] Dives.

[c] Et quidem ſecundum *Buchholceri* calculum.

[d] Seu *Saragoſſa*.

REISKII.

1 Sicuti regna Hiſpanica bene multa diverſas gentium occupationes & colonias, ſic urbes etiam harumque nomina ſuos auctores varios, Pœnos nempe, Romanos, Arabes, Gothos, alioſque ſatis perſpicue teſtantur. Quam vero copioſa huic annotandi materia ſeſe offert? (q) Urbibus inſignioribus Petrus du Val certa monet imponi epitheta, ut unam Hiſpalin emporium, Granadam magnam, Valentiam formoſam, Barcelonam divitem, Saragoſſam ſaturam, Valadolittum nobilem, Toletum veterem, & Madritum regiam Hiſpani jactitent. Huic (r) Arces regiæ vicinæ adjacent, ex iiſque famoſiſſimum *Eſcuriale*, monaſterio religioſis S. Hieronymi deſtinato celebre, ſed bibliotheca, magno altari, & Pantheo ac ſepultura regum celebrius, a Philippo II. ſex millionibus impenſis intra XXI annos conditum, ut Ægyptiis, Græcis, Romaniſque templis & fabricis non cedat, ſed facile præſtet. De Archiepiſcopatibus regni & Epiſcopatibus ſcriptores antea citatos conferat, cui lubet. (s) Catalonia rebellis A. 1640. ducem Andegavenſem ſibi principem adſumſit: Unde comitatus Ruſcinonenſis (de Rouſſilon) regio Pyrenæis montibus concluſa, cum Perpiniano Fortalitio, clave ad Hiſpaniam penetrandam paratiſſima penes regem Galliæ per Pyrenæos articulos manſit. Hanc ſecuta (t) Portugallia Joannem Brigantiæ ducem regno admovit, illoque Philippum IV. exuit. Unde bellum exarſerat per annos XXVIII geſtum, ſed A. 1668 pace publica exſtinctum. De inquiſitione Hiſpanica Ludov. a Carmo tres libros in fol. Madrit. de Antipathia Gallorum & Hiſpanorum Carol. Garſias librum in 12. Venet. divulgavit. (u) Lingua Hiſpanica Latinæ veteris propago dialectos quatuor fover, (1.) Caſtellanam putiſſimam, (2.) Andaluſicam, (3.) Portugallicam, (4.) Granadenſem. Vid. Becman. Geograph. c. IX. ſect. 3.

BUNO-

(a) Catalonia. (b) Barcino ſeu Barcelona. (c) Tarraco. (d) Dertoſa. (e) Girona. (f) Lerida. (g) Cardona. (h) Monſerrato. (i) Hueſca ſeu Oſca. (k) Balbaſtro. (l) Jaca. (m) Fraga. (n) Venaſca. (o) Calatajut. (p) Monſonium. (q) Urbium epitheta. (r) Arces regiæ. (s) Catalonia. (t) Portugallia. (u) Lingua Hiſpanica.

Navarræ Pompejopolis.

III. *Pompelon*, ſive *Pompejopolis*, † vulgo *Pompelona*, caput regni *Navarræi*. γ

Valencia.

IV. *Valentia*, * caput olim Regni, nunc fructuum varietate Hiſpanicarum amœniſſima. δ

Murcia.

V. *Murcia*, caput Regni: Hortus totius Hiſpaniæ vocatur. Carthago nova, ‡ vulgo *Carthagena*, optimus Hiſpaniæ, ad mare Internum, portus. ε

Granata.

VI. *Granata*, caput regni, ſplendida atque ampla urbs. ζ

VII. *Hi-*

† *Pompeius edomita Hiſpania, & ad triumphum redire feſtinans, Pompelonem ſive Pompeiopolim de Nomine ſuo condidit, ut ex D. Hieronymo patet. Vaſæus Chron. Hiſpan. ad An. 684.*

* *Junius Brutus Conſul in Hiſpania, iis qui ſub Viriato militaverant Agros Oppidumque dedit quod Valentia vocatum eſt. Liv. epitom. 55. deleta a Pompeio, inſtaurata a Julio Cæſare, & Colonia Julia Valentia vocata. Cellar.*

‡ *Urbs primaria Carthaginienſium in Hiſpania ab Aſdrubale condita, a Scipione expugnata & poſtea Colonia Julia vocata Conventum Juridicum habuit, ubi 65. populis Jus dicebatur. Cellar.*

BUNONIS.

γ *Navarræ* regnum a Pyrenæis montibus incipit, & deſcendit ad Iberum fluvium, magna tamen ex parte montibus concluſum. Regnum hoc ante annos CL Ferdinandus Catholicus pene omne occupavit, quum *Joannes Albretanus* Navarræ Rex, Ludovico XII. Galliæ Regi opem ferens, a Julio II. Papa proſcriptus & excommunicatus eſſet. Eadem forma adhuc hodie poſſidet Hiſpanus, exceptis paucis locis, quæ Galliarum Regi ſuperſunt, & vix ſextam regni partem faciunt. (a) *Pompejopolis* ad Argam flumen, haud longe a Pyrenæis montibus ſita, inter Cæſaraugustam 30, & Bajonam urbem Aquitaniæ 20, leucis; haud dubie a Cn. Pompejo Magno nomen habet, qui cum Metello res magnas in his oris contra Sertorium geſſit. Strabo *Pompeji tropæa* vocat. Alphonſus Rex eam anno Chriſti IↃ CCXXXV, una cum Jaca, Virovelca & aliis opidis, Mauris ejectis recepit. Hodie firmo muro & duobus caſtellis munita. Hic (b) *Ignatius Lojola* pugnans vulneratus bellum amplius ſequi non potuit; vitam igitur amplexus monaſticam, ordinem Jeſuitarum inſtituit: Reliqua Navarræ loca non ſunt adeo clara.

δ *Valentiæ* regnum inter Murciam & Cataloniam ſita limites habet ad Orientem Mare Mediterraneum, ad Septemtrionem Arragoniam & Cataloniam, ad Occaſum utramque Caſtellam, ad Meridiem Murciæ Regnum. Longitudo ejus, eſt IX, latitudo XVII, leucarum. Duos habet ſinus, Sucronenſem & Illicitanum; Portus quatuor *Vineri*, *Deniæ*, *Xabiæ*, & *Alicante*; & fluvios principes quinque *Migliar*, *Morvedre*, *Gualdalviar*, *Xuca*, *Segura*. Nomen regni haud dubie ſumptum ab Urbe (c) *Valentia*, Romanorum olim colonia, quæ tribus millibus paſſuum a mari ſubmota inter Turiæ oſtium & ſinum Sucronenſem a Barcinone 49, leucis in Meridiem, a Toleto 60, in ortum, tot a Cæſarauguſta, a Dianio 19, in Borea ſita eſt, Cœli ſolique temperie nec felici Campaniæ cedit, unde *Formoſa* cognominatur. Illuſtris eſt frequenti nobilitate, & Academia; origine *Ludovici Vivis*, & duorum Pontificum *Calixti* III. & *Alexandri* VI. [e] Non longe hinc diſtat (d) *Lacus Albufera*; & *Porto el grajo*, pagus munitus, ubi pons 150, paſſuum in mare protenſus. Loca præterea clara hic ſunt; (e) *Saguntum* ſupra memoratum. (f) *Denia* duos habens portus & ſpeculam in mare prominentem. (g) *Alicante* vino generoſo notiſſima. (h) *Guardamar* Salis proventu dives. (i) *Peniſcola* ad mare, in ſcopulo Pyramidali ſita, refugium *Benedicti* XIII. Papæ, quum Conſtantiæ honore Papali eſſet privatus.

ε (k) *Murciæ* Regnum ad Mare Mediterraneum ſitum limites habet Granatam ab Occidente, Caſtiliam Novam & Valentiam a Septemtrione, ab Ortu & Meridie Mare Mediterraneum ad Sinum Virgitanum & Promontorium *Cabo de Palos*. Nomen habet a Civitate *Murcia* [f] quæ 9. leucis a Carthagine nova diſtans anno Salutis CIↃ CCLXV, Mauris pulſis recuperata eſt ab Hiſpanis, *Alphonſi Caſtiliæ* Regis, Aſtronomi celeberrimi, a quo Tabulæ Alphonſinæ, ſepulchro nobilitata. [g] (l) *Carthago Nova* & *Spartaria*, a ſparti copia cognominata, ab Aſdrubale Carthaginienſium duce paulo ante Bellum Punicum II. in Peninſula exſtructa, diſtat a Murcia urbe X leucis in Ortum; Valentia XXXIII in Meridiem. Habet optimum totius Hiſpaniæ ad Mare Internum portum, CC triremium capacem. Magna ibi eſt ſcombrorum piſcatio, qui vicinæ (m) *inſulæ Scombrariæ* nomen dederunt. *Scipio* hanc urbem eodem, quo venit die, præter omnium exſpectationem cepit: & virginem captivam Allucii, Celtiberorum Principis, eximiæ formæ ſponſam, intactam ipſi parentibuſque reſtituit; & eo facto animos hoſtium ſibi devinxit. Carthagine VI leucis diſtat (n) *Almacarron* caſtellum, ubi aluminis uber proventus. *Vera* vel *Bera* urbs, olim (o) *Virgi*, unde (p) *Sinus Virgitanus* dictus, inter Carthaginem novam IX *leucis*, & promontorium Charidemum V, in confinio regni Murcienſis & Granatenſis ſita.

HEKELII.

[e] Conf. *Thomæ Lanſii* Orat. pro *Hiſpania* in Conſultat. de *Principatu inter Provincias Europæ* p. 267. Edition. tert.

[f] *Ptolemæo* & *Plinio* MURGIS dicta.

[g] In hac optima fiunt vaſa ex creta, & mira Serici quantitas. Regio ipſa autem paucas habet habitationes, eaſque viles ob montium aſperitatem, & ob planitiem parum aquis irriguam.

BUNONIS.

ζ *Granatæ regnum* ab ortu habet Murciam, a Septemtrione Caſtiliam Novam, ab Occidente Andaluziam, a Meridie mare Ibericum. Ejus longitudo LX, latitudo XXV, ambitus CCXXX, leucarum eſſe dicitur. Nomen habet a Metropoli (q) *Granata*, quaſi *Garnatæ*: lingua enim Punica *Gar* ſignificat *antrum*, & *Nata*, nymphæ nomen eſt, quæ ibi colebatur, quaſi dicas *Antrum Natæ*. Alii a *cocco*, cujus ibi copia: Hiſpani *Cranam* vocant: alii a mali Punici ſimilitudine derivant: hoc enim, ut granis & acinis refertum, ſic urbs Granata, cujus inſignia malum Punicum, denſiſſimas domos habet, & dehiſcentis granati quaſi ſimilitudinem, urbs iſta ſexaginta millia domorum complectebatur. [h] Hanc quum Mauri una cum regno plures quam ſeptingentos annos tenuiſſent, Ferdinandus Catholicus anno CIↃ CCCC XCII, inde & ex univerſa Hiſpania eos, & cum iiſdem CXXIV millia Judæorum, ejecit. Ut a Chriſtianis Hieroſolyma; ita hæc civitas a Mauris deſideratur, adeo, ut ob ejus amiſſionem ſingulis diebus Veneris vexilla ſua abſcondant. Hodie urbs illa habet Academiam, Æſtate reliquas

(a) Pompejopolis. (b) Ignatius Lojola. (c) Valentia urbs. (d) Albufera lacus. (e) Saguntus. (f) Denia. (g) Alicante. (h) Guardamar. (i) Peniſcola. (k) Murcia. (l) Carthago Nova. (m) Scombraria Inſula. (n) Almacarron. (o) Virgi. (p) Sinus Virgitanus. (q) Granatæ regnum & urbs.

VII. *Hiſpalis*, * vulgo *Sevilia*, Andaluſiæ caput, urbs magnificentiſſima, opulentiſſimum totius Europæ Emporium. † *S. Lucas*, navium ſtatio Hiſpalenſium. *Corduba*, ‡ urbs admodum ampla, at minus populoſa. *Marcenæ* opidi ager lectiſſimos totius Hiſpaniæ fert Aſturcones. ℞

VIII. *Toletum*, centrum fere Hiſpaniæ obtinet: omnium maxima ac munitiſſima *Madritium*, vulgo *Madrid* & *Madril*, Regia ſede nobile opidum. Quinto abhinc milliario viſitur in Eſcuriali ſuperbum illud *D. Laurentii Monaſterium*, Philippi II. opus, in memoriam victoriæ adverſus Gallos, *ad S. Quintinum* in Picardia, anno CIↃ IↃ LVII obtentæ exſtructum. ☽

IX. Burreliquas ſuperat Hiſpaniæ civitates ſalubritate aëris & numero fontium, quorum x millia numerantur. Eſt quoque in hoc regno ad mare (a) *Malaga*, totius Hiſpaniæ armamentarium & propugnaculum contra Africam. Habet duo caſtella ſibi invicem imminentia, ab uno ad alterum tranſitus eſt inter duos muros; emporium frequens eſt. A Malaga verſus Ortum ad Mare eſt (b) *Almeria* in ſolo fertili, ſalubribus aquis, Fructibus Oleoque abundanti, ſita. Hunc locum quum Chriſtiani Mauris eriperent, vas illud è ſmaragdo, quod Genuenſes habent, inde aſportatum eſt. Haud procul a mari & Malaga ad Occaſum eſt *Munda*, quam antiquam illam (c) *Mundam* eſſe, ſunt qui putant, ad quam Cæſar ultimum prælium contra Pompeji liberos commiſit, idque difficillimum. Pompejanorum ad xxx millia peditum & v millia equitum cæſa referuntur. Ea vicinarum urbium metropolis dicitur Straboni. Sed, Mariana teſte, Munda illa vetus hodie *Runda la veja* dicitur, ab Arunda 2 leucis, à Munda nova 3, à Malaga 20 millibus paſſuum in colle apud fluviolum ſita.

℞ (d) *Andaluſia*, quaſi *Vandalorum domus Vandalen Huyſz* dicta; aliqui tamen à *Vandalia*, & alii a *Vandalicia* derivant, quod Vandali à Gothis ejecti huc confugerunt, antequam in Africam trajicerent. Limites habet ab Ortu Granatam, à Septemtrione Caſtiliam novam, ab Occaſu fluvium Guadianam; à Meridie Mare Ibericum & Fretum Herculeum. Terra frumenti, vini, olei, & omnis generis frugum feraciſſima eſt, unde *Granarium*, *Cella* & *Equile* Hiſpaniæ dicitur. (e) *Hiſpalis* Romanorum olim colonia, hodie etiam literarum Studiis & Academia celebris, inter Cordubam ad Boream 22, & Gades ad Meridiem 19 leucis, à Granata 36 in Occaſum, Ulyſſiponem verſus 63, a Toleto 72, in Auſtrum ad Bætim ſita eſt. Anno Salutis CIↃ CCXLVIII a Ferdinando Rege, ejectis Mauris, recepta. De hac urbe Hiſpanorum eſt proverbium: *Cui Deus favet, ei dat domum Hiſpali.* Item, ſi cui bene precari volunt, dicunt; *Faxit Deus, ut Hiſpali victum habeas & amictum. Hiſpalenſis* olim eruditione clarus fuit (f) *Iſidorus* Epiſcopus: Item nuper (g) *Benedictus Arias Montanus*, cujus Induſtriæ maximam partem debetur Opus Regium Sacra Biblia continens. *S. Lucas* olim dictum eſt (h) *Fanum Luciferi.* (i) *Corduba* quoque ad Bætim ſita Aſtigi finitima eſt 8 leucis diſtans, gloria & potentia olim celebris. [*l*] Plinius *coloniam Patriciam* cognominatam ſcribit. (k) *Senecas* hæc, patrem & filium, & (l) *Lucanum* Senecæ *Philoſophi* è fratre nepotem, alumnos habuit. Hic quoque vixiſſe accepimus (m) *Avicennam*, (n) *Averroem* & (o) *Raſen*, Medicos ac Philoſophos eximios. Urbs hodie admodum ampla quidem eſt [*k*,] ſed non adeo frequens. Hic equile regium eſt ducentis & pluribus equis educandis ſufficiens. Hic quoque inventa eſt ars præparandi corii, quod inde vulgò dicitur *Corduan.* Sunt ibi præterea (p) *Nebriſſa*, nunc *Lebrixa*, (q) *Ælii* illius *Antonii* patria, qui duas decades de rebus geſtis Ferdinandi Catholici ſcripſit. (r) *Oſſuna* Academia nobilis. *Xeres de la frontera.* Non longè hinc *Rodericus* Gothorum in Hiſpania rex ultimus à Mauris cæſus eſt, & imperium ad Saracenos tranſlatum. (s) *Marcena* in Hiſpalenſi territorio eſt.

Andaluſia. Hiſpalis. S. Lucas. Corduba. Marcena.

* *Colonia Romulenſis Plinio. Conventum Juridicum habuit.*

† *Cluverii forſan ætate.*

‡ *Marcelli opus ut Strabo prodit. & prima Colonia quam Romani in loca illa miſerint.*

HEKELII.

[*b*] Leg. *Lanſius* loc. in Not. ad Sect. IV. Cap. huj. cit. p. 265. ſeq.

[*l*] Vid. *D. Magni Auſonii, Burdigalenſis*, Ordo *Nobilium Urbium*, v. 84. ſeq.

[*k*] Et aquis dives, amœniſſimiſque hortis ornata.

BUNONIS.

☽ *Caſtilia Nova* confinem habet Caſtiliam Veterem a Septemtrione altiſſimis montibus ſeparata; ab Occaſu Portugalliam, à Meridie Eſtremaduram, Andaluſiam & Granatam, ab Oriente Murciam & Valentiam. Salubritate aëris & ſoli bonitate præſtat Caſtiliæ Veteri. (t) *Toletum* [*l*] Caſtiliæ novæ metropolis, & olim Regum Gothorum ſedes. Unde regnum iſtud quoque *Toletanum* appellatur. [*m*] Urbis hujus majorem partem cingit Tagus fluvius, reliquum muris & 150 turribus munitum eſt. [*n*] Sita eſt inter Burgos ad Boream & Cordubam ad Meridiem 50 leucis, inter Valentiam ad Ortum 60, & Olyſſiponem ad Occaſum 83, a Madrito 12. Hic (u) *Alphonſus* Rex Tabulas ſuas Aſtronomicas confecit. Ejus Archiepiſcopus primus eſt Hiſpaniæ Caſtiliæque Cancellarius. [*o*] Hic quoque Academia antiqua floret. Urbs hæc An. Salutis CIↃ LXXXV ab Alphonſo VI Mauris pulſis recuperata eſt. (x) *Madritum* quidam volunt eſſe antiquam illam (y) *Mantuam* Carpetanorum, cujus veſtigia reliqua ſunt in *Villa Manta* pago apud Madritum. Urbs hæc ſita eſt in clivo ad Septemtrionem, cujus radices alluit (z) *Xarama* amnis, ſaxeo ponte pervius. Aër hic maxime ſalubris eſt, cujus beneficio Carolus V. Imperator quartana liberatus

(a) Malaga. (b) Almeria. (c) Munda. (d) Andaluſiæ regnum. (e) Hiſpalis. (f) Iſidorus Hiſpalenſis. (g) B. Arias Montanus. (h) Fanum Luciferi. (i) Corduba. (k) Senecæ. (l) Lucanus. (m) Avicenna. (n) Averroës. (o) Raſes. (p) Nebriſſa. (q) Ælius Antonius. (r) Oſſuna. (s) Marcena. (t) Toletum. (u) Tabulæ Alphonſinæ. (x) Madritum. (y) Mantua Carpetanorum. (z) Xarama fl.

Burgi. IX. Burgi, vulgo *Burgos*, Caſtellæ veteris caput, opidum antiquitate & magnitudine celebre. *Valliadolid* inter nitidiſſimas Europæ urbes cenſetur. ι

Valliadolid.

Compoſtella. X. Compoſtellam Gallæciæ caput, alias vulgo *S. Jago*, D. Jacobi Apoſtoli [r] oſſa, ut creditur, ibi ſita, claram effecerunt. κ

Gallæcia.

Olyſſipo. XI. *Olyſſipo* †, vulgo Hiſpanis *Lisbona*, incolis Portugallis *Lisboa*; Portugallici regni caput, urbs magna, populoſa, negotiationibus celeberrima. λ

† *Nugæ ſunt quæ de Ulyſſe Conditore adferuntur; nam Olyſſypo verum nomen eſt quod Plinius habet & Antonini Itinerarium. Probatur etiam antiquis Inſcriptionibus in ipſa urbe repertis ubi* felicitas Julia Oliſipo *vocatur, id enim cognomen urbis fuit a Cæſare Auguſto liberaliter conceſſum.*

XII. *Por-*

ſcribitur. Circumjacens territorium abundat ſilicibus, unde Mennæ Poetæ dicitur igne cincta. Madrito duabus leucis abeſt hortus regius (a) *Pardo*. In *Monaſterium illud S. Laurentii* aiunt Regem inſumſiſſe ducenties centena millia coronatorum ſive viginti milliones.

ι (b) *Caſtilia vetus* limites habet à Septemtrione Aſturicam & Biſcajam, ab Occaſu Luſitaniam, à Meridie Caſtiliam Novam, ab Ortu Arragoniam & Navarram. (c) *Burgi* regia jacet ad rapidum flumen (d) *Relanzon* inter Cæſaream Auguſtam ad Ortum 52 leucis, & Legionem ad Occaſum 33, ac inter Toletum ad Meridiem 51, Flaviobrigam ad Coream & Cæc. 31. [p] Ejus Archipræſul olim cum Toletano de primatu contendit. [q] Urbem hanc à Saracenis captam Alphonſus VII Arragoniæ Rex in libertatem aſſeruit anno Salutis CIↃ CVI. Non longè à Burgis fons eſt profluvium alvi ſiſtens. (e) *Valdoletum*, ſive *Valiadoletum*, vulgò *Valliadolid*, pulcherrima Hiſpaniæ urbs ad Piſurgam fluvium ſita, à Regibus propter hortorum fontiumque amœnitatem, rerum omnium copiam libenter inhabitata; clara alioquin Academia, civilitate morumque comitate nulli cedit Hiſpaniæ civitati, licet ab Hiſpanis vocetur *Villa*. Sunt porrò in hoc regno, urbes celebriores (f) *Segovia*, *laborioſa* dicta; nemo enim ibi conſpicitur mendicus; niſi qui per ætatem aut morbum ad opus non eſt idoneus. (g) *Oſma* ad Durium fl. ubi Academia. (h) *Alba* ſive *Alva*, unde duces Albani nomen habent. (i) *Cocca* editiori loco ſita, gentis *Aſcalæ* ſedes; alioquin mala manſio dicitur Principum; nam non longè hinc abeſt arx, in qua (k) *Philippus Auſtriacus* Mauritii frater Lovanio à Duce Albano abductus, incluſus & detentus fuit. (l) *Logronno* olim *Juliobriga*, à Carolo V. ob fidem immunitatibus donata.

HEKELII.

[l] Græcis Τάλαπτν.

[m] *Ptolemæo* & *Livio* CARPITANORUM Urbs eſt.

[n] Perampla quidem eſt Civitas, & diverſis *Concilijs* clara; ſed ſitu inæquali, nunc quidem altiore, nunc humiliore.

[o] Et tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus XVII Terris murô percinctis moderatur.

[p] Urbs bene ædificata eſt; tametſi vias anguſtas potius habeat. Montibus etiam circumambitur, quò fit, ut breviorem videant lucem, quàm ſitus fert, magiſque perſentiant frigus.

[q] Continentur autem ſub ejus Diœceſi 150 Oppida.

[r] *Hiſpaniæ* Protectoris.

BUNONIS.

κ *Gallæcia* à *Gallaicis* nomen accepit, à Septemtrione Oceanum habet Cantabricum; ab Occaſu Oceanum; à Meridie Luſitaniam, ab Ortu Aſturiam & regnum Legionis. Litus hoc frequentes habet ſinus. Præcipui regni iſtius portus ſunt (m) *Corunna* & *Ferol*. In extremo verſus Occaſum litore habet (n) *Promontorium Celticum*, quod & *Nerium* & *Artabrum* olim dictum eſt, hodie vulgo vocatur *Cabo Finis Terræ*. Antiquis ſcriptoribus hic quoque memoratur (o) *Flavium Brigantium*, quod aliis hodie eſt *Betanzos*; aliis Compoſtella; aliis vero ipſum *Caronium*. *Compoſtella* Archiepiſcopatu & Academiâ quoque claret. Celebris hic eſt (p) *Bajana*, juxta quam in mari inſulæ *de Bajana*, ſive *Deorum Ptolemæi*. (q) *Orenſe* ad Minii ripas opidum nobile, à Suevis olim dictum *Warm See*; unde mutata dialecto hodie dicitur *Orenſe*. Fontem enim habet calidum, cujus aquæ ovis ebulliendis inſervire poſſunt.

λ (r) *Portugallia* nonnullis dicta videtur, quaſi *portus Gallæciæ*, ab opido *Porto*, quod ad Durium flumen celebrem habet portum. Sed potius à portu & vicino pago Cale nomen natum Portucale, quod circa annum *Chriſti* IↃ notum erat. *Voſſ.* 1. *Idol.* 34. Unde mutata *litera* C factum Portugallia. Limites hujus regni ſunt à Septemtrione Gallæcia, & Minius fluvius; ab Occaſu & Meridie Oceanus Occidentalis; ab Oriente Caſtilia, Andaluſia & Eſtremadura. Circuitus eſt IↃ CCCLXXIX milliarium; longitudo CCCXX; *latitudo* LX. [ſ]

Primaria hujus regni urbs eſt (s) *Olyſſipo* & *Olyſſippo* & *Ulyſſippo*, Straboni Ὀδυσσεια ad Tagum haud procul ab ora occidua diſtans, à Toleto 83 leucis, ab Hiſpali 63 in Occaſum, à Sacro Promontorio 30. Portum verſus in Boream 50. Septem collibus impoſita, quinque caſtellis munita eſt: ex quibus caſtellum *S. Johannis* tot perhibetur inſtructum æneis tormentis, quot dies habet annus. Olim numerarunt ædificia urbana vicies mille: hoc autem tempore numerus multo major eſt. Magnificum & ſtupendæ ſtructuræ in hac urbe eſt Templum Miſericordiæ. Horreum item publicum, Baſilica & Xenodochéum ſunt urbis miracula. Anno Salutis CIↃ CXLVII Mauri hac urbe pulſi. Unius horæ ſpatio ab hac urbe abeſt Belem cœnobium opulentum Dominicanorum. Monachi in eo admodum laute vivunt. Reges ibidem ſepulti ſunt. Lisbona quinque milliaribus diſtans verſus auſtrum *Setubal*, vulgo *S. Hubes* dictum, ad litus jacet, ubi ingens copia ſalis conficitur, ſoliſque ardore coquitur.

Sunt præterea in eo regno opida clara (t) *Bracara* hodie *Braga*, inter Minium & Durium, ea in parte quæ

(a) Pardo hortus. (b) Caſtilia vetus. (c) Burgi. (d) Relanzon fl. (e) Valliadolid. (f) Segovia. (g) Oſma. (h) Alva. (i) Cocca. (k) Philippus Auſtriacus. (l) Longronno. (m) Corunna & Ferol. (n) Promontorium Celticum. (o) Flavium Brigantium. (p) Bajana. (q) Orenſe. (r) Portugalliæ regnum. (s) Olyſſipo. (t) Bracara ſive Braga.

XII. *Portus* ad Oceanum celebres ſunt *in regno Portugalliæ* Setubal, Olyſſipo ad Tagum, & Porto ad Durium. In Gallæcia Corunna & Ribadeo. *In Biſcaja* Bilbao, & S. Sebaſtiani. In Andaluſia S. Lucas de Barrameda *clavis Sevillæ*. Gadiz Gibraltar *ad fretum*. In Granata *ad Internum mare*, Malaga. In Murcia, *Cartagena*. In Valentia, *Alicanta & Valentia*. In Catalonia, *Tortoſa ad Iberum*, *Tarragonam*, *Barcelona*, &c. Portus Hiſpaniæ celebriores.

XIII. Academiæ illuſtriores ſunt, Salamantica & Complutum * in Regno Caſtellæ, Conimbrica † in Portugalliæ Regno. μ

* *Ptolemæus Antoninus & Plinius urbis hujus mentionem faciunt: eſt etiam celebris propter Martyres ejus Juſtum & Paſtorem.*

† *Urbs hodie Coimbra appellata, ſurrexit ex ruderibus Conimbricæ, Plinii Cellar.*

CAP.

quæ hodiè *Interamnis* dicitur, ubi ſedes Archiepiſcopi, qui de primatu Hiſpaniæ cum Toletano contendit. Archiepiſcopus iſte Eccleſiaſticus ſimul eſt, & ſecularis. (a) *Ebora*, Academia clara; item (b) *Conimbria* ad Mundam ſive Mondego fl. ſita, Academia celebris eſt, unde habemus *Collegium Conimbricenſe*. *Braganza* Ducis ſedes.

(c) *Algarbia*, olim regnum, nunc Luſitaniæ pars eſt; ab Occaſu & Meridie habet Oceanum; ab Ortu Anam fl. à Septemtrione Portugalliam. Omnium Hiſpaniæ provinciarum auguſtiſtiſſima eſt. Portugalliæ Rex eam dotis loco accepit à Rege Caſtiliæ, quum filiam ejus notham Beatricem uxorem duceret. Præcipuæ urbes ſunt, *Tavira* ſeu *Tavila*, regionis metropolis, *Silvæ* ſeu *Silves*, cujus epiſcopus Algarbiæ ptæſul eſt. *Pharus* ſive *Faro*, & *Portus Magnus*, vulgo *VillaNova de Portomanno*. Habet quoque *Sacrum Promontorium*, [t] in quo Cœnobium & Caſtellum. [u]

(d) *Legionis* regnum à Meridie & Oriente limites habet Caſtiliæ Veteris fines; ab Occidente Gallæciam; à Septemtrione Aſturiam. Ejus metropolis, à qua regio nomen habet, eſt *Legio*, vulgo *Leon* in finibus Aſturum, media ferè inter Valliſoletum & Ovetum, 22 leucis diſtans, à Burgis 33 in Occidentem. Hanc urbem inter montes ſitam Pelagius primam eripuit Mauris anno Salutis Io cc xxii. Inde haud procul caſtellum adverſus Barbarorum Incurſiones exſtruxit, unde Caſtellæ Comes dictus. Hinc *Caſtellæ*, ſive *Caſtiliæ* regni nomen profectum eſt. Legio urbs templum habet inſigne, ubi Regum ſepulchra. Sunt hic præterea urbes inſigniores, *Camora* ſeu *Samora*, olim *Zentica* ſeu *Sentica* ad ripam Durii; *Aſturica*, vulgo *Aſtorga*; non procul à lacu Senabria quem Tera fl. facit; *Palentia* ad Carionem fl. Academia celebris; *Cividad Rodrigo* adverſus incurſiones Luſitanorum munita; *Medina del Campo*, a tributis & vectigalibus immunis, &c.

(e) *Aſturia* regio aſpera, montibus ſylviſque horrida, habet ab Occaſu Gallæciam; à Meridie Caſtiliam Veterem; ab Oriente Biſcajam; à Septemtrione mare Cantabricum. In eam regionem & vicinam Gallæciam confugerunt indigenæ Hiſpani, quum Mauri omnem ferme occuparent Hiſpaniam. Eſt verò Aſturia velociſſimis equis nobilis, quos *Aſturcones* vocant. Dividitur in *Aſturiam de Oviedo*, ubi Opidum (f) *Oviedum* ſeu *Ovetum*, ad Devam fl. à Legione 22 leucis diſtans Academiam habet, civitas Regia & Epiſcoporum bello Saracenico dicta. Et *Aſturiam de Santillana*, ubi (g) *Lianæ* ſeu *Lianes*, & *Santanderum*, ſeu *S. Andero*, quod *S. Emederii portus* à Mariana appellatur.

(h) *Cantabria* hodie dividitur in *Biſcajam* & *Guipuſcoam*. (i) *Biſcaja* confines habet Navarram, Guipuſcoam, mare Cantabricum & Aſturiam. Pars illa, quæ ad Bajonam pertinet, & Regi Galliæ paret, extendit ſe uſque ad fluvium Iron; inde altera pars Hiſpano ſubjecta eſt. Lingua Cantabrica antiqua eſt, & diverſa multum ab Hiſpana. Biſcajæ metropolis eſt, (k) *Bilbao* ſive *Bilvao*, ad Nauſam fl. quaſi dicas *Bellum vadum*. Condita eſt hæc urbs, teſte Marianâ, anno Chriſti cIↃ cc xcviii. Abeſt à (l) *Bermeo* ſeu *Vermeo*, quæ eſt antiqua illa Flaviobriga, 5 leucis in Occaſum, à Burgis 30 in Boream, à litore 2 commodè ſita eſt. Per eam merces in reliquam Hiſpaniam importantur & exportantur. Malorum aureorum tantus hic eſt proventus, ut 10 mavedis, quæ leviſſima ex cupro moneta eſt, tot mala emantur aurea, quibus ferendis unus mulus vix ſufficiat. (m) *Guipuſcoæ* termini ſunt ab Oriente fluvius Vidoſo ſive Vidorſo, & montes Pyrenæi, à Meridie regnum Navarræ, ab Occidente Biſcaja, a Septemtrione mare Cantabricum. Ambitus ejus habetur 36 millarium. Regio hæc ferri chalybiſque ferax eſt; unde Vulcani Officinam, Martiſque Armamentarium natura hic videtur exſtruxiſſe. Fluvius eſt (n) *Chalybs*, cujus aquâ ferrum optimè induratur. Gens ipſa ruſtica & ſuperba eſt. Metropolis ejus eſt (o) *Toloſa* ad confluentes Araxis & Oriæ ſita, eſt regionis conventus ſedes. (p) *Placentia* magnam habet multitudinem fabrorum ferrariorum. (q) *Fanum divi Sebaſtiani*, hodiè *Don Baſta*, portu gaudens ampliſſimo, &c. Porrò in (r) *Alava* provinciâ metropolis eſt (s) *Vittoria*, nobilibus familiis & mercatura clara, antea *Burgus Gaſteyz*.

HEKELII.

[ſ] Et quidem ſecundum *Boteri* ſententiam.

[s] Sive *Ulyxippona*, ſic dicta, quòd ab *Ulyſſe* ſit condita. Ideoque dicitur *Straboni* Lib. III. p. 270. Ὀδυσσεία, h. e. *Ulyſſea Urbs*.

[t] Vulgò *Cabo San Vincenzo* dictum.

[u] Non ſolum, ſed & tuta Navium ſtatio eſt.

BUNONIS.

μ (t) *Salamanca* vel *Salamantica* in Caſtilia vetere a Valliſoleto 22 leucis in Meridiem Placentiam verſus ad Tormis fluvii ripam ſita, qui ſe cum Durio poſteà miſcet. Academia hæc ex Valentia urbe eò tranſlata eſt anno Chriſti cIↃ ccxxxix. (u) *Complutum* olim, hodie *Alcala de Henares*, ab amne Henares urbis muros alluente appellatur. Sita in Caſtilia Nova 6 leucis a Madrito, haud longe ab Ortu Tagi. Celebrem hanc Academiam [x] in primis reddiderunt (x) *Biblia Complutenſia* polyglotta, anno Chriſti

(a) Ebora. (b) Conimbria. (c) Algarbia. (d) Legio. (e) Aſturia. (f) Oviedum op. (g) Lianes & S. Andero op. (h) Cantabria. (i) Biſcaja. (k) Bilbao. (l) Flaviobriga, Bermeo. (n) Guipuſcoa. (n) Chalybs fluvius. (o) Toloſa. (p) Placentia. (q) Fanum S. Sebaſtiani. (r) Alava. (s) Vittoria. (t) Salamantica. (u) Complutum. (x) Biblia Complutenſia.

clɔ Iɔ xv, ſumtibus Franciſci Ximenii Archiepiſcopi Toletani ibidem excuſa. (a) *Conimbriæ* Academia fundata eſt à Johanne III. Rege Portugalliæ anno Chriſti clɔ cc xxii. [y] Reliquæ Academiæ quæ in Hiſpaniâ ſunt, ſuis memorantur locis. (b) Cæterum Hiſpani religioni *Romano-catholicæ* ſunt addictiſſimi: eaque una ibidem viget ope inquiſitionis, quæ primum ad Mauros & Judæos coërcendos inventa, in aliarum religionum ſectatores, tanquam hæreticos, ſtringitur. Ab inquiſitione damnati induuntur veſte, quam *Sanbenito* vocant, & raptantur ad ſupplicium iis ceremoniis, quæ populo terrorem poſſunt incutere. (c) *Lingua* per Hiſpaniam præcipua eſt Caſtellana ex corrupto ſermone Latino nata. *Luſitana* ex Gallica & Caſtellana conflata elegans eſt, & auribus grata. *Valentina* & *Catalaunica* Narbonenſi propior; in quam tamen nonnullæ voces Gallicæ irrepſerunt. Sola Biſcaja antiquum ſermonem retinuiſſe putatur. Eſt vero ſermo Hiſpanorum multis argutiis, brevitate, efficaciâ, gravitate, adagiis & amphiboliis refertus; quoniam phraſibus & copia haud abundat. Non minus comtè tamen ruſtici & tenuiores ratiocinantur, quam urbani & nobiles. (d) *Hiſpani* perhibentur eſſe temperamenti melancholici; unde ad quietem & contemplationem videntur nati. Hinc etiam fit, ut eorum conſilia tarda, & exſecutiones lentæ, proceſſus graves, & molimina firma ſint. Rarò cum peregrinis contrahunt amicitiam, quam nec inter ſe impenſius colunt. Ambitioſiſſimi pariter ſunt & ſuſpicaciſſimi, facilè ſe contemni putant. Philautiæ vitio laborant; & ſuo abundant ſenſu. *Magnus eſt eorum in Principem & Remp. amor.* Hiſpani mares hebetiori ſunt viſu, colore terreo, & vultu triſti: fœminæ tamen magis formoſæ, gratioſæ, vivaces, agiles, quam mares; quia humoris abundantia melancholiam in illis minuit, & aduſtionem temperat. Habent Hiſpani laborum atque inediæ patientiſſima corpora. *In militia* ordinum ſunt obſervantiſſimi; certiſſimi fiſtulatores & ſclopetarii; haſtati haud facile loco moventur. Capillis nigris & præciſis ſuperbiunt. Servatas parſimonia opes & ad temperantiam inſtitutis corporibus ſæpe negatas, in veſtitu conſumere amant, & ſic ad oſtentationem proferre, immenſa ſui fiducia; ſed apud timidos & patientes majore. Nigrum & fuſcum in veſtitu amant colorem. Pallia geſtant oblonga, tàm plebejus & veteramentarius gladio accinctus prodit, quàm nobilis; nobilitatem videlicet è gente ſua ſibi imaginantur. *Boterus, Mariana, Barclaius in Icone.* Exquiſitum in Hiſpania habetur judicium ad compeſcendos ſceleratos, *Ferdinandi & Iſabellæ* tempore excogitatum, quod *Hermandad* vocatur. Fugitivi indagantur, & plerumque ex alienis Regnis ad ſupplicium callide retrahuntur. Ex iſto tempore judicium hoc ſingulari Regum cura in magnum reipubl. utilitatem conſervatur.

HEKELII.

[x] Anno CHR. M. D. XVII. magnifice exſtructam.

[y] Evocatis (& quidem *Andreæ Goveani, Luſitani* Theologi, operâ & ſtudio) è *Gallia* Doctoribus, *Nicolao Gruobio*, Philoſopho, *Georgio & Patricio Buchananis, Scotis*, ut colonia eſſe videatur *Lutetia & Burdigala.* Et hæc Academia non ſolùm loci naturâ eſt amœniſſima, ſed & omni literarum genere clariſſima.

(a) Conimbria. (b) Hiſpanorum religio. (c) Linguæ Hiſpan. (d) Hiſpanorum mores.

CAP. VII.

De Inſulis ad Hiſpaniam.

I.

Inſulæ Baleares.

INſularum Hiſpaniis adjacentium celebriores ſunt, *Baleares* duæ, item *Ebuſus & Gades.*

Baleares contra Tarraconenſia littora ſitæ, haud longe inter ſe diſtant, & a ſpatio ſuo cognominibus acceptis, *Majores, Minoreſque* plurali numero, vel etiam ſingulari *Major, Minorque* appellantur: funda olim bellicoſæ, unde & nomen traxiſſe putantur, quaſi ἀπὸ τῆς βάλλειν, id eſt, a jaculando: Græcis *Gymneſiæ* dictæ, ἀπὸ τῆς γυμνότητος, id eſt, a nuditate, quod incolæ aliquandiu [a] nudi vitam egiſſe dicantur: nunc vulgo *Majorca* [b] & *Minorca.* Piratica olim incolæ maxime vivebant: Carthaginenſibus iidem contra Romanos ſtipendiarii, donec Hiſpaniis debellatis, a Romanis ſubigerentur. Mauri poſtea ex Africa occuparunt, cum Hiſpanias diriperent, regnumque adjecta Ebuſo Inſula in iis condiderunt: quos tandem Jacobus Arragoniæ Rex ejecit; ut ſupra commemoravimus. α

II. *Ebuſus*

BUNONIS.

α (a) *Major* inſula occaſum ſpectat, ejus forma quadrata eſt, habens C millia paſſuum in longitudinem, CCC LXXX millia in circuitum. Olim duas habuit urbes, (b) *Palmam* ad Occaſum; (c) *Pollentiam* ſive *Potentiam* ad Ortum, hodie vicus eſt. Præcipua

(a) Majorca. (b) Palma. (c) Pollentia.

II. *Ebuſus* inter Majoricam & Hiſpaniam ſita eſt; frumentis tantum non fœcunda; ad alia largior, & omnium animalium, quæ nocent, adeo expers, ut nec ea quidem, quæ de agreſtibus mitia fiunt, aut generet, aut ſi invecta ſint, ſuſtineat; hodie vulgo *Yvica* β dicitur, ſalis copia maxime celebris. [c] 1 Ebuſus.

III. In capite Bæticæ, ubi extremus antiquis mortalibus noti Orbis erat terminus, Inſula *Gades* fretum contingit, quod inde Gaditanum perhibetur, a continente anguſto ſpatio, ac veluti flumine abſciſſa: quam Tyrii, a Rubro mari profecti, *Erythræum*, Pœni, lingua ſua, *Gadir*, id eſt, *Sepem* nominarunt. In hac Geryonem, cujus boves Hercules abduxit, habitaſſe fabulati ſunt. Tyrii condidere in ea ejuſdem nominis urbem quæ poſtmodum evaſit opulentiſſima: nunc etiam Emporium haud ignobile, vulgari vocabulo *Cadiz*, & corrupte [f] *Calis*, dictum. γ Gades.

CAP.

Præcipua ejus urbs nunc eſt *Majorica*, decem patens portis. *Minoris* inſulæ ambitus habet CL millia paſſuum: ſpectat Ortum. Hodie unam habet urbem (a) *Minoricam* [d] nomine. [e] Olim cibum puer à matre non accipiebat, niſi quem ipſa monſtrante percuſſiſſet. Aureos & argenteos nummos ad ſe importari) decreto vetuerant publico. Mulierum tanto amore tenebantur, ut ſingulas a prædonibus ternis quaterniſque viris redimerent. Mortuorum cadavera contuſa & in urnam conjecta lapidibus obruebant. Annis circiter xx poſt bellum Punicum tertium (b) *Metellus* has inſulas non ſine labore ſubegit: unde *Balearicus* dictus. Aliquando Balearici à cuniculis in tantum conjecti ſunt periculum, ut coacti ſint Romanorum opem implorare, *Strabo lib.* III. *Plinius lib.* III. 5. & VIII. 55.

β (c) *Ebuſus* e regione promontorii, quod in Sueronenſi ſinu *Ferrariam* vocant, ſita, ambitu ſuo C millia paſſuum complectitur. Opidum habet ejuſdem nominis. Huic vicina eſt inſula (d) *Colubraria* Latinis, Græcis *Ophiuſa*, hodie *Formentere* dicta; ambitu habens LXX millia paſſuum, ſerpentibus venenatiſſimis infeſta: Quum vicina *Ebuſus* ſeu *Yvica* præter cuniculos terram & ſegetem ſubvertentes omnis venenati animalis ſit expers, ejuſque terra & pulvis ſerpentes fugat quos Colubraria pariat. Utraque Ebuſus & Colubraria (e) *Pityuſæ* dicuntur, à pinuum illic naſcentium multitudine. *Plinius lib.* IV. 5. & XXXV. c. ult. *Diodorus* V.

γ (f) *Gades* inſula non procul ab oſtiis Bætis ſita eſt. Eam non multo longiorem centum ſtadiis; latitudine alicubi unius tantum ſtadii ſcribit Strabo. Urbs in Occidentali inſulæ parte fuit ejuſdem cum ipſa nominis. Sed (g) *Balbus Cornelius Gaditanus*, civitate Romana donatus, pro quo Ciceronis exſtat Oratio, aliam condidit, quam *novam* vocabant. Ex utraque coaluerat ea, quæ (h) *Didyma* vocabatur. Illa Plinio videtur eſſe (i) *Auguſta Julia Gaditana*. In Orientali inſulæ parte (k) *Fanum Herculis* ſtructum erat, qua parte inſula proxime ad continentem accedit; unius ſtadii freto disjuncta. Apud hoc templum (l) *C. Julius Cæſar* quæſtor in ulteriori Hiſpania, quum mandato prætoris jure dicundo conventus circumiret, Gadeſque veniſſet, animadverſa Alexandri M. imagine, ingemuit; & quaſi pertæſus ignaviam ſuam, quod nihil dum à ſe memorabile actum eſſet eâ ætate, quâ Alexander orbem terrarum ſubegiſſet, miſſionem continuò efflagitavit, ad captandas majorum rerum occaſiones in urbe. [g] *Solin. cap.* 26. *Strabo lib.* III. *Mela lib.* II. *cap.* 7. & *lib.* III. *cap.* 6. *Plinius lib.* IV. *cap.* 22. *Sueton. in Jul. Cæſ. cap.* 8. Haud longe à litore Portugalliæ abeſt *Barlenga* inſula, olim *Londobris* & *Erythræa* dicta, [h] ad quam piratæ Barbari excubant, navigiis Chriſtianorum inſidiaturi.

HEKELII.

[a] Æſtatis nempe tempore.
[b] Vel *Malorca*.
[c] Hoc enim non tantùm *Hiſpania*, verum etiam *Italia* ex parte ſibi providet.
[d] Vulgo *Menorcam*.
[e] Quæ *Mago* quondam erat appellata. *Ptolemæi* ætate etiam in eâ Urbs *Jana* fuit, quæ nunc vulgo *Citadella* dicitur.
[f] A Nautis.
[g] In *Inſulæ* vero Meditullio, duæ hodie ſuperſunt vetuſti ædificii *Turres*, *Torros de Hercoles* incolis dictæ.
[h] Quæ 50 Milliaria complectitur.

REISKII.

1 Strabo Lib. III. Geograph. tradit Phœnices pleraq; Hiſpaniæ loca Tarteſſo & Turditaniæ vicina tenuiſſe, condidiſſe Gadiram, Malacam, Auderam, Carthaginemque novam; quin Gymneſiis inſulis ab ſeſe occupatis Balearidum feciſſe nomen. (m) Baleares ergo lingua Punica בעלי הראה *Baalebarea* ad verbum ſignificant *magiſtros projectionis*, i. e. peritos fundæ, aut lapidum projiciendorum incolas: (n) Gadira Syriace גדירא *ſeptum* vel *ſepem* denotat, uti Plinius, Solinus, Heſychius explicarunt. (o) Ebuſus etiam ex voce Phœnicia יבושה *Jebuſo*, h. e. à ficcatis ficubus denominationem habuiſſe legitur, Bocharto, quem ſæpius citavimus, auctore. Inſulam Cadiz ſive Calis urbe ac portu cognomine inſtructam, tribus imperii ſui clavibus annumeraſſe, neque hanc minus quam duas reliquas Philippo filio Carolus V. commendaſſe fertur.

HEKE-

(a) Minorca. (b) Metellus Balearicus. (c) Ebuſus inſula. (d) Colubraria inſula. (e) Pityuſæ inſulæ. (f) Gades. (g) Cornelius Balbus. (h) Didyma. (i) Auguſta Julia Gaditana. (k) Fanum Herculis. (l) Julius Cæſar. (m) Balearides. (n) Gades. (o) Ebuſus.

CAP. VIII.
DE GALLIA.

I.

Galliæ terminí.

HIſpaniæ proxima eſt *Gallia*. [a] Hæc ab initio incluſa fuit ab Oriente Rheno amne, Alpium parte & Varo flumine; à Meridie Mari interno Pyrenæiſque jugis; ab Occidente Oceano Gallico; à Septemtrionibus Oceano Bri-

HEKELII.

[a] Hanc Regionem omnino amplam atque potentem, præter MARTINUM CEILERUM, Geographum egregium, deſcripſerunt FRANCISC. HOTTOMANNUS atque PAULUS MERULA, Viri longe doctiſſimi atque celeberrimi, ita tamen, ut *hujus* Liber ſub *FRANCO-GALLIÆ*, Francofurti ante centum annos, & quod excurrit, in f. 8. *illius* autem ſub *GALLIÆ nominibus* ac *Titulis* Amſtelod. A°. 1636. in f. 12. ſit impreſſus. Sed *FRANCIÆ Origines* deſcripſit JO. ISAACUS PONTANUS, quas Harderwici A°. ejuſd. Sec. 16. in 4 form. publicari juſſit. *Annales* autem atque *FRANCORUM Hiſtorias*, ab Ann. CHR. nempe 708, uſque ad An 900, quam ſtudioſiſſimè edi curavit PETRUS PITHOEUS, Francof. A°. 1594, in 8 f. Prodiit *FRANCIÆ Hiſtoriæ veteris atque ſinceræ Corpus* Hanoviæ A° 1613; in quibus ſane omnibus talia ſunt reperienda, quæ diligentis atque curioſi cujuslibet Lectoris animum poſſunt recreare. Leg. THYSII *memorabil. celebrior. vett. Rerumpp.* Cap. 10. p. 314 ſeqq. Extant *Effigies Regum FRANCORUM* omnium à PHARAMUNDO ad LUDOVICUM XIII. Francof. A°. 1622, in 4. f. impreſſæ. Majeſtas Regis moderni LUDOVICI XIV. ex ULRICI OBRECHTI, (a) Viri ingenioſiſſimi, mente hodiè tam latè ſit diffuſa, *ut nullis Terrarum Regionumque ſpatiis diſtineatur, quo minus Facinorum Operumque maximorum efficacia, emolumento, gloria præſentem ubique, ubique ſpirantem ſui ſiſtat imaginem.* Hujus Regis *Inauguratio* à *Carolo Hanoque* deſcripta eſt *Pariſiis* A° 1656, in 4. f. & quidem ſub *Nova FRANCIÆ Orientalis* Titulo, quem Libellum omnibus ac ſingulis è Studioſis *Politices* quotidiè commendandum cenſeo. Aliàs eſt notandum, quòd *Succeſſio GALLIARUM Regum* probè obſervetur. Quocirca quum, mortuo *Lotharío*, *GALLI Carolum Calvum* in Regem creâſſent, ADRIANUS, Pontifex *Romanus*, ad *Hincmarum*, Epiſcopum *Remenſem*, ſcribens, deſignatum Regem excommunicari juſſit, aliumque eligere permiſit. Ad quod triplex *GALLIÆ* Status reſpondit: *Nunquam tale quid a* Pontifice *Romano ad GALLIÆ* Epiſcopos *miſſum fuiſſe*: *REGES* enim GALLIÆ *NASCI, NON ELIGI SOLERE*, ſicuti ex FRIDERICI I *Imperatoris* Diplomate citat hoc *Hippolytus a Collibus* in ita dicto *Principe* Cap. II. p. 7. Edition. pr. Interea eſt certiſſimum, quod *GALLI* à *Fœminarum Imperio* omni abhorreant tempore. Hinc PHILIPPUS VALESIUS EDVARDO, *ANGLIÆ* Regi, qui Gener erat CAROLI PULCHRI, ſine prole maſculâ defuncti, in Succeſſione prælatus, hiſce Sacræ Scripturæ (*Matth.* cap. VI, 28.) ſe tuebatur verbis: *Conſiderate LILIA Agri, non laborant, neque nent.* Hoc dicto, lepidè atque feſtivè innuens, *LILIUM GALLICUM haud cadere in colum & fuſum.* Verum EDVARDUS nunquam credidit, quod talis Lex, quæ *Fœminas* in Regno *GALLIÆ ſuccedere* nullo modo pateretur, unquam ſit condita, ſed eam in fraudem Filiarum ab Agnatis commentam confictamque eſſe, FROSSARDUS Lib. I. *Hiſtor.* Cap. IV. teſtis eſt. Excluduntur itaque *Fœminæ* in *GALLIA*, ſi non Lege *Salica*, certè *antiquiſſima*, quæque *mores Gentium* imitatur *conſuetudine*. Ea conſuetudo in tribus Regum Familiis, *Merovingorum* videlicet, *Carolinorum* & *Capetiorum*, (tot enim *FRANCORUM Regum* Familiæ numerantur) obſervata fuit ordine & inviolabiliter. Vid. CHRISTIANI FUNCCII, Polyhiſtoris clariſſimi ac quondam Præceptoris mei fideliſſimi, Part II. *Breviarii Hiſtorico-Politici*, ſeu *Orbis Imperantis*, Cap. III. Erot. VII. p. 297 Edition. ſuprà p. 1. laudatæ. De *Origine trium LILIORUM*, *Inſignium* quippe *FANCIÆ Regum*, legenda JOANNIS CHRISTOPHORI RUMETSCHII, antiquioris Literaturæ Antiſtitis inſignis, Not. XXII. ad ita curioſe inſcriptum *Pacis Caduceum* ſuum p. 12. In *hæc Lilia* extant quoque duo Diſticha, quæ in *illuſtrium aliquot* Germanorum *Carminum Libro* de *immaniſſima ſummeque miſeranda CHRISTIANORUM Laniena*, à CAROLO IX. *GALLIÆ* Rege, *eoque erga ſuos Subditos*, repurgatæ Religioni *addictos, prob dolor! prorſus perfido, aliisque impiis atque crudeliſſimis GALLIÆ Tyrannis*, Lutetiæ Pariſiorum, Lugduni *item*, & *aliis ejuſd. Regni locis luculentiſſime ſceleratiſſimeque* A° 1572. d. 24. Auguſti *patrata, compoſito*, & Vilnæ *Anno ſeq. in* 4 *f. publicato*, Poëta quidam, qui initialibus ſaltem Nominis ſui his duabus literis M. S. ſe ſubſcripſit, huncce in modum lamentabilem finxit:

LILIA, *quæ tantam fecerunt horrida ſtragem,*
Nomine mutato ſint aconita mihi.
Aut Epulæ triſtes, aut exitiale napellus
Virus, & inferno nata cicuta cibo.

De *Perſecutione* adverſus *Hugonottas* in *GALLIA* hactenus ſuſceptâ, ego ob gravitatem materiæ certè nil audeo ſcribere, niſi quod ex *Muſtadini Sadi* Roſario Politico addam hanc Hiſtoriam, à GEORGIO GENTIO Cap VII. p. 216. ſequ. Latinis verbis ſic expreſſam: *Religioſus quidam virum præteriens divitem, Servum ſuum manibus pedibusque acriter ligatum*

(a) In Panegyrico jam laudato REGI ob natum ex Sereniſſimo DELPHINO Nepotem publico Univerſitatis Argentoratenſis nomine d. 22. Aug. A° ſup. Sec. 82. non ſine ſummo applauſu dicto.




ANGLIÆ PARS
MARE HIBERNICUM
OCEANUS
BRITANICUS
MARIS GERMANICI PARS
GERMANIÆ PARS INFERIOR
BELGICA PRIMA
GERMANIA SUPERIOR
LUGDUNENSIS
CELTICA
AQUITANICA
NARBONENSIS
ALSATIA
RAURACI
SABAUDIA
PIEDMONT
PROVINCIA
MARE MEDITERRANEI PARS
GALLIA ANTIQUA et NOVA
HISPANIÆ PARS
Oxford
London
Bristol
Plymouth
Exeter
Chester
Rochester
Dover
Calais
Boulogne
Antwerp
Middelburg
Schowen
Colonia Agrippina
Moguntiacum
Francfort
Argentoratum
Tubingen
Basel
Geneva
Lyon
Marseille
Toulon
Pisa
Genua
Milan
Turin
Pavia
Italia
Gallica
ITALIÆ
Bordeaux
Toulouse
Carcassone
Montes Pyrenæi
Pompeiopolis
Pampelona
Bearn
Bigorre
Auscii
Tolosa
Volcæ Tecto
Tectosages
Vasates
Tarbelli
Aquæ Sextiæ
Julia Augusta Avenionum
Arausio
Vienna
Valentia
Segusiani
Allobroges
Helvetii
Sequani
Leucii
Lotharingia
Metz
Treves
Cologne
Liege
Namur
Ghent
Bruges
Ypres
Arras
Amiens
Paris
Rouen
Orleans
Tours
Nantes
Poitiers
Rochelle
Limoges
Bourges
Auxerre
Dijon
Besançon
Basel
Zurich
Constance
Augsburg
Ulm
Nuremberg
Frankfort
Heidelberg
Spire
Worms
Mentz
Cologne
Aix
Marseille
Nice
Genoa
Milan
Turin
Pavia
Lombardy
Savoy
Piedmont
Switzerland
Germany
France
Spain
Mediterranean Sea
Atlantic Ocean
English Channel
North Sea

Britannico. At poſtquam Gallorum nonnulli Alpes tranſgreſſi Italiæ fere dimidium occuparunt, Galliæ nomen huc uſque extenſum fuit.

II. Omne autem hoc terrarum ſpatium bifariam fuit diviſum: Primo *in Galliam Ciſalpinam*, quæ & *Italica*, eademque *Citerior*; & *Tranſalpinam*, quæ *Ulterior*, Gallia hodiè propriè dicta. Rurſus hoc idem terrarum in *tria* populorum *genera*, *ab habitu* corporis cognominata, diſtributum fuit: In *Togatam*, quæ *Ciſalpina*; in *Braccatam*, quæ & *Narbonenſis*, Romanorum provincia; & *Comatam*, quæ reliqua eſt Galliarum pars. Sed de Ciſalpina poſt agemus, quum de Italia erit ſermo: nunc de Tranſalpina, illius matrice, primum dicendum. Diviſio Galliæ.

III. Pyrenæis igitur jugis ſuperatis, proxima aperitur terræ *Galliæ*, felix præpinguibus glebis & commoda proventibus fructuariis; conſita vitibus & oleis quibuſdam in locis; omni ad animantium uſum fœtu beatiſſima; rigua & fluminum & fontium aquis, & noxio genere animalium minime frequens; frumento adeo fertilis, ut melioribus Europæ terris conferri poſſit. [1] Cœli ſolique natura.

IV. *Nomen* ab initio proprium & peculiare, quod habuerit, haud facile diſpectu eſt. Tarquinio Priſco Romæ regnante vocabulum tandem *Galliæ* nacta eſt, ab incolis *Gallis*, ut poſtea oſtendetur. Nomen.

V. Longitudo ejus olim a Pyrenæi montis in Oceanum excurſu ad Rheni Vahaliſque divergia, apud Munimentum Schenckii, vulgo *Schencken-ſchans*, porrigebatur. Latitudo a Gobæo promontorio, vulgo nunc *le Four*, in Britanniæ extremo ad Varum uſque flumen. In hoc terrarum ſpatio Gallia ſita erat, duobus, Magnitudo.

tum, ferociſſime tractantem vidit, (hominis ferocia motus) infit: O Fili! Tibi ſimilem creaturam incomparabilis magnusque ille DEUS tibi mancipio dedit, teque illi Superiorem & Dominum fecit. Tu itaque divinæ Benevolentiæ grates reddito, tantamque ferociam & immanitatem in hominem ne exerceto, ne quondam in extremo Judicio iſte Servus te melior eſſe appareat, teque pudor ſubeat. Ut autem hæc Hiſtoria ab Ethnico quodam probè eſt conſignata: ſic unicuique Chriſtiano, qui manus ſuas cruentas in Chriſtianorum ſanguinem crudeliter ac injuſte, quâcunque cauſâ, atque ratione ductus, infert, apprimè eſt notanda. Et non eſt dubitandum, quin Martyrum vox vel è *Buſto*, vel de *Rota* ac *Patibulo*, imò ex *Quadriremibus* quoque, quibus ſunt damnati miſelli hi homunculi, minimè erit abſimilis iſti, quæ in *Nuptiis Pariſinis* quondam ſic ſonabat.

GALLIA *Mactatrix*, *Lanius* Rex, *dira Macellum*
LUTETIA. *O noſtri temporis opprobrium!*

Vero itaque longe eſt verius, quod GLADIUS *SAULI* CHRISTIANOS *interfecerit*, *ſed pium manſuetum ac placidum Os PAULI* CHRISTIANOS *fecerit*. Ex hâc Tragœdiâ quilibet è Prudentibus facillimè intelligere poteſt, *Jeſuitas* in hoc Regno iterum perverſo hocce tempore in magnâ atque potente exiſtimatione vivere, cùm tamen conſtet, eos ex eo olim prorſus relegatos fuiſſe. Extat enim *ingenua & vera* Anonymi cujuſdam *ad Regem* Chriſtianiſſimum *Oratio*, eaque *Lugduni* A°. 1602, in 4. f. edita, in quâ poſtulatur, *ut Jeſuitæ in Regno reſtituantur GALLIÆ*. De *Concordia Sacerdotii & Imperii*, ſeu de *Libertatibus Eccleſiæ GALLICANÆ*, cujus fundamentum *Collegium Sorbonicum*, A°. CHR. MCCLIII. fundatum, extant *ſingulares Diſſertationes* PETRI de MARIA, ipſis Pariſiis A°. 1641. in 4. f. excuſæ. Sed *Urbium GALLICARUM Conſuetudines* Francofurti A°. 1598. prodire juſſit DIONYSIUS GOTHOFREDI, Vir multæ lectionis atque limati judicii. Cæterum *GALLI* putant ſe eſſe reliquis pulchriores; cum tamen ſint pallidiores, minimeque rubeant, quemadmodum JULIUS MANCINUS, Libr. de *Decoratione*, eoque Venetiis apud *Juntas* A°. 1601, in fol. min. impr. Cap. VIII. fol. 15. fac. a. non prorſus inepte judicat.

REISKII.

1 (a) Limites Galliæ Hiſpaniæque pacto publico fixos dedimus ſupra: Nunc damus fluvium Bidallonem, cum eoque inſulam Faſianorum, quæ pacificationi Pyrenææ aut Faſianicæ locum & denominationem in regno Navarræo addidit: Navarra quippe qua Galliam tangit, regno adhuc Gallico paret. Nec enim *naturales* hujus regni limites in montibus Pyrenæis, quos vulgo ſtatuunt, Becmannus comprobat, ſed *civiles* tantummodo per bella pactaque publica definitos. Nomen Galliæ antiquiſſimum vix aliud quam (b) *Celtoſcythiæ aut Celticæ* admitteret, ſi quis è Strabone perceperit, *omnes gentes ſeptentrionales æque in Europâ atque in Aſia Scythas uno appellatos nomine lib. XI. Celtoſcythas etiam ſeptentrionalium nonnullos* Lib. I. puta Europæos in Hiſpania, Gallia, Britannia, Germaniaque. Hoc multis rationibus Bodino quidem oppoſitis egit Auctor noſter Lib. 1. Germ. antiq. c. 2. Idem etiam ſtabilivit Boxhornius in ſingulari Originum Gallicarum libro, quo natio & lingua Gallica ortum ad Scythicum revocatur. Ita vero Trojanæ Græcæque tum Æmilii tum Bodini origines parum, Bocharti Phœniciæ aliquantulum valebunt: Colonias tamen Pœnorum Græcorumque, imo literas horum in Gallia nemo negabit, quas tot hiſtorici confirmant.

BUNO-

(a) Limites Galliæ civiles. (b) Celtoſcythia.

† *Ibid. Latini postea simulque Græci universam Gentem tam in Asia, Pannonia, Italia atque Germania, quam in antiqua avitaque inter Rhænum, Pyrenæumque Gallorum, sive* Γαλατῶν *apellatione adfecerunt.*

duobus, ut dictum est, distincta nominibus. *Braccata* interno imminet mari; *Comata* ad Oceanum ac Germanos spectat. α

BUNONIS.

α *Galli* dicti videntur à Celtica voce *gallen*, (quam nunc dicimus *Wallen*; significatque iter facere) [b] quum exundans domi multitudo, patria relicta, exteras petere regiones cœpisset; parte eorum in Italiam, parte in Illyricum, atque inde in Græciam, & Asiam, parte in Germaniam delata. Tunc enim primum à re ipsâ invento vocabulo, dicti fuere, cum sibi ipsis, tum proximis Germanis Illyriisque, *tbi Gallen*, sive *Galler*, & alia dialecto *Waller*, quod voce æquipollenti vulgo dicimus *die Wanderer*, Latine peregrinatores: quod vocabulum mox Latini suo ori accommodantes, formavere *Galli*. Græci postea paulo longius à genuina voce deflectentes, dixere Γαλάται, quâ equidem appellatione perpetuo postmodum signati fuerunt ab ipsis Galli Asiatici; raro Κελτοὶ antiquo universæ gentis vocabulo nuncupati: *Cluverius Germ. Ant. lib.* I. *cap.* IX. †

HEKELII.

[b] Et derivatur juxta nonnullos ab ἀλᾶσθαι, quod vagari denotat.

CAP. IX.

*De Gallia Braccata, * quæ & Narbonensis Provincia.*

I,

* *A Romanis ita dicta, propter braccarum usum ipsis insolitum, Cellar. lib.* 2. *cap.* 2.

Galliæ Narbonensis limites.

Felicitas.

NArbonensis *Provincia*, sive *Gallia Narbonensis*, appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur; Braccata ante dicta; amne Varo Alpiumque jugis ab Italia discreta; ab Hispania Pyrenæo monte; a reliqua vero Gallia flumine Garumna, Gebenna Monte, ac Rhodano amne. Agrorum quondam cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum, nulli Provinciarum Romani Imperii postferenda; sed Italia verius quam provincia. Quin nunc etiam agrorum proventu, civitatum opulentia, ædificiorum nitore, reliqua Gallia lætior est. Continet hodie Linguadocum, Sabaudiam, Delfinatum, ac Provinciam, quæ veteris appellationis memoriam servat.

II. Populi in ea quondam clari: in Sabaudia, α Allobroges, quorum β † *Vienna*

† *Allobrogum Metropolis, opulenta studia Literarum coluit, ut ex Ausonio & Martiale liquet.*

REISKII.

1 (a) Gallia *Braccata*, nomen a braccis habuit, i. e. femoralibus, quas illi ῥάκας dicunt Diod. Lib. V. Bibl. Idem Agathias Lib. II. & Hesychius in Lexico confirmant. Bochartus ex vocabulo Punico ברך *Borec*, i. e. *genu* braccas infra genua, & ad crura usque demissas aut pendulas deduxit: alii è Græco ῥάκος nomine. Carol. Fresneus in Gloss. Getis Sarmatisque, sed Gallis maxime braccas in usu fuisse, ac postea vocem ævo medio mansisse annotat: Imo adhuc hodieque nostris Saxonibus brak & brook superest. (b) Narbonensis vero Gallia tota in provinciam redacta, Narbonemque colonia Julia, eaque antiquissima deducta legitur A. U. C. DCXXXVI biennio ante, quam bellum allobrogicum Q. Fabius, consul confecerat. Urbs hodieque Archiepiscopatu clara, sed Atacis & Garumnæ fluminis conjunctione clarior; unde naves minores quinque, quas Bareas nominant, transitum an. 1672 fecerunt. Arausionensis principatus orto bello Belgico an. 1673, ademptus Principi suo iterum per pacem Noviomagensem restituitur: Sed bello ultimo, quod ardet, Germanico moto rursum demitur negaturque an. 1688.

BUNONIS.

α (c) *Allobroges* sive *Allobryges* inter Isaram seu Hisaram fluvium, lacum Lemanum & Rhodanum contenti, rebus gestis clari; quorum legati à conjuratis Catilinæ in partes sollicitati.

β (d) *Vienna* Romanorum colonia dicta Senatoria, quod ibidem haberent quinque legiones præsidiarias. Ad Rhodanum sita est inter Lugdunum ad Boream 5 leucis, & Valentiam ad Austrum 14, à Gratianopoli 15 in Occasum. [a] Cæsar suo tempore ibi constituit *granaria & cellaria*. (e) *Archelaus* Herodis M. filius, à Judæorum & Samaritanorum primoribus crudelitatis apud Augustum accusatus, huc in exilium missus est. Hic quoque (f) *Arbogastius* sive *Arbogastes*, quum Valentinianum II. per fraudem laqueo necasset, a Theodosio M. superatus, sua manu mortem sibi conscivit, anno 392. Aliquanto infra Viennam (g) *Isara* fluvius, *Alpibus* ortus, Rhodano sese miscet. Ad quorum confluentem ad montem Cemenium (h) *tropæa* ex albo lapide & duo templa posuit *Q. Fabius Maximus Æmilianus*: quod iis in locis multa Gallorum millia concidisset: non magnis ipse copiis

(a) Gallia unde Braccata. (b) Narbonensis. (c) Allobroges. (d) Vienna. (e) Archelai exilium. (f) Arbogasti interitus. (g) Isara fl. (h) Trophæa Æmiliani.

να & *γ Geneva* †; *δ* Centrones, quorum *ε Axima*, nunc *Centron*, & *ζ Tarantaſia*, nunc *Monſtier en Tarantaiſe*. In Delfinatu; Segolauni ſive *Segovellauni*, quorum *η Valentia*; Vocontii, quorum *ϑ Dea*, nunc *Die*; Caturiges, * quorum *ι Caturigomagus*, vulgo *Chorges* (1). In Provincia, Cavares (2), quorum *κ Avenio*, nunc *Avignon*; *λ* Salyes, quorum *Aquæ Sextiæ*, nunc *Aix*. In Linguadoco *μ Gabali* nunc *Vellay*; *ν Ruteni*, nunc *Rodes*, *ξ Helvii*, nunc *Albigeois*; *ο Volcæ Tectoſages*, circa Toloſam; *Volcæ Arecomici*, quorum *Nemauſus*, nunc *Niſmes*. Horum populorum clariſſimi Allobroges. Urbium opulentiſſimæ olim *π Vaſio*, nunc *Vaiſon*, *Vienna*, *Avenio*, *Nemauſus*, *Toloſa*, *ϱ Arauſio*, nunc *Orange*; *Arelate*, nunc *Arles*; *σ Blitteræ*, nunc *Beziers*; ſed omnes præcedebat, unde nomen ac decus Provinciæ, Martius *Narbo*, vulgo nunc *Narbonne*. In littore autem portu clara *Maſſilia*, vulgo *Marſeille*, urbs antiquiſſima, à Græcis condita. Eædem etiam nunc totius Provinciæ clariſſimæ ſunt.

Genéva. Tarantaſia. Valentia. Dea. * *Ptolem.* κατόϱιγες Caturigomagus. Avenio. Aquæ Sextiæ. Gabali, Ptolem. Γαβάλοι. Ruteni. Helvii. Nemauſus. Vaſio. Toloſa. Arauſio. Arelate. Blitteræ. Narbo. Maſſilia.

† *Alias ſcribitur Genava & Gennava. Mirum uſque ad Itineraria & Theoſianam Tabulam, neminem fuiſſe Geographorum qui poſt Cæſarem opidi hujus habuerit rationem.*

‡ *In Itinerariis Darantaſia, nunc Monſtier ſeu Motier. Cellar.*

(1) *Olim Eburunum & Elorodunum Metropolis. Cellar.*

(2) *Seu Cavari.*

† *Cæſari etiam Elvi & Ilvi.*

* *Nunc Viviers, olim Alba Auguſta. Cellar.*

CAP.

copiis inſtructus. *Strabo* l. IV.

γ Geneva infra c. XVI. ſ. 1. memoratur.

δ (a) *Centrones* [*b*] fuerunt in Alpibus Grajis, quæ *Ideonni* fuiſſe regnum Cluverius Ital. Ant. l. 1. c. 12. oſtendit.

ε (b) *Axima* ſeu *Axuna* Tab. Theodoſ. in Taurinorum finibus apud Alpium radices a Taurino 25, a Seguſio 8 mill. paſſ. in Boream ſita, nunc corrupte *Eſma* ſeu *Aime* vicus.

ζ (c) *Tarantaſia* ‡ eſt inter Genevam 10, & Maurianam 12 leuc. in Auſtrum, a Civarone ſeu Camberino 10 in Boream, antea *Forum Claudii*, Centronum Metropolis fuit in Grajis.

η (d) *Valentia* Romanorum colonia paulo infra confluentes Iſaræ Rhodanique ſita. Cellar. in Notitia. Civitas Valentinorum vocatur: ab ea 14 leucis abeſt Vienna in Meridiem, Avenio 23. [*c*]

ϑ (e) *Dea auguſta* dicta eſt inter Vapingum 12, & Valentiam ad Occaſum 10 leucis.

ι (f) *Caturigomagus* inter Vapincum 12, & Eborodunum 16 mill. paſſuum. *Caturigum* quoque Eborodunum, nunc *Embrun*.

κ Avenio & *Aquæ Sextiæ* infra, Cap. 15 memorantur.

λ (g) *Salyes*, *Sallyes* ſive *Sallyi* dicti, ad ipſum mare fuerunt, non procul oſtiis Rhodani. Hi Maſſilienſibus vicinis olim graves erant, eoque Romanorum arma primi trans Alpes ſenſere. *Aquæ Sextiæ*, à Proconſule Sextio Victore Salyorum huc deducta colonia, conditæ, ſicque dictæ propter aquas calidas.

μ (h) *Gabali* finitimi fuerunt Rutenis; eorumque caput *Anderidum*, nunc *Mandeen Geuaudan*. In Velaunis erat *Rovefio*, poſt *Anicium* & *Podium*: nunc *le Puy en Vellay*.

ν (i) *Ruteni*, ad montem Cemenium inter Velaunos ad Ortum & Helvios ad Occaſum. *Rhodes* Gregorio Turonenſi eſt *Rutana*, nobiles fuiſſe argentifodinas, teſtatur Strabo.

ξ (k) *Helvii* † ſeu *Alba Helviorum* inter Toloſam 14, & Rutenos 12 leucis *.

ο Volcarum Tectoſagum caput olim exſtitit *Toloſa*, nunc *Toloſe*, Palladia olim dicta; *vid. inf. cap.* XV. *ſ.* 4. Iſtorum quoque fuere *Narbo*, *Blitteræ Septimanorum*, *Salſulæ* cum fontibus & ſtagno, nunc *Salſes*, *Ruſcino* in ora Sardoum colonia, hodie *la Tour de Rouſſillon*; & *Illiberis* Melæ vicus, urbis & magnarum opum tenue veſtigium, poſtea Helena, nunc *Elne*, ad Illiberin fl.

π (l) *Vaſio* ſeu *Forum Vocontiorum* in edito loco ſita urbs; unde *Aeria* cognominata eſt. *Avenio* & *Nemauſus* inf. cap. XV. ſ. IV. deſcribuntur. Avenione abeſt 10 leucis, Arauſione 6, à Carpentoracte ſupra 4.

ϱ (m) *Arauſio* Secundanorum colonia Avenione diſtat 4 leucis, Carpentoracti propior. A Gallico regno immunis ſuo paret principi. Habet Academiam. Ipſa regio Venuſino comitatu cingitur. Anno ſuper. Seculi LX, Galliæ Rex Arauſionem urbem Principi ſuo ademit; ſed anno LXV eandem Domino ſuo reſtituit.

σ (n) *Blitteræ*, ſeu *Bliteræ* & *Blitera*, Septumanorum colonia, olim frequens. Haud longe eſt a Monte Peſſulano. Reliquæ urbes infra deſcribuntur.

HEKELII.

[*a*] Hanc *Burgundici Cancellarii* ſedem olim fuiſſe ferunt. Claret *Archiepiſcopatu nobiliſſimo*. Ideoque in ſpiritualibus primaria eſt Civitas.

[*b*] Pro quibus in plurimis excuſis *Plinii* Exemplaribus legitur falſò *Acitauones*.

[*c*] Vulgò dicitur *Valence*. Epiſcopatu & Academia clara eſt. Templa omnia alioqui magnifica, bellis civilibus diruta fuêre ſuperiore tempore; ſed magnâ ex parte ad huc reparata ſunt.

(a) Centrones. (b) Axima. (c) Tarantaſia. (d) Valentia. (e) Dea. (f) Caturigomagus. (g) Salyes. (h) Gabali. (i) Ruteni. (k) Helvii. (l) Vaſio. (m) Arauſio. (n) Blitteræ.

CAP. X.

De Gallia Comata; ac prima ejus parte Aquitania.

I.

Belgica. Celtica.

GAllia *Comata* in tres partes divisa fuit; *Aquitaniam, Celticam* ac *Belgicam*: sed his alios alii posuerunt terminos. Cæsar *Belgicam* fecit inter Rhenum, Oceanum & Sequanam, Matronamque amnes: *Celticam*, quam eandem *proprie Galliam*, & incolas ejus *Gallos* appellat ubique *Belli Gallici Commentar. primo*, inter Matronam Sequanamque, Oceanum & Garumnam flumen, Gebennam montem, Rhodanum ac Rhenum flumina; *Aquitaniam* inter Garumnam, Oceanum & Pyrenæos montes.

Aquitania.

Belgica. Celtica, seu Lugdunensis Aquitania.

II. Posteà vero Augustus aliter distinxit; *Belgicam* statuens inter Rhenum, Rhodanum, Ararem, Matronam, Sequanamque amneis & Oceanum; *Celticam*, quam & *Lugdunensem* appellavit à capite *Lugduno*, inter Matronam, Sequanam & Ligerim amneis, & Oceanum; *Aquitaniam*, inter Ligerim, Gebennam & Pyrenæos Montes, & Oceanum. [1]

Vascones. Ausci. Vasates. Begerri. Tarbelli. Aquæ Tarbellæ. Elusaberris.

III. α *Aquitania* vetus sive *Cæsariana*, *Aremorica* ante dicta, nunc β *Vasconia*, vulgo *Guascogne*, vocatur. *Vascones* quondam ex Hispania ab altero Pyrenæi latere huc transgressos, haud dubium est. Populi heic olim clari; *Ausci*, nunc regio *Armignac*; *Vasates*, nunc regio *Albret*, opidum γ *Bazas*, δ *Bigerriones*; nunc *Bigorre*: ε *Tarbelli*, quorum opidum, ζ *Aquæ Tarvellæ*, nunc *Acqs*. Horum clarissimi fuere η *Auscii*, & caput eorum ϑ *Elusaberris*, nunc *Aux*, totius veteris Aquitaniæ opulentissima.

IV. In

† *In Notitiis Veteribus, provincia Aquitanica, hodie ex parte Guienne quod ex Aquitaine corruptum videtur. Cellar.*

* *Olim Vasatium Civitas & Vasatica. Cellar.*

‡ *Pelliti ob Cœli Asperitatem, ab habitu seu veste dicuntur. Cellar. Est ibi ad Aturum Amnem opidum Bagneres Aquis salubribus Nobilitatum, forsan eadem quæ Straboni Onesiæ Thermæ. Cellar.*

* *Olim etiam Tarbella Civitas & Aquensis.*

BUNONIS.

α (a) *Aquitania* † ab *Aquis* videtur dicta, quibus fere tota rigatur: vel, ut Plinius lib. 4. c. 19. tradit, ab *Aquitanis populis*. Olim *Aremorica* appellata; quia maxima pars populorum ejus Oceanum accolebat, ut Strabo & Plinius referunt. *Bretanniam* tamen seu *Britagne* alii faciunt *Aremoricam. ap. Eginard. & Jornand. Lib. III. de Felice Episc. Ab iisdem* Metallorum perhibetur feracissima. Incolas ejus Hispanis, quam Gallis, facit similiores idem Strabo, illosque lingua & sermone à Celtis Belgisque distinguit. Ante adventum Cæsaris bis fuerant à Romanis tentati Aquitani, per C. Valerium & Luc. Manlium; sed bis turpiter rejecti. Sontiatibus vero Cæsaris tempore devictis reliqui facile domiti sunt.

β (b) *Vasconia*, etiam *Novempopulana* appellata, terminos habet montes Pyrenæos, Garumnam fl. & mare Aquitanicum. Ejus præcipuæ urbes sunt *Burdegala*, & *Tolosa*, de quibus infra cap. xv.

γ (c) *Bazas* * est inter Burdigalam 10, & Auscos 18 leuc.

δ (d) *Bigerriones* & Bigeritani ‡ ad montes Pyrenæos in confinio Hispaniæ. *Bigorre* hodie Comitatus est. *Bigerra* seu *Begorra* urbs est, cujus in concilio Mantisconensi fit mentio.

ε (e) *Tarbelli* ad radices montis Pyrenæi.

ζ Et *Aquæ Augustæ* dictæ, & *Aquæ Tarbellicæ*, ad Aturum fl. à Bajona abest 7 leuc. Auscos versus, à Burdigala 26 in Austrum. Tabulæ Itinerariæ Aquas has collocant, ubi nunc est *Bajone*; Robertus Cænalis contendit esse *Tarbe*: at Scaliger & Cluverius *Acqs* esse volunt. *

η (f) *Aux* olim *Ausci* Civitas, & *Augusta Ausciorum*, posteà *Auxitana*, abest à Tolosa 11 leuc. in Occasum Bajonam versus, & ab Agenno 8 in Austrum. Ejus Archiepiscopus *Scaligero* ditior est.

ϑ *Elusaberris*, *Elusa* & *Elusatium* urbs alia habetur ab Augusta Auscorum, *Eusa*, *Euse* & *Elsa*. †

REISKII.

1 (g) Gallia *Comata* nomen à coma, quam Galli aluerunt quamque lixivio aut sapone rutilarunt, habuit Plin. lib. XXXVIII. c. 12. *Omnis Gallia divisa est in tres partes, quarum unam incolunt Belgæ, alteram Aquitani, tertiam qui Celtæ ipsorum lingua, nostra* Galli *appellantur*. Ita Cæsar Comment. I. denominationem Galliæ cunctæ aut generalem aut specialem Celticæ imponit, & ab lingua sua Romana vernacula deducit: Ea tamen rectius ad Gallicam linguam à Cluverio heic revocatur. De Vasconia notamus, huc pertinere Aquitanicam, non Hispanicam, partem Cantabriæ veteris, è qua Vascones victi alio discesserunt. Albritana regio Ducatum continuit, cujus Ducem ultimum & regem Navarræ legitimum exuit

(a) Aquitania. (b) Vasconiæ limites. (c) Bazas. (d) Bigerra urbs Tarbelli. (e) Aquæ Tarbellicæ. Tarbe. (f) Aux. (g) Gallia unde Comata.

† *Elusates sive Elusani, quorum opidum Elusa. Cæsari & Plinio, Ausciorum erant Finitimi.*

IV. In reliqua Aquitania Auguſti populi quondam, qui hodiernis provinciarum nominibus originem dedere, ι *Cadurci*, * nunc *Quercy*; quorum opidum *Devona*, nunc κ *Cahors*, vulgo *Berry*: λ *Petricorii*, nunc *Perigort*; quorum *Veſonna*, nunc *Perigueux* μ: *Arverni*, ſive *Alverni* † nunc *Auvergne*; quorum *Auguſta Nemetum*, nunc *S. Flour*: ν *Lemovices*, nunc *Limoſin*, quorum *Auguſtoritum*, nunc ξ *Limoges*: ο *Bituriges*, nunc *Berrii*, quorum π *Avaricum*, nunc *Bourges*: *Pictones* & *Pictavi*, nunc *Poictou*; quorum ρ *Limonum*, nunc *Poictiers*: σ *Santones*, nunc *Sainctonge*: quorum Mediolanum, nunc *Sainctes*.

Cadurci. Devona. Petricorii. Veſonna. Arverni. Auguſta Nemetum. Limovices. Auguſtoritum. Bituriges. Avaricum. Pictones. Limonum. Santones. Mediolanum.

* *Horum pars Eleutheri i. e. Liberi a Cæſare vocantur, quorum Metrop. Albiga, nunc Alby, olim Civitas Albigenſium. Cellar.*

† *Quibus avitam Libertatem, Romani etiam victis ſervarunt, & eorum patres dicebantur propter præſtantiam virtutis, & quod genus æque a Trojanis derivarent. Cellar.*

* *Clara Civitas Auguſto cognomine digna. Cellar.*

exuit regno Ferdinandus Catholicus An. 1512. Unde controverſia cum regibus Galliæ perpetua extitit. De reliquis terris tacere præſtat, quam pauca dicere.

BUNONIS.

ι (a) *Cadurci*, *Cadorici* & *Catorici* dicuntur.

κ (b) *Cahors* eſt inter Tarnem & Duranium fl. ad flumen *Lotb*, à Toloſa 16 leuc. in Boream, Lemovicos verſus duplo diſtantes. Habet Academiam.

λ (c) Et *Petrogori* & *Petragorici* dicti, à Toloſanis Tarne fl. diſcreti, nunc Epiſcopatus.

μ *Perigueux* Aimoino & aliis (d) *Petrogoricum* & *Petrogorica* dicitur, inter Burdegalam 20, & Lemovicos 12 leuc. quot ferme ab Engoliſma. Incolas hujus * urbis *Petrocorios* dictos inſcriptio ibidem reperta teſtatur: Ferrum hic habetur notæ optimæ. Regio ipſa gignit magnam glandium & caſtanearum copiam, unde multi quoque ibidem ſunt porci.

ν (e) *Lemovices* & *Lemovici* quoque dicti.

ξ (f) *Limoges* urbs eſt inter Pictavos ad Septemtrionem 20, & Cadurcos ad Meridiem ad 30 leuc. ab Arvernis 25 in Occaſum, Engoliſmum verſus 15. Cæſari & Hirtio (g) *Lemovicum* appellatur. [a] *Auguſtoritum* tamen quibuſdam videtur eſſe *Angouleſme*: alii *Auguſtoritum* faciunt caput Ageſinatum, quod putat *l'Angoumois*.

ο (h) *Bituriges* & *Biturici* nominantur. In Biturigibus nobiles ſunt fodinæ ferri. [b] Sunt autem *Bituriges* alii *Cubi*, quorum Metropolis eſt *Bourges*, & alii *Bituriges Vibiſci*, quorum caput Burdegala.

π (i) *Avaricum* olim erat opidum maximum & munitiſſimum, in finibus Biturigum atque agri fertiliſſima regione, quod & ipſum Cæſar magno militum labore tandem expugnavit, hoſtesque graviter ultus eſt. *Bourges* etiam infra cap xv. ſ. 2. memoratur.

ρ (k) *Limonum* alii perperam exiſtimant eſſe pagum inter Lemovicos & Pictones, nunc *Limon* dictum. At *Poictiers* infra cap. xv. ſ. 3. deſcribitur.

σ (l) *Santones*, etiam leguntur *Santoni*. *Mediolanium Santonum*, unde *Xaintes*, ſeu *Sainctes* dictum. A Plinio Santones liberi vocantur. Straboni ad Garumnam extenduntur, verſus Septemtrionem Pictonibus ſunt juncti.

HEKELII.

[a] Turres præaltas & acuminatas eminùs venientibus oſtentat. Muris foſſisque non improbe munita. Ædificia habet exceſſa, ſed lignea, nec tamen inelegantia, cujuſmodi ferè hinc indè in *Saxonia inferiore* videas, *Cæſaris* ævò una ex magnis & potentibus fuit, quem vid. Lib. VII. & VIII.

[b] Abundat etiam, præter *Frumenti*, Vinique copiam, *Paſcuis*, *Pratis*, indeque *Gregibus* & *Veleribus*. Unde & VERVECEM Metropolis in Inſignibus geſtat.

(a) Cadurci. (b) Cahors. (c) Petricorii. (d) Petrogoricum. (e) Lemovices. (f) Limoges. (g) Lemovicum. (h) Bituriges. (i) Avaricum. (k) Limonum. (l) Santones.

CAP. XI.

De Galliâ Celticâ ſeu Lugdunenſi. 1

I.

IN Celtica quondam populi, quorum hodieque ex parte nomina exſtant, clari fuere: α *Oſiſmii*, nunc ultimus Britanniæ in mare excurſus, quorum opidum β *Vorganium*, vulgo nunc *Guinguand*: *Veneti*, quorum *Vindana*, nunc *Vannes*:

Oſiſmii. Vorganium. Veneti. Vindana.

† *Utrum Lantriguet & St. Pol de Leon, Valeſio incertum eſt. In hoc tractu Britvates Ptolemæi Collocari dices, hodie Breſt.*

BUNONIS.

α (a) *Oſismiorum* tractus ad Oram Britanniæ adhuc *Oſismer* dicitur.

β (b) *Vorganium* aliis putatur eſſe *Treconium*, vulgo *Triguier* ⅄, ad Britanniæ oram maritimam, inter Briocum ad Ortum 6 leuc. & Leonam ad Occaſum 7, à Rhedonibus 26 in Boream. Indigenæ tamen antiqui Vorganii rudera oſtendunt in loco, quem lingua ſua vocant *Coſqueoudet*.

REISKII.

1 (c) *Celtica* quin à Celtis ſpecialius ita dictis appellationem ſumſerit, nemo dubitat: Cæſar quoque ac Paulanias illam ab ſermone Celtico derivant. Bodinus igitur aberrat, qui ἀπὸ τῶν κελήτων, i. e. deſul-

(a) Oſiſmii. (b) Vorganium. (c) Celtica unde Lugdun.

Nannetes. Condivincum. Curiosolites Redones. Condate. Andegavi. Juliomagus. Turones. Cæsarodunum. Aulerci Diablintæ. Noviodunum. Aulerci Cenomani. Vidunum. Unelli. Crociatonnum. Carnutes. Autricum. Gennabum. Lexobii. Noviomagus. Aulerci Eburovices. Mediolanum. Parisii Lutetia. Senones. Agendicum. Tricassii. Augustobona. Ædui. Augustodunum. Vadicasses. Noviomagus. Segusiani. Forum segusianorum. Lugdunum.

Vannes : γ *Nannetes*, quorum *Condivincum*, δ *Nantes* : ε *Curiosolites*, Britannia inferior : *Redones* Britannia superior, quorum opidum *Condate*, nunc *Redon* : *Andegavi*, qui & *Andecavi*, & *Andes*, nunc *Anjou*, quorum opidum ζ *Juliomagus*, nunc *Angiers* : *Turones* nunc *Tourraine*, quorum η *Cæsarodunum*, nunc *Tours* : *Aulerci Diablintæ*, quorum opidum *Noviodunum*, nunc *Maine* : *Aulerci Cenomani*, quorum opidum *Vidunum*, nunc *Mans* : *Unelli*, quorum *Crociatonnum*, nunc *Quarentain* : ϑ *Carnutes*, quorum ι *Autricum*, nunc *Chartres* : & κ *Gennabum*, nunc *Orleans* ; ipsa regio *la Beausse* : λ *Lexobii*, quorum *Noviomagus*, nunc *Lisieux*, in Normandia : μ *Aulerci Eburovices*, quorum *Mediolanum*, nunc *Evreux*, in Normandia. ν *Parisii*, quorum *Lutetia*, nunc *Paris* : ξ *Senones*, quorum ο *Agendicum*, nunc *Sens*, in Campania : π *Tricassii*, quorum ρ *Augustobona*, nunc *Troyes*, in Campania. σ *Ædui*, sive *Hedui*, quorum τ *Augustodunum*, nunc *Autstun*, in Burgundiæ Ducatu : υ *Vadicasses*, quorum *Noviomagus*, nunc *Nuys* in dicto Ducatu : φ *Segusiani*, nunc *Forest*, quorum opidum χ *Forum Segusianorum*, nunc *Fours* ; & item in ipsorum agro *Lugdunum*, nunc *Lyon*. At horum omnium clarissimi *Hedui*, urbs eorum totius Celticæ opulentissima *Augustodunum*, ↓ *Lugdunum* nomen Provinciæ dedit.

CAP.

desultoriis equis, Græcisque originibus arcessit Method. Histor. c. 9. *Lugdunensis* ab Lugduno dicitur, inclyta urbe, per Munatium Plancum sub Augusto condita, ubi adhuc emporium opulentissimum, Archiepiscopatus & Academia vigent : Ut de urbis hujus præstantia inter Romanos veteres non dicam. Vid. notit. Imper. cum notis Pancir.

BUNONIS.

γ *Nannetes* etiam *Namnetæ* dicuntur.

δ *Nantes* infra cap. xv. s. 1. describitur.

ε (a) *Curiosolites* fuere inter Armoricas civitates, & Venetos ad Austrum ; & Gobæum promontorium ad Boream. Plinius appellat Carios. Velites, hodie vulgo *Kimper Corantin*.

ζ *Juliomagus* vid. infra cap. xv. s. 2.

η *Cæsarodunum* infra cap xv. s. 2. recensetur.

ϑ (b) *Carnutes*, *Carnuti*, *Carnutæ* & *Carnotæ* leguntur.

ι *Autricum* & *Aurelianum* iterum memorantur cap. xv.

κ *Gennabum*, *Genabum* & *Genabus* aliis [a] habetur opidum *Gyen* [b], in finibus Aurelianensium ad Ligerim, Lucanus lib. 1.

Inclyta Cæsareis Genabus dissolvitur alis.

λ *Lexobii*, aliis dicuntur (c) *Lexovii* & *Lexubii*.

μ (d) *Aulerci*, hi fuere ad Sequanæ ripas.

ν De *Parisiis* vid. cap. 15. s. 1.

ξ Apud (e) *Senonas Decentius*, quum Magnentium fratrem Lugduni à Constantino Imperatore superatum, se gladio parieti innixo confodisse accepisset, & ipse laqueo vitam finivit.

ο (f) *Agendicum* Marliano & aliis perperam habetur superioris Campaniæ opidum, hodiè *Provins*, aliis *Milly*.

π Aliis (g) *Tricases*, & *Tricasses* & *Tricassini*.

ρ (h) *Augustobona*, vulgo *Troyes* variè nominantur, *Augustomana*, *Trecæ*, *Urbs Trecassium*, *Augusta Trecarum*.

σ (i) *Æduorum* nomen illustre est apud Cæsarem. Cicero eos Romanorum vocat fratres. Primi enim ex Gallis Romanorum societatem & amicitiam sunt complexi [c].

τ *Augustodunum* infra cap. xv. s. 3. describitur.

υ Aliis [d] (k) *Vadicassii*.

φ Et *Secusiani* ; *Sebusiani* etiam apud Cæsarem leguntur, qui ab aliis à (l) *Segusianis* diversi putantur ; sed iidem videntur, ac vox altera corrupta.

χ (m) *Forum Segusianorum* à Lugduno abest 8. leuc. in Occasum, Avernos versus.

↓ De *Lugduno* & *Augustodumo* memorabilia leguntur cap. xv. s. 4.

HEKELII.

[a] *Paradino* & *Vigenereo* inprimis.
[b] Seu *Gian*.
[c] Ideoque *Plinius Fœderatos* cognominat.
[d] *Ptolemæo* præsertim, ἀαδικασσιοι.

BUNO-

(a) Curiosolites. (b) Carnutes. (c) Lexobii. (d) Aulerci. (e) Senones. (f) Agendicum. (g) Tricassii. (h) Augustobona. (i) Ædui. (k) Vadicasses. (l) Segusiani. (m) Forum Segusianorum.


GERMANIE
CISRHENANÆ
ut inter I. Cæsaris
et
Trajani fuit Imperia
SCALDIS item
MOSÆ ac RHENI
Ostiorum Antiqua
Descriptia
OCEANUS
SEPTENTRI-
ONALIS
qui et
GERMA-
NICUS
BRITAN
OCEANUS
BRITAN-
NICUS
CANTIUM
NIÆ
Pars
MORINI
MENAPII
ADUATICI
TUNGRI
EBURON
SUNICI
UBII
CHAUCI
CHA
MAVI
CASSUARII
TEN
TEN
BRU
CTE
RI
FRISII
MAR
SATII
MARSACI
FLETIO
et
FLEVUS
Lacus
Fecela
Luppia
Caesia Silva
Vetera
Colonia Agrippinensis
Segodunum
IUHONES
MAT
UBII
TIACI
VANGIONES
NEME
TES
MEDIO
MATRICI
VERI
LEUCI
TRI
BOCCII
ALE-
MANNI
Argentaria
Altaripa
Noviomagus
Vicus
Julius
Tabernæ ad
Rhenum
Concordia
Breucontagus
Arialbinnum
Mons
Briviacus
Vasium
Tullium
Decempagi
Divodurum
Totonis villa
Carponna
Sarrunsa
Augusta
Orolaunum
Durocortorum
Durocasu
Autricum
Meliodunum
Lutetia
Campi
Catalaunici
RHEMI
LIN
GO
NES
Augustobona
Litanobriga
Mediolanum
Noviomagus
Rotomagus
Rodum
Caesaromagus
Bratuspantium
Nemetocenna
Noviodunum
SUESSIONES
Augusta Suessorum
Briseva
Isura
AULERCI
EBUROVICES
LEXOVII
CARNUTES
PRISII
CALETII
VELIOCASSI
BELLOVACI
BELGIUM
Cujus Incolæ
Veromanduera
Samarobriga
ATREBATES
Iuliabona
Camaracum
Durocortorum
Bagacum
Fanum Martis
Vodgeriana
Atuatuca
Aduatuca
Geminiacum
Pons Scaldis
Origiacum
Gordini
Vernacum
Turnacum
Levaci
Pervicacum
Menapiorum
Castellum
Blariacum
Juliacum
Trajectus
Marsacorum
Marcomagi
Belgica
Colonia
Ulpia
Noviomagus
Durnomagus
Durocortorum
Tiberiacum
Arduenna
Silva
Caræsi Segni
Teudurum
Corriovallium
Belgica
Araposica
Segodunum
Sego fl.
Rigomagus
Intunacum
Antennacum
Ambiativiscum
Bodobrica
Vesalia
Quintovicus
Bingium
Magunticum
Bonconina
Bernittonum
Borbetomagus
Nava fl.
Rigomagus
Vicus
Julius
Tabernæ ad
Rhenum
Saletio
Salisso
Concordia
Breucontagus
Arialbinnum
Mons
Briviacus
Marcomanni
Vangiones
Altaripa
Noviomagus
Vicus
Julius
Nemetes

Fluviorum in Gallia
stiorum Tabula.



AN EXACT MAP
of the Principal
RIVERS
IN FRANCE

I. Senex Delin.t & Sculp.t

CAP. XII.

De Gallia Belgica 1 : *item Fluminibus universæ Galliæ Transalpinæ.*

I.

Belgicæ Limites.

BElgica illa Vetus, quæ tertia pars Galliæ Comatæ, vetustissimis scriptoribus clauditur Rheno Rhodanoque amnibus, lacu Lemano, Matronâ ac Sequanâ fluminibus, Oceanoque Britannico. At Plinius atque Tacitus ab Helvetiis ad Oceanum, omnem interiorem ripam Rheni à Germaniæ populis incoli tradunt. Hodiè sanè idem fit : at aliquanto latiùs quam olim. Itaque Plinius initium Belgicæ à Scaldi flumine facit † α.

Menapii.

II. Inter Mosam & Flandriam ad Oceanum fuere β *Taxandri* ; nunc est Zelandia ac Brabantiæ inferior pars. Inde γ *Menapii* reliqua Brabantiæ pars, & item Geldriæ ad Rhenum usque : quorum opidum *Castellum Menapiorum*, in Mosæ ripa, nunc *Kessel*.

Morini.

δ *Morini*, pars Flandriæ inter Oceanum & Legiam amnem ; opidum ε *Teruanna*, nunc *Terwane* ; & ζ *Portus Gessoriacus*, qui anteà *Itius*, & post modum *Bononia*, nunc *Boulogne* :

Ambiani.

η *Ambiani*, quorum opidum *Sama-*

† *Ut Augustus Cæsar notam Partitionem provinciarum ubique fere instituit, ita etiam ut æqualitas provinciarum esset, Sequanos Helvetiosq; qui Celticæ adhuc contributi fuerant ad Belgicam transcripsit, secundum Plinium & Ptolemæum. Vide plura in Collatio, & Cluverio de Germania antiqua.*

* *Primorum Franciæ Regum Sedes, de fundatore parum constat. De la Forest. Geog. Historique.*

BUNONIS.

α Ab austro quoque Belgicæ limites sunt Sequanorum, Leucorum, Lingonumque fines ; Regiones nunc omni illo terrarum tractu comprehenduntur à Sequanis, Rhenoque amne Elsatia inferior, Lotharingia, Austrasia, Trevericus Episcopatus, Lucelburgiensis, Limburgiensisque Ducatus, Leodicensis Episcopatus, Colonienſisque Episcopatus pars altera, Juliacensis ducatus, Geldriæque ducatus dimidia pars. Ab Oceano, Hollandiæ pars aultrina, Selandia, Brabantia, Flandria, Bononiensis comitatus, Normanniæ pars tertia. A Sequana Franciæ, quæ vulgò *Iste de France*, major pars, atque Campaniæ ferè dimidium. Intus Picardia, Veromanduus, Artesia, Hanonia, Namurcensis comitatus, ducatusque Bullonienſis. Erant olim Belgæ, ipso Cæsare teste, omnium Gallorum fortissimi, libertatis supra modum amantes. De eorum moribus Idem Cæsar & Strabo legantur.

β (a) *Taxandri* & *Toxandri* dicti sunt Plinio populi, qui nunc Selandi, inque insulis Hollandi australes ; & *Taxandria* regio Marcellino, quæ nunc Selandia, cum dictis insulis Hollandiæ. [a] Castra Romanorum in his Toxandrorum insulis, post Cæsaris ævum, fuisse videntur.

γ (b) *Menapii* ab Eburonibus submoventur lineâ à confluente Getæ, per Roræ confluentem ad Rheni opidum usque *Diest*. Hinc vero Demera & Rupella amnibus, ad confluentem usque Scaldis, ab Atuaticis separabantur, qui circa *Læven*, *Brussel*, *Nivelle* & *Gembloux* opida incoluerunt. Hodiè in læva Mosæ ripa est exiguum opidum cum arce, vulgo *Resset* dictum, quod antiquum esse Menapiorum Castellum nomen simul ac situs in ripa indicant.

δ (c) *Morini* ab ortu attigerunt Menapios ; ad meridiem eosdem cum Atrebatibus & Atuaticis habuere limites, ab Occasu & Septemtrione Oceano cingebantur.

ε (d) *Tervanna*, *Tarvanna*, & *Tarovanna*, per Carolum V. Imperatorem anno Christi CIↃ IↃ LII d.2omo. Junii expugnata & incendio deleta est ; de ejus excidio vide si lubet Thuani lib. XII. Ejus urbis vestigia hodiéque visuntur in Artesia ad Legiam flumen, VII mill. passuum à Fano Audomari.

ζ (e) *Portus Icius* diversis temporibus diversa obtinuit nomina : Germanis proximis vocatur vulgo *Buenen*.

η (f) *Ambiani* ab ortu conterminos habuerunt Nervios & Veromanduos. A Meridie Samarâ flumine, vulgo *la Somme*, à Belgio, Bellovacorum regione fuerunt disterminati. Ab Occasu Oceanum attigerunt Cæsaris tempestate. A Septemtrionibus confines habuerunt Atrebates. Continent nunc hi fines Picardiæ partem, in quæ opida *Pont a Selane*, *Rue*, *Crotoy*, *Pames*, *Pont de Remy*, *La Cauchie*, *Corbie*, *Bray*, *Encre*, cum parte Ambianorum urbis ; in dextra Samaræ ripa. Continent item Artesii Comitatus portionem, qua opido *Pas* & *Bapalme*, & duo Cœnobia, *Eavecourt*, atque *Erovaige*. *Amiens* seu *Ambianorum* & Ambianensium Civitas ab Antonino Pio Imperat. condita, & ab adjacente flumine *Samara* primum appellata est (g) *Samarobriga* *. Cum Lutetia & Rotomago trigonum facit.

HEKELII.

[a] Dicitur & eidem *Marcellino Taxandrum*.

REISKII.

1 (h) *Belgica* denominationem à Belgis habuit : Belgæ unde suam traxerint, hoc viris doctissimis non adeo liquet. Cluverius multas examinat conjecturas, in singulisque hæsitat ; nisi quod Belgicam putat videri dictam à Belgio, una Bellovacorum regiuncula. Quidni suspicetur quispiam, *a Belgo aut Belgio, duce Gallorum tertio*, qui Asiam irruperunt, quem Justinus, Diodor. Siculus, Pausaniasque memorant ? Sed neque sic origo vocis expedita, vel dubitationibus liberata erit. Belgica vetus autem ab hodierno Belgio quam

(a) Taxandri. (b) Menapii. (c) Morini. (d) Tervanna. (e) Portus Icius. (f) Ambiani. (g) Samarobriga. (h) Belgica, unde dicta sit, quotuplex.

Bellovaci. Belgium. Caletes. Vellocaſſii. Atrebates. Nervii.

Samarobriga, nunc [b] *Amiens*; ϑ *Bellovaci*, quorum regio *Belgium*, nunc *Beauvoiſin*; & opidum *Cæſaromagus* nunc *Beauvais*: ι *Caletes*, *Pais des Cauls*; opidum *Juliobona* †, nunc *Diepe*: κ *Vellocaſſi*, quorum *Rotomagus*, nunc *Roan* *; λ *Atrebates*; opidum *Nemetacum*, nunc *Arras*: μ *Nervii* ‡; opidum *Bagacum*, nunc *Bavay* ⁎: & item *Cameracum*, nunc *Cambray* †. ν *Eburones*, ξ *Condruſi*, Segni,

† *Et Julia Caletorum, propter Stragem exercitus Pontificiorum fœderatorum, ſub Duce Madianenſi ab Hen.* IV. *An.* 1589 *celebris. De la Forreſt.*

* *Titulo Ducatus ab Hen.* IV. *inſignitus. Id.*

‡ *A Ludovic.* XI. *capta, Anno* 1477. *a Maximiliano Cæſare, An.* 1493. *a Gallis An.* 1640. *iisdemque Conventu Pyrenenſi conceſſa. Id.*

⁎ *Opidum perantiquum, bis in ſeculo* 16 *igni deletum, & ſæpe ſeculo* 17 *expugnatum. Id.*

† *Urbs munitiſſima, a Gallis An.* 1677 *expugnata, & hucuſque detenta. Id.*

* *Panni mercatura celebris; emicuit ibi fortitudo in Obſidione, contra Anglos, Anno* 1472. *Id.*

quam diverſa, quamque aliis nunc limitibus Gallia circumſcribatur, Geographi plerique docent: Nec Belgica, ſi Cæſarem illoque poſteriores Romanæ Hiſtoriæ auctores conſulas, eandem aut magnitudinem aut faciem exhibebit. Namque in notitia Imperii Rom. duas Belgicas notamus: Unam ſcilicet primam, in eaque Treviros, Mediomatrices, Verodunos, Leucos; alteram ſecundam, inque illa Remos, Sueſſiones, Catalaunos, pluresque vicinos populos, imo duabus illis tertia & quarta per diviſionem ultimam acceſſiſſe legitur. Confer R. Spanhemium Introduct. ad Geogr. nec novam annotationum ſegetem de ſingulis regionibus exſpecta. Hiſtoriam fluviorum Galliæ Fournierius Lib. VI. cap. 15. Beemannus c. 3. explicat, cauſamque addit ex Mundo Kircheri ſubterraneo, cur Rhodanus per lacum Lemanum nec aqua ſua cærulea miſta vel mutata profluat: De quibus itemque montibus hunc ipſum conſule, ſi lubet.

BUNONIS.

ϑ (a) *Bellovaci* Belgium incoluerunt; & Bellovacorum ſedes appellata fuit (b) *Belgium*: Bellovacorum nomen adhuc manet in opido *Beauvais*, quod medio fere ſitu eſt inter Lutetiam & Rotomagum *. Ab hoc denominativum factum *Beauvaiſin* ſeu *Beauvoiſin*: quæ vox agrum dicti opidi deſignat. Nationum enim per Galliam nomina poſtea in opidorum, quæ capita nationum fuere, vocabula tranſierunt. *Ambiani* à Septemtrione Belgio fuerunt finitimi; limes heic fuit Samara amnis ad Oceanum uſque. Ab Oriente brumali Bellovaci conterminos habuerunt *Sueſſiones* atque *Rhemos*. Pro limite inter *Sueſſiones* & *Bellovacos* agitur linea ab opido *Bray* ad opidum *Verneuil*; a Rhemis diſterminabat *Eſia* flumen; vulgo *Oiſe*: Ab Occidente æquinoctiali finitimos habuere Bellovaci Caletos & Vellocaſſos. *A Samara* flumine ad *Caletes* accoluere. Atque hi fuere veri fines Belgii Cæſariani. *Errant igitur, qui omnem Belgicam, id eſt, tertiam totius Galliæ Comatæ partem, Belgium eſſe volunt*; quum hoc vix decimam partem impleat; quique ea de cauſa Flandros, Brabantios, Selandos, Geldros, Belgiogermanos appellant.

ι (c) *Caletorum* regio maritima eſt, inter *Sequanam* & *Samaram*, vulgo *la Somme* amnes.

κ (d) *Vellocaſſi* ſeu *Vellocaſſes* ad dextram Sequanæ ripam inter Caletos, Bellovacos habuere ſedes.

λ (e) *Atrebates* ſeu *Atrebatii* à meridie conterminos habuerunt Ambianos. Ab occaſu pertinuerunt uſque ad Oceanum; a Septemtrione ad Morinos. A Morinis ſeparabantur amne, qui apud Bononiam in Oceanum evolvitur. Ab hujus fonte lineâ ad flumen Legiam ducta, qua vicus eſt vulgari vocabulo *Capelle*, v millibus paſſuum ſupra Tervannum: hinc ipſo Legia fl. ad vicum uſque *le Venty*. Ab ortu æquinoctiali conterminos habuere Nervios; & ab ortu æſtivo Nerviorum clientes Centrones, Grundios, Levacos, Plemoſios ac Gordunos, qui quinque populi alio nomine *Succoni* dicti in Nerviorum fuerunt clientelâ. His ſinibus nunc includitur tota Arteſia: pars item Flandriæ, dextræ Legiæ amnis ripæ affixa; quâ opida viſuntur *Ryſſel*, *Dovay*, *Armentiere*, *Baſſee* & *Orchies*: & Hænoniæ exigua portio, qua opida, *S. Amand*, *Bouchain*, *Arleux*, *Pecquencourt*.

μ (f) *Nerviis* à Septemtrione contermini fuerunt eorum clientes jam dicti & *Aduatici*. Ab ortu Moſa flumine primum à v illis populis, qui uno nomine anteà *Germani*, mox *Tungri* dicti ſunt, deinde a Treveris ſeparabantur. A Meridie Rhemos attigerunt. Terminus inter hos & *Nervios* deſcribitur lineâ à Moſa flumine & Monaſterio *Dellain* ad opidum *Vervin* ducta. Hinc alia linea ad fontes *Sabis* amnis, & hinc item aliâ ad opidum *Crevecœur* Scaldi impoſitum, à Veromanduis diſtinguuntur. Ab Occaſu, ipſo *Scalde* ad *Cameracum* uſque ab Ambianis; hinc vero ad *Scarpæ* confluenteis ab Atrebatibus dirimebantur. *A Scarpæ Scaldiſque* confluentibus ad opidum uſque *Aeth* lineâ diſterminantur Nervii à jam dictis quinque populis, qui ſub eorum fuere imperio. Continentur hodie regiones his ſinibus iſtæ: *Namurcenſis Comitatus* pars inter Moſam & Sabin; in qua Caſtellum Namurcenſe: hinc ea regio, quæ inter dictos amneis vulgo vocatur *Baſſe Bourgogne*, id eſt, *Burgundia inferior* [c]: deinde *Hænoniæ* [d] *maxima* pars: è Picardia *Tiraſſienſis Ducatus* portio: item *Cameracenſis Agri* pars, in qua opida *cambray* & *Chaſteau en Cambrenſis*.

ν (g) *Eburones* ab Oriente terminum habuere Rhenum; quo ab Ubiis ſupra Coloniam Agrippinenſem, à Sigambris infra Coloniam arcebantur. A meridie habuere Condruſos, Segnos, Cæræſos, atque Pæmanos: à quibus ſeparantur linea, ab opido *Bonna* ad uſque *Moſæ Murtæque* amnium confluentem; & mox ipſo Moſa, ad *Namurcum* uſque opidum. Ab Occidente contermini fuere Aduaticis.

ξ (h) *Condruſi*, (i) *Segni*, (k) *Cæræſi*, atque (l) *Pœmani* inter Eburones & Treviros incoluerunt; hos habuere conterminos à Meridie; Eburones à Septemtrione. Ab Ortu terminus iis Rhenus; ultra quem Ubii. Ab Occaſu Moſa, citra quem Nervii. Regiones quæ nunc comprehenduntur his ſinibus ſunt: Colonienſis agri pars: Juliacenſis Ducatus pars exigua, circa opida *Munſtereifel*, *Gemunde*, *Monjou*: Limburgienſis Ducatus pars fere dimidia, Meridionalis; ubi ipſum Limburgium; è Luceburgenſi Ducatu opida *Durbuy*, *Marche*, *Rochefort*: è Leodiacenſi agro, opida *Huy* & *Chinay*, item vicus *Spaa*, cum fonte acidulo: Comitatus Namurcenſis dimidia pars, ad dextram Moſæ ripam; ubi opidum *Dinant*.

HEKELII.

[b] *Petro Divæo & Becano.*

[c] Gens armis dedita, civilis & ingenioſa, ſed paucos habens mercatores ac artifices. *Gallica* linguâ utitur, eâque degeneri.

[d] *Hannoniæ.*

BUNO-

(a) Bellovaci. (b) Belgium. (c) Caleti. (d) Vellocaſſi. (e) Atrebates. (f) Nervii. (g) Eburones. (h) Condruſi. (i) Segni. (k) Cæræſi. (l) Pœmani.

Segni, Cæræſi, Pæmæni; qui primi uno nomine appellati fuere à Gallis *Germani*, poſteà verò à ſe ipſis *Tungri*; quorum opidum ο *Atuatuca*, nunc *Tongeren*: π *Veromandui*; quorum *Auguſta Veromanduorum*, nunc ρ *Vermandois*, vicus in extima Picardia: σ *Sueſſiones*, quorum *Auguſta Sueſſionum*, nunc * *Soiſſons*: τ *Silvanectes*; quorum υ *Auguſtomagus*, nunc *Senlis* †: φ *Rhemi*, quorum *Durocortorum* *, nunc *Reims*, in Campania. Germani. Tungri. Veromandui. Sueſſiones. Silvanectæ.

III. χ *Treviri*, quorum ‡ *Auguſta Trevirorum*, nunc *Trier* Germanis, *Treves* Gallis ‡. ω *Mediomatrices*; quorum *Divodurum*, nunc *Metz* *. α *Leuci*; quorum Treviri. Mediomatrices. Leuci.

* *Urbs ampla probe munita & Comitatus Titulo inſignita olim, Regni Sueſſionenſis caput*, Baudrand.

† *Bailliviatus primaria & Epiſcopalis*. Baud.

* *Urbs Archiepiſcopalis, culta, ampla & Ducatus, Titulo inſignita*. Baud.

‡ *Olim Imperialis & libera, ſed ab An.* 1568 *quo capta fuit ab Electore ſuo illi ſubdita. Urbs ampla & totius Europæ antiquiſſima, ſed male culta*. Baud.

* *Alias Libera, ſed nunc Gallis ſubdita ab An.* 1552, *a Car. V. fruſtra obſeſſa. Arcem habet munitiſſimam*. Baud.

[1] *a Fulrado, Notho Car. Martelli, conditum, ſeculo* 8vo. La Forrelt. *Sunt qui S. Quintini urbem eſſe velint*. Baud.

BUNONIS.

ο (a) *Atuatuca* Eburonum olim caſtellum, princeps poſteà fuit Tungrorum urbs. Nomen haud dubie habet ab Atuaticis, qui, gentem hanc victam ut facilius in obſequio continerent, caſtellum iſtud condiderunt.

π [e] (b) *Veromandui* à Septemtrione conterminos habuere Nervios; limites in his deſcripti ſunt. A Meridie finitimos habuerunt Sueſſiones. Ab Occaſu jungebantur Ambianis juxta lineam ab opido *Peronne* ad opidum *Crevecœur* ductam. Regiones nunc hic continentur; totus ager Veromanduenſis, vulgo *Le Vermandois* dictus: & pars Tiraſſi, qua opida *Guiſe* & *Ripemont*. Exigua fuit gens; tantum enim v millia armatorum ad commune Belgarum adverſus Romanos bellum contribuerunt; quum finitimi eorum Sueſſiones L millia, totidemque Nervii, præbuerint.

ρ (c) *Vermandois* vulgo *Vermand* hodie vicus eſt & cœnobium [1] nunc exſtat v paulo minus millibus à Fano Quinctini.

σ (d) *Sueſſiones* à Septemtrione finitimos habuerunt Veromanduos; ab Occaſu Bellovacos, ductâ ab opido *Bray* lineâ, ad opidum *Verneuil*; a Meridie & Ortu contermini iis fuerunt Rhemi. Præter Auguſtam *Sueſſionum* hic fuit Noviodunum opidum, nunc *Noyon*.

τ (e) *Silvanectes* ad Eſiæ fl. ripas collocat Ortelius. Nomen eorum novum eſt, & poſt Cæſaris ætatem ortum.

υ (f) *Auguſtomagus* poſteà in Tomis Conciliorum dicitur Silvanectum [f].

φ (g) *Rhemi* à Septemtrione finitimos habuerunt Nervios & Sueſſiones *Eſia* fl. diſcretos; ab Occaſu Bellovacos, eodem flumine diſterminatos; à Meridie limes iis fuit *Matrona*; & ab Ortu *Moſa fl.* ita iſtorum populorum fines deſcribit Cluverius Germ. antiq. l. 2.

χ (h) *Treveri, Treviri, Triveri* & *Triberi* [g] dicti, longe lateque inter Rhenum Moſamque incolentes Mediomatricis fuere juncti à Meridie: pro limite linea à *Moſa*, & vico *Montegny*, ad Navæ amnis fontem ducitur. Verſus Occaſum Moſâ flumine à Rhemis ſeparabantur. Juxta Rhemos ab eodem Occidente finitimos quoque habuere Nervios, inter duo opida, Moſæ appoſita, *Maſteres* & *Charlemont*; ab Septemtrionibus claudebantur finibus Pœmanorum, Cæræſorum, Segnorum & Condruſorum. Limes hic ſtatuitur per lineam ab opido *Charlemont*, ad opidum Rheni *Andernach*. Ab Oriente Rhenus amnis, ipſius Galliæ terminus, Treviros ab Ubiis Tranſrhenanâ gente, arcebat Cæſaris ævo. Trevirorum limitibus nunc continentur regiones iſtæ: *Weſtroſiæ pars inferior*, inter Navam Moſellamque amnes: dein *Treviricus epiſcopatus omnis*: item *Ducatus Bullionenſis*: *Sedanenſis Ditio*: *Ager Maſirienſis*; *Luceburgienſis Ducatus major pars*, in medo ſita; item *Colonienſis epiſcopatus opida, Antonacum, Briſich, Zinſich, Konigsfeld*.

‡ (i) *Auguſta Trevirorum*, quia Romanorum colonia ab Auguſto deducta, ante Auguſti tempora haud dubiè exſtitit. De *Trebeta* quod hic fabulantur, afferre piget. Quodnam verò ante deductam coloniam urbs illa habuerit nomen, incertum eſt [b].

ω (k) *Mediomatrici* latos quondam fines, inter Moſam & Rhenum, hinc ad Sequanos, illinc ad Treveros uſque incolentes ab Oriente terminum habuerunt *Rhenum*: ab Occidente *Moſam*; in cujus adverſâ ripa Rhemi & Lingones; a Septemtrione pro limite eſt linea à *Moſa* & vico *Montegny*, ad *Navæ* amnis fontem ducta; à Meridie, linea à *Moſa* & opido *S. Michel*, ad *Moſellæ Murtæque* confluentem: inde ab Occidente brumali, alia linea ad fontem Pruſchii amnis: hinc ab Occidente æquinoctiali, montium jugum, quod vulgo dicitur *Auff der Furſt*, ad Murtæ uſque fontem, quibus limitibus à Leucis ſeparantur. Hinc iterum à Meridie ſupradicta linea, à *Murtæ* fonte ad *Rhenum* & opidum *Burcheim*, à Sequanis ſubmovebantur. Regiones nunc Mediomatricorum finibus comprehenduntur *Lotharingiæ major pars*, *Auſtraſia*, quæ vulgo eſt *Weſterich*, *Palatinatus Rheni pars cis Rhenum*: *Elſatia inferior*. Præter *Divodurum* in his finibus fuit locus (l) *Decem pagi* dictus, qui nunc eſt Lotharingiæ opidum *Dieuze*.

α (m) *Leuci* finitimos habuerunt à Meridie Sequanos: ab Ortu Treboccos; à Septemtrione Mediomatricos: ab Occaſu iis terminus fuit Moſa fluvius.

HEKELII.

[e] Vel ut Ptolemæus legit, Ῥωμάνδιοι, Rhomandii.

[f] Seu *Simlero* maximum *Silvanectarum* Opidum. Idem *Simlerus* dicit, *Ptolemæum* pro eô mendoſiſſime ſcribere *Rhatomagum*.

[g] Et *Tribori*, Τριβόκοι *Ptolemæo*.

(b) De eâ vid. inf. Lib. III. cap. IX. ſect. VI. A *Zoſimo* Lib. III. Hiſt. c. VII. p. 255. Edition. *Cellarianæ* vocatur Πόλις μεγίστη τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν, h. e. Urbs Tranſalpinarum *Gentium maxima*.

BUNO-

(a) Atuatuca. (b) Veromandui. (c) Vermandois. (d) Sueſſiones. (e) Silvanectes. (f) Auguſtomagus. (g) Rhemi. (h) Treviri. (i) Auguſta Trevirorum, (k) Mediomatrici. (l) Decem pagi. (m) Leuci.

Lingones. Sequani. Rauraci. Helvetii. Amma fl. Urbigeni.

rum opida *Tullium* & *Naſium*, unde *Toul* * & *Nanſy* †, in Lotharingia. β *Lingones*, quorum *Andomatunum*, nunc *Langres* *. γ *Sequani*; quorum *Veſontio* ‡, nunc *Beſançon*, in Burgundiæ Comitatu. δ *Rauraci*, nunc *Ager Baſileenſis*; eorum opidum ε *Auguſta Rauracorum* *, nunc vicus *Augſt*. ζ Hinc *Helvetii* in *quatuor Pagos* diſtincti. Pagorum nomina, Tigurinus, Tugenus, Ambronicus & Urbigenus. η *Tigurinus* nomen habuit ab opido antiquiſſimo *Tiguro* †, ſive, quod rectius ſcribitur, *Turigo*, nunc *Zurich*: ϑ *Tugenus*, ab opido *Tugio* *, nunc *Zug*: ι *Ambrones*, nomen habuere a flumine, quod accoluere, *Amma*, nunc *Emme*: κ *Urbigeni* dicti ſunt ab opido *Urba* ‡, nunc *Orbs*. Caput Helvetiorum

* *Alias etiam Libera, ſed Gallis ab An.* 1552 *ſubdita.* Baudrand.

† *Clementi Trelleo eſt Vicus Nas in Ducatu Barrenſi. Sed Sanſono eſt Grand Nancey vicus Duc. Bar in Gallia.* Baud.

* *Epiſcopalis, ſub Archiep. Lugdun. probe munita.* Baud.

‡ *Olim Libera, ſed An.* 1651 *Hiſpanis conceſſa. a Gallis* 1668 *expugnata. Hiſpanis Conventu Aquiſgranenſi reſtituta: Item a Lud.* XIV. *Anno* 1674 *capta, illique Pace Noviomagenſi ſancita. Urbs Archiepiſc. & ſedes Supremi Tribunalis Burgundiæ.* Baud.

* *Et Rauriaca Colonia Am. Marcellino, Urbs olim Epiſcopalis, multa habet Antiquitatis Veſtigia.* Baud.

† *Olim Libera facta, a Friderico* II *& Imperio exempta, An.* 1351. Baud.

* *Tugienſis pagi caput, olim Libera, Anno etiam* 1351, *Imperio Germanico exempta.* Baud.

‡ *Bernenſibus & Friburgenſibus ſubeſt in Colle cum Caſtro diruto ſita.* Baud.

BUNONIS.

β (a) *Lingones* circa Sequanæ, Matronæ & Moſæ collocantur fontes; in Burgundiæ & Campaniæ confinibus: ab Ortu Leucos habuere finitimos, & à Septemtrione Rhemos. Inter Rhemos & Lingones ad Matronam à ſcriptoribus mediæ ætatis ponuntur (b) *Catelauni*, & urbs *Catelaunum*, [i] ſive *Cavillonum*. Forte hac in parte (c) *Campi Catelaunici* ponendi ſunt, in quibus *Attila* Hunnorum Rex ingenti ſtrage victus eſt virtute *Aetii*, *Theodoſio* minore imperante [k].

γ (d) *Sequanorum* fines fuerunt à Meridie & Oriente primum *Rhodanus* fl. ab Araris confluente, & opido Lugduno, ad cataractas, quæ ſunt XVIII circiter millia paſſuum infra Genevam: dein *Jura* mons, à Geneva ad initium *Voſegi* montis, quod dicitur nunc *Piereport*, in confinio Helvetiorum & Rauracorum. Inde ab Oriente æquinoctiali fuit ipſe *Voſegus*, ad fontem uſque *Elli* fluminis, prope arcem *Morſpurg*: hinc porrò limites ſtatuuntur per opidum *Pfirt*, ad Rheni uſque ripam, qua in adverſo vicus & caſtellum *Idſteyn*, conſpiciuntur. Dein ipſe Rhenus, ad *Burcheim* uſque opidum in adverſa ripa poſitum; a Septemtrionibus terminus ſtatuitur linea parallela ex Oriente in Occidentem, quæ incidit in principium latitudinis gr. 48, à *Burchemio* & *Rheno* ad fontem *Murtæ* amnis; qui infra opidum Lotharingiæ *Nanſy* influit in Moſellam: hac linea à Mediomatricis ſeparantur. Hinc alia linea, à fonte *Murtæ* ad fontem *Araris* a Leucis ſubmoventur. Hinc ipſo *Arare* ad opidum uſque *Gray*, a Lingonibus; & inde eodem amne, ad opidum uſque *Maſcon*, ab Heduis diſtinguebantur: tandem ad Rhodani uſque confluentem a Seguſianis. Hiſce Sequanorum finibus nunc continentur *Elſatia ſuperior*, & *Burgundiæ Comitatus*; item *Ager Breſſenſis*.

δ (e) *Rauracorum* gens exigua fuit, cum undecima parte Helvetiorum comparanda. Quum enim una Helvetiis, ſedibus ſuis relictis, in bellum eſſent profecti, horum numerantur tantum XXIII millia; quum Helvetiorum eſſent CCLXIII millia. *Rauraci* hi in medio Helvetiorum Sequanorumque poſiti, recte nunc dici poſſunt ii populi, qui Baſileenſem agrum colentes, vulgò dicuntur *die Baſeler*. Horum terminus eſt, a Meridie *Jura* mons, ab Arolæ Rhenique confluentibus ad fontes uſque *Birſæ* amnis. Hinc ab Occaſu (f) *Voſegus* mons, qui initium hic ſumit, vergitque in Septemtriones & Occaſum æſtivum, ad fontes uſque *Moſellæ* *Moſæque* amnium. Dimidium lateris Septemtrionalis claudebant olim Sequanorum confinia, a Voſego, qua *Ellum* flumen erumpit, prope arcem *Morſpurg*, per opidum *Pfirt* ad Rheni uſque ripam, quâ in adverſo vicus & caſtellum *Idſteni* conſpiciuntur. Alterum dimidium cingit ipſe *Rhenus* ad confluentem uſque *Arolæ*. A Scriptoribus appellantur *Rauraci*, *Rauriaci*, & *Raurici*.

ε (g) Pagus iſte (h) *Augſt* exſtat hodie ad Rheni ripam, VI millibus paſſuum ſupra Baſileam; ubi multæ eruuntur Romanorum antiquitatum reliquiæ. Urbs ipſa Juliani tempore deſtructa eſt.

ζ *Helvetii*, ut tradit Cæſar, undique loci natura tuti continentur; una parte quâ Orientem & Septemtrionem ſpectant, flumine *Rheno*; altera parte qua Occaſum æſtivum proſpiciunt, monte *Jura* altiſſimo & flumine *Rhodano*. At (i) *Jura mons* initium a Geneva ducens, verſus Septemtriones ad fontes *Dubis* fluminis, quod vulgo *Doux* eſt, protenditur; ejuſdemque fluminis dextram ripam proſequitur, uſque ad vicum, cui vulgare vocabulum *Pierreport*; inde in ortum æſtivum verſus, lævam amnis *Arolæ*, qui vulgo *die Are*, ripam radit, donec ipſa una cum Arola Rheno jungatur ad opidum *Confluentes*, quod vulgo *Coblenz*.

η (k) *Tigurini* incluſi fuerunt duobus amnibus, *Rheno* & *Limago*, & exigua parte *Juræ* montis, ex adverſo confluentium Arolæ & Limagi.

ϑ (l) *Tugeni* comprehenſi fuerunt *Limago* & *Urſa*, vulgò *Ruſs* dicto: & montium jugo, inter horum fluminum fontes ſito.

ι (m) *Ambronum* gens valida fuit: Terminos a Septemtrione habuerunt *Juram* montem, inter confluentes *Urbæ* & *Limagi*: a Meridie Alpium jugum, inter duos fontes *Sanæ* & *Limagi*: ab Occidente, *Sanam* & *Arolam*: ab Oriente *Limagum* [l].

κ (n) *Urbigeni* incluſi fuerunt ab Occidente æſtivo Jura monte; ab opido *Geneva* ad fontes uſque *Birſæ* amnis, qui ad Baſileam in Rhenum incidit: a meridie, tota *lacus Lemani* dextra ripa: ab Oriente *Sana* & *Arola* fluminibus, ad Urbæ uſque confluentem.

HEKELII.

[i] ſ. *Cathelaunum*.

[k] Sed videmus a recentioribus ferè *Catalaunici* ſcribi, & eos circa *Toloſam*, inter quos *Forcatulus*, ſtatuere, quod idem ex *Jornande* veriſimile eſt.

[l] Eorum quoque mentionem facit *Martianus Capella* Lib. II. de *N. Phil. & Merc.* quos ad eundem *Bonav. Vulcanius Scythas* facit, carnes humanas veſcentes.

BUNO-

(a) Lingones. (b) Catelauni. (c) Campi Catelaunici. (d) Sequani. (e) Rauraci. (f) Voſegus mons. (g) Auguſta Rauracorum. (h) Augſt. (i) Jura mons. (k) Tigurinorum Fines. (l) Tugeni. (m) Ambrones. (n) Urbigeni.

rum fuit λ *Aventicum* (1), nunc *Avances* Gallis, Germanis *Wiflisburg*.

IV. Rhenum autem accolentes Germaniæ nationum in eadem provincia; μ *Trebocci* in Elſatia; quorum ν *Argentoratum* (2) nunc *Strasburg*: ξ *Nemetes*; quorum *Noviomagus* (3) nunc *Speir*: ο *Vangiones*; quorum π *Moguntiacum* (4), nunc *Mentz*: ρ *Ubii*; quorum σ *Colonia Agrippinenſis* (5), nunc *Collen*. τ *Gugerni*

Treboccium. Nemetes.

Gugerni ſeu Sicambri.

BUNONIS.

λ (a) *Aventicum* Romanorum olim colonia, jam inde Neronis tempeſtate univerſæ gentis caput fuit. *Cluverius German. Antiq. lib.* 2. In *Urbigenis* quoque erat (b) *Eburodunum*, hodie *Yverdon* ad lacum Neuburgenſem; circa quod opidum in agris antiquæ reperiuntur hodie monetæ. Inde ad duarum horarum ſpatium verſus Meridiem abeſt pagus *Urſin* vulgo dictus; ubi rudera ex marmore & viæ ſubterraneæ. In pagi iſtius agris ſepulchra, quæ *Guilhelmus Fabricius Hildanus* ipſe ſcrutatus eſt, ac in uno ex iis invenit corpus humanum inſignis magnitudinis, cujus *Cranium* commiſſuris expers fuit. Cadaveribus iſtis appoſita fuere ſcuta & gladii. *Obſerv. Med. Epiſt.* LXIII.

μ (c) *Trebocci* leguntur etiam *Tribocci*, *Triboci*, *Tribochi*. Horum fines antiqui continent nunc *Elſatiæ ſuperioris partem dimidiam*, Septentriones ſpectantem: item *inferioris partem fere dimidiam* illi proximam.

ν (d) *Stratisburgum*, quum fortè hic locus Germanis diceretur *An der argen Straſſen*, à Romanis dictum *Argentoratum*, quaſi *argen Straſſen* vel *Straten*. Fuit unum ex L amplius caſtellis illis, quæ *Druſus* ad Rheni ripam erexit.

ξ Triboccis à Septemtrione continuabantur (e) *Nemetes*.

ο (f) *Vangiones* Germanis antiquitùs dicti *die Wangen*, quorum fuit *Borbetomagus*, *Borgetomagus* ſeu *Bormitomagus*, olim Germanice *Wormitmagen* ſeu *Wormitzmagen*, & Romanis (g) *Vormitomagum*. Poſteriores Germani, omiſſa particula *magen*, dixere *Wormitz*: ex quo poſtea factum vocabulum *Vormacia*.

π *Magontiacum*, *Maguntiacum* & *Moguntiacum* nomen habet à flumine *Main* ſeu *Moin*, Romanis *Mœnus* & *Mœnus* ſcribitur; dictumque *Maintzig* & *Montzig*: poſteriores Germani dixere *Maintz* & *Meintz*; unde vocabulum (h) *Moguntia* & *Mogontia*. Urbs hæc in antiquiſſimis Germaniæ Cisrhenanæ cenſenda eſt, cujus Fundamenta ſine dubio ante Chriſti nativitatem jacta ſunt. Druſi [m] enim tempeſtate jam exſtitit: *Florus* lib. IV. [n]

ρ (i) *Ubii*, Tranſrhenana Julii Cæſaris ævo gens, eam amnis ripam in Germania coluere, quæ inter Moguntiacum & Coloniam porrigitur. Poſteà verò, Octavio Auguſto principatum Romanorum obtinente, à *M. Vipſanio Agrippa* Coſ. non inviti, ſed cupientes in Galliam traducti ſunt; quum a Cattis preſſi ſeu pulſi auxilium à Romanis, vel etiam, ut in eorum provinciam Galliam tranſire ſibi liceret, petiiſſent. Finibus continebantur his: Ab Ortu *Rheno* amne contra Cattos, pulſores ſuos, protegebantur, qui in antiquas eorum ſedes immigrarant. A Septemtrionibus lineâ à *Roræ Moſæque* confluentibus ad Rhenum & opidum *Ordingen* ducta primum à Menapiis, mox à Gugernis, huc tranſlatis, ſeparabantur. Ab Occaſu habebant ipſum amnem *Roram*, à confluente ejus ad opidum uſque *Nieder Heimbach*; quo primùm ab iiſdem Menapiis & Eburonibus, mox verò à Sunicis, huc tranſlatis dirimebantur: à dicto deinde opido, linea ad opidum uſque *Kerpent*, ab iiſdem Eburonibus & Condruſis arcebantur, qui poſtea, una cum Cæræſis, Segnis & Pæmanis dicti fuere *Tungri*. A meridie *Abrinca* amne à Treveris ſubmoti fuere. Regiones intra hos Ubiorum fines nunc cernuntur iſtæ: *Juliacenſis Ducatus* pars maxima, dextram Roræ ripam contingens: *Colonienſis epiſcopatus* ferè totus. Caput gentis Tacitus appellavit.

ο (k) *Ubiorum opidum*, haud dubie, quia unum id iis initio fuit. Conditum videri poteſt ſtatim ac Ubii Rhenum ſunt tranſgreſſi. In Auguſti certè principatu exſtructum fuit. Deinde juſſu *Juliæ Agrippinæ*, Germanici filiæ, Claudii uxoris, C. Antiſtio, & M. Suilio Coſſ. colonia ea deducta eſt, miſſis eò veteranis, quum longo fidei experimento Ubii meruiſſent. Hinc (l) *Colonia Agrippinenſis* appellari cœpit; & *Colonia Agrippina Ubiorum*. Proximus antiquitate memoratur in Ubiis locus, cui nomen (m) *Ara Ubiorum*. Hic poſtea *Bonna* dictus eſt.

HEKELII.

[m] *Auguſti Cæſaris* Privigni.

[n] Et hoc teſtatur omninò vetuſtum illud Monumentum lapideum, glandi quernæ non diſſimile, quod ipſi *Druſo*, à quò *Moguntia* ampliata eſſe dicitur, factum eſt in colle quòdam Urbi vicinò, cui nomen eſt *Aichelſtein*, ex quò conjecturam facere poſſumus, *Moguntiam* fuiſſe quondam arcem Belli contra *Germanos*. Leg. *Matth. Dreſſeri* Pars V. *Iſagoge Hiſt.* de *præcipuis Germaniæ Urbib.* p. 454. ſeq.

BUNONIS.

τ (n) *Gugerni* terminabantur ab Oriente, ut antè Menapii, *Rheno* flumine. A meridie iiſdem finibus, quibus Ubii à Septemtrionibus. Ab Occidente *Moſa* amne; quo à Menapiis ſubmovebantur. A Septemtrionibus eodem limite, quo ante Menapii à Batavis dirimebantur. Regiones dictis finibus continentur iſtæ: *Clivenſis Ducatus* magna pars cis Rhenum ſita; item *Geldrenſis Ducatus* portio trans Moſam: & ex *Juliacenſi Ducatu* opidum *Brugge*. Gugerni ſocietatem *Civilis*, Batavorum ducis, acceperunt adverſus Romanos. Opidum *Gelre*, in mediis fere Gugernorum finibus ſitum, caput gentis fuit. Hujus opidi nomini, ſi adjungas alterius opidi

(a) Aventicum. (b) Eburodunum. (c) Trebocci. (d) Stratisburgum. (e) Nemetes. (f) Vangiones. (g) Wormacia. (h) Moguntia. (i) Ubii. (k) Ubiorum opidum. (l) Colonia Agrippina. (m) Ara Ubiorum, ſeu Bonna. (n) Gugerni.

(1) *Olim ampla & Archiepiſc. nunc oppidum tantum in colle prope Murtanum Lacum.* Baud. (2) *Olim Imperialis, ſed Gallis prodita An.* 1681, *antea Commercio & Regimine illuſtris. Errores Pontificios An.* 1529 *repudiavit; ſed Religio inſtaurata a Gallis poſtea ibi deleta. Urbs Epiſcop. eſt probe munita, & arcem habet munitiſſimam. Turris Eccleſiæ Cathedralis miri plane, & ſtupendi operis eſt, totiuſque fere Europæ altiſſima. Horologium habet celeberrimum, motum Lunæ, Planetarum, &c. monſtrans.* (3) *Epiſcop. ſub Arch. Moguntino, urbs libera, & conventu Juridico totius Imperii vulgo Camera Imperiali celebris: Opido autem a Gallis pene diruto, Tribunal Vetſtariæ tranſlatum eſt.* (4) *Archiepiſcop. ab An.* 745, *antea ſub Archiep. Vormatienſi, eſt bene culta, & munita cum Arce valida in colle. Archiep. primum locum tenet inter Electores. Hic primum Ars Imprimendi inventa traditur.* (5) *Ab Agrippina, Neronis Matre, ſic dicta, eſt urbs libera, Hanſeatica, & omnium Germanicarum maxima; Archiepiſcop. eſt unus ex Electoribus.* Baud.

ni in partibus Gelriæ & Cliviæ, ubi opida *Goch* (1) & *Gelre* (2): quondam, quum trans Rhenum incolerent, υ *Sicambri* dicti.

Batavorum Insula.

V. Hinc *Batavi* Rheni Insulam incolentes. Occupat hæc partem Gelriæ, partem Trajectensis Provinciæ, partemque Hollandiæ. Incipit haud procul Clivis opido, apud munimentum Schenckii, vulgo *Schencken-schans*: ubi Rhenus in duo veluti cornua scinditur. *Sinistrum*, *Vahalis* flumen appellatur: Mosæ amni apud *Vorcomum* opidum confusum, uno ejus alveo ad Oceanum defertur, ubi *Mosæ ostium* dicitur. *Dextrum* cornu primo latum ad usque Batavodurum, quod vulgo est *Wick te Duerstede* [o], inde modicum nominis sui custodiens alveum, Trajectumque & Lugdunum transiens opida, propter vicum *Catwyck* in Oceanum olim effundebatur: nunc Ostium hoc arenis obstructum est. Quicquid igitur duobus hisce alveis Oceanoq; includitur, *Insula Batavorum* fuit: cujus nomen hodieque in superiore ejus parte servatur, vulgo *de Betaw* dictum. Prætereà extra Insulam tenuêre Batavi, quicquid Vahali ac Mosæ includitur. Partem Insulæ circa Trajectum & Wordam incoluêre *Caninefates*. De cætero Gallorum omnium fortissimi erant *Belgæ*. Horum bellicosissimi *Helvetii*: clarissimi *Treviri*: urbium Belgicarum opulentissima *Augusta Trevirorum*. φ

Vahalis. Vorcomum. Mosæ ostium.

Nobiliores Galliæ fluv. Mosa. Scaldis.

VI. Nobiliores Galliæ fluvii sunt, Oceanum petentes, χ *Mosa*, vulgo *die Mase* Germanis, Gallis *la Meuse*; ↓ *Scaldis*, *l'Escaut* Gallis, Germanis *die Schelde*;

(1) *Ad Nierſam fluvium ſita in Ducatu Clivenſi. Regi Borruſſorum ſubeſt.*

(2) *Gueldria Ducatus titulo inſignita, & egregie munita, Hiſpanorum ditioni ſubeſt.*

vocabulum *Goch*, facies *Gochgelren*, & propemodum habebis vocabulum Latinum integrum, *Gugerni*, quasi *Gugelri*, liquidis mutatis.

υ (a) *Sigambrorum* nationi ex Germania sublatæ, & in Gallíam trajectæ novum nomen impositum est, quo posteà *Gugerni* vocarentur. *Cluver. Germ. Antiq. lib.* 2.

φ Taxandris atque Menapiis jungebantur a Septemtrione *Batavi*, extrema Galliarum versus Septemtrionem & Orientem obsidentes; qua Oceanus & Rhenus Galliam Belgicam claudunt: gens omnium Germanici nominis cis Rhenum nobilissima atque fortissima. Fuere *Batavi*, quod *Tacitus libr. de Germ.* & *Just. l.* IV. tradit, *Cattorum* progenies, qui *Hassi* nunc dicuntur, Domestica seditione à suis popularibus per vim pulsi. Nomen *Batavorum* in Hassia videtur relictum in *Battenberg*, quod hodie opidulum est in monte positum; cui imminet *alius mons excelsior*, in cujus cacumine antiquæ arcis supersunt rudera. [p] *De Batavis & Batavorum insula vid.* [q] *si placet*, *Cluverii Germ. Antiq. lib.* 2. *c.* 30. & *seqq.*

χ (b) *Mosa* amnis [r], ex Volego monte oriens; nunc in Geldria inter opida *Bommel* & *Megen* partem quandam sui duobus alveis, quibus munimentum divi Andreæ circumdatur, in Vahalem transmittit; suo tamen nomini latum servans alveum, usque ad vicum *Bochoven* defertur. Inde verò divertente in Occasum Solis æstivum alveo, usque ad arcem Lovestenium, ubi Vahali nunc jungitur, *Novus* appellatur *Mosa*, vulgò de *Nieuwe Mase*. Hinc eodem nomine *Gorichomium* prætерlabitur opidum, infra quod jam geminum fert nomen; alterum modò dictum, alterum quod accolis *de Merwe* vocatur, à veteri arce ejusdem nominis, cujus vestigia in undis prope Dordracum exstant. Hinc dicto gemino nomine *Flaredingam* usque devectus; infra id opidum uno simplicique vocabulo, donec Oceano misceatur, *Mosa* vocatur. At alveus iste, à *divi Andreæ* munimento ad Flaredingam usque descriptus, non est vetus ille à Cæsare & Tacito memoratus; sed tenuis ille alveus, qui à nova Mosâ, juxta vicum *Bochoven*, in sinistras terras divergens, primùm *Hedickse Mase*, Hedicensis Mosa, à vico *Hedickhuysen*, quem perfundit; mox *d'oude Mase*, Vetus Mosa, indigitatur. Mosæ igitur veteris flumen ab opido *Megen* uno certoque alveo, nullis in Vahalem ad divi Andreæ munimentum aquis transmissis, devectum, eas terras antiquitùs dextra ripa perfudit, quæ nunc opidum *Hueſden* sustinent: sinistra autem, ubi nunc opidum *Geertrudenberg* conspicitur, juxta vicos *Simonshaven* & *Biert* alveus est, qui tandem in ostium nomenque Mosæ desinit ad opidum *Geerfliet*; qui vetus & verus est Mosæ alveus. [s]

↓ (c) *Scaldis* sive *Scaldes*. Ejus alveus ostiumque sinistrum Ptolemæo dicitur *Tubuda*. [t]. In Veromanduis [u] ortus inter Artesiam & Hannoniam, per Flandriam & Brabantiam infra Antuerpiam in Oceanum decurrit, Cameraco, Valencenis, Tornaco, Gandavo & Antuerpia urbibus irrigatis.

HEKELII.

[o] Divæo *Duerſteden*.

[p] *Batavos* quoque per E in primâ syllabâ vocari in *antiquo Lapide*, discimus ex Notis *Leunclavii* ad *Dionem*.

[q] Præter *H. Junii* BATAVIAM.

[r] In tabulâ *Peutingeriana Batavus* nominatus.

[s] *Mosa* etiam Loci nomen videtur apud Antoninum inter *Antemantunum* & *Tullum*.

[t] Ταβῦδα.

[u] Et quidem propè *Abbatiam*, ut vocant, *Div. Martini*.

BUNO-

(a) Sigambri. (b) Mosa. (c) Scaldis.

Schelde; ω *Sequana*, *la Seine*, *Matronam* devehens, vulgo *le Marne*, & α *Ligeris*, *la Loire*: β *Garumna*, *la Garonne*. *Rhodanus*, *der* γ *Roden* Germanis, Gallis *le Roſne*, velociſſimus amnis, inter tres maximos Europæ fluvios computatus, tardiſſimum *Ararim*, vulgo *la Soane*, in Mare internum ſecum trahit. Sequana. Matrona. Garumna. Rhodanus. Araris.

CAP.

BUNONIS.

ω (a) *Sequana* in Burgundionum finibus apud pagum & cœnobium *S. Sequani*, vulgò *S. Seyne*, haud longè ab opido *Nivers* oriens, ac per Barrum, Trecas, Nonigentum, Lutetiam, ubi (b) *Matronam* excipit; Pontiſaram, ubi (c) *Eſiam*, inde Rotomagum alluens in Oceanum Britannicum inter duo opida, quæ vulgò *Honfleur* & *Hanfleur*, delabitur; portus ejus vulgò appellatur *Havre de grace*.

α (d) *Ligeris* & *Liger* [x] è Cemmenis montibus ſive *Gebenna* in Arvernorum finibus oriens, & inter Heduos & Bituriges verſus Septemtrionem primo fluens; inde in Occaſum per Aurelianos, Turones, Andes & Nannetes, receptis aliquot fluviis, properat, & in Oceanum Aquitanicum ſeſe magna aquarum mole exonerat.

β (e) *Garumna* fl. Aquitaniæ maximus, ex Pyrenæis montibus ad opidum *Guadalup* oritur, & regionem dividit, primùm in Boream, inde in Occaſum curſum dirigit, infra Burdigalam urbem periculoſo oſtio ad turrim *Cordan* in mare Aquitanicum ſe mergit. Niſi quum hiberno imbre, aut ſolutis nivibus intumuit, diu vadoſus, & vix navigabilis fertur. At ubi obvius Oceani æſtuantis acceſſibus adductus eſt, iiſdemque retro remeantibus ſuas illiuſque aquas agit, aliquantum plenior, & quanto magis procedit, eo latior fit: ad poſtremum magni Freti ſimilis, non majora tantum navigia tolerat, verum etiam more pelagi ſævientis exſurgens jactat navigantes atrociter, utique ſi aliò ventus, aliò unda præcipitat. *Mela lib.* III. *cap.* 2. Habet urbes præcipuas Tholoſam, Agennum & Burdigalam [y].

γ (f) *Rhodanus* Galliæ Narbonenſis fluvius, in Lepontiis ex Alpium jugo, quod vulgò *Furca* mons dicitur, oritur, & per Sedunos in Occaſum fluens, Lemanum lacum ingreditur, eumque ad Genevam egreditur; per Allobroges fluens, donec ad Lugdunum (g) *Ararim* ex Voſego monte ortum excipit, in Meridiem converſus Viennam, Valentiam, Avenionem, & Arelatum urbes attingit, *Iſara*, *Druentia*, aliiſque minus claris fluviis eodem curſu aſſumtis. *Strabo l.* IV. *Mela* II. *c.* 1. *Plinius* III. 4. [z]. Hunc M. Varro tertium Europæ fluvium Iſtro haud minorem eſſe ſcribit. Reliqua flumina inter minora numerantur: ut (h) *Somona fl.* nunc *Somme*, per Picardiam & Ambianos in Oceanum fluit Britannicum, ab ortu in Occaſum, Fano Quintini, Hano, Perona, Corba, Ambiano & Abbatis Villa irrigatis. (i) Druentia ſive *Durance*, Durnius ſive *Dordogne*, *Elaveris*, *Iſaris*, *Charente*, *Dracus*, &c. Cæterum montes in Gallia præcipui ſunt (k) *Voſegus*, ſeu *Voſagus* [a], cui ingens ſilva ſuperfuſa eſt *Silva Voſega* [b] dicta. Mons ipſe Burgundiam hodie à Lotharingia ſeparat; ac porrò Lotharingiam ab Elſatia dirimit verſus Septemtriones procurrens: *Moſam*, *Moſellam* & *Saravum* evomit fluvios [c]. (l) *Gebenna* [d] mons Arvernos ab Helviis diſtinguens, in Aquitania exortus ad Rhodanum procurrit in Ortum, & Galliam Narbonenſem ab Aquitanica Celticaque in parte ſeparat. Strabo hunc Cemmenum videtur facere, quem à Pyrenæo Lugdunum uſque producit [e]. (m) *Jura* mons initium à Geneva urbe ducens, verſus Septemtriones ad fonteis *Dubis* fluminis, quod vulgò *Doux* eſt, protenditur, ejusque fluminis dextram ripam proſequitur, uſque ad vicum *Pierreport*: inde in ortum æſtivum verſus, lævam amnis Arole, vulgò *die Are*, ripam radit, donec ipſe una cum Arola Rheno jungatur, ad opidum Confluentes, vulgò *Coblentz* [f]. (n) *Arduenna ſilva* diſperſa fuit per fines Trevirorum, Tungrorum, Sunicorum, Ubiorum, Gugernorum, & partem Batavorum extra inſulam, item per Menapiorum fineis, Morinorum, Bethaſiorum, Sueconorum, Nerviorum, Atrebatium. Summa ejus latitudo fuit inter Ortum & Occaſum à Moſellæ confluente ad extremos Atrebatium fines & litus Oceani, millium paſſuum CCXL. Latitudo maxima inter Meridiem & Septemtriones à Mediomatricorum confinio ad Vahalem uſque millium paſſuum C L. Reliquiæ ejus hodieque ingentes paſſim dicto terrarum tractu manent: maximè verò in Weſtraviâ, in Treverico Leodicenſique Epiſcopatibus, in Ducatu Luceburgienſi & cis Moſam. Nomen etiam antiquum in parte obtinet, vocaturque Picardis & Wallonibus vulgò *L'Ardenne*.

HEKELII.

[x] Græc λίγηρ.

[y] Hodiè dicitur *Garonne*, *Ptolemæo* Γάρυνα & aliis *Garona*.

[z] Hodiè vulgo *Rhoſne* nominatur. *Oppianus* in *Alieuticis* & *Philoſtratus* in *Vitis Sophiſtarum* vocant eum *Eridanum*. Hunc *Rhodanum* ſeptem oſtiis in noſtrum Mare evolvi, ſcribit *Apollonius* in *Argonauticis*.

[a] Sive *Vogeſus* & *Tacito Vocetus*.

[b] Et *Voſaca*.

[c] Eſt & Pagus agri *Biturici* VOSAGUS dictus.

[d] It. *Cebennæ* & Cœbennæ pluraliter.

[e] Hujus Montis partem hodiè *Tarara* nomen habere, ſcribit *Gu. Budæus* Lib. IV. de *Aſſe*.

[f] Et hi duo Montes, *Alverniæ* Montium nomine venientes, præter herbas medicinales, quas ferunt optimas, paſcua undique optima habent, ex quibus greges & armenta numeroſa aluntur. Unde *Carnium*, *Butyri*, *Caſei optimi*, & talium ingens copia ſemper trahitur.

(a) Sequana. (b) Matrona. (c) Eſia. (d) Ligeris. (e) Garumna. (f) Rhodanus. (g) Araris. (h) Somona fl. (i) Druentia fl. (k) Voſegus mons, & Voſega ſilva. (l) Gebenna mons. (m) Jura mons. (n) Arduenna ſilva.

CAP. XIII.

De incolis Galliæ, ac posteriori ejus divisione.

I.

Celtarum gens.

UNam gentem, *Celtarum* nomine, omnem quondam incoluisse *Hispaniam*, ac *Galliam Germaniamque*, *Illyricum*, & *Britannicas insulas*, supra ad Hispaniam dictum est; latiusque infra in Germaniæ descriptione dicetur. Cæterum Gallorum natio adeo populosa fuit, ut ii, quum domi haud sterile solum tenerent, ob multitudinem tamen Hominum, necessum habuerint, in diversas ac longinquas mundi regioneis colonias deducere. Nonnulli eorum Italiæ dimidiam fere partem occuparunt. Ex his quidam ultra profecti, in Asiam usque pervenerunt; nomenque ibi Galatiæ, sive Gallogræciæ, seu Græcogalliæ fecerunt (1). Alii in Britanniam Insulam perveniſſe putantur. In Germaniam autem alii invecti, ingentem tractum à Rheno ad Vistulæ usque fonteis obsederunt.

(1) *Galatas eandem pene Linguam habuisse quam Treviri testatur Hieronymus*, Epist. 6. ad Florentium.

Gallia Narbonensis à Romanis subjugata.

II. In ipsa Gallia vixit universa gens, quot nominibus, tot civitatibus, Imperiis ac Magistratibus discreta. Primi Romanorum arma sensere *Salyes* (2); cum de incursionibus eorum Massilia, socia Romanorum civitas, quereretur. Deinde *Allobroges* & *Arverni*; quum adversus eos similes *Heduorum* querelæ opem & auxilium flagitarent. Prima igitur *Narbonensis Gallia* subjugata (3), in Provinciæ formam redacta est; Domitio Ænobarbo & Fabio Max. tropæa in eâ statuentibus. Reliquæ Galliæ per x annos domitæ laus ad Julium Cæsarem defertur.

Gothorum in Gallia regnum.

III. Paruit hinc tota sub præfectis Romano imperio ad Honorii Imperatoris usque tempestatem; quum circa annum Christi CCCC Gothorum, Hispaniam atque Italiam vastantium, pars Narbonensem Provinciam invasit, nomenque regioni de suo imposuit, quod postmodo corrupte Languedoc, quasi *Langue de Goth*, dictum est. Prolatis deinde ad Ligerim usque amnem Imperii finibus regnum constituerunt, cujus caput ac regia *Tolosa* fuit. 1

Burgundiæ seu Arelatense regnum.

IV. Eadem tempestate *Burgundiones*, ab ultima Germania (pars Cassubiorum, parsque Brandeburgensium nunc ea loca tenent) cum *Vandalis Sueviſque* profecti, alias Galliæ partes occuparunt, regnoque constituto, Burgundiæ nomen

(2) *Ubi nunc Diœcesis Aquensis in provincia, teste Dalechampio.*

(3) *Ubi nunc Provincia, Delphinatus & Sabaudia*, Baud.

REISKII.

1 Diversis ita gentium (a) migrationibus, quas diversa tempora & fata ferebant, incolæ diversique populi debentur. *Nam migrationes aut domesticæ fuerunt, internæque, aut alienæ amplius externæque*: Illæ Gallorum propriæ in Italiam, Græciam, Asiam, Germaniam susceptæ: Hæ vero gentium externarum, quotquot è terris Septemtrionalibus Germanicisque in Galliam insederunt. Hinc Galli totam superiorem Italiam tenuisse, Romam A.U.C. CCCLXIII, expugnasse, uno salvo Capitolio, Pannoniam, Thraciam, Illyrium, Græciam, ipsam minorem Asiam invasisse tripartitis copiis, Brenno, Cerethrio, Belgioq; ducibus leguntur. Gallia posthac Romano Cæsarumque imperio subjecta Præfecturam Occidentis secundam continuit, in eaque XVII provincias, uni præfecto Prætorio commissas. (b) Postea Visii Gothi Ataulpho rege Gallias, A. C. 412, aggressi A. 420 novum Tolosæ regnum statuunt: Burgundiones cum Vandalis, Suevis Alanisque conjuncti A. 413 alterum nempe Burgundicum: Tertium Franci, gens Germanorum nobilissima ex liberis Romanoque imperio subductis populis orta A. 420, idque Francicum, adhuc in Gallia superstes. Adde Britannos in Aremoricam, & Saxones in hujus viciniam quinto seculo ingressos: Sed varias regni Francici partitiones, hujusque terminos prætereo. Vid. Conring. Lib. de finibus Imper. German.

HEKE-

(a) Migrationes gentium distinctæ. (b) Regnum Gothorum Burgund. Francicum.

nomen de ſuo impoſuerunt, cujus caput regiaque ſedes *Arelate* [a]. Complectebatur utramque *Burgundiam*, *Lugdunenſem agrum*, *Delfinatum*, *Sabaudiam* & *Provinciam*.

V. Sub idem ferme tempus, *Franci* Germanica gens, Rheno trajecto, proximam Galliæ partem *Tungriam* (nunc eſt Brabantia, ac Leodienſis Epiſcopatus) obſederunt; at pulſi mox à Gothis, paulo poſt redierunt, ultraque in Pariſios uſque progreſſi, regioni ac regno inibi condito, Franciæ vocabulum de ſuo impoſuerunt, cujus caput ac regia *Lutetia*. Circa eadem tempora *Britanni* ex Britannia Inſula, ab Anglis & Saxonibus, quos in opem & auxilium adverſus Scotos Pictoſque ex Germania vocaverant, pulſi, extrema Galliæ Celticæ obſederunt, & de ſuo nomine *Britanniam minorem* appellarunt. At [b] *Clodovæus* V, Franciæ Rex [c], Burgundiæ Rege *Gundebaldo* armis devicto, Gothiſque ex Gallia ejectis, utrumque regnum ſuo imperio adjecit.

Francorum regnum.

Francici regni caput Lutetia.

Britanni in Gallia.

Clodovæus.

VI. Hic vita excedens, regnum Franciæ IV filiis in quatuor parteis ſeu regna diſtributum reliquit. Primus [d] erat *Pariſiorum rex*: cui parebant Pariſii, nunc vulgo *Iſle de France*, id eſt, inſula Franciæ, Campania (1), Cenomani (2), Turones (3), Andegavi (4), Aquitani (5), Arverni (6). Secundus [e] *Sueſſionum Rex* (7): cujus regno ſubmiſſi Veromandui, Neuſtrii, nunc Normanni; Picardi, Flandri. Tertius [f] *Burgundiæ* ſive *Aureliani Rex*: cui ceſſit totum Burgundiæ regnum, antea dictum, cum Aurelianenſi Ducatu (8). Quartus [g] *Rex* (9) *Metenſis*, ſeu *Auſtraſiæ*: quæ complectebatur quicquid inter Moſam ac Rhenum. Mortuis autem fratribus, *Clotarius* ſolus rerum potitus eſt.

Regni Franc. diviſio.

I. Rex Pariſiorum.

II. Sueſſionum.

III. Burgundiæ.

IV. Auſtraſiæ.

VII. Hujus itidem *quatuor* filiis regnum iterum in quatuor dictas parteis diviſum eſt. At defunctis, ut ante fratribus, *Clotarius* II totum regnum Franciæ ſolus obtinuit. Id integrum intactumque ſucceſſoribus ejus manſit, ad Caroli Magni uſque tempeſtatem, quum *Auſtraſia* divelleretur, mox *Flandria* etiam ſui juris facta eſt. Imperator dein *Henricus* III *Burgundiæ* Regnum Germanorum Imperio adjunxit. Sed id poſteà in quatuor partes direptum eſt: Beroaldus, Saxoniæ Dux, *Sabaudiam* invaſit. Otho, Flandriæ Comes, partem occupavit, quam *Franche Conté*, id eſt, liberum *Comitatum Burgundiæ* nuncupavit. Guigius Comes eam, quam à filii & ſoceri nomine *Delfinatum* appellavit (10). *Boſo* poſtremus in Provincia regnum tenuit, quod *Arelatenſe* dictum fuit. a.

Altera regni diviſio.

(1) *Nunc Champagne.*
(2) *le Maine.*
(3) *Tours.*
(4) *Anjou.*
(5) *Aquitain.*
(6) *Auvergn*
(7) *Soiſſons.*
(8) *Orleance.*
(9) *Metz.*
(10) *Dauphine.*
(11) *Urbs Archiepiſc. in Provincia, olim Regni Arelatenſis Metrop. multa habet antiquitatis veſtigia.* Baud.

VIII. At

HEKELII.

[a] Hodiè *Arles*, quæ Urbs ad *Rhodanum* undique ſepta eſt paludibus, in quibus hodiè præferoces aluntur Boves. (11)

[b] Corrupte *Clovis*.

[c] *Ludovicus Magnus* alioquin dictus.

[d] *Childebertus*, i. *Hildebertus*.

[e] Qui vocabatur *Clotarius*.

[f] *Clodomirus*.

[g] Qui nothus erat, & *Theodoricus* nuncupabatur.

BUNONIS.

a Regni Arelatenſis poſtremum regem Cluverius noſter tradit fuiſſe Boſonem; qui tamen fuerat primus. Nam Carolus Calvus mortuo Ludovico II, Imperatore, Italiam cum Cæſarea dignitate & Provinciam Ludovico fratri natu majori, Germanorum Regi, per injuriam eripuit, novumque hoc regnum Arelatenſe condidit; cujus Regem fecit, Judithæ, uxoris ſuæ, fratrem Boſonem ſive Boſſonem, ambitione ductus, ut ipſe Auguſtus & Imperator non ſolum Provinciæ, verum etiam *Burgundiæ Rex* appellari voluit. Boſonis filius *Ludovicus*, qui, quum Italiæ quoque regnum affectaret, à Berengario captus & excœcatus eſt. Hujus hæreditatem accepiſſe videtur *Hugo* Berthæ [b] filius. Porro Carolo Craſſo Imperatore dignitate pulſo *Rudolphus* minoris Burgundiæ Comes *Regem* ſe appellari juſſit; contra quem movit Arnolphus Imperator, cui videtur reconciliatus. Huic Rudolpho ſucceſſit filius *Rudolphus*, qui deinde Berengario Regi in Italia ſubſtitutus eſt. [i] Mortuo vero Rudolpho Burgundiæ regnum ad Germaniæ *Imperium* venit: *Verum Philippo Pulchro id conceſſit Albertus I Auſtriacus, Imperator jure fiduciario, manſitque ita in ditione Imperii, uſque ad Caro-*

VIII. At posteriores Franciæ Reges *β Provinciam* ac *Burgundiæ* Ducatum recuperarunt. *γ Delfinatum* Humbertus ultimus ejus Princeps Regi Galliarum vendidit, eâ lege pacta, uti in posterum primogenitus cujusque Regis filius nomen *Delphini* inde gestaret. *Sabaudia* (1) successoribus Beroaldi etiam nunc manet. *δ Burgundiæ Comitatus* eodem titulo ac jure ad Hispaniarum Regem pervenit, quo ipsa Flandria. (2) *Avenionensem Comitatum* Joanna Provinciæ Comes Papæ Clementi VI concessit, manetque etiam nunc sub Romanæ Ecclesiæ ditione.

(1) Savoy.

(2) Avignon.

Carolum IV, *qui regnum hoc Galliæ Regibus concessisse scribitur ab* Aventino *lib.* 4. *Annal. Boj.*

β Provinciæ Comitatus ad Reges Galliæ pervenit; sed non alio, quam fiduciario jure. A Philippo Pulchro eam repetiit Adolphus Nassovius Imperator; sed eidem concessit Albertus Austriacus; verum tanquam Imperii feudum. Carolus vero IV, Imperator Comitatum hunc cum regno Arelatensi Galliæ Regi permisit, quod Sigismundus confirmavit. [k]

γ Delfinatus, cujus caput Vienna est, à Regni Galliæ provinciis semper fuerat discretus. *Humbertus* ille provinciam istam Galliæ Regi quidem vendidit; sed Philippus Valesius Rex translationem illam à Ludovico IV Cæsare ratihaberi petiit, & quum id non impetrasset, venditionem istam confirmari curavit à Pontifice Romano. Mansit tamen Delfinatus in jure Imperii, ejusque Principes hoc ipso in clientelam venerunt Cæsarum. Carolo IV, Cæsari, Delfinatus nomine homagium præstitit in Comitiis Metensibus Galliæ Regis filius.

δ Burgundiæ Comitatum, prole masculâ Comitum extincta, Carolus IV, Cæsar, Philippo Audaci Burgundiæ Duci ex jure Imperiali contulit, ipseque Rex Hispaniæ, qui Burgundiam illam hodiè tenet, eam pro regione Imperii habet.

HEKELII.

[b] *Sueva*

[i] Conf. *Jo. Aventini* Lib. IV. *Annal. Bojor.* p. 278, Edit. *Cisneriano-Basil. Regiæ* in fol.

[k] *Provincia*, vulgo *Provence*, ad *Alpium* pedes inter *Rhodanum* & *Varum* jacet, cui à Septemtrione *Delphinatus* ponitur. Hujus Solum aptissimum est ad mittendum segetes absque culturâ ullâ, & parvô cum labore cultum profert nobiles fructus. *Uvarum*, *Passularum* & *Ficuum* tanta hèic colligitur copia, ut eis bona *Europæ* pars subveniatur. *Rosmarinum*, *Myrtus*, *Juniperus* hèic abundantissimè crescunt. *Castaneæ* quoque hèic sunt majores, quàm ullâ aliâ in parte *Europæ*. *Citria Mala*, *Mala Cotonea*, *Mala Granata*, *Crocum*, *Oryza*, *Palmæ*, quæ *Dactylos* maturos ferunt, copiosissimè isthìc proveniunt, atque aliquibus in locis Cannæ Sacchari plantantur. Vites hèic generosissimum ferunt vinum, qui *Basileæ* pro *Corsico* habetur. Hæc *Maginus* Part II. *Geog. Ptolem.* fol. 66. fac. a.

CAP. XIV.

De recentiori Galliæ, ejusque in varias Provincias divisione.

I.

Hodiernæ Galliæ fines.

HAc igitur ratione *Gallia* arctior, quam olim fuit, facta est; tota propemodum Belgica avulsa. Itaque à Meridie, Occasu ac Septemtrione servatis antiquis terminis, ab Ortu clauditur Subaudia, Burgundiæ Comitatu, Lotharingia, ac inferiore Germania, quam vulgo nunc *Belgicam* & *Belgium* vocant. *Longitudo* ejus ab extima Britannia, ad usque Varum flumen, Italiæ terminum, porrigitur milliarium Germanicorum CLXXX. *Latitudo* à Pyrenæis jugis in Bearnia ad extremam usque Picardiam milliarium CXL. (1).

(1) *Extenditur in longum ab extrema Armorica ad Vari fluvii ostium, 250 Leucas Gallicas; ejus vero Latitudo a Dunquerca ad Montes Pyrenæos & Cataloniam* 230. Baud.

(2) *Quod nunc verum est; e tota etiam Italia pulsi sunt Galli, Sabaudiam autem adhuc tenent, at Lotharingia suo Duci restituta fit.*

REISKII.

1 (a) Auctor Galliam pro statu temporis, quo scripserat, arctiorem fecit, & avulsam Belgicam ab ea fere totam hèic prodidit (2), quæ tamen tot accessionibus, terrisque Italicis, Belgicis, Germanicis, Hispanicisque aucta, terminos produxit longius, iisq; Lotharingiam, Burgundiæ comitatum & Belgii Hispanici, Allatiæque partem magnam complectitur. Quid bello adhuc præsente Germanico geratur, quas urbes munitissimas & regiones manu violenta Galli aut teneant aut infestent, noto est notius, & in Palatinatu Rhenano, terrisque finitimis cheu cognitum perspectumque. Hinc laudes apud Gallos nimiæ feruntur, quibus imperium suum cœlo & Oceano terminandum, Ludovicum XIV novo maximi titulo exornandum, Delphinum quinta monarchia (b) potiturum jactitant: Sic immodicus ille promissor Auberius in excerptis de prærogativa regis Franciæ Lib. I. & III. Petrus du Val regnum Gallicum ducenta & viginti milliaria longitudine, totidem latitudine sua excedere scribit, adeo ut urbes provinciis; provincias autem regnis integris æquet. Idem docuit M. Roobe in methodo ad Geograph. Duci Maynio dicata, ubi XIV partes primarias aut Gubernamenta

II. *Francia*

(a) Gallia hodierna est amplior. (b) Monarchiæ novæ cupido.

II. *Francia* autem dicitur vulgo à *Francis*, (1) Germanica gente, in eam transgressis. Tota paret uni Regi, in parteis variè divisa. Præcipuæ tamen regiones sunt, quarum vulgaria vocabula ista sunt: *Bretaigne*, *Normandie*, *Picardie*, *Champagne*, *la France*, *Beausse*, *Berry*, *Blaisois*, *le Maine*, *Touraine*, *Anjou*, *Poictou*, *Saintonge*, *Perigort*, *Limosin*, *Bourbonnois*, *Bourgogne Duché*, *Quercy*, *Guascogne*, *Languedoc*, *Provence*, *Dauphine*. Accessit haud ita pridem *la Bresse*, pars Subaudiæ: *Mets* etiam atque *Toul*, Lotharingiæ opida, Regis Francorum superiori seculo facta sunt. α Franciæ partes.

III. Cæterum *Ducatus* in Gallia sunt XIX: *Orleans*, *Bourgogne*, *Narbonne*, *Bretagne*, *Anjou*, *Berry*, *Normandie*, *Auvergne*, *Guienne*, *Tours*, *Barleduc*, *Valois*, *Nemours*, *Alençon*, *Reims*, *Laon*, *Langres*, *Bourbon*, *le Maine*. *Pares* Franciæ quondam Carolus Magnus XII instituit: quorum *sex* Ecclesiastici, *sex* seculares. Ecclesiasticorum III sunt *Duces*; Archiepiscopus Remensis, vulgo *Reims*; Episcopus Laudunensis, vulgo *Laon*; Episcopus Lingonensis, vulgo *Langres*. *Tres Comites*, iidemque Episcopi: Catalaunensis, vulgo *Chalons*; Noviodunensis, vulgo *Noyon*; Bellovacensis, vulgo *Beauvais*. Secularium itidem *tres Duces*: Burgundicus, Normannicus, Aquitanicus, *Guienne* vulgo. *Tres Comites*: Flander, Tolosanus, Campanus. At hodiè duo ex his XII aboliti sunt, Burgundicus ac Flander. β Ducatus 19. Pares Franciæ 12.

IV. Conventus Juridici (*Parlamenta* Franci vocant) sunt *octo* (2): *Parisiensis*; Rotomagensis, vulgo *Rouan*, in Normandia; Redonensis, vulgo *Renes*, in Britannia; Divionensis, in Burgundia, vulgo *Dijon*; Burdegalensis, in Vasconia, vulgo *Bourdeaux*; Tolosanus, in Linguadoco, vulgo *Tolouse*; Gratianopolitanus, in Delfinatu, vulgo *Grenoble*; Aquensis, in Provincia, vulgo *Aix*. His accesserunt nuper duo alii conventus; *Pau* in Bearnia, & *Mets* in Lotharingia. Archiepiscopatus sunt per universam Franciam XV, quibus subjecti Episcopatus CIII. γ Parlamenta 8. Archiepiscopatus 15.

CAP.

menta numerat, iisque tum Lotharingiam tum Burgundiam addit. (a) Ad terminos vero tuendos tribus regem Gallicum indigere clavibus dixit Cardinal. Rigelius, Perpiniano Hispaniæ, Brisaco Germaniæ, Pignarolo Italiæ. Interim mutatio Ducatuum, Comitatuum, Dignitatum & Parlamentorum quanta contigerit, Libri *de l'Estat de la France* plures indicant: Accessit undecimum Parlam. A. 1657, Ensisheimense, pro utraque Alsatia Ensisheimii erectum. Lex autem Salica de fœminis excludendis, & titulus Christianissimi ex seculo V adhuc viget: Item tria regni Cimelia, quæ sunt ampulla Rhemensis, scutum liliatum, & auri flamma cœlitus delapsa, quanquam à cordatioribus in dubium vocentur.

BUNONIS.

α Francia unum agnoscit Regem primogenitum, nobilem, masculum. Mulieres excluduntur. Servatur ad literam horum verborum sensus, *Lilia neque serunt, neque nent*. Galliæ Rex cognominatur *Christianissimus*; sicuti Hispaniæ Rex *Catholicus*; & Rex Angliæ audit *Fidei defensor*.

β In bello summa dignitas est Comitis stabuli, *le Conestable*; hunc excipiunt primum duo, mox quatuor, tandem plures *Mareschalli*. Juri dicundo præest *Cancellarius*; hinc Magistri libellorum supplicum, *les Maistres de Requestes*; Magnum Consilium, *le grand Conseil*: Parlamentum, *la Cour de Parlement*; Rationum Magistri, *les Maistres des Comptes*: Curia Adjutorum, *la Cour des Aydes*. Fisco præest *Superintendens*; cui adjuncti quatuor *Intendentes*, &c. Quum Ordo S. Michaelis effusus, & nimis frequens exoleseeret, Henricus III ordinem Spiritus S. excitavit.

γ Cæterum, Franciæ regnum Brietius dispescit in quinque partes; 1. *in Orientalem Franciam*; in qua Picardia, Francia, Campania: 2. *In Neustriam seu Franciam Occidentalem*; in qua Normannia (*Normandie*), Armorica (*Bretagne*), Bellia (*Beausse*). 3. *In regnum Burgundiæ*, in quo Ducatus Burgundiæ, (*le Deuche*); Comitatus Burgundiæ, (*le Comte*); & Nivernensis ager (*Nivernois*). 4. *Regnum Arelatense*, in quo Lugdunensis ager (*Lionnois*), Sabaudia (*Savoye*), Delphinatus (*Dauphine*), Provincia (*Provence*). 5. *Aquitania*, eaque *Orientalis* in qua Bituricensis ager (*Berry*), Borbonius ager (*Bourbonnois*), Lemovicus ager (*Limosin*), Auvernia (*Auvergne*), Cadurcensis ager (*Quercy*), Rutenensis ager (*Rovergne*), Oxitania (*Languedoc*): Occidentalis Aquitania, in qua Pictavensis ager (*Pictou*), Santonensis ager (*Xaintonge*), Incolismensis ager (*Angoumois*), Petrocoriensis ager (*Perigord*), Aquitania vera (*Guienne*), Vasconia (*Gascogne*).

BUNO-

(a) Tribus eget Clavibus.

(1) *Ita dicti a Libertatis Signo, quod Frankon Liberum gentis Lingua hominem sonat.* Baudr. *Alii originem Nominis a Francia, unde in Galliam venerunt quærunt, alii a Libertate loquendi, alii a Fœdere Libertatis tuendæ Causa inito; alii autem, quia Gens erat indomita.* La Forest. (2) Baudrando 12, *Vesontinum enim & Tornacense addit, quæ Cluverius omisit.*

CAP. XV.

De urbibus Galliæ celebribus, Academiisque illustribus.

I.

Lutetia. URbes Galliæ celeberrimæ sunt, in Parisiis, sive Insula Franciæ, α *Lutetia Parisiorum*, vulgo *Paris* [a]; caput ac regia regni; urbs totius Europæ, unam si Constantinopolin excipias, magnitudine atque incolentium frequentia, clarissima, dignitate sua maxime æstimanda (1). In Picardis β *Ambianum*, vulgo *Amiens*, templi interno splendore, ac ornamentis insignis (2). In Normannis γ *Rotomagus Roüan* (3), opulentissimum Galliæ ad Oceanum Britannicum

Ambianum.

Rotomagus.

(1) *Aliter sentiunt Galli haud indocti; Lutetiam enim Londinum, Incolentium frequentia multum superare facile concedunt.* Baudrandus *tantum* 43 *Templa Parochialia in hac Civitate numerat, at omnibus notum est Londinum* 96 *Templa numerare. Fatetur etiam Vir clarissimus* D. de Sculigne *in Libro cui Titulus,* The Desolation and Ruin of France demonstrated, *Londinum & magnitudine & Incolarum frequentia, Lutetiam multum superare; Incolas enim Parisii numerat* 488055, *juxta Estimationem D. de Azout Mathematici Regii, & Domus tantum* 23255; *Londini autem* 120000 *Domus, &* 840000 *Incolas numerat; unde* Baudrandi *Jactantia, Lutetiam scilicet, totius Europæ facile amplissimam, ditissimam, & populosissimam Civitatem esse, facile refutatur.* (2) *Episcopatus sub Archiep. Remensi ab Hispanis capta An.* 1597; *at ab* Hen. 4to *Gallo fortiter recuperata, & arce munitissima ornata.* Baud. (3) *Archiep. ampla elegans, & admodum frequens, & inter præcipuas Regni Civitates locum tenet, Parlamenti sedes, & Emporium celeberrimum, circuitu 7 millia passuum, pontem habet Lapideum miræ structuræ.* (4) *Camdenus ait Lutetiam Gallorum prisco Sermone Castrum significare. huic annuit* Baudrandus.

BUNONIS.

α (a) *Lutetiam* à luto dictam volunt [b]. Sequana eam in tres partes distinguit. Habet Collegium Sorbonicum, & Parlamentum. In Academia à Carolo M. fundata illustres docuère & floruere, *Alcuinus, Petrus Lombardus* Episcopus Parisiensis, *Magister sententiarum* dictus; *Joannes Gerson* Cancellarius Parisiensis, Theologus; *Gulielmus Budæus, Carolus Molinæus, Andreas Tiraquellus, Jacobus Sylvius, Gulielmus Postellus, Franciscus Vatablus, Adrianus Turnebus, Dionysius Lambinus, Petrus Ramus* (qui in laniena Parisiensi anno 1572 interiit), *Robertus Stephanus.*

β Picardiæ Metropolis (b) *Ambianum* ad Somonam fl. ab ambitu aquarum nominatum volunt, quæ tamen urbem magis ineunt, quam permeant. Arcem habet munitissimam. Anno CIↃ Ic XCVII, 11 Martii Hispanus stratagemate (carro nucum) urbem occupavit. Sed eodem anno 25 Septembris Henricus IV eam, Hispanis ejectis, recepit.

γ (a) *Rotomagus* Normanniæ, quæ à Normannis eam occupantibus nomen habet, metropolis ad Sequanam, pontem habet in illo flumine ex quadrato lapide exstructum. [c] Ante portam S. Hilarii notes Antonii Navarræi, qui fuit pater Henrici IV, interitum: ubi, quum contra Hugonottas militaret, reddens urinam, globo trajectus est anno 1563. Quum vero Henricus filius hanc urbem obsideret, murus sua ipsius ruina hic se dejecit.

HEKELII.

[a] CASPAR DORNAVIUS, Vir *Græce* ac *Latine* doctus & valde curiosus, in *Juventutis Principe suo* p. 23, de hâc Urbe splendidâ, ex *Architremo*, Poetâ *Anglo*, citat hos Versiculos sequentes:

Lutetia, ubi
——— *altera regia* Phœbi,
Parrhisii, Cyrrhœa *Viris*, Chrysæa *Metallis*,
Græca *Libris*, Inda *Studiis*, Romana *Poetis*,
Attica *Philosophis*, *Mundi* Rola, Balsamus *Orbis*,
Sidonis Ornatu, *sua* Mensis, & *sua* Potu,
Dives Agris, *fœcunda* Mero, *mansueta* Colonis,
Messe *ferax*, *fortis* Domino, *pia* Regibus, Aurâ
Dulcis, *amœna* Situ. ——— ———

Hujus Urbis *Academiæ* Conditores fuère duo *Scoti* Monachi, *Joannes Mailrosius* & *Claudius Clemens*, qui, cum Mercatoribus *Britannis* ad Littus *GALLIÆ* delati, velut institores, novam & *GALLIS* inauditam mercem proclamabant, & quidem CAROLI M. *Germanorum Imperatorum* primi, auspiciis, qui hujus Universitatis Auditoria frequenter visitavit, & Discentium profectus explorare non est dedignatus. Litterati illi Viri, qui olim *PARISIIS, GALLORUM Athenis*, vixère, & nonnulli eorum ibidem fortè adhuc vivunt, sunt Emericus *Bigotius*, Ismael *Bullialdus*, Claudius *Capellanus*, Joann. *Dallæus*, Carolus *Drelincurtius*, Abrah. *Ecchelensis*, Tanaquillus *Faber*, (qui *ANNAM* habet Filiam ad stuporem eruditam, & propterea summô elogiô atque honore dignissimam,) Gilbertus *Gaulminus*, uterque *Justellus*, Parens nempe & Filius, Philipp. *Labbe*, Æg. *Menagius*, A. *Mestresatius*, Gabr. *Naudæus*, P. *Pascasius*, Dionys. *Petavius*, *Puteani* Fratres, Cl. *Saravius*, Jacob. *Sirmondus*, *Heinricus* & *Adrianus* Valesii. Hèic *Annas Burgius*, Vir doctus atque eloquens, Jurisque peritissimus atque Scientiâ Sanctorum instructissimus, d. 21 Dec. Anno XVIti Seculi 59. Martyr JESU CHRISTI est factus, cujus Vitam, eamque Witteb. Anno ejusd. Seculi 73. in f. 8. editam, *Burcardus Matthæus* satis prolixè descripsit.

[b] Ob incredibilem videlicet *Luti copiam*, quâ etiamnùm hodiè non caret. Alii tamen ab *albedine Murorum*, quam Λευκοτίαν Græci, *Lutetiam* vocari existimant. (4)

[c] *Archiepiscopatu & Parlamento*, à Ludovico XII *Galliarum* Rege, primùm institutô claret.

BUNO.

(a) Lutetia, Paris. (b) Ambianum. (c) Rotomagus.

cum Emporium : ♂ *Cadomum*, *Caen* (1) : *Diepa* (2), navium appulsu celeberrimum opidum. In Britannis ε *Renes* (3), & ζ *Nantes* (4), satis clarum Emporium. Cadomum. Diepa. Renes. Nantes.

II. In Andegavis η *Andegavum* (5), sive *Juliomagus*, vulgo *Angiers*. In Turonibus ϑ *Turonum* (6), vulgo *Tours*. In Blesensi provincia, ι *Blesense Castrum*, vulgo *Blois* : cujus ager ob multiplicem amœnitatem *hortus Galliæ* nuncupatur. In Beausse κ *Chartres*, & item λ *Aurelianum* (7), vulgo *Orleans*. In Biturigibus μ *Bourges* (8), antiquitatum reliquiis ac Xenodochio clara. In ν Campania ξ *Remi*, vulgo *Reims* (9), templi artificiosa extrinsecus structura nobilis, ο *Catalauni* (10), vulgo *Chalons*. π *Tricassium*, vulgo *Troyes*, urbs ampla ac populosa. Andegavum. Turonum. Blesense castrum. Aurelianum Bourges. Remi. Catalauni. Tricassium.

III. In

BUNONIS.

♂ (a) *Cadomum* sive *Cadomus* ad Olinam fl. vulgo *Oine*, vel *Orne*, post Rotomagum, unde 21 leucis in occasum recedit, in Normanniâ urbs cæteris præstans est. *Britannia* nomen accepit à Britannis eò cedentibus.

ε (b) *Renes* [*d*] urbs mediterranea est, ad confluentes *Vidanæ* fluminis, quod vulgò *Villaine* dicitur ; urbs dives est, at inconcinna, & parum culta.

ζ (c) *Nantes* haud procul Ligeris ostio sita insignem habet portum & Academiam, Britanniæ habetur urbs maxima [*e*]. Ponte suo celebris est, & probe munita cum castro. In Britannia porro re nautica celebris est *Brest*, urbs haud longe à promontorio Gobæo sita, olim *Vindana portus*.

η (d) *Andegavum* irriguum Meduana fluvio, qui inde in Ligerim se exonerat, Andium metropolis, quæ regio non quidem ampla est, sed omni penu dives. Quare *Carolus* IX, Ducatum hunc pro annonaria attributione (*l'appanage Royal* quam vocant) Henrico III assignavit, & hic rursus fratri Francisco. In templo urbis Cathedrali D. Mauritii ipse Rex non dedignatur habere titulum Canonici [*f*]. Habet Academiam à Ludovico Siciliæ Rege, Andegavensium duce, anno Christi 1348 institutam, quo fere tempore Heidelbergensis quoque fundata.

ϑ (e) *Turonum* inter Aurelianum ad ortum 34, & Andegavum ad occasum 30 mill. Gall. ad Ligerim, pontem in eo habet lapideum. Henricus IV, pro alendis bombycibus & sericis texendis quatuor has instituit urbes ; *Lutetiam* Paris. *Lugdunum*, *Aurelianum*, & *Turonum*. Arx illius loci antiqua captivum tenuit adolescentem Guisium, qui tamen custodia hac elapsus est.

ι (f) *Blesæ* seu *Blesense castrum* ad Ligerim situm est inter Aurelianum ad Ortum 16, & Turonum ad Occasum 18 leuc. Urbs [*g*] cultissima & nobilis, ponte juncta. Regibus locus hic ob amœnitatem & fertilitatem suam in deliciis est ; quorum filii quoque hic educari solent. In arce urbis Henricus Guisius Dux Lotharingiæ factionis caput, è camera consilii ad regem Henricum III iturus à Satellitio regio occisus est, anno 1588, 23 Decembris : idem deinde fatum Cardinalis, Guisii frater, expertus est. Lingua totius Galliæ hic habetur purissima, & perfectissima [*b*].

κ (g) *Chartres*, celebris urbs, ubi B. Virginis servatur indusium.

λ (h) *Aurelianum* urbs pulcherrima, ad Ligerim inter Parisios 34, & Bituriges 22 leuc. dissita, [*i*] habet Academiam à Philippo Pulchro anno 1312 fundatam. Germanorum natio hic multis gaudet privilegiis, ab Henrico IV concessis.

μ *Bituris*, *Bituriges*, vulgo *Burges*, Biturigum metropolis, inter Aurelianum ad Boream 22, & Claromontem in Austrum ad 40 leuc. sita, circa Galliæ umbilicum, habet Academiam ante multos annos à Duce quodam, qui Biturigibus imperabat, erectam.

ν *Campania* [*k*] à campis dicta est.

ξ (i) *Remis* portæ adhuc retinent nomina à Diis Ethnicorum, videlicet, Venere, Baccho, Marte, &c. Hic ex constitutione Clodovæi regis inaugurantur reges Franciæ.

ο (k) *Catalaunum* ad Matronam fl. 10 leucis Remis distat in Eurum. In hac parte *Campi Catalaunici* ponendi sunt, in quibus *Attila* Hunnorum tyrannus sævus & fraudulentus ingenti prælio, & strage vix ullo seculo audita, [*l*] victus est Aetii virtute, Theodosio minore imperante.

π *Trecæ* seu *Trecassium* urbs ampla & dives est : Sequani alvei in urbem sunt derivati.

HEKELII.

[*d*] Ubi quoque *Parlamentum*.

(e) Commerciis satis frequens.

[*f*] In choro hujus Templi ostenditur una ex hydris *Cananæis* coloris rubei ex lapide Jaspidi non absimili, quam *Renatus*, *Siciliæ* & *Solymarum* Rex, cujus Sepultura in eodem quoque Templo est, *Hierosolyma* huc asportari curâsse perhibetur.

[*g*] Comitatus quippe titulo clara.

[*b*] Agri circum vitibus, segete, arboribus fructiferis vestiti. Fontes limpidissimi, rivuli pellucidi & grato

(1) *Morte Gulielmi Conquestoris celebris, ampla, probe culta ; Academiam illustrem, & Castrum permunitum jactat.*

(2) *Emporium celebre cum arce munita.*

(3) *Episcop. & Britanniæ primaria Parliamenti Sedes, & probe culta.*

(4) *Episcop. Comitatus caput.*

(5) *Episcop. ampla, culta & Castro munita.*

(6) *Archiep. ampla, perculta, ac Emporium celebre.*

(7) *Episcop. Ducatus titulo insignitur secundogenitorum Regum Franciæ, ædificata ut ferunt A. C. 165, a Marco Aurelio Imperatore, & ab ipso denominata, celebris clade Anglo-*

(a) Cadomum. (b) Renes. (c) Nantes. (d) Andegavi. (e) Turonum. (f) Blesense castrum. (g) Chartres. (h) Aurelianum. (i) Remi. (k) Catalaunum.

rum A. 1428, *sub* Car. VII, & *obsidionibus ab Attila & aliis. Ex primis est Galliæ urbibus.* (8) *Archiep. ampla, & Provinciæ Metropolis, uti alias Regni Aquitanici, & Celtarum Regia.* (9) *Archiep. munita, Provinciæ caput, Ducatusque titulo insignitur ; ejus enim Archiep. Dux & Par Franciæ Reges consecrat. Visuntur hic plura antiquitatis vestigia, & nuper detectus Arcus antiquus ab Imperatoribus Romanis structus in Septentrionali urbis parte ; ibi etiam servatur Ampulla Sacra, qua Reges Galliæ inaugurantur.* (10) *Ampla, Munita, & Episcopalis.*

Divionum. Cabilonum. Matiſcona. Belna. Auguſtodunum. Molinium. Lemovicum Pictavium. Saintes. Rupellæ.

III. In Burgundia ρ *Divionum*, vulgo *Dijon*, Ducum quondam ſedes. σ *Cabilonum*, vulgo *Chalon, ſur Saone*, emporium haud ſpernendum: τ *Matiſcona*, vulgo *Maſcon*, ſatis nitida: υ *Belna*, vulgo *Beaune*, Xenodochii magnificentia famoſa: φ *Auguſtodunum*, *Autun*, antiquitatibus Romanis adeo referta, uti *Roma Gallica* quibuſdam vocitata fuerit. In Borbonenſi provincia; χ Molinium *Molins*. In Lemovicibus, ↓ *Lemovicum* (1), vulgo *Limoges*; emporium opulentum. In Pictonibus ω *Pictavium* (2), vulgo *Poictiers*, magnitudine ſecundas quidem à Lutetia fert, at multo minus populoſa. In Santonibus α *Saintes* (3), antiquitatibus Romanis maxime ornata; β *Rupellæ* (4), vulgo *la Rochelle*, cele-

(1) *Ampla, probe culta & Epiſcop.*
(2) *Inter maximas Galliæ urbes numeratur, ſed infrequens.*
(3) *Urbs Epiſcopalis.*
(4) *Urbs etiam Epiſcopalis.*

grato murmure obſtrepentes. Vinum commendatiſſimæ eſt bonitatis & ſalubritatis.

[i] *Druides* condidiſſe eam creduntur initio, à quibus *Carnutenſis* Regio, ſylvis opaca, olim inhabitabatur. Quondam ſuperbiebat Regni titulo; ſed hodiè Ducatus inſignitur nomine.

[k] Vulgo *Champaigne*.

[l] Circa annum *Chriſti* 450.

BUNONIS.

ρ (a) *Divionem* ſeu *Divio* ad *Vſchum* ſeu *Oſcharum* & *Suſonem* fluvios à Dola abeſt in Occaſum 9 leucis. Ibi in Baſilica auguſtiſſima hoſtia ſacra à Judæo cultro percuſſa, ſanguine conſperſa monſtratur. Ibi eſt nobile monaſterium Carthuſianorum, ibique ſunt Ducum ſepulchra [m].

σ (b) *Cabilonum* eſt ad Ararim, qui vulgo *Saone*, inter Matiſconam ad Meridiem 13, & Divionum in Bor. 16 leucis. Burgundorum olim regia [n] duplici muro munita [o]. Epiſcopalis eſt.

τ (c) *Matiſcona* in valle læta & peramœna ad Ararim, inter Lugdunum ad Meridiem 9, & Cabilonum ad Boream 13 leucis ſita. Plurima mala paſſa eſt ab *Attila*; ac deinde à Francis Burgundiam impugnantibus. Poſtremo reſtituta eſt ſub Philippo Auguſto anno 1222. Epiſcop.

υ (d) *Belna* inter Cabilonum ad Meridiem 7, & Divionem in Bor. 9 leucis. Noſocomio [p] & vino celebris.

(5) *Ampla, culta, & Caſtro munita.*

φ (e) *Auguſtodunum* urbs antiqua media inter Lugdunum & Senones 35 leuc. a Divione diſtat 12. Epiſcopalis.

χ (f) *Molinium* Borboniæ Metropolis eſt ad Elaverum fl. Caſtrum habet peramœnum Borboniorum Ducum.

↓ (g) *Lemovicum* [q] ad *Vigennam fl.* vulgo *la Vienne* (cujus fons haud procul *Tarnaco* opidulo oritur) urbs ampla & dives eſt. Pictavia ad Bor. 20 leuc. ab ea diſtat, & Arvernum 25 in Occaſum. Caſtanearum magnus ibidem eſt proventus. Fœminarum & Virginum habitus cum ipſa urbe natus videtur, ejuſque ſexus iſte, quod in hac gente mireris, adeò tenax eſt, ut ſi quæ Pariſiis, aliove comtiori loco huc veniat habitatum, neque Lemovicenſem aſſumat habitum, licet caſtiſſima ſit, habeatur vilis & laſciva. De cætero incolarum celebratur frugalitas, qui cibi potuſque perhibentur eſſe non multi; & lautitiarum oſores. Induſtrii vero, ingenioſi & cauti, qui ſibi ſuiſque egregie ſciunt conſulere. Ætatem vivere dicuntur provectam [r]. Belleforeſtus tradit, ſe vidiſſe familias, in quibus centeni cognatione per nuptias juncti ſimul vixerint, ut integra collegia potuerint videri [s].

ω (h) *Pictavia* Pictonum metropolis, Clani, qui nunc *le Clain*, fluvio, qui in Vigennam delabitur, fere undique ambitur inter Turonum ad Bor. 20, & Santones in Auſtrum 23 leuc. à Biturigibus diſtat in Occaſum ſupra 30; urbs ampla in qua antiqua ſuperſunt monumenta Romana. Ejus Epiſcopus olim fuit *Hilarius*, hæreticorum flagellum & malleus, qui contra Arianos in primis acriter pugnavit. Ad templum D. Hilarii Canonicorum collegium eſt, cujus caput ipſe rex Galliæ eſt; olim fuit Abbatia. Sæpius vaſtata fuit urbs illa à Romanis, Gothis, Vandalis, Normannis. Capta ac diruta ab Edoardo III Rege Angliæ. Hic duobus à Pictavia milliaribus Johannem Galliæ Regem acie ſuperatum cepit & in Angliam abduxit, neque Windſorio è caſtro dimiſit, niſi ingenti lytro perſoluto. Anno 1562, gravem à Reformatis ſuſtinuit obſidionem [t].

α (i) *Sainctes* eſt ad Carantonum fluvium inter Pictaviam ad Bor. 23, & Burdigalam ad Meridiem 20 leuc. inter Engoliſmam & Rupellam in Occaſum 10. Ibi pons egregius eſt operis Romani [u].

HEKELII.

[m] De hâc Urbe ſic ſcribit *Paulus Merula*: *Divionis* Conditor habetur vulgo, mihi potius reſtaurator, pomœriique productor, *Aurelianus* Imperator. Nomen à *divis*, quibus plurimus ibi fuit cultus, impoſitum putatur. Hâc urbe in Burgundia nihil pulchrius. Juſtitiæ ibi eſt Tribunal & Parlamenti Sedes. Undè velut ex ſinu Patriæ jura petuntur (5).

[n] Et horreum *Romanorum*.

[o] Majorem fuiſſe, rudera teſtantur.

[p] Quod, regium quippe Palatium referens, à *Nicolao Raulino*, Equite, eſt fundatum.

[q] Vulgo *Limoſin*, quæ *alta*, ſeu *ſuperior*, vel *baſſa*, ſeu *inferior* eſt.

[r] Fœminæ quidem deformes ſunt; ſed tamen laudatiſſimæ Callitatis. Nec ea eſt libertas Juvenibus cum Puellis converſandi, quæ alibi in *Gallia*. Et junguntur ſæpe matrimonio, qui nunquam ante ſermonem miſcuerunt. Linguam loquuntur horridam, & quam vix intelligat è mediâ *Gallia* oriundus.

[s] Sed *Limoſin inferior* tres Urbes, *Tullam*, ſ. *Tuille*, videlicet, *Brivam* & *Uxercam*, ſ. *Uzarche* in ſe continet.

[t] *Ptolemæus* eam *Auguſtoritum* nuncupat.

[u] Templum Cathedrale, quod *D. Petro* conſecratum ibi vides, *Caroli Magni* opus eſt, cujus ſtatua media in murô ejus oſtenditur, & Templum ipſum à ruinis, quibus ſub Bellis civilibus deformatum erat, ſplendidiſſimâ reparatione jampridem eſt vindicatum.

BUNONIS.

β (k) *Rupellæ* [x] urbs maritima, à Santonibus 10 leuc. in Occaſum, a Luxiona urbe Pictonum 6 in Meri-

(a) Divionum. (b) Cabilonum. (c) Matiſcona. (d) Belna. (e) Auguſtodunum. (f) Molinium. (g) Lemovicum. (h) Pictavia. (i) Sainctes. (k) Rupellæ.

celeberrimum ad Oceanum Aquitanicum emporium, urbs munitiſſima; propugnaculum proximis bellis civilibus Proteſtantium tutiſſimum.

IV. In Vaſconibus γ *Burdigala* (1), vulgo *Bourdeaux*, urbs ampla antiquitatum Romanarum reliquiis conſpicua; opulentiſſimum emporium, Garumna flumine navium appulſum commodante. In Linguadocia eſt δ *Toloſa* (2), *Toloufe*, inhabitantium multitudine inſignis: ε Martius *Narbo* (3), vulgo *Narbonne*, magnifica quondam urbs, nunc munimine maxime clara. ζ *Mons Peſſulanus* (4), urbs magna ac ſplendida; vulgo *Montpellier*. η *Nemauſus*, vulgo *Niſmes*, antiquitatum Romanarum reliquiis omnium Gallicarum refertiſſima (5). In Pro-

Burdigala. Toloſa. Narbo. Mons Peſſulanus. Nemauſus.

(1) *Archiep. perampla, cultiſſima & Parliamenti Sedes, inter præcipuas Galliæ urbes cenſetur. Rich.* II *Angliæ ibi natus.* (2) *Archiep. & Parliamenti & Academiæ Sedes, pontem lapideum habet inſignem, Emporiumque eſt utriuſq; Maris. Incile ibi magnum & ſumptibus vere regiis a Lud.* XIV *inceptum, quo Lintres in ora uſque Maris Mediterranei pervenire poſſint, & vice verſa a Selio monte ad Toloſam, hincque per Garumnam Burdegalam & Oceanum uſque.* (3) *Urbs ampla, munita & Archiepiſcop.* (4) *Urbs Epiſcopalis, olim ſubdita Regi Majoricæ, ſed Philip. Gallo vendita An.* 1349 *a Sancio Rege. Patria fuit Jacobi Regis Arragoniæ.* (5) *Epiſcopatus ſub Archiep. Narbonenſi; olim a Saracenis & Gothis ſubdita, poſtea ſuis Comitibus paruit; ab Amalrico Comite Lud.* VIII, *An.* 1223 *reddita; a Reformatis An.* 1569 *capta. Tribunali & ſitu clara.* La Forreſt.

Meridiem, Burdigalam verſus, 22 à Pictavia [y]. Olim, urbs fere inexpugnabilis fuit, ſed poſt diuturnam obſidionem à Rege ſuo Ludovico XIII capta, mœnibus nudata eſt anno 1628, quum jam XVI millia hominum fame eſſent exſtincta. Tanta enim pertinacia tolerabant obſidionis calamitates, ut cute, corio & radicibus veſcerentur: alii humanorum cadaverum carnes devorarent, mater filiam, & ſoror fratris ſui digitos deroderet. Ex aqua marina magna fit copia ſalis prope *Rupellas*, & ad fortalitium *Brouage*; idem quoque fit in Britannia, & prope *Arelate*, ubi ſalinæ regiæ ſunt.

γ (a) *Burdigala* paludi maritimæ, quam Garumnæ oſtium facit, appoſita eſt in ejus Aquitaniæ parte, quæ vulgo *Guienne* dicitur, à Toloſa in Circium 30 leuc. inter Santonas ad Bor. 21, & Bajonam ad Merid. 26. Duo hodiè habet caſtra, *Ha*, ſeu caſtrum, Phari, & *Trompeite*, vulgo *Trompette*; unde Thuano arx *Buccinæ* & *Trompetæ* vocatur [z]. *Auſonii* Poëtæ & conſulis Romani [a] patria; Tumultibus civilibus, ut olim, ita noſtra quoque ætate, agitata.

δ (b) *Toloſa* [b] urbs ampla, in octo diſcreta partes, ad Garumnam eſt inter Narbonem 24, & Burdigalam 30 leucis. Diſtat æquali prope intervallo ab Oceano & mari Interno. Ex hujus urbis templo quum olim magnam pecuniarum vim abſtuliſſet Q. Cæpio Dux Rom. infortunium in domum ſuam intulit: ex quo in proverbium abiit de poſſeſſione infelici, *Aurum Toloſanum*. In laniena Toloſana, qua in Reformatos ſævitum eſt, interiit quoque *Johannes Corafius*, magnum illud juris lumen Ann. 1572. Eſt Toloſæ ſub Minoritarum templo ſpecus, in cujus parte cadavera importata non putreſcunt.

ε (c) *Narbo ab Hiſpania* tribus duntaxat leucis diſtans, jacet inter Montem Peſſulanum ad Ortum 14, & Toloſam ad Occaſum 24 leucis, ad Aucacem ſive Audam fl. Ciceroni eſt ſpecula & propugnaculum Italiæ. Prima omnium in Europa colonia Romanorum creditur, ac propterea Romanis amiciſſima fuit [c]. Ter colonias accepit, dictaque *Julia Paterna*. Hodiè propugnaculum eſt contra Hiſpaniam.

ζ (d) *Mons Peſſulanus* inter Nemauſum ad Ortum, & Narbonem ad Occaſum 14 leucis, a vicino monte *Pelio* videtur nomen habere. In Academiâ, quam habet, inprimis floret [d] ſtudium medicum; quod Græcis Latiniſque literis inſtructiſſimus *Franciſcus Rabelæſus* hic olim profeſſus eſt; poſtremo tamen, relicto ſtudio ſerio, vitæ ſolutæ ſeſe mancipavit, auctor libri Gargantuæ & Pangruelis, quo omnium ordinum homines in ſcenam produxit; & populo derideudos propinavit [e]. Cives, quum magiſtratus regios, convocato per ſonitum campanæ populo, per ſeditionem occidiſſent, multavit Rex poteſtate pulſandi campanas, atque id jus tranſtulit ad Academiam.

η (e) *Nemauſus* urbs antiquiſſima, Romanorum colonia, ſepticollis, velut altera Roma, ad *Viſtre* fluviolum eſt ab Avenione in Occaſum 6 leucis; ubi amphitheatrum & plura antiquæ nobilitatis & magnitudinis viſuntur veſtigia. Quo ad reip. bonitatem etiam Narboni præſtabat. Primarii urbis Romanæ viri, & honoribus magnis uſi, in eâ degebant. *Hadrianus* etiam Imperator Baſilicam *Plotinæ* conjugi ibi exſtruxerat. Ann. 1557 fulminibus tacta, fœdeque deformata eſt. Habet fontem cognominem, veterum teſtimoniis celebratum, ac urbi fatalem. Tertio à Nemauſo milliari eſt (f) *Pons Gardius*, à Gardo fluvio ſubterlabente appellatus. Is incredibili ſumtu & labore eductus, triplicique fornicum ſerie in altum ſurgens, mundi habetur miraculum. Prima ejus contignatio hominibus & jumentis tranſitum præſtat, altera videtur aquæductum ſuſtinuiſſe. Illa Galliæ *Narbonenſis pars* antiquum provinciæ nomen retinuit. Dividitur in *Veram Provinciam* & *Inſertam*.

HEKELII.

[x] A junioribus *Latinis* ſic vocatæ.

[y] *Villanovanus Rochelle* eas nuncupat. Sed Santonum Portus ſunt *Ptolemæo*.

[z] Hujus Urbis indagare incunabula omninò eſt difficile, cùm *Strabone*, qui ſub *Octav. Auguſto* vixit, antiquior non ſit Autor, qui de eâ loquatur. De *Incrementis*, quæ ſucceſſu temporis hæc Urbs fecit, quæque olim fuerit & ſit hodiè *Forma Reipublicæ*, vid. *Jodoci Sinceri* BURDIGALA c. v. p. 47 ſeq. & XII. p. 131. ſeq. Edition. *Lugdun.* in 12.

[a] Et *Pontii Paullini*, conſulis Romani.

[b] *Tectoſagum* etiam dicta.

[c] Et quoniam ipſe *Cæſar* ex *Martia* Legione colonos eò deduxit, factum eſt, ut ex eò *Martia Narbonna* ſit dicta. *Martianus* eam vocat *Narbonenſiam*.

[d] Jam, ut olim *Juridicum*.

[e] Nitet *Collegio medicorum* ampliſſimò, quod ab *Urbano* V, Pontifice *Romano*, Ann. CHRISTI M CLXXXXVI fundatum, & copioſiſſimis eſt exornatum reditibus. Aliud etiam non minùs elegans atque præclarum *Collegium Regium* ab HENRICO, *Gallorum* Rege, erectum ibidem cernitur. Quin & tertium *Collegium* eſt, *Duvergier* vulgò dictum, quod optimæ ſpei Adoleſcentibus ſtudiorum victûſque neceſſaria in decennium præbet. Scribit *Petrus Rebuffus*

(a) Burdigala. (b) Toloſa. (c) Narbo. (d) Mons Peſſulanus. (e) Nemauſus. (f) Pons Gardius.

Marſeille. Provincia ϑ *Maſſilia* (1), *Marſeille*; portus commoditate juxta ac pulchritudine clara; opulentiſſimumque Galliæ ad Internum mare emporium; Arelate. Triremium regiarum ſtatio: Cæterum libera eſt civitas, una cum ι *Arelate* Aquæ Sextiæ. (2): utraque in Galliæ Regis clientela. ϰ *Aquæ* etiam *Sextiæ*, vulgo *Aix* Avenio. (3), nitida urbs: item λ *Avenio*, *Avignon* (4), Romanæ Eccleſiæ parens. His adſus in Tractatu de *Privilegiis Scholarium*, tantam *Rectoris* in hâc *Univerſitate* eſſe autoritatem, ut *Studioſi* honoris gratiâ egredientem comitari teneantur.

BUNONIS.

(1) *Epiſcop. ſub Archiep. Arelatenſi, fruſtra a Carolo V Imperatore An. 1536 obſeſſa, arcibus duabus munitur, præter Caſtellum.* Baud.

(2) *Archiep. in Provincia. Hic ſunt multa antiquitatis veſtigia, olim Regni Arelatenſis caput.* Baudr. *Sedes Imperii in Galliis tempore Conſtantini M. ibi adhuc integra, Amphitheatrum, Obeliſcus Lapideus, Aquæductus, & Dianæ Statua, Roman. opera; ſubdita fuit a Gothis, deinde a Saracenis, a Carolo Martello Anno 738 recuperata, Anno autem 839 a Boſone una cum Provincia & Burgundia ſubdita, proceſſu temporis ſeſe in Libertatem vindicavit. Multis Privilegiis a Cæſare Frid. I donata, a Frid. II, una cum Regno Arelatenſi, Principi Auriaco conceſſa, Carolo I de Provincia poſtea divendita, & cum Provincia non multis retro ſeculis Galliæ annexa.* La Forreſt.

(3) *A Cajo Sexto Conſ. Romano condita & nominata 120 An. ante Chriſtum; a Lombardis & Saracenis Cladibus afflicta, a Cæſare Car. V pene diruta, nunc tamen inter Galliarum urbes cultiſſima, & Aquis Medicinalibus clara.* La Forreſt.

(4) *Quo tempore condita non conſtat, ſubdita fuit a Romanis, qui ob fidelitatem multis Privilegiis eam ornarunt. A Clodoveo I capta An. 501, a Saracenis An. 737, a Car. Martello recuperata, poſtea eandem cum Provincia ſortem ſubiit. a Ludov. VIII, quia Albigenſibus fautrix, capta, & muris denudata An. 1226; poſtea Sedi Pontificiæ divendita a Joanne Provinciæ Comite.* La Forreſt.

BUNONIS.

ϑ (a) *Maſſilia* ab Ionibus Phocenſibus, Tarquinii regis tempore, prope Rhodani amnis oſtia in remoto ſinu, veluti in angulo maris condita, quod inter duos ſaxoſos montes ingreditur, portumque ovali figura format, caſtello, quod vulgo *le Chaſteau d' If*, arx Iphia, aliter *Taxiana* vocatur, hodie munitum catenisque ferreis clauſum. Ipſa urbs olim ſtudiis ſapientiæ atque armorum, legibus, morum ac diſciplinæ ſeveritate, ſocietate Romanorum, in eaque tuenda ſingulari fide, potentia denique toto terrarum Orbe exſtitit celeberrima. Quod Græce, Latine & Gallice loqueretur, *Trilinguis* appellata [f]. Remp. eorum *Ariſtoteles* videtur appellaſſe Oligarchicam. Apud eos maxima dos erant centum aurei. Nullum aditum in ſcenam mimis dabat, quorum argumentum majori ex parte ſtuprorum contineret actus: ne talia ſpectandi conſuetudo, etiam imitandi licentiam ſumeret. Omnibus, qui per aliquam religionis ſimulationem alimenta inertiæ quærebant, clauſas portas habebat, mendacem & fucoſam ſuperſtitionem ſubmovendam exiſtimans. A condita urbe gladius erat ibi, quo noxii jugulabantur. In opidum nulli cum telo intrare licebat; præſtoque erat, qui id cuſtodiæ gratia acceptum exituro redderet. Studiis humanitatis Maſſilienſes vicinam Galliam cultiorem reddiderunt, ipſos Romanos eò pellexerunt, ut ex Romanis nobiliſſimi, pro Athenienſi peregrinatione, Maſſilienſem amplecterentur. Nemo in ſenatum legebatur, niſi qui liberos haberet, & de civium ſanguine tertiam per generationem ortus eſſet. Illud tamen improbum, quod eadem civitas venenum publice ſervabat, ei dandum, qui cauſas ſenatui exhibuiſſet, propter quas cuperet mori. Quæ etiam conſuetudo in Ceo inſula ſervata. Romanis ſemper favit, pro iiſque contra hoſtes acerrimè dimicavit, & fidem ſingularem eis præſtitit, temporibus & rebus eorum adverſis: neque umquam Imperatores Rom. de tranſalpinis Provinciis ſine ea triumpharunt. In bello civili Pompeio ſtudens, portas Cæſari clauſit, in Hiſpaniam contra duces Pompejanos contendenti. Itaque obſeſſa, tandem expugnata, atque in triumpho à Cæſare portata eſt. In hâc urbe Evangelium docuit per 30 annos *Lazarus* ille *Bethanienſis*, à Chriſto è ſepulchro excitatus: Item *Salvianus* etiam, *Presbyter Maſſilienſis*, Epiſcoporum Magiſter. Hodiè eſt clauſtrum Regni Francici maritimum, & commodiſſimus ejus ad mare internum portus; Anno tamen 1596, urbs hæc per factioſos Hiſpano penè fuiſſet prodita.

ι (b) *Arelate* ſeu *Arelatum*, hodie *Arles*, urbs Galliæ Narbonenſis olim nobilis, ad Rhodanum ab Avenione 6 leucis in Auſtrum ſita, Romanis mire cara, adeoque ornata, ut Auſonius eam *Gallulam Romanam* nominarit; Ammianus multarum civitatum decus. *Conſtantinam* appellari ſanxit Conſtantinus Imperator. In eâ tria Concilia celebrata ſunt. Regnum *Arelatenſe* ab eâdem nomen habuit. Huic adjacens regio frumenti feraciſſima eſt; unde, dum Genuenſes & Hiſpani id avehunt, incolæ non parum diteſcunt.

ϰ (c) *Aquæ Sextiæ*, vulgo *Aix en Provence*, ejuſq; metropolis, ad fluvium Areq, à C. Sextio Calvino, & aquis calidis, quæ in iſta ſunt regione, dictæ. *Aquenſis* etiam vocatur *civitas*. Parlamento, Archiepiſcopatu & Academia nobilis eſt. Sextius is *Salyes* ſive *Salujos* Maſſilienſium hoſtes ibi vicit [g]. Senatus hodie in clerum ipſumque Archiepiſcopum, ſi delinquunt, judicia exercere, & animadvertere ſolet, de qua re vid. Thuani lib. 126. Non longe abeſt (d) *Foſſa Mariana*, in quam C. Marius bello Cimbrico bonam Rhodani partem derivavit. Ad foſſarum iſtarum veſtigia hodie opidum eſt, quod incolis dicitur *Fos*.

HEKELII.

[f] Et quoniam *Contractus* ibi *Græca* linguâ ſcribebantur, inque publicis privatiſque rationibus *Græcus* ſermo uſurpabatur, fit, ut *Helleniſmus* etiamnum in *Gallica* linguâ ſit frequens.

[g] Cæſus ad hanc Urbem eſt à *Cajo Mario* numeroſus *Cimbrorum* quoque exercitus. Ampla eſt hæc Urbs, & conſtat magnificis ædificiis.

BUNONIS.

λ (e) *Avenio*, ad Rhodanum ſupra Arelate 6 leucis ſita, celebris eſt à ſeptem ſeptenariis: VII palatiis, VII parochiis ſive templis, VII monaſteriis virginum, totidem Canonicorum Collegiis, & Monachorum conventibus, totidem Xenodochiis, totidem denique portis. Ibi palatium eſt Pontificium, & pons XXIII fornicibus conſpicuus. Huc per *Clementem* V. Papam ſedes Pontificia Româ tranſlata eſt Anno Chriſti 1306, ibique permanſit per Annos 72, donec Gregorius XI eandem Avenione Romam transferret, Anno 1377. Quum videlicet ipſius nepos, virginum matronarumq; im-

(a) Maſſilia. (b) Arelate. (c) Aquæ Sextiæ. (d) Foſſa Mariana. (e) Avenio.

adde μ *Lugdunum* (1).

V. Academiæ Galliæ illuſtres ſunt; Lutetiæ Pariſiorum, Cadomi, Andegavis, Aureliani, Biturigibus, Pictavii, Burdegalæ, Toloſæ, Montiſpeſſulani. [1]

(1) *Tribus pontibus hic Araris jungitur. Duo Concilia Generalia hic celebrata An.* 1245, *&* 1274. *Habet 4 Suburbia perampla, & caſtrum antiquum in rupe adjacente petra ſciſſa dictum.* Baudr. *A Minutio Planco Rom. præfecto condita, Julii Cæſaris aut Auguſti ævo, commercio Panni & Lini tunc temporis clara; eodem Anno quo Roma a Nerone igne conſumpta. Anno* 162, *uno die* 19000 *Chriſtianorum Marci Aurelii juſſu trucidata. Seculo Octavo a Saracenis pene extincta; Sedecimo, Cladem a Reformatis tulit.* La Forreſt.

impurus ſectator, ante palatium Papæ à civibus fuiſſet ſuſpenſus. Mortuo Gregorio, licet Romani ſibi elegiſſent Papam, Avenio tamen ſuos habuit Antipapas, uſque ad Concilium Conſtantienſe [*b*]. Meretrices hic pontifici vectigal pendunt. In Franciſcanorum templo viſitur Monumentum *Lauræ*, a Franciſco Petrarcha amore honeſto amatæ, & carminibus celebratæ.

HEKELII.

[*b*] Ab eò tempore, quò *Romani Pontifices* reverſi fuere, *Sede Legati Apoſtolici*, (qui trienniò quòvis mutatur, & XII *Helvetiorum* ſtipatur pediſſequiò) *Archiepiſcopatu* & *Academia*, in quâ *Paulus Caſtrenſis*, *Andreas Alciatus* & *Æmilius Ferretus* olim docuêre, clara fuit.

BUNONIS.

μ (a) *Lugdunum*, vulgò *Lyon*, urbs totius Galliæ Celticæ præcipua, ad Araris Rhodanique confluentes, ſupra Viennam, ſub colle ſita, à L. Munatio Planco bello Antoniano aut condita aut reſtaurata. Sicut *Herodes Archelaus Viennæ* exſulavit; Ita *Lugdunum* in exilium deportatus eſt *Herodes Antipas* cum *Herodiade* ſua, cujus inſtinctu perierat *Johannes Baptiſta*: In ponte lapideo, qui Rhodano inſtratus eſt, *Andragotius*, inſtinctu Maximi tyranni, *Gratianum* Valentiniani I, filium occidit. Ad hanc urbem *Templum & Ara D. Auguſto* exſtructa erat, communi totius Galliæ impenſa; ad quam *Caligula* certamina Græcæ Latinæque facundiæ inſtituit. Eo ipſo die, quo ara iſta Auguſto dedicata, Lugduni natus eſt *Claudius* Imperator. Lugduni quoque multos annos regnavit *Licinius* Auguſti Cæſaris in Gallia procurator, callidus & avarus. Hujus urbis Epiſcopus fuit, Polycarpi diſcipulus, *Irenæus*, qui in ſexta perſecutione, juſſu Severi Imperatoris cum omnibus Chriſtianis, qui Lugduni erant, trucidatus eſt, quum acerrimos ſuſtinuiſſet cruciatus. *Julianum Apoſtatam* quoque cruentâ perſecutione in Chriſtianos hic ſæviiſſe tradunt: unde Ararim, quod ſanguine occiſorum rubuerit, mutato nomine *Saone* vel *Sagone* dictum volunt. Circa annum Chriſti 1160, inde prodiit *Johannes Waldo*, civis Lugdunenſis, qui ex ſacris literis Pontificiorum dogmata oppugnavit; unde *Waldenſes*, item *Pauperes de Lugduno*, dicti ſunt; quia paupertatem religionis ergo paſſi ſunt.

REISKII.

1 (b) Lutetia nomen à Pariſiis gente Celtica ſervat, ſedes regum Francicorum priſtina, urbs regni totius & una Europæarum maxima in tres diviſa partes, nempe Univerſitatem, Civitatem & Villam (Univerſite, Cite, la Ville.) His quarta nempe Lupara, arx regia eademque primaria, cultu, nitore poſt incendium A. 1661, ornatu, amplitudine, ſtructura magnifica inſignior, de qua luſus Poëtici plures extant. Ædes regias omitto reliquas, itemque curias, templa, ſtatuas Ludovico XIV dedicatas: Urbes alias (c) Arelatum, & ab ea regnum Arelatenſe, noſtro imperio Germanico quondam ſubditum, (d) Maſſiliam aliquando liberam, de qua Pet. Hendreichii libellus proſtat, & acceſſu Lazari famoſam (de quo tamen Villamontius ipſe dubitavit) Avenionem Pontifici Rom. ſubditam & toties ademtam, itemque XIV Academias celebriores, quas Roobius enumeravit. Confer. Theatrum Urbium Joh. Janſonii volum. II.

(a) Lugdunum. (b) Lutetia Pariſ. (c) Arelatum. (d) Maſſilia.

CAP. XVI

De Sabaudia, 1 *ac Burgundiæ Comitatu.*

I.

PEractis hactenus regionibus, quæ Regi Franciæ hodiè parent, reliqua Galliæ pars, quæ veterem Belgicam ferme totam occupat, cum Narbonenſis provinciæ parte, explicanda eſt. Tota igitur illa pars, quæ veteri Galliæ avulſa eſt, in quinque ditiones diſpertita eſt. *Primam* obtinet *Dux*, cui cognomentum

REISKII.

1 (a) Sabaudiam Beroaldus, Hugonis Saxon. Ducis filius, conſenſu Ottonis III Imp. avunculi ſui, & regum Burgundiæ occupavit: Hanc Comitatibus aliis & Principatibus inter poſteros auctam Sigiſmundus Imp. A. 1414, ducatus titulo & vacariatu imperii ornavit. Comitatus Breſſiæ tamen A. 1600, cum Pignarolo caſtriſque aliis Galliæ rurſus acceſſit; niſi quod præſens belli exitus exſpectetur. Geneva, Berna & regio huic ſubjecta ſeſe fœdere Helvetico tuetur. Comitatus Burgundiæ ab Hiſpanico ad regnum Gallicum A. 1678 pervenit: Sic Lotharingia quoq; ac utraque propemodum Alſatia metropoli hujus Argentorato per vim occupata: Hinc Burgundiam & Lotharingiam Gallicis provinciis accenſet Robius, & Diſtichon Poëtæ Gallici acutum ſubjicit:

Una dies Lotharos, Burgundos hebdomas una,
Una domat Batavos luna, quid annus erit?

Do-

(a) Sabaudiæ Comitatus. Poſtea Ducatus.

mentum *Sabaudici* dedit ipsa regio Sabaudia (1), in qua nihil clarum, præter unam α (2) *Genevam*, liberam civitatem, bellis Sabaudicis, & Protestantium religionis professione celebrem. Conventus Juridicus est *Cameraci*, vulgò *Chambery* (3), quod Sabaudiæ metropolis est. *Fanum Divi Johannis* in valle Mauriana, vulgo *St. Jean de Morienne*, egregio munimento celebratur (4).

Geneva. Cameracum Fanum D. Johannis.

II. *Secunda* ditio est Hispaniarum Regis in Comitatu β Burgundiæ, ubi γ *Vesontio*, vulgo *Besançon* (5), urbs eximia, liberaque civitas, in fide prædicti Regis. Tum δ Dola, *Dole*, conventu Juridico & Academia clara (6).

Comitatus Burgundiæ. Vesontio. Dola.

III. *Tertia* ditio est imperii Germanorum: sub qua *Alsatia*, *Lotharingia*, *Treverensis* ac *Leodiacensis* Episcopatus, *Juliacensis* Ducatus, & item *Clivensis* Ducatus portio; de quibus in Germania agetur. *Quarta* ditio est Helvetiorum ac Vallesiorum. *Quinta* inferioris Germaniæ, sive, ut vulgo vocant, Belgarum. De duobus postremis nunc agendum est: ac primum de Helvetiis. ε

(1) *Olim pars ditionis Allobrogum, tota satis culta & fertilis, licet aspera.* Baud.

(2) *Germanicen Allemani sub Croco Duce, An.* 271, *urbem hanc deleruut; sub Burgundis usque ad* 1394 *post Roman. Jugum excussit. Philippo Sabaudo ab Odone Comite divendita, sed a posteris ejus nunquam possessa, suis Episcopis ab An.* 1162, *quibus concessa fuit a Cesare Frid.* I, *subjecta ad An. usq;* 1535, *cum sese liberavit, & Religionem Instauratam amplexa est, & fœdus cum Pagis Helvetiis iniit; bene culta & munita, ædificia sunt splendida, commercio Fibulariorum celebris. Arma pro* 12000 *hominibus expedire possunt. Sabaudos, qui urbem ex improviso aggressi sunt, magna clade affecerunt An.* 1602. *Academia ibi fundata a Car.* IV *Cæsare An.* 1368. *Calvinus, Theologus magni nominis, ibi mortem obiit An.* 1564. (3) *Sita in Valle jucunda, ædificiis & Plateis rectis nobilis.* La Forrest. (4) *Bene culta & exstructa, at non munita, secundum* La Forrest. *Episcopatus est sub Archiep. Viennensi.* (5) *Inter antiquissimas Gallorum Urbes numeratur. Multa Rom. Monumenta adhuc restant; a Gallis capta An.* 1668, *Hispanis reddita Conventu Neomagensi, a Gallis iterum An.* 1674 *capta, & hucusque detenta, Arcibus duabus munita, & Arcu triumphali ornata plures Sanctorum Reliquias jactat, inter quas partem Sudarii Servatoris Nostri.* La Forrest. (6) *Comit. Franci. olim caput, antiqua, bene sita, & ædificiis publicis clara, a Ludov.* XI *Anno* 1479 *capta, a Principe Condæo Anno* 1636 *frustra obsessa, a Ludov.* XIV *capta Anno* 1668, *qui munimenta diruit. Hispanis Conventu Aquisgranensi reddita, at iterum a Gallis Anno* 1674 *capta, & munimenta diruta.*

CAP.

De Gallorum Hispanorumque moribus contrariis Barclaius, Huartus & Claramontius disseruerunt: Cominæus Lib. X monuit, sic Deo placuisse, ut dissensiones ejusmodi naturales velut stimulum quendam in rebus hominum collocaret.

BUNONIS.

α (a) *Geneva* ad inferiorem lacus Lemani partem, ubi Rhodanus ex illo egreditur, sita, etiam Cæsaris ævo, atque ejus rebus gestis nota. Cui extremum hoc est opidum Allobrogum, & proximum Helvetiorum finibus. Ex eo Opido pons ad Helvetios etiam tum pertinebat; quem ipse, cum eâ gente bellum gesturus, rescindi jussit. Monstrant hodiè in Rhodano locum, in quem Cæsarem ab Helvetiis in fugam conjectum, ingentem thesaurum injecisse aiunt, ne hostibus præda esset [a]. *Aureliam* quoque hanc urbem postea appellatam tradunt. Hodie urbs munitissima est, in tres secreta partes; duæ alluuntur Rhodano, tertia insula est, supra quam rupes dicta *la Pierre Neiton*, olim *Lapis Neptuni*. Reformatorum in persecutionibus Gallicis perpetuum fuit asylum. Docuit ibidem Calvinus; ac deinde Beza. A Sabaudo aliquoties tentata est; Ann. 1583, 1590; & demum stratagemate ferè capta 1602.

β (b) *Burgundia* duplex est, *Inferior* sive Ducalis: & *Superior* seu Imperatoria vulgò *Ober-Burgund*, Gallis *Franche-Comte*. Hanc regionem tenet quidem Hispanus, sed ut imperii feudum. Ab Ortu habet Comitatum Montbelgardensem, & Helvetiam: à Septemtrione Lotharingiam: ab Occasu Burgundiam Ducalem: à Meridie Territorium Genuensium & provinciam *Bresse*. Inter flumina provinciæ celebriora sunt *Araris*, vulgò *die Soone*, *Dubis* & *Lupia*.

γ *Vesontio* [b] ad *Dubium fl.* Burgundiæ Metropolis est, ac olim imperialis civitas, *horreum Burgundiæ* dicta. Academiam habet nobilem ab Imperatore Ferdinando I, conditam [c]. Ejus Archiepiscopus est Imperii princeps.

δ *Dola* ad Dubim [d] est muris firmissimis à Carolo V, cincta, & septem propugnaculis firmissimis munita; Academiâ à Philippo II, Hispaniarum rege, instituta celebris.

HEKELII.

[a] Traditur in vet. Chronicis, *Heliogabali* tempore tantum incendium *Genevæ* exortum, ut nulla ferè domus illius expers fuerit. *Aurelianum* item Imperatorem eam vastatam instaurâsse, Jura & Privilegia magna concessisse, & propter situs opportunitatem *Jus Nundinarum* atque Imperii ei tribuisse, *Aurelianum* quoque suô nomine appellâsse; verum, illô mortuô, vetus nomen retinuisse.

[b] Nunc *Bisontium*.

[c] Alii dicunt, hanc Academiam Anno CHR. MDXL, tempore *Julii* III *Romani Pontificis*, & *Caroli* V *Romanorum* Imperatoris, esse institutam.

[d] Fluv. vulgò *le Doubs*.

BUNONIS.

ε (c) *Antiqui Galliæ Incolæ* ex hostium calvariis bibebant, nec illustrium virorum capita reddebant, nisi ejusdem ponderis auro redimerentur. Humanas hostias cædebant Diis. Mulieres in consilium adhibebant. Læsis vicinis illicò ad arma concurrebant, quasi ipsi essent læsi. Mortis supra modum contemtores, animo magis, quam ratione pugnabant: Primus

(a) Geneva. (b) Burgundia. (c) Antiquorum Gallorum mores.




Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
28
29
30
31
32
ALEMAMANNIÆ PARS
VINDELICIÆ PARS
RAURACI
SEQUANI
TIGURINI
TULINGI
HELVETII
BRONES
RHÆTIÆ PARS
NANTUATES
SEDUNI
VERAGRI
CENERONES
ALLOBROGES
LEPONTII
ITALIÆ PARS
Alpes Rhæticæ
HELVETIA
Conterminarum terrarum antiqua
Descriptio Auctore
PHIL. CLUVERIO.
Millia Passuum
10
20
30

mus eorum impetus erat pluſquam virilis; at ſecundus minor quam fœminarum. Levi de cauſa inter ſe decertabant. Gravius animadvertebant in eum, qui peregrinum, quam qui civem cæcidiſſet. Sapientiæ & religionis magiſtros habebant Druidas. *Iſta de Gallis tradunt Strabo, Livius, Cæſar, Plutarchus, Ælianus, Mela, Florus, Stobæus, & Polyænus.* (a) *Hodierni Galliæ* Incolæ *Franci* vocantur; quoniam à *Francis*, gente Germanica, ſunt orti. Leviſſimis ſunt moribus, quod ſermone, geſtu, veſtitu produnt. Veſtitum fere quotannis mutant: ſed Germani & Angli eorum more veſtiri geſtiunt. In bellis primus eorum impetus eſt acerrimus. Bello parta facile amittebant; ſed eadem hodie conſtantius retinent. Regis ſui ſunt amantiſſimi, quem vitæ, fortunis, ac liberis anteferunt. Francica Nobilitas generoſa, vitæ prodiga, ac in duella propenſa; quæ nec legibus, nec gladiatorum ſuppliciis tolli omnino poſſunt. Servi in Francia nulli ſunt, & quicunque ſervus litus attingit Francicum, liber eſt. Magnus honos literis in omni eruditionis parte heic habetur. Quanquam Francorum Rex, proceres plerique, cum maxima parte populi, Religioni Romano-Catholicæ ſunt addicti; ſummam tamen & abſolutam poteſtatem Pontifici Romano non concedunt; ſed cum Concilio ſubjiciunt, quum contra, Pontificii Concilia à Pontificis nutu & arbitrio ſuſpendant. Quippe *Sanctio Pragmatica a Carolo* VII introducta eſt, qua conſtitutiones Concilii Conſtantienſis & Baſilienſis approbantur. Religio reformata magna in regno illo ceperat incrementa; erant enim in Principibus, Nobilitate & reliqua multitudine haud pauci, qui eam profitebantur; ſed inde ab annis aliquot [e] durius habentur Reformati, ac honorum ſplendore ad Romano-Catholicos ſæpe pelliciuntur nobiles.

HEKELII.

[e] *Et in primis hoc perverſo tempore.*

(a) Hodiernorum Galliæ Incolarum Mores.

CAP. XVII.

De Helvetiis ac Valleſiis.

I.

HElvetii loci natura undique tuti continentur: unâ ex parte flumine Rheno à Germania dividuntur; altera ex parte, monte Jurâ altiſſimo à Gallia ſeparantur; tertiâ parte, lacu Lemano [a] ac flumine Rhodano à Sabaudia diſterminantur. In *quatuor pagos, Tigurinum, Tugenum, Ambronicum & Urbigenum*, olim fuiſſe diviſos, ſuprà in deſcriptione Veteris Galliæ dictum eſt. a

II. Gens quum foret totius Celticæ bellicoſiſſima, reliquos Gallos virtute præcedebant, quòd ferè quotidianis præliis cum finitimis Germanis contenderent. Quâ fiducia freti totius Galliæ imperium affectarunt. Rem ipſam tentantes C. Julius Cæſar armis in ſedes ſuas redegit, & unà cum reliqua Galliâ Romano imperio ſubjecit. Cui paruerunt uſque ad Honorii Imperatoris tempora; quum diverſis populis, diverſas imperii partes diripientibus, Alemanni (inter Rhenum, Mœnum atque Danubium tenuêre loca) Helvetiam,

BUNONIS.

a (a) *Helvetia* [b] hodie fines habet ab Oriente Comitatum Tirolis: à Septemtrione, Sueviam, lacum Podamicum & Rhenum: ab Occidente Burgundiam & Sabaudiam: a Meridie [c] Italiam. (b) Lacus hujus regionis celebriores ſunt; *Tigurinus, Lucernenſis*; & qui ab eodem non ultra primum lapidem abeſt, *der vier Wald Stadt See; Rivarius* vulgo *Walenſtatter-See*; & *Neoburgenſis*. (c) Flumina hic præcipua ſunt *Rhenus, Arola, Rhodanus, Thur, Ticinus*.

Præfecti ab *Alberto Auſtriaco* Helvetiis impoſiti libertatem eorum multis modis labefactabant. Illi fruſtra querebantur injurias, rapinas, ſtupra, & vexationes. Calamitati additum ludibrium, juſſique ſunt Helvetii pileum perticæ impoſitum prò gubernatore honorare: quod quum *Wilhelmus Tell Urienſis* neglexiſſet, à præfecto juſſus eſt pomum ex filioli capite ſagitta decutere. Hoc rectè facto, quod ingenue eſſet faſſus *Tellius*, ſe altera ſuâ ſagitta, ſi in filiolo erraſſet, ipſum præfectum fuiſſe confecturum, ad carcerem eſt raptatus; ſed miro evaſit caſu, præfectumque ex inſidiis interfecit. Inde tres pagi illi conjurarunt An. 1308, quos dum opprimere parabat Albertus, à Johanne fratris ſui filio ad Rheni tranſitum interfectus eſt. Deinde *Leopoldus* Alberti filius Helvetiam cum XX millibus armatorum ingreſſus, à M CCC Helvetiis ad pagum Moregartum profligatur An. 1315. Hinc inter tres iſtos pagos fœdus coaluit perpetuum: quum antea tantum eſſet decennale, dictique voce patria *die Eydgenoſſen, h. e. Sacramenti participes*. Fœdus iſtud à *Ludovico Ba-*

varo

(a) Helvetiæ fines. (b) Lacus. (c) Flumina.

am, in quam jam ante crebras incurſiones fecerant, occuparent; Galliæque avulſam, Germaniæ, corpori ſuo adjicerent (1). [1]

III. Inde gens ea *Switzeri*, à vico, forte quondam capite, *Switz* dicta, ſub Germanico Imperio tenuere, Ducibus ſubjecti; donec Leopoldo Duce, in prælio cæſo, in libertatem ſeſe, circa annum cIↃ cccc vindicârunt. Fœdere
XIII Pagi. poſt libertatem adeptam inter ſe ſancito; nunc liberè agunt, XIII pagis ſeu civitatibus (incolæ *die Oerter*, Galli *Cantos*, vocant) diviſi. Civitates ſunt hæ; *Zurich*, *Bern*, *Lucern*, *Uri*, *Switz*, *Underwalden*, *Zug*, *Glaritz*, *Baſel*, *Friburg*, *Solothurn*, *Schafhauſen*, *Appenzel*. Ex his, *Appenzel*, *Glaritz* & *Switz*, ſunt vici: *Underwalden* & *Uri* regionum nomina; quarum capita duo vici: Hujus *Altorf*, illius *Stantz*. Reliqui octo Cantones ſunt urbes; quarum potentiſſima
Berna. eſt β *Berna* (2); quippe cujus ditio à Geneva ad Baſileam ferè protenditur,
Tigurum. milliaria Germanica ultra xxx. Sequuntur γ *Tigurum* (3), δ *Baſilea* (4),
Baſilea. *Lu-*

(1) *Olim paruit Regibus Francorum* 1mæ & 2dæ *Stirpis, & deinde Burgundiæ Regibus, & tunc diviſa fuit in Pagum Alemanicum, ſub quo erant Turgea & Tigurinus Ager; & in Burgundiam minorem ſub qua cenſebantur Argovia & Aventicenſis tractus, ſed deficientibus Burgundiæ Regibus, in ditionem Imperatorum tranſit An.* 1032, *uti poſtea Ducum Sueviæ, & Ducum Zeringhenſium, quibus ſucceſſere Duces Auſtriæ uſque ad* 1308, *quo Jugo Auſtriaco excuſſo, fœdus inter ſe inierunt.* Baudrand.

(2) *Ab Urſo ſic dicta, a Bertoldo Duce Zeringenſi condita, urbs alta & culta, facta fuit Imperialis a Fred.* II, *ſed ab Imperio exempta An.* 1353. Baud. *Pagus ille exercitum* 30000 *hominum conſcribere poteſt.* La Forrelt.

(3) *Pagus eſt totius Helvetiæ ditiſſimus, & cultiſſimus, & inter alios primum locum obtinet. Urbs ejuſdem nominis Imperialis facta An.* 1218, *& Imperio exempta An.* 1351. Baud. & La Forrelt.

(4) *Urbs alta & probe culta, totiuſque Helvetiæ præcipua, libera facta An.* 1392, *& Imperio exempta An.* 1501. *Pagus Baſileenſis ſub ſe habet* 5 *Præfecturas.*

varo confirmatum eſt An. C. 1329. *Lucernenſes* ab Auſtriacis male habiti fœdus iſſud amplexi ſunt An. 1332. *Tigurini* pagis ſeſe junxerunt An. 1351. *Glarynenſes* à fœderatis pagis ſuperati fœdus admiſerunt An. 1352, *Tugii* pro dominis ſuis pugnantes devicti ſunt An. 1352. *Bernates* cæteris fœderatis ſeſe applicuêre An. 1353. *Friburgenſes* & *Solodurii* fœderi aſſcripti ſunt An. 1481, & *Baſileenſes* An. 1501. *Schaffhuſiani*, quum Helvetios militibus & pecunia adjuviſſent, inter ſocios ſunt relati An. 1501. *Abbatiſcellenſes*, ab Abbate S. Galli ſæpe vexati, in fœderis ſocietatem accepti ſunt An. 1513. Ita fœdus hoc paulatim crevit.

HEKELII.

[a] Quem etiam *Genevenſem* vocant.

[b] Hanc *Regionem*, ejuſque *Situm*, *Soli Naturam*, *Fluvios*, Incolarum *Mores* atque *Rempublicam* diverſi Autores, *Franciſcus* nempe *Guillimannus*, *Oſwaldus Molitor*, *Heinricus Glareanus*, *Joſias Simlerus*, ac *Daniel Heremita* Belga, jampridem delineârunt, quos omneis ac ſingulos *Lugd. Batavor.* Aº hujus Sec. 27 operâ ac ſumptibus *Elzevirianis* unâ in lucem prodiiſſe novimus.

[c] *Cottias Alpes*, ac *Lombardiam*, ſeu mavis *Mediolanenſem* ducatum, & *Pedemontanam* Regionem.

REISKII.

1 (a) Helvetia quondam Galliæ, poſthac Germaniæ annumerata, & diu ſubdita, nunc liberam Rempubl. conſtituit, ſimul ac ſeſe Auſtriaco imperio, & judicum aut præfectorum inſolentiæ An. 1308, per fœdus *συμμαχικὸν* ſubduxit: Hinc nova Reſpubl. progreſſu temporis orta, è pagis XIII, h. e. urbibus & regionibus conſtat; Illas Cluverius ordine, quem in Comitiis Aquenſibus tenere ſolent, recenſuit. Nomen vero pagorum ex appellatione vetuſtiſſima & ipſo Cæſaris ævo adhuc approbant. (b) Pagus enim pars regionis apud Helvetios fuit in villas, vicos, oppida, & caſtra ſive burgos diſtributa. Vocarunt poſteri Gow & hodierni adhuc vocant Incolæ Zurchgow, Turgow, &c. Ita Guillimannus in Helvet. Freherus in Origin. Palatinis, Wurſtiſius in Chronic. Baſil. Meibomius de pagis Saxon. Pagis vero illis tredecim ſive ordinibus ſubſunt in Helvetia; 1. *tres comitatus*, Aquenſis, Turgovienſis, Saraugannenſis. 2. *Provinciæ, quas vocant, liberæ* pagis ſeptem antiquioribus ſubjectæ (*die freyen Aempter*). 3. *Rhegiſia ſeu vallis Rheni* (Reinthal) extra Helvetiam ſubſunt *quatuor in Italia præfecturæ*, item oppida, caſtra & regiunculæ in eadem plures, quas Plantinus in Helvet. & Hottingerus enumerant: Porro Valleſii ab Vallibus, quas tenent, commune nomen adepti, quippe ipſi cum ſuo Epiſcopo Sedunenſi liberam Remp. conſtituunt, æterno fœdere Pagis Catholico-Romanis atque Bernenſibus conjunctam. Religio enim apud Helvetios duplex hodieque viget; 1. *Romano-Catholica in Pagis potiſſimum ſeptem.* 2. *Reformata Zwinglio & Calvino auctoribus* per pagos urbeſque alias aut ſola, aut alicubi mixta: Ne tamen fœderi poſt tot prælia & bella quicquam decedat, amplius notetur prope Lachon in Helvetia vicus *Goriſſaw*, *nulli Cantoni Pagoque ſubditus*, quaſi liberam repræſentet Rempubl. Sprengerus Jur. publ. Lib. I. c. 2.

BUNONIS.

β (c) *Berna* in modum inſulæ flumine *Aar* undique cingitur, poſſidet Comitatus aliquot, Opida 40, præfecturas Germanicas 31, Gallicas 8. [d]

γ (d) *Tigurum* eſt ad exitum lacus cognominis à Limago fl. in duas ſecatur partes. Ei parent præfecturæ majores 9, minores 22, opidum *Vitodurum*, vulgò *Winterthur*, & *Stain* ad Rhenum. Habuit ibi Conradum Geſnerum Polyhiſt. [e]

HEKELII.

[d] Et hæc Civitas ſitu & cultu, moribus & civilitate, Legibus & Inſtitutis, potentiâ & virtute nulli Urbi in hôc *Helvetiorum* tractu cedit. Territorium ipſum fertiliſſimum eſt omnium, præterquam vini, quod a vicinis habent.

[e] It. *Rudolfum Gualtherum*, *Ludovicum Lavaterum*, *Caſparem Waſerum*, &c.

BUNONIS.

δ (e) *Baſilea* Rauracorum olim caput. Academia [f] or-

(a) Helvetia Germaniæ ſubdita, nunc libera Reſpubl. (b) Pagi cur dicuntur. (c) Berna. (d) Tigurum. (e) Baſilea.

ε *Lucerna* (1), ζ *Friburgum* (2), η *Solodurum* (3), opulentæ civitates. Lucerna. Friburgum. Solodurum.

IV. Ex univerſis Cantonibus *Proteſtantium* religionis ſunt, *Bern*, *Zurich*, *Baſel*, & *Schafhauſen*; *Catholicæ* Roman. *Lucern*, *Friburg*, *Soluturn*, *Zug*, *Uri*, *Underwalden*, *Switz*; utramque Religionem profitentur *Glaritz* & *Appenzel*. Conventus totius Helvetiæ fit Aquis Helvetiis, vulgo *Reichsbaden*. Academia eſt Baſileæ celeberrima. Præterea Gymnaſia Academias æmulantia, Tiguri, Bernæ, atque ι Lauſannæ in Bernenſium agro. Eſt præterea in Helvetiorum agro confœderatum opidum κ *S. Galli Fanum* (4), linificio maximè nobile. Fanum S. Galli.

VALLESII.

Helvetiorum reip. confœderata eſt reſp. λ Valleſiorum, vulgo *die Walliſer*, Galliæ etiam hi olim populi Inalpini, Penninarum Alpium à Rhodani fontibus ad lacum Lemanum, vulgo *Genfer-See*, vallem, unde etiam nunc nomen habet, incolentes. In quatuor populos tota vallis diviſa fuit. *Viberi* ad Rhodani fontes incoluêre, circa vicum *Gomers*. μ *Seduni* circa opidum nunc Epiſcopale Sedunum, vulgo Germanis *Sitten*; Gallis *Sion*. *Veragri* quorum vicus Octodurus, nunc *Martinach*. *Nantuates*, circa Sancti Mauritii fanum. Primus omnes hos ſubjugavit Ser. Galba, Jul. Cæſaris in Gallia Legatus. Nunc Germani incolunt, ſub una liberaque Republica. Viberi. Seduni. Veragri. Nantuates.

C A P.

(1) *Imperialis facta a Fred.* II. *eodem tempore quo Berna, & Imperio exempta A.* 1332.
(2) *Imperio exempta An.* 1481, *probe culta & munita.*
(3) *Imperio exempta* 1481.
(4) *Olim Imperialis, at poſtea Imperio exempta, Abbatiam habet inſignem, cujus Abbas eſt Princeps Imperii.*

[f] ornata eſt An. 1460. Rhenus interlabens in duas eam partes dividit, majorem & minorem. Clariorem eam reddidit, ſuperiori ſeculo *Eraſmus*, multos & præclaros ex typographia Frobeniana edens libros. Haud longè ab urbe abeſt pagus *Augſt*, veteris *Auguſtæ Rauracorum* rudera; itemque illa montium crates, qui Genevam uſque excurrunt & *Jura* ſive *Juraſſi* generatim dicuntur. Haud longè à pago Augſt ad eandem Rheni ripam eſt opidum *Rheinfelden*.

ε (a) *Lucerna* ad lacus cognominis extremitatem, fluvio *Ruſa* interfluente in majorem & minorem diſtincta [g]. Ad hanc urbem eſt *mons Pilati*, vulgò *Fracmont* dictus; in cujus vertice ſtagnum, ex quo, ſi quis de induſtria lapillum in id injecerit, ingentes exoriri tempeſtates tradunt. Sed *Geſnerus* refert, *P. Crendelium* multos in lacum illum impunè injeciſſe lapides; ſine ullo indicio pluviæ aut tempeſtatis.

ζ (b) *Friburgum* vulgò *Frieburg im Uchtland* ad Sanam fl.

η (c) *Solodurum* vulgò *Soloturn* ad *Arolam fl.* urbs antiqua. In ea Legatus Regis Galliæ degit. *Glariis*, *Glarona* ſeu *Glaritz* fere undique montibus cingitur. [b]

θ (d) *Schafhauſen* urbs eſt ad Rhenum; infra quam ad tria circiter millia paſſuum itinere pedeſtri eſt Rheni Cataractes, id eſt, fluminis ex alta rupe præcipitatio, cum ingenti fremitu & ſtupenda aquarum ad ſcopulos illiſione. [i]

ι (e) *Lauſanna* ad lacum Lemanum ſuperiori ſeculo Academia ornata eſt à Bernenſibus.

κ S. Galli Fanum opidum opulentum eſt in Turgovia. [k]

λ Iſta Valleſiorum regio, antiquis Scriptoribus dicitur *Vallis Pœnina* ſeu *Pennina*; à Rhodani fontibus ad Dranſæ uſque confluentem & opidum *Martinach* porrigitur. Dividitur hodiè in *Superiorem*, quæ linguâ utitur Germanica, excurritque à *Furca* monte uſque ad amnem *Morſum* ſub Seduno. Larix arbor, cujus mentionem facit Cæſar, heic frequens eſt & fœcunda.

HEKELII.

[f] Cujus primus Magnificus Rector fuit *G. orgius ab Andlau*, ſummi Templi ibid. Præpoſitus, à Pio II. P. P.

[g] Dignitate & opibus multis par eſt. *Duas* enim habet *Præfecturas*, in quibus Præfecti ibidem loci inhabitant; & alias decem, quas Senatores in Urbe manentes adminiſtrant.

[b] Paucos habet campos ad ſeminandum idoneos, & raræ ſunt ibi vites; prata tamen compaſcua habet, & hortos fructibus conſitos. Incolæ veſcuntur lacte, caſeo, butyro & carnibus. Sed vinum & triticum aliundè recipiunt.

[i] Ita ut nullius generis naves illic tranſire poſſint. Quare omnes naves, quæ ex *Acromo* & *Veneto* Lacu ſecundo Rheno deſcendunt, neceſſe eſt *Schaphuſiæ* exonerari. Et ob hanc cauſam creditur Urbi nomen impoſitum, ut vel à *Scapha* SCAPHUSIA, vel etiam à *Navis Germanico* nomine *Schiffuſia* nominaretur; vulgus tamen falſò nomen ab *Ove* derivans nomini *Inſignia* accommoda finxit. Hæc *Joſias Simlerus* Lib. 1. de Rep. *Helvet.* fol. 47. fac. b. Ed. *Tigurinæ* in 8 f. Conf. *Dreſſeri* Part V. Iſagog. Hiſtor. de *præcipuis Germaniæ Urbib.* p. 534. ſeq.

[k] Originem ſuam & incrementa Cœnobio, à *Gallo*, è *Scotia* clariſſimis natò Parentibus, exſtructo debens.

BUNONIS.

μ *Sedunum* eſt *regionis caput*, urbs Epiſcopalis, geminaque arce nobilis ad Rhodanum. *Epiſcopus Sedunenſis*, à Canonicis & ſuperioris Valeſiæ legatis electus, hujus tractus ſe nominat Comitem. Reliqua opida ſunt *Syder*, *Raven*, *Wiſp*, *Gombs*, & quæ thermis nobilitantur *Leuch* & *Briega*. *Inferior Valleſia* linguâ utitur Sabaudicâ, excurritque ab amne *Morſo*

(a) Lucerna. (b) Friburgum. (c) Solodurum. (d) Schafhauſen. (e) Lauſanna.

usque ad *S. Mauritium*; loca hic celebriora sunt *Martiniacum*, seu *Martinach*, ubi optimæ notæ excoquitur ferrum: & *S. Mauritii Fanum*, *S. Mauritz*, ubi porta rupibus undique cincta, qua regio illa his in partibus claudítur. Præter Vallelios Helvetiorum Socii sunt *Rhæti* seu *Grisones*; *Abbas S. Galli*, qui in epulo illo publico, cui interfuerunt 1500 convivæ, fœderati nomen accepit anno 1454. *Episcopus Constantiensis*; *Rotenweila urbs Suevia*; *Malhusium in Alsatia*; *Bienna*; *Geneva*, quæ tamen cum solis Bernensibus contraxit. Cæterum, cum Helvetiis societatem pacti quoque sunt Principes & Reges; *Galeatius Sfortia* Mediolanensium Dux An. 1466, quod postea nomine *Caroli* V, per Ferdinandum Gonzagam renovatum est; *ac iterum* sub *Philippo* II. Deinde cum Helvetiis fœdus iniit *Sigismundus Austriacus* An. 1474, quod per *Maximilianum* I, abruptum; sed denuo renovatum est An. 1511. Inde singuli pagi honorarium munus ducentorum aureorum quotannis accipiunt. *Burgundicum fœdus* cum Austriaco coaluit An. 1543. *Sabaudiæ Dux* olim cum tribus tantum pagis fecerat fœdus; Sed illud An. 1511, *Philibertus* cum universis junxit; quod nostra ætate renovatum est. Singulis pagis Sabaudiæ Dux fœderis illius nomine Bernæ, numerat ducentos aureos. Porro *Ludovicus* XI *Galliæ Rex* cum iisdem Helvetiis fœdus junxit, & singulis pagis quotannis largitus est VII millia Francorum. Rupit fœdus hoc *Ludovicus* XII cum magna suorum clade. Sed *Franciscus* I, fœdus illud restituit An. 1516, singulisque pagis numeravit duo aureorum millia. Inde post quinque Annos Lutetiæ confirmatum est hoc fœdus. Per id Rex tenetur mittere Helvetiis bello petitis ducentos Cataphractos, & XII tormenta bellica: contra isti promiserunt Regi sex millia militum. *Henrico* II fœdus istud restauranti promiserunt Helvetii, numerata certa pecuniæ summa, tot mittere milites, quot expeterentur à Rege. *Idem fœdus a sequentibus Regibus Conservatum est*: *ac nuper* etiam solenniter confirmatum. Virtutis Helveticæ tanta est Gallorum fiducia, ut nunquam justum videamus Regis exercitum, qui sit sine militibus Helvetiis; ac ipse Rex legionem præsidiariam corporis sui custodem ex iisdem lectam perpetuo habeat.

CAP. XVIII.

De Hodierna Belgica, sive de Inferiore nunc Germania.

I.

Belgicæ hodiernæ fines.

BElgicam hodiè appellant eas terras, quæ confusis Galliæ Germaniæque antiquis limitibus, XVII provincias continent, eandem Inferiorem Germaniam, & vernaculo vocabulo dicunt *Niederland*: Itali, Hispani ac Galli *Flandriam*; ab una earum quondam clarissimâ Provinciâ. Regio est agrorum cultu, urbium, vicorumque multitudine, ac nitore totius Europæ amœnissima, variisque negotiationibus, navigationibusque longinquis ditissima. *Terminos* habet, à Septemtrionibus Oceanum Germanicum; ab Ortu Frisiam Orientalem, Westfaliam, Colonienſem agrum, Juliacensem Ducatum, Trevirensem Episcopatum; à Meridie & Occasu Galliæ Regnum. a

Germaniæ inferioris Belgicæ populi Frisii. Bructeri. Marsaci.

II. In ea parte, quæ *cis Rhenum* in Gallico solo est, populi qui fuerint, jam antè ostensum est. In altera parte, quæ *trans Rhenum* in Germania sita est, fuêre quondam *Frisii*, à Rheni ostio ad ostium usque Amisiæ amnis, vulgo *die Ems*, in Septemtrionali Hollandia, Frisia Occidentali, Groningensi agro, & parte Trajectensis provinciæ: *Bructeri* in Transisalana provincia: *Marsaci* circa *Amersfort*, inter Rhenum & Isalam amneis. Hos omneis L. Drusus imperante Augusto Cæsare subegit; Illos, qui in Gallia, Jul. Cæsar perdomuit. 1

III. Man-

BUNONIS.

a Regio hæc paulo humidior est, ideoque pascuis, quàm frumentis lætior [a]. Cannabim & linum, ferè ubique fert. Equos alit generosos. Serpentibus ferè caret. Raro ibi tonat aut fulgurat. Incolis refertas urbes habet multas & ingentes. Unum Gandavum An. 1380 octoginta millia eduxit.

HEKELII.

[a] *Thomæ Lansio* in Orat. pro *Germania* p. 75. Edition. Tubing. 3. Hortus est *Germaniæ*. *Italiam* enim suâ fertilitate superat.

REISKII.

1 Belgica quam diversam pro tempore vario partitionem susceperit, visum ex parte superius paulo fuit, ubi Belgicam primam & secundam sub imperio Rom. vidimus. Sub eodem Germania prima vel superior, & secunda vel inferior numerabatur; alia tamen, quam quæ nostris eodem nomine nunc venit. Belgium enim Regno Francico & Ducatui olim Burgundico tandemque imperio Hispano-Austriaco subjectum XVII provincias complectitur: Quæ motibus seculi superioris gravioribus divulsæ *duplex effecerunt*

III. Manſerunt inde ſub Imperio Romano, maximè qui cis Rhenum, donec id Theodoſio imperante, ab advenis gentibus direptum: tunc enim varii Germaniæ populi, alii ſubinde atque alii, huc immigrarunt; quorum cum quidam poſtea in Galliam, nonnulli vero in Britanniam inſulam commigrarent, incolæ in priſcam, creatis ſibi Regulis, libertatem ſeſe vindicarunt. Belgica ab advenis direpta.

IV. Inde temporis progreſſu in XVII provincias tota hæc regio diviſa fuit, quarum aliæ *Ducum* nomine, aliæ *Comitum*, aliæ etiam *Dominorum* titulo, rectores acceperunt. Sunt autem hæ: IV *Ducatus*; Brabantia, Limburgium, Luceburgium, Geldria. *Comitatus* VII; Flandria, Arteſia, Hannonia, Hollandia, Zelandia, Namurcum, Sutfania. *Marchionatus unus* Sacri Imperii, Antuerpia. *Dominia V*; Friſia Occidentalis, Mechlinia, Trajectus, Tranſiſalania, Groningium. XVII Provinciæ.

V. *Friſia*, poſtquam jugum Romani imperii excuſſerat, annos ferme CCCC ſub regibus ſuis fuit; donec, exſtinctis his, dominium ad Carolum Magnum pervenit; poſt eum à regulis ſuis, ut cæteræ, regi cœpit. At procedente tempore, alia alii provincia per matrimonium rectorum juncta eſt: donec tandem ad unum dominum pervenerunt. Is primus fuit *Carolus*, Burgundiæ Dux, cognomento *Audax*; abavus Caroli V, Imperatoris, qui poſtmodum hæres factus filio *Philippo* II, Hiſpaniæ Regi reliquit; cui ſucceſſit filius ejuſdem nominis III, deinde *Philippus* IV, hujus filius Carolus hodie imperat. Friſia. Carolus Audax.

VI. At quum incolæ jam inde à Carolo V, vim atque injuriam ſibi fieri privilegiaque, quibus ſatis libertati ſuæ proviſum erat, eripi ſentirent, vim vi repellere, armiſque libertatem avitam defendere decreverunt. Inde diutinum illud annorum XLVII bellum. Pars Hiſpanorum armis ſuccubuerunt; pars in priſtinam libertatem ſeſe vindicarunt. Hinc in *duas* parteis *Belgica*, ſeu *inferior Germania*, diviſa eſt. Provinciæ Hiſpano Imperio audientes ſunt iſtæ: *Brabantia*, *Limburgium*, *Luceburgium*, ac dimidia *pars Gelriæ*, cis Rhenum ac Vahalem, in veteri Belgica ſita, dein, *Flandria*, *Arteſia*, *Hannonia*, *Namurcum*, *Marchionatus* S. Imperii, & *Mechlinia*. Reliquæ provinciæ ſub una republica conſtanter ac fortiter libertatem tuentur. β Belgicæ diviſio.

CAP.

fecerunt (a) *Belgium*, *unum regium*, *alterumque confœderatum*: Illud unum tunc temporis fuit, nempe Hiſpano regi ſubditum, decemque provincias complexum, nunc vero terris & regionibus per bella varia ereptis duplex erit, aliud *nempe* (b) *Hiſpanicum*, *aliudque Gallicum*: (c) Hoc vero liberum adhuc & bellicis eluctatum fluctibus ſeptem provincias comprehendit, puta Ducatum Geldriæ dimidium, duos Comitatus Hollandiam & Selandiam, quatuorque Dominia, nempe Ultrajectum, Friſiam, Tranſiſalaniam & Grœningam. De Dominiis & urbibus Limburgi, Brabantiæ, Flandriæ, itemque inſulis, regionibus & caſtellis Africæ, Indiæque multis ad hanc Rempubl. liberam pertinentibus nunc dicere omitto, quod alii copioſiſſime dicunt. Hiſtorici autem ut Belgio nunc Gallico locum concedant, fecerunt Ducatus Lutzenburgicus, tres item Arteſiæ, Flandriæ, Hanoniæque Comitatus, quorum pars magna per pacem Monaſterienſem, Pyrenæam, Aquenſem, & Noviomagenſem Galliæ acceſſit. Urbes ſingulas cum ſuis juribus, toparchiis, agris, regalibus, appertinentiis, uti loquuntur, junctas Robbius in Geogr. Method. Weigelius in Specul. Terr. Becmannus in Geograph. enarrant. Ecquis ignorat, hoc ipſo, quod hodieque fervet, bello Belgico Montem Hanoniæ, Namurcum, & nuperrime Caroli regium (Charleroye) captum? De confœderato Belgio Reſpubl. Elzivier. Item Boxhornium, Schoockium & Hornium conſer.

BUNONIS.

β (d) In Belgica Hiſpania Galliæ Rex multas cepit urbes; quas hodie tenet [*b*]. Ad *Belgicam fœderatam* hoc tempore pertinent *Hollandia*, *Zelandia*, *Friſia*, *Zutfania*, *Dominium Trajectenſe*, *die Herligheit Utrecht*, *Tranſiſalania*, *Over-Iſel*, *Dominium Groeningenſe*, *Groening-Land*. His accedunt *pars Brabantiæ*, *pars Flandriæ*, & *pars Geldriæ*. Cæterum Fœderatæ provinciæ inito fœdere ab Hiſpaniæ rege ſeceſſionem fecerunt ſuperioris ſeculi An. 81. Pax demum inter ipſos & Regem compoſita eſt Monaſterii in Weſtphalia An. ſuper. ſeculi 48, quâ Hiſpaniæ rex provincias iſtas plane liberas pronunciavit, in quas nihil juris ipſe haberet. Fœderata illa Belgica annis abhinc non ita multis magna

(a) Belgium duplex, regium & confœderatum. (b) Hiſpanicum Gallicumque. (c) Confœderatum eſt libera Reſpubl. (d) Belgium Fœderatum.

cepit incrementa. Exiguam Europæ partem obsidens in utramque Indiam colonias emittit frequentes: neque ullus fere est Orbis angulus, quo Belga non penetret, merces & arma ferens. *Hagæ* provinciarum *Primores* publicos celebrant conventus. *Primum* in Consilio suffragium habet Geldria & Zutphanium: *Secundum* Hollandia: *Tertium* Zelandia: *Quartum* Trajectensis provincia: *Quintum* Frisia: *Sextum* Trans-Isalania: *Septimum* demum Groninga & Ommelandia. Quanta Belgicæ hujus sit Potentia, vel ex eo colligitur, quod illa bello cum Hispaniæ rege feliciter gesto, cum Britanniæ Rege signa conferre, bellique maritimi aleam experiri haud detrectet.

HEKELII.

[b] *Plureisque adhuc capturus esset, si aliter consilia sua ordine, ut aiunt,* Mandrabuli, *non succederent.*

CAP. XIX.

De præcipuis Inferioris Germaniæ urbibus. [1]

I.

Flandria, vulgo Flandern.

FLandria α omnes Christiani Orbis Comitatus superat: ager fertilis, pascuaque læta. Insulas habet adjacenteis *Cadsant*, *Oostburg*, *Bierfliet*, Ordinibus fœderatis parentes. Urbes præcipuæ Flandriæ sunt β *Gandavum* (1) vulgo *Gent*; caput Provinciæ, inter majores Europæ urbes computata; Caroli V, & Ferdinandi I, incunabulis nobilitata; γ *Brugæ* (2) vulgo *Brugge*, primas ob pulchritudinem & amœnitatem sibi vendicant. Sequuntur δ *Tornacum* (3), Gallis

Gandavum. Brugæ. Tornacum.

(1) *A Cæsare conditum. Historici aiunt hanc urbem* 50000 *Hom. conscripsisse regnante Philippo de Valois Gallo, & Carolo* VI *Imp. Ludov.* XIV *cepit Anno* 1678. *Hispano restituta Conventu Neomagensi: Gallis iterum prodita An.* 1708, *& eodem Anno a Fœderatis sub auspiciis Ducis Marlburgensis & Principis Eugenii expugnata.* 30000 *Cives numerat qui reditu proprio vivunt.*

(2) *Lanæ commercio celebris, & probe munita, Gallis An.* 1708 *prodita, & iterum fœderatis reddita.*

(3) *Ampla, culta, & bene munita, Lanæ commercio celebris.*

BUNONIS.

α (a) Flandriæ Comitatus concluditur Brabantia, Hannonia, Artesia, Oceano Germanico, estque omnium Comitatuum Europæ amplissimus. [a]

β (b) *Gandavum* urbs quarto à mari lapide semota, ad tres fluvios, Scaldim, Lisam & Lævinum, seu Liviam sita, intra muros dicitur habere circuitum 45640 pedum Romanorum [b]. Quatuor hæ urbes audiunt rebelles; *Parisii*, *Gandavum*, *Leodicum*, *Pistavium*. Sed Carolus V, castello urbi imposito civium animos retinuit. Uti Neapolitanis imposuit castellum S. Elmi, *la Briglia* quod vulgò vocant.

γ (c) *Bruga*, totius Belgii amœnissima [c] urbs, à ponte nomen habens [d], sita est tribus leucis ab ora maritima; Philippus I, Maximiliani I Imperatoris filius, hic natus est anno 1478. At rursus à rebellibus heic captivus detentus est idem Maximilianus I.

δ (d) *Tornacum* ad Scaldim fl. urbs olim splendida; at sæpè direpta, multaque perpessa, præcipue in bellis istis quæ gessêre Galli, Angli ac Flandri. An. 1667 a Galliæ Rege occupata. [e]

HEKELII.

[a] Habet enim, præter quatuor principaleis Maris Portûs XXVIII Urbes muris percinctas, quarum sex magnæ sunt & nobilissimæ, *Gandavum* np. *Brugæ*, *Ypra* (& hæ tres sunt principes) *Lilla*, *Tornacum*, & *Duacum*. Porrò sunt aliæ quoque CCCVII satis nobiles & frequentes, quæ muris non sunt vallatæ; & insuper MCLIV *Pagi*, quorum aliqui magni sunt & populo frequentes, præter *Arces*, *Castella* & *Nobilium Ædes*.

[b] Intra mœnia XX parvas Insulas habitatas, à *Fluviis* & *Rivulis* effectas continet, ac insuper XCVIII magnos Pontes, præter multos parvos. Et ut Arce munitissimâ, ac superbis & magnificis ædificiis est ornata; sic & nobilissima atque pulcherrima est.

[c] Opulentissima & ornatissima.

[d] Olim dicta *Gesoria*.

[e] Claret *Episcopatu*, cui, *Archi-Episcopo Remensi* licet subjecto, subest una Diœcesis ex quinque Episcopatibus.

REISKII.

1 Quam Belgica hodierna nitore urbium, cultu, amplitudine, opulentia & incolarum frequentia caput efferat, hoc invidendis elogiis Golnizius in Itiner. demonstrat. Belgium quippe orbis annulum, annulique hujus gemmam, nemus nemorisque laurum, paradisum & paradisi hujus delicias, cœlum hujusque cœli solem (e) Antwerpiam vulgo dicunt. Hæc si audias, Europæ cultissimam hanc regionem dixeris, in eaque Urbem unam primariam, Marchionatu Imperii Rom. Germ. insignem, nunc Belgio Hispanico subjectam, propugnaculis, fossis & castro per Ducem Albanum condito munitissimam, duabus olim incolarum myriadibus & commerciis florentissimam: Huic tamen nostro nunc tempore urbs Belgii confœderati una præstat (f) Amstelodamum, non tola ædium magnificentia, divitiis, & commerciis per omnem terram frequentibus, sed multis incolarum æque uti advenarum myriadibus: Ut hanc orbis universi compendium, & inter prima Europæ totius emporia non postremum jure dixeris. Sed neque sic satis pro dignitate ac potentia dices, qua terras alias pervadit aut occupat. Quid de Indica societate mercatorum duplici? quid de Collybo, in quem 20500 tonnæ auri sæpius congeri dicuntur? quid de urbibus dicam cæteris & multis & munitissimis. De bituminoso vel unctuoso cespite, quem (g) Turfum nominant, & locis, unde hunc eruunt, permultis; de piscatione Harengorum, & conditura frequentissima, de assidua per totum oceanum navigatione, de Sirenibus & Tritonibus, si qui appareant, marinis, alii conferantur. Addo unum de urbibus, locis

(a) Flandria. (b) Gandavum. (c) Bruga. (d) Tornacum. (e) Antuerpia. (f) Amstelodamum. (g) Turfus pluraque memorabilia.


OCEANUS GERMANICUS
DE NOORD ZEE
HODIERNÆ
BELGICÆ
sive
GERMANIÆ
INFERIORIS
Tabula
GALLIÆ PAR
Zuy der zee
Pars Comit Oldenburgensis
Lothar in sius Pars
Trever en sis Archiepisco Par

Gallis *Tournay*, German. *Doornick*; *Cortracum* (1), Gall. *Courtray*, Germ. *Cortrijck*; ε *Duacum*, *Douay*; ζ Insulæ (2), Gall. *L'Isle*, German. *Ryssel*, sive *ter Issel*; η *Yperæ*, *Yperen*; ϑ *Neoportus*, *Nieuport*; ι *Sluſa*, *Sluys*; κ *Duynkercke* (3), piratica ſuperiori bello infamis; λ *Oſtenda*, trienni Hiſpanorum obſidione inſignita. μ *Grevelinga*, nobiliſſimum in finibus Galliæ munimentum.

II. Caput ν Arteſiæ eſt ξ *Atrebatium* [*f*] vulgo Germanis *Atrecht*, Gallis *Arras* (4) [*g*] urbs ſplendida [*h*]. Clarum hic eſt ο *Fanum D. Audomari*, vulgo *S. Omer* (5). π *Tervanna*, inſignis quondam erat: poſteà vero à Carolo V expugnata ac funditus everſa. Eſt præterea heic nobilis *Comitatus* cognomine *D. Pauli*.

III. Hannoniæ ρ caput eſt σ *Montes*, vulgo *Mons* (6), Gallis; Germ. *Bergen*. Secunda ab ea τ *Valentianæ*, Gall. *Valenchiennes* (7). υ *Cameracum* (8) Germ. Hennegow.

Cortracum. Duacum. Inſulæ. Yperæ. Neoportus. Sluſa. Duynkerka. Oſtenda. Grevelinga. II. Arteſia. Artois. Atrebatium Fanum S Audomari. Tervanna. III. Hannonia, Gallis Hainaut. Germ. Hennegow.

locis & Dominiis; quæ Belgio confœderato quondam ſubdita, tum Clivenſibus, tum Colonienſibus, ea per pacem Noviomagenſem ſuis iterum Ducatibus acceſſiſſe.

BUNONIS.

ε (a) *Duacum* ad Scarpam fl. nobilitavit Academia à Philippo Hiſpaniarum rege ſuperiori ſeculo inſtituta. Galliæ Rex eam nuper An. 67 extorſit Hiſpano. Direpta miſerè & cremata fuit hæc urbs bello, quod Ferdinandus Flandriæ Comes geſſit cum Galliæ Rege Philippo II, ejuſque filio Ludovico. Deinde iterum lacerata eſt bellis inter Philippum IV, Regem Galliæ, & Guidonem Dampetram geſtis. Hodie pulchrum eſt opidum, multaque in eo eſt nobilitas.

ζ *Guicci*. An. 1667 à Galliæ Rege expugnatum eſt.

η (b) *Yperæ* à rivulo præterlabente *Ipre* dictæ: à Gallo capta An. 1678, multis obſidionibus clara.

ϑ (c) *Neoportus* famam habet à memorabili prælio, quo Mauritius victoria potitus Albertum Auſtriacum vicit, An. 1600. Locus prælii diſtat uno lapide ab opido, inter pagos *Weſt ende* & *Wilhelms Kerck*, via quâ Oſtendam itur. Crux nigri coloris lignea in clauis memoriam erecta ibi ad ſiniſtram in colle conſpicitur.

ι *Sluſa*, dum Oſtenda obſidetur à Fœderatis Provinciis, capitur.

κ *Duynkerka* Hiſpanorum in Belgica erat Navale, ſed ab Anglis, Gallorum ope, An. 1658, expugnata, Galliæ Regi nuper vendita eſt. Inde haud procul abeſt *Mardicum*, navium ſtatio.

λ (d) *Oſtendæ* obſidio duravit Annos tres, menſes duos, dies quindecim. Cœpit Anno; *OſtenDe nobIs paCeM*. Deſiit Anno; *OſtenDaM IuItIa paCIs*.

μ (e) Ad *Gravelingam* Thermus Galliæ Mareſchallus, prælio facto, in fugam actus ab Egmondano Comite An. 1558. Cui tamen pro opera iſta Dux Albanus ita gratias retulit, ut eum capite plecteret [*i*]. Opidum illud Galliæ Rex, Anglorum ope expugnavit An. 1658, hodieque tenet. Neque hic præteriri debet *Hulſta*, *Coraelii Janſenii* [*k*] Patria: à Fœderatis Belgis An. 1654 ſubacta: (l) *Bierfliet* è regione Yſendici inſulæ ejuſdem nominis impoſitum opidum, olim non ignobile, nunc tantum munimentum, patria *Guilhelmi* illius *Beukelens*, ſive *Buckeldi*; quem primùm haleces muria & ſale condiviſſe ſcribunt: quod hominis inventum tanti fecit Carolus V Imperator, ut cum Anno 1536 Bierflietum appuliſſet, cum ſorore Maria, Ungariæ regina, ſepulchrum ejus adierit, ac ipſius manibus pro invento illo gratias egerit.

ν *Arteſia Comitatus* concluditur ab Ortu Hannonia; à Septemtrione Flandria; ab occaſu comitatu Bononienſi; à Meridie ipſa Gallia. [*l*]

ξ (g) *Atrebatium munitiſſimum opidum* aliquot obſidionibus & cladibus noſtra ætate memorabile, eſt ad Scarpam fl. Galliæ Regi hodie paret.

ο (h) *Fanum S. Audomari* ad fl. Aa, urbs ſitu & arte munitiſſima. Hinc tertio lapide paulo infra Læſæ amnis fonteis.

π (i) *Tervannæ* conſpiciuntur rudera, An. 1552 everſæ. Hujus Provinciæ opidum eſt (k) *Heſdinum*, ad confluentes *Cancke* & *Blangis*, à Carolo V excitatum & egregie munitum: hodie tenetur à Gallis.

ρ *Hannonia* [*m*] clauditur finibus Flandriæ, Brabantiæ, Namurcenſi Comitatu, Gallia & Arteſia.

σ (l) *Montes Hannoniæ* opidum haud vetus eſt, ita diſtinctum à Bergis D. Vinnoci, *Wynoxbergen* in Flandria.

τ (m) *Valentiarum* ad Scaldim, ubi Rovallum recidit, in valle amœna ſitarum, reſpublica olim tam bonis utebatur legibus, ut Norimbergenſes ad ejus exemplum ſuam Remp. inſtituiſſe ſcribantur.

υ *Cameracenſe* territorium alii ad Arteſiam referunt; Opidum munitiſſimum eſt cum arce.

HEKELII.

[*f*] ſ. *Atrebatum*.

[*g*] A quâ denominantur Panni illi variis figuris contexti, qui vulgò dicuntur *Panni d' Arazzo*.

[*b*] Et

(a) Duacum. (b) Yperæ. (c) Neoportus. (d) Oſtenda. (e) Gravelinga. (f) Bierfliet. (g) Atrebatium. (h) Fanum S. Audomari. (i) Tervanna. (k) Heſdinum. (l) Montes. (m) Valentianæ.

(1) *A Gallis capta An. 1646, & iterum An. 1647, Hiſpano reddita. An. 1679, a Gallis poſt. una cum Belgio Hiſpanico, fraudulenter occupata, at a Fœderatis An. 1706 ſuperata.*

(2) *A Gallis capta An. 1667, ab iisdem optime munita, ſed a Fœderatis ſub Duce Marlburgenſi & Principe Eugenio, poſt longam obſidionem, in qua multi utrinque periere, fortiter expugnata An. 1708, cunctas Flandriæ civitates commercio ſuperat.*

(3) *A Gallis optime munita, a Fœderatis fruſtra bombardis tentata, regnante Gulielmo III. Bello Piratico Fœderatorum commercio imprimis noxia.*

(4) *A Gallis An. 1640 capta, & conventu Pirenæo conceſſa, ab Hiſpanis An. 1654 fruſtra obſidione cincta.*

(5) *A Gallis An. 1677 expugnata, & conventu Neomagenſi Lud. XIV conceſſa.*

(6) *A Gallis An 1691 capta, & a Rege Gulielmo poſtea fortiter expugnata; a Gallis autem poſt mortem Car. II, Hiſp. fraude occupata.*

(7) *A Gallis An 1677 expugnata, urbs probe culta, & commercio celebris, ſitu & arte probe munita.*

(8) *A Gallo An. 1677 capta, & inter Europæ urbes munitiſſimas, ampla & bene culta, commercio etiam celebris.*

German *Camerick*, Gall. *Cambray*, cum agro ſuo ſingularem provinciam conficere videtur, quæ dicitur *Cambreſis*.

IV. Namurcum. Gall. Namur. German. Namen.

IV. Caput eſt, quæ provinciæ nomen dedit, *Namurcum* (1), ædificiis magis valida quam ſplendida. φ

V. Luceburgium. Luzelburg.

V. Hic Ducatus nihil inſigne habet, præter *Luceburgium* (2), unde nomen Provinciæ; & ipſa urbs tam fœda, quàm ſatis natura loci munita. χ

VI. Limburgium.

VI. Hujus caput eſt ↓ *Limburgium* (3) urbs, minus inter reliquas XVII provincias clara. *Falcoburgium* ac *Dalem*, duo Comitatus, portiones ſunt Limburgienſis Ducatus.

VII. Brabantia. Brabant.

VII. Primaria ω *Brabantiæ* urbs eſt α *Antverpia* (4), Gallis *Anvers*, Germanis inferioribus *Antwerpen*, ſuperioribus *Antorf*, Emporium quondam totius Europæ celeberrimum, nunc etiam urbs totius terrarum Orbis ſplendidiſſima: arce ſua maximè nobilis. β *Bruxellæ* (5), *Bruſſel*, magnifica urbs, rectorum Belgii Hiſpanici ſedes: γ *Sylva Ducis*; *des Hertogenboſch*; ac δ *Lovanium* (6), vulgo

VIII. Antverpia. Marchion. Bruxellæ. Sylva Ducis. Lovanium.

(1) *Urbs munitiſſima, a Lud. XIV, An. 1692 expugnata, a Guil. III, poſtea fortiter obſidione cincta & recuperata An. 1695, a Gallis autem poſt mortem Car. Hiſp. fraude occupata.*

(2) *A Gallis An. 1684 capta, & Hiſpano conventu Reſwicenſi reddita Ann. 1697.*

(3) *Situ munitiſſima, a Batavis ter capta, ſcilicet An. 1632, 1633, & 1703, a Gallis in 1675, ſed conventu Neomagenſi Hiſpano reddita.*

(4) *A Gallis poſt mortem Car. Hiſp. fraude occupata, Fœderatis autem poſt prælium Ramilienſe reddita, templis ſplendidiſſimis, ipſi Italiæ non ſecunda, commercio olim celebris, quo nunc ab Amſtelodamenſibus penitus fere privatur.* (5) *A Gallis An 1695, Machinis æneis, quas bombardas vocant, verberata, a Bavaro An. 1708 pene oppreſſa, ſed copiis Fœderatis opportune liberata, Bavaro fuſo, fugatoque.* (6) *Inter ampliſſimas Belgii urbes nominatur, 30 habet Collegia ad Academiam pertinentia.*

[b] Et totius Regionis Metropolis. Quondam ipſius *Brabantiæ* primaria erat Civitas.

[i] *Sed hoc ingratum ſcelus atro crimine omnino adhuc damnandum eſt.*

[k] Apud *Romano-Catholicos* magni nominis Theologi, Eccleſiaſtæ *Lovanienſis*.

[l] Fruitur clementiſſimo aëre, & producit omnia, præterquam Vinum, quod Incolarum negligentiâ potiùs evenit.

[m] Olim *Pannonia* dicta, & deinde *Saltus Carbonarii*, atque etiam *Picardia inferior*.

BUNONIS.

φ Continetur limitibus Hannoniæ, Brabantiæ, Leodicenſibus, Lucemburgenſibus & Galliæ, (a) *Namurcum* ſive *Namurum*, ad Moſæ ac Sabis, ſeu Sambræ confluentes, munitum ac dives eſt [n]. In ditione Namurcenſi lapis effoditur, unde excitatur ignis qui augetur aquâ, exſtinguitur oleo. *Ortelius*.

χ *Ducatus Lucenburgicus* habet ab Ortu Epiſcopatum Trevirenſem; à Septemtrione Ducatum Limburgicum & Diœceſin Leodicenſem; ab Occaſu Galliam; à Meridie Lotharingiam [o]. (b) *Luzeburgium* Metropolim percurrit Elſa fl. Inde haud longe abeſt Palatium magnificum, à *Petro Mansfeldio* excitatum, in quo nihil ad delicias deeſt. Eſt hìc quoque ad Moſellæ ripas (c) *Theonis villa*, vulgò *Diedenboven*, opidum munitiſſimum à Gallis Ann. 1643 expugnatum.

↓ Ducatus hic ab Ortu habet Ducatum Juliacenſem; a Meridie Ducatum Lucenburgicum; ab Occaſu Epiſcopatum Leodicenſem; à Septemtrione Geldriam. (d) *Limburgium* provinciæ caput ad Weſam fl. præcipiti ſaxo impoſitum, arte item & manu [p] valide munitum eſt: in ejus agro multum ferri ac æris effoditur [q].

ω Ducatus (e) *Brabantiæ* habet ab Ortu Geldriam & Epiſcopatum Leodicenſem, à Septemtrione partem Geldriæ & Hollandiam, ab Occaſu Hannoniam & Flandriæ partem.

α (f) *Antverpiam* Dux Parmenſis ponte ſupra Scaldim fluvium, qui pedibus bis mille quadringentis in latitudinem ibi patet, ſtructo, obſidione cinxit, ac demum cepit An. 1585 [r]. Nobile hic floruit Typographejon Chriſtophori Plantini, ex quo prodiit opus Bibliorum regium.

β (g) *Bruxellis* quoque ſedes eſt ſummi totius Brabantiæ ſenatus: urbs ad Sin fl. poſita eſt. [ſ]

γ (h) *Sylva Ducis* [t] ad fluvios Dommelam & Aadam vulgo Aa ſita, à Moſâ fl. diſtat ſpatio duorum milliarium, à Ravenſteinio quatuor, ab Antverpia duodecim. Opidum eſt amplum, pulchrum, ſitu & induſtria humana adeo munitum, ut inexpugnabile videri poſſit: Fœderatarum tamen Provinciarum armis domitum eſt An. 1629. Tantum lintei hic ſingulis paratur Annis, quantum ducentorum coronatorum millibus vendi poſſit; ad quod opificii genus aquæ vicinæ ſecreto naturæ beneficio multum conducunt. Urbs illa naturâ & arte munitiſſima à Fœderatis Belgis domita & ſubacta eſt An. 1629, à quibus hodie tenetur.

δ (i) *Lovanium* ad Dilam amnem & Wortham torrentem ſitum quatuor mill. Mechlinia diſtat. Gandavo, aut ipſis Pariſiis cenſetur amplius, ſi computantur Suburbia. Academia hic inſtituta eſt An. 1426. Juſto Lipſio quoque celebritatem debet. Hic Johannes Fridericus Saxoniæ Elector aliquamdiu captivus detentus eſt.

HEKELII.

[n] Gens armis dedita, civilis & ingenioſa, ſed paucos habens Mercatores. *Gallica* linguâ utitur, eâque degeneri.

[o] *Ptolemæo* dicitur *Auguſta Romanduorum*, quam *Aliſontia* Fluvius, vulgo *Elſa*, ſ. *Alſitz*, interfluit. Heic Conſilii ſupremi Sedes eſt & Tribunal, à quô provocatur *Mechliniam*. Hodiè eſt *Helena* illa, de quâ *Gallus* cum *Hiſpano privatim* & intra velum eſt digladiaturus.

[p] *Immo profunda valle.*

[q] Cive gaudet *Remaclo Fuſchio*, Medico erudito, qui varios ſcripſit Tractatus, inter illos *illuſtrium Medicorum Vitas*; itemque *Gilberto Philareto*, qui nomine *Limburgii* apud exteros maximè innotuit. Vid.

(a) Namur. Ger. Namen. (b) Luzeburgium. (c) Theonis villa, (d) Limburgium. (e) Brabantia. (f) Antverpia. (g) Bruxellæ. (h) Sylva ducis. (i) Lovanium.

vulgo *Leuven*, insignes urbes : Præterea ε *Breda*, *Sevenbergen*, ζ *Bergen op Zoom*, η *Lier*, *Herentals*, ϑ *Dieſt*, *Tienen*, & *Gemblours*, haud ignobilia ſunt opida; ι *Mechlinia*, *Mechlen* Germanis, *Malines* Gallis, quæ unam provinciam in XVII conficit, inter nitidiſſimas Belgicæ merito numeratur. De cætero, & in Brabantia Ducatus κ *Arſchot* : Marchionatus *Bergen op Zoom* ; Comitatus *Hoochſtraten* & λ *Megen* ; Baronatus *Breda*, *Dieſt*, μ *Grimbergen*. IX. Mechlinia Dominium.

VIII. ν *Zelandia* in insulas complures diſſecta eſt ; quarum nobiliores, *Walachria*, vulgo *Walcheren*; *Scaldia*, vulgo *het Landt van Schouwen* ; & *Bevelandia Auſtrina*, vulgo *Zuyt-Beverlandt*. In Walachria urbs princeps eſt ξ *Middelburgium*, celebre Emporium. Secunda eſt ο *Vliſſingen*, proximus in Zelandia ex Gallia ac Britannia advenientium navium appulſus. π *Vera*, vulgo *ter Veer*, Scoticarum mercium Emporium. In Scaldia insula eſt ρ *Sirickzea*, opidum ſatis nitidum. In Bevelandia, σ *Guſa*, vulgo *ter Goes*. VIII. Zelandia. Walachria. Scaldia. Bevelandia. Middelburgium. Vliſſinga. Vera. Guſa.

IX.

Vid. celeberrimi mei *Quenſtedtii* Dialog. de *Patriis illuſtrium Doctrina & Scriptis Virorum* p. 111.

[r] Cingitur vallo vaſtiſſimo, in quo diſpoſiti Tiliarum ordines & amœnitatem, & opacitatem deambulantibus præbent.

[ſ] In Fori extremitate oſtenditur locus, ubi *Egmondanus* & *Hornius* Comites decollati. Plurima ſunt hic *Ducum* & *Principum* Palatia magnifica. Fontes per Urbem crebri & elegantes. Turris, in quâ armamentarium, meretur videri.

[t] A vicino nemore ſic nuncupata.

BUNONIS.

ε (a) *Breda*, ad Merke fl. in ditione eſt Principis Auranſiæ [v], munitiſſima cum arce, a Mauritio ſingulari ſtratagemate capitur An. 1589. Ab Hiſpanorum Duce Spinola fame & XI menſium obſidione expugnatur An. 1625, ſed à Fœderatis Provinciis duobus menſibus recuperatur An. 1637. [x]

ζ (b) *Bergen op Zoom* opidum munitiſſimum, quoddam quaſi Hollandiæ & Zelandiæ vinculum, ab Hiſpanis fruſtra oppugnatum.

η (c) *Lira* ad Nelam fluvium duobus Antverpia, & totidem fere Mechlinia milliaribus diſtat.

ϑ *Dieſta* Baronia ad Demeram fl. Nicolai Clenardi patria eſt.

ι (d) *Mechlinia* in mediterraneo Brabantiæ ſita, quatuor milliaribus diſtat Antverpia, totidem Lovanio, ac totidem Bruxellis. Dela fluvius mediam ſecat. Gaudet cœli temperie ; unde Philippus I & Carolus V hic educati. Opidani innatam quandam habent venuſtatem morum ac urbanitatem ; unde appellantur *de Meeſters van Polit*. Academia olim floruit ; Guicciardinus tradit, aliquando IX filios diverſorum regum, XXIV Principum, XXIX Comitum eodem tempore operam literis hoc in loco [y] dediſſe.

κ *Arſchotium* ad Demeram fluvium eſt.

λ *Megen* opidum munitum ad Moſam eſt.

μ *Grimberga* olim fuit celebris. Ad Provinciam hanc pertinet quoque *Gemblacum* vulgo *Gemblours*, abbatia, eruditorum olim Seminarium.

ν Comitatus (e) *Zelandiæ* nomen ex re habet ; mari enim undiquaque alluitur, & insulis conſtat plurimis, ex quibus octo celebriores ſunt ; præter insulas memoratas ad Provinciam pertinent, Nord-Bevelandia, Duvelandia, Tola. [z]

ξ (f) *Middelburgium*, Gymnaſio & ordinario deputatorum Zelandiæ Collegio quoque nobilis, elegans ac probe munita urbs, habet ſtapulam ſive forum vini, ex Hiſpania, Gallia aliiſque provinciis importati [a]. Tutiſſima & capaciſſima ibidem eſt navium ſtatio. Inde oriundus fuit *Petrus a Mittelburgo*, insignis Mathematicus, qui eo nomine Romam vocatus eſt. Scripſit ille de paſchatis celebratione.

ο (g) *Vliſſinga*, duo millia paſſuum Middelburgo diſtans, urbs exigua quidem eſt, ſed arte & natura munita. Opportuno adeo ſitu eſt, & tam eximio portu ſpectanda, ut, quotquot fere ultro citroque commeant Naves, hâc perpetuo tranſeant. Oceani Belgici habetur clavis. Quare Carolus V inter cætera conſilia ſecretiora Philippo filio hoc etiam reliquit, ut quàm diligentiſſimè tueretur hunc locum : quod dum ille per ſuos arce exſtructa violenter conatur efficere, Belgis portam aperuit ad libertatem recuperandam. Tenuit Urbem illam pignoris loco Eliſabetha Angliæ Regina ab An. 1585, & poſt illam Jacobus Rex ad An. 1616, quo deducto præſidio Auranſiæ Principi, Domino ſuo, reſtituta fuit. Habet princeps ille ibidem palatium ſuum.

π *Vera* ſeu *Campoveria* munita, eſt in ditione Principis Auranſiæ. [b]

ρ *Ziricksea* antiqua multis & insignibus gaudet privilegiis. Portu ejus aliquando arenis obducto, novus apertus eſt.

σ *Guſa* ad oſtium Scaldis eſt opidum ſatis lautum.

HEKELII.

[v] S. *Arauſionenſis*.

[x] In Arce Navis adhuc cuſtoditur, qua intraverant milites *Ordinum*, ceſpitibus, comburi heic locorum ſolitis, obtecti. Videndus quoque in atrio Arcis Hippelaphus, Equus pedes & caudam cervi habens.

[y] Ubi & *Armamentarium nobile*.

[z] Hæc, aliàs quippe *Tolana*, vulgo *Tolen*, dicta, *duo* habet Opida ſatis laudata, *Tolam* & *Divi Martini Aggerem*. *Illa* circuit quatuor tantummodò Germanica Milliaria, neque, niſi *Vicos* & *Pagos* habet. *Iſta* autem quondam erat *fertilis* & *amœna*, antequam An. M D XXXII. penitus inundaretur.

[a] Unde *Gallis* l'Eſlappe du vin de France & d'Eſpaigne.

[b] In hâc urbe videnda ſunt tormenta aliquot, *Caroli* V Imperatoris nomine inſcripta. Juxta Portam

(a) Breda. (b) Bergen op Zoom. (c) Lira. (d) Mechlinia. (e) Zelandia. (f) Middelburgium. (g) Vliſſinga.

IX. Hollandia

IX. τ *Hollandia* ob frequentia in varias Mundi parteis commercia totius Belgicæ celeberrima potentiſſimaque, dividitur in *Septemtrionalem* & *Auſtralem*. *Septemtrionalis* Hollandiæ pars meridionalis, crebris lacubus interfuſa, *Waterlandt* incolis vocatur. Princeps dignitate eſt totius Hollandiæ urbs υ

Dordracum.

Dordracum, vulgo *Dordrecht*, & *Dort*, in ipſis lacuum, quos Moſa Vahaliſque efficiunt, undis ſita; vini Rhenani frequenti mercatu nobiliſſimum Emporium. At maxima potentiſſimaque omnium eſt φ *Amſterodamum*, vulgo *Amſterdam*, opulentiſſimum ad Oceanum Germanicum Emporium: χ *Lugdunum*

Amſterodamum.

Lugdunum.

Batavorum, vulgo *Leyden*; omnium Belgicarum, nedum Hollandicarum, amœnitate ſalubritateque ſplendidiſſima: ↓ *Delphi*, vulgo *Delft*, *Guilielmi Principis Auriaci*, Illuſtriſſimi Principis Mauritii parentis, cæde inſignita civitas:

Delphi.

tam hoſpitium eſt amœniſſimum, ex quò in *Mare* & *Zirickzeam* uſque, alterius Inſulæ Urbem, ad aliquot Leucas remotam, proſpectus amœniſſimus. Vid. *Jodoci Sinceri* Itinerar. *Galliæ* p. 381.

BUNONIS.

τ (a) *Hollandiæ* Comitatus fines habet ab Ortu Trans-Iſalaniam [c] & Geldriam: à Septemtrione Friſiam: ab Occaſu mare Germanicum, & inſulas Zelandicas: à Meridie Brabantiam. [d]

υ (b) *Dordracum* urbs pervetuſta, Hollandiæ olim caput, [e] Mervæ incumbit, quod flumen ex Rheno, Moſa, & Linga urbem præterfluentibus, naſcitur. An. 1521, Vahalis ſimul & Moſa, exæſtuante in eos Oceano, ex agro inter hanc urbem & Brabantiam interjecto effecerunt immenſum illum aquarum gurgitem, abſorptis violenter 72 egregiis pagis, & in iis plus centum hominum millibus; qui cum omnibus ſuis fortunis miſerando illo diluvio perierunt; & tum urbs illa à continente fuit avulſa, ac inſtar inſulæ deſtituta: nunc incolarum induſtria non exiguum agrum undis ereptum mœnibus ſuis rurſus conjunxit, propria fere harum gentium arte. Eſt verò pulchra, dives, potens, amplis & elegantibus ædificiis ornata, & celebris Synodo, quam Reformati An. 1619 ibidem celebrarunt. Dordraco oriundus fui: *Paulus Merula*, & *Janus Rutgerſius*. [f]

φ (c) *Amſtelodamum* nomen ſortitum eſt ab *Amſtela* fluvio, & voce Teutonica *Damm*, quæ ſignificat *aggerem*. Fuit olim vicus à piſcatoribus inhabitatus; ſed à trecentis abhinc Annis in tantam excrevit urbem. An. 1601, ædes pleraſquam ſexcentæ privatorum opibus à fundamentis fuerunt exſtructæ. Burſa, *die Boerſe*, Templum auſtrale, *die Suder Kirche*, & Curia, ſplendida ſunt ædificia, quæ nulli in Europa ſplendore & magnificentia facile cedant. Sunt ibi quoque rigidioris diſciplinæ ergaſtula *das Zuchthauſz*, in quo mares; & alterum, *das Spinnhauſz*, in quo fœminæ labore exercentur (g). *Tota urbs* palis præ-longis & craſſis ſuperſtructa; unde argute quidam, *ſi*, inquit, *videri poſſet hoc fundus, numquam quiſquam amœniorem vidiſſet ſylvam*. Civium incredibilis ibi eſt frequentia: & fere major quotidie advenarum concurſus. Non enim unius provinciæ, ſed totius Orbis emporium eſt; de *Amſtelodamo*, quod *Salluſtius* olim de Carthagine, *ſilere melius puto, quam pauca dicere*.

χ (d) *Lugdunum* à Romanis olim putatur conditum: fuitque Prætoris Romani perpetua ſedes. Cœlum habet temperatius, quam cæteræ Hollandiæ partes. Diuturnam XVI ſeculo Hiſpanorum forti ac conſtanti animo ſuſtinuit obſidionem; Inde Academia, præeunte Guilielmo Arauſino Principe, ornata eſt. Lugdunenſis erat perfidus ille impoſtor & anabaptiſta, *Joannes Buchold*, ſartor, vulgo *Johann a Leyda* dictus; qui mira quadam malitia & inauditis commentis ſe regem fecit Monaſterii, An. 1534, ſed tamen urbe capta atroci ſupplicio demum affectus (*b*). Edidit vero Leida complures viros eruditione præſtantes, *Johannem Gerbrandum*, *Nicolaum Leontium*, *Janum Douſam*, &c. [i]

↓ (e) *Delphi* ſeu *Delfium* ab alveo ſeu foſſa & aquæ ductu ex Moſa in urbem perducto nomen habet. Foſſam enim vulgo appellant *Delf* [k]. An. 1536 fortuito incendio major ipſius pars conflagravit; ſed ex ruinis ſurrexit pulchrior. Ciconiæ tum viſæ ſunt magno conatu anniti, ſi qua pullos flammis poſſent eripere; & quum ob pondus corporum nequirent, expanſis alis ſobolem ſuam obtexerunt; quædam etiam pertinaciter pullis adhærentes eodem incendio hauſtæ ſunt. Multi enim in domorum culminibus avium iſtarum conſpiciuntur nidi; quod ad illarum paſtionem urbs loco opportuniſſimo ſita eſt. *Guicciardinus*.

HEKELII.

[c] H. e. *Maris Germanici* Sinum.

[d] Et *Moſam* amnem. Incolæ hujus Regionis ſunt proceri, formoſi, civiles, humani, ingenioſi, divites, potentes, & bellicæ laudis præ cæteris clari.

[e] Et Metropolis.

[f] Ac *Guilielmus Lindanus*, Epiſcopus *Ruræmondenſis*, & poſteà *Gandavenſis* Eccleſiæ Doctor, Pontificius & Antagoniſta Orthodoxorum acerrimus.

[g] Porro *Orphanotrophium* pro utroque ſexu, *Xenodochium* pro peregrinis morbô infectis, *Gerontotrophium*, quod vere *Pauperum* dici poteſt *Palatium*, *Ædes* pro deliris utriuſque Sexus, *Domus Indiæ Orientalis*, *Domus Indiæ Occidentalis*, *Domus Organica*, &c.

[h] Iconia ejus, ut & uxoris *Eliſæ* vid ap. *Joannem Meurſium* Lib. I. *Athen. Batav.* Cap. xxv. p. 78. Edition. poſterior. ubi Hiſtoria prolixè eſt deſcripta.

[i] Hujus ſplendidiſſimæ atque amœniſſimæ Urbis Academiæ Doctores olim fuêre Jacobus *Golius*, Abrahamus *Heidanus*, Daniel *Heinſius*, Juſtus *Lipſius*, Claud. *Salmaſius*, Jacob. *Triglandius*, Marc. Zuer. *Boxhornius*, atque plures alii, quos ipſe *Leidenſis* Doctor præſtans, *Johannes Meurſius* in ATHENIS BATAVIS utriuſque Edit. digniſſime laudavit.

[k] Patria fuit *Hugonis Grotii*, quem *Heinſius* Pater *maximum Hugonem* appellavit.

BUNO-

(a) Hollandia. (b) Dordracum. (c) Amſterodamum. (d) Lugdunum. (e) Delfium.

Prospectus Inundationis Batavicæ horrendo quo aggeres perrupit a D. Nalp Delineatæ.



A Draught or Prospect of the Dreadfull Inundation Or Breaking the Dykes in Holland Which Carryed every thing before it. Designed by P Nalp one of the best Artists for those things in that Country

tas: ω *Roterodamum*, *Rotterdam*, natalibus *Eraſmi Roterodami* clara ſecundum ab Amſtelodamo Emporium. α *Haga-Comitis*, vulgo *des Graven-Hage*, nobiliſſimus totius Europæ vicus, multiſque urbibus præferendus; Comitum quondam Hollandiæ, nunc Concilii Confœderatarum Provinciarum univerſalis ſedes: huc quippe, quoties de communibus negotiis decernendum eſt, univerſæ provinciæ conveniunt. Sunt præterea nobiles urbes, β *Haerlem*, γ *Goude*, δ *Geertrudenberge*, ε *Alckmaer*, ζ *Edam*, η *Hoorn*, ϑ *Enckhuyſen*. In Inſulis Auſtralibus eſt ι *Briel*, haud poſtremum provinciæ opidum, & itidem κ *Geerſliet*. Septem- Roterodamum. Haga.

BUNONIS.

ω (a) *Roterodamum* propinquum Moſæ eſt & ad Roteræ fl. unde nomen deſumit, fauces [*l*]. Varias olim calamitates expertum in ampliſſimam excrevit urbem; idque eo potiſſimum tempore, quo ab Hiſpanis deſertum fuit. Et ſuperioribus quoque annis magna acceſſio facta eſt. Heic bona coquitur cerevisia; quæ illis in terris magnopere expetitur. Haud procul ſummo templo eſt ſtatua ænea Eraſmo à ſenatu poſita.

α Roterodamo tribus leucis diſtat *Haga* (b) non pulcherrimus modo, ſed ditiſſimus quoque, & fortaſſis etiam maximus univerſæ Europæ pagus, Auranſius Princeps ibi pulcherrimum habuit palatium [*m*]. Semileuca fere ab Haga ſitus eſt pagus (c) *Lauſduna* [*n*], ubi cœnobium, in quo Margaritæ Comitis monumentum cum inſcriptione; ex qua cognoſcitur, Margaritam illam An. ætatis ſuæ XLII, ipſo die paraſceves hora nona ante meridiem, Anno ſalutis 1276, peperiſſe infantes vivos promiſcui ſexus numero trecentos ſexaginta quatuor: qui, quum ſacramentum baptiſmi accepiſſent, cum matre expirarunt. Singuli infantes narrantur fuiſſe pulli duntaxat gallinacei magnitudine. [*o*]

β (d) *Harlemum* [*p*] ad Sparam fl. Amſterodamo tribus diſtat leucis. Albani ducis crudelitatem experta hæc urbs, incendio etiam deformata; ſed pulchrior ſurrexit, & incolarum numero adeo aucta eſt, ut ſuperioribus Annis hic ſupra XXV millia hominum fuerint numerata eorum, qui ſexagenariis minores, & pubertatis Annos egreſſi varias artes mechanicas & mercaturam exercebant. Artis Typographicæ inventionem urbi huic adſcribit *Hadrianus Junius*. Ann. Chriſti 1403, mulier quædam marina, ſive *Siren* dicenda eſt, à piſcatoribus capta Harlemi plures Annos vixit. Veſtita & aſſuefacta paulatim eſui panis, lactis, & aliorum id genus ciborum; etiam nere & reliquum opus domeſticum exſequi didicit; crucis inſuper ſigno honorem & reverentiam exhibens, alioſque uſurpans ritus, quos à domina docebatur; ſed ſemper muta manſit. *Guicciardinus*.

γ (e) *Gouda* ad Hâlam Leida diſtat quatuor leucis majoribus, opidum lautum & prævalidum eſt. Hic conceptus & utero geſtatus eſt *Eraſmus*.

δ (f) *Gertrudis mons* [*q*] ad Mervam fluvium clupearum piſcatione celebre opidum eſt.

ε (g) *Alcmaria* Harlemo quinque leucis diſtat, egregie munita; unde Hiſpanus fortiter repulſus eſt. Lacubus erat circumcincta [*r*], qui ſiccati circumducto valido aggere in arva & paſcua ſunt converſi. Heic magna caſei butyrique paratur copia. *Petrus Foreſtus* Medicus fuit Alcmarianus. [*ſ*]

ζ (h) *Edamum* ad Idam ſeu Edam fl. & lacum hodie exhauſtum, qui in arva & paſcua converſus eſt: Plurimæ ibidem ædificari ſolent magnitudine ſimul & ſpecie commendabiles naves. Lautiſſimus quoque in territorio circumjecto premitur caſeus, idque tam incredibili copia, & cum tanto civium quæſtu, ut univerſum opidulum inde locupletetur.

η (i) *Horna* duabus ab Edamo leucis ad eundem ſinum ſeu lacum Flevi ſita à portu tortuoſo videtur dicta; opidum peramœnum, dives & ſatis amplum, tutum habet portum. Gaudet mercatu anniverſario præter hebdomadarios; quibus ibi tanta copia caſei butyrique advehitur, ut ſolus, qui ſpectaverit, credere poſſit. In urbe illa natus eſt [*t*] *Hadrianus Junius*, profeſſione Medicus, & in omnibus liberalibus ſcientiis verſatiſſimus, Poeta eximius, & Philoſophus celebris. [*v*]

ϑ (k) *Enchuſa* abeſt Hornâ tribus leucis, ad eam maris Auſtralis (vulgò *Zuyder-Zee*) partem, quæ Friſiam adſpicit: Opidum lautum ac munitiſſimum, portu prorſus mirabili. Ædificantur ibi quoque naves plurimæ. Habet urbs illa peritiſſimos naucleros, & induſtrios valde navales ſocios.

ι (l) *Briela*, in inſula Vorna jacet, quâ Moſæ fluminis alveum Rhenus Oceano affundit. Opidum hodie valde munitum illud eſt, quod omnium primo, de improviſo & præter omnem Ducis Albani ſpem, ductu Comitis Marchiæ, calendis ipſis Aprilibus An. 1572, occuparunt exorres Belgæ. Deſciverunt paulo poſt Fliſſinga, Enchuſa, & alia quædam opida, non ſine ingenti rerum & ſtatus mutatione. Superioribus annis urbs illa Eliſabethæ Angliæ Reginæ ab Ordinibus pignoris loco tradita, & per annos multos præſidiis Anglicis inſeſſa; ſub regno Jacobi I, Angliæ Regis, redemta & reſtituta fuit, præſidiumque Anglorum deductum. Nunc Fœderatorum milite cuſtoditur.

κ (m) *Geerſlietum* in eadem, cum Briela, eſt inſula, opidum mediocre. Aer ejus quàm optimus, & cum tritici mire ſpecioſi, tum & aliarum egregiæ bonitatis ſegetum fertiliſſimus eſt. Briela duarum leucarum intervallo abjuncta eſt (n) *Goerea*, vulgò *Goeree* inſula cum opidulo cognomine. Olim commerciis & navigationibus floruit. Nunc portu hinc obſtructo, inde infeſtum habens Oceanum, multum de priſtino ſplendore amiſit.

HEKELII.

[*l*] Quaſi dicas *Roteræ ager*.

[*m*] Aquis & foſſis undique cinctum & munitum.

[*n*] *Joannis Meurſii*, Viri celeberrimi, Patria.

[*o*] Vid. *Gotfr. Hegenitii* Itinerarium *Friſio-Hollandicum* p. 141. Edit. *Lugd. Batav.* An. M DC XXX, in 16 f. ut & *Sinceri* Itinerarium *Galliæ* p. 395.

(a) Roterodamum. (b) Haga. (c) Lauſduna. (d) Harlemum. (e) Gouda. (f) Gertrudis mons. (g) Alcmaria. (h) Edam. (i) Horna. (k) Enchuſa. (l) Briela. (m) Geerſlietum. (n) Goerea.

Texel. Flieland.

Septemtrionali Hollandiæ adjacent Insulæ duæ, λ *Texel* & μ *Flielandt*, navium stationibus celebres. De cætero est in Hollandia Comitatus ν *Egmont*, Baronatus ξ *Brederodiorum*, ο *Vianen*.

x. Trajectensis Provincia.

X. *Trajectensis* sive *Ultrajectensis* π provincia, nomen accepit à capite suo ρ *Trajecto*, sive *Ultrajecto*, vulgo *Utrecht*, vel *Utert*. Urbs est ampla atque magnifica, Episcoporum quondam Frisiorum sedes. Est & σ *Amersfort*, haud spernendum opidum.

XI. *Gel-*

[p] *Petri Scriverii*, d. XII Jan. An. M D LXXVI nati, Patria.

[q] S. *Gertrudi-Berga*.

[r] Unde & a copiâ *Lacuum* URBI nomen inditum volunt, qs. *Al-Meer*.

[s] Qui primam in *Medicina* Lectionem & Orationem pro laude *Ejus* in Academiâ *Lugdunensi* habuit. Leg. *Meursius* loc. cit. Lib. II. p. 99. & *Melchior Adami* in *Germanor. Medicor.* Vitis p. 328.

[t] D. 1. Jul. 1513.

[v] Denatus a. *Middelburgi* d. XVI. Jun. An. LXXV ejusdem seculi, ibidemque sepultus honorifice.

BUNONIS.

λ (a) *Texel seu Tessalia, insula copiosa & omnibus rebus affluens, contra maris impetus partim collibus arenosis, partim aggere communitur. Ager magnam partem est pascuus, in quo multi oberrant pecudum greges. Amplissimum & pulchrum ibi est municipium nullis clausum mœnibus, quod eodem cum opidis jure & Magistratibus gaudet.*

μ (b) *Flevolandia*, Hollandis *het* (c) *Vlielandt*, à Flevo nomen sortita est, quam mytuli, vel si mavis musculi illi marini, Belgis *Mossels* dicti, vel imprimis commendant. Cæteræ ad Hollandiam insulæ pertinentes sunt (d) *Schellingia*, quinque pagis habitata, armento dives; (e) *Wieringia* ab alga marina dicta putatur, cujus ibi tanta est copia, ut ea aggeres sartos tectos conservent. In sinu, qui mare Australe, (*Zuyder-Zee*) sunt (f) *Urk* & (g) *Ens*. Ad ostium Mosæ (h) *Voorna*, (i) *Goerea*, (k) *Over Flachee*, in qua opidum (l) *Smaerdick*.

ν (m) *Egmonda* Oceano ab occasu propinqua est, & ab Alcmaria sesquileuca, à Bevervico duabus leucis distat. Pulcher profectò & concinnus admodum pagus, insignem habet arcem.

ξ (n) *Brederodiorum* antiquissima gens cognomen habet à *Brederoda* arce, quæ medio fere inter Harlemum & Bevervicum itinere jacet.

ο (o) *Viana* posita est ad lævam Leccæ ripam, & Schoonhovia [x] duabus tantum leucis abest.

π *Provincia Ultrajectina*, etsi cum Hollandia conjunctissima, peculiaris tamen & distincta ditio est. Ea, præter metropolin *Ultrajectum*, quatuor opida complectitur; *Durostadium*, *Rhenam*, *Amersfordiam*, & *Montfortium*. Cingitur Provincia illa à Septemtrione, Occasu & Meridie pœnè omni ex parte Hollandiæ finibus, ab Ortu terminatur Ducatu Geldriæ. [y]

ρ (p) *Trajectum* situm est ad veterem Rheni alveum, cujus aquæ in Leccam sunt derivatæ. Illud notatu dignum, eo loco positam esse hanc urbem, unde unius diei itinere, pedibus pervenire queas, ad quodcunque libuerit e quinquaginta [z] opidis, Ultrajectum circumstantibus. Potest quis mane urbe hac egressus ad quodvis e sex & viginti opidis etiam lento gradu inambulans accedere, genio mihi indulgere, & vespere domi rursus ad cœnam adesse. Habebat *Ultrajectum* munitissimam arcem à Carolo V exstructam, quam opidani An. 1577 dejecerunt. Est verò ipsa urbs ampla [a], concinnis & elegantibus ædibus exornata, Episcopatu olim nobilis [b]. Ultrajectinus fuit *Hadrianus* VI, Pontifex Romanus, ex Germanorum gente postremus. Hic Papa factus nomen suum in Baptismo acceptum [c] mutare noluit. [d]

σ (q) *Amersfordia* à trajectu *Emæ fl.* quod vulgo *de Eem*, nomen sortita, ab Ordinibus nostro seculo egregie muniri cœpit, variaque opera exterius adjecta. (r) *Durstadium*, olim *Batavodurum*, situm est ad illum Rheni alveum, quem *Leccam* vulgariter appellant. Vetustissimum est opidum, cujus mentionem facit *Corn. Tacitus*. A Normannis [e] olim fuit excisum [f]. Præsules Ultrajectini ibi fere sedem habere solebant ob amœnitatem & commoditatem, quam vitæ humanæ præstat. (s) *Rhena* [g] ad Leccam posita egregiè munita est: Inde Trajectum petentibus vasti occurrunt campi, & prædivites venæ cespitis utilibis [h]. (t) *Montfortium* ad Isalam positum, paucis abhinc Annis incendio miserè deformatum est.

HEKELII.

[x] Patriâ quippe eruditissimi Viri *Christophori Longolii*, Oratoris clarissimi, *Patavi* sepulti.

[y] Potitur agrô bonô & fertili, qui magis seminatur, quàm *Hollandia*, quia non adeo humilis est ac humidus, sicut illa.

[z] Seu, ut alii volunt, sexaginta.

[a] Mœnibus valida.

[b] Collegiisque *Canonicorum* dives.

[c] Ideo, quod ex humili locô & pauperrimâ domô ad tantos honores adlecerit.

[d] Fuit & Patria *Gulielmi Canteri* & *Johannis Heurnii*, Virorum sat illustrium. Academiam, quâ claret, *Joan. Georgius Grævius*, *Numburgensis*, solidissimâ eruditione & summâ celebritate suâ clariorem adhuc reddit.

[e] Et *Dacis* penitus.

[f] Ex hoc prodiit M. Walterus, Grammaticus, ut testis est *Cornelius Haemrodius* in *Bataviæ* brevi Descript. p. 33. Arcem satis munitam habet.

[g] Et Rhenia.

[h] Patria doctissimi Viri, *Gerardi Listrii*, Scriptoris clarissimi; famosâ autem olim *divæ Cineræ* cineribus.

BUNO-

(a) Texel. (b) Flevolandia. (c) Vlieland. (d) Schelling insul. (e) Wiering insul. (f) Urk insul. (g) Ens insul. (h) Voorna insul. (i) Goerea insul. (k) Over Flachee. (l) Smoerdick. (m) Egmonda. (n) Brederoda. (o) Viana. (p) Trajectum. (q) Amersfordia. (r) Durostadium seu Batavodurum. (s) Rhena. (t) Montfortium.

XI. *Gelriæ Ducatus* τ in duas hodiè ſecatur parteis: quarum altera Hiſpanici, altera Confœderati juris eſt. *Hiſpanicæ Gelriæ* caput eſt υ *Ruremunda*, ſedes Epiſcopalis & conventus Juridicus; dein φ *Gelder*, quæ nomen Ducatui dedit: poſt eam χ *Venloo*. *Gelria Confœderata* in tres dividitur potiſſimum portiones: quarum *Velavia*, vulgo *de Veluwe*, urbes habet ⸸ *Arenacum*, vulgo *Arnheim*, caput in hac parte, ac ſedes olim Ducum, nunc conventus Juridicus totius provinciæ. Poſt hanc ſunt & ω *Harderwicum*, & α *Elburgum*. *Betavia* altera pars, hodiè *de Betuwe*, veteris *Bataviæ* nomen fert: in hac ſunt Comitatus β *Buren*, & γ *Culenburg*, eodemque pertinent duæ munitiſſimæ urbes δ *Bommel*, & ε *Noviomagus*, vulgo *Nimmegen*, & *Nieumegen*. *Tertia* pars antiquæ Gelriæ eſt *Comitatus Zutphanienſis*, quæ unam in XVII conficit per ſe provinciam. Nomen habet à capite ſuo ζ *Zutphen*: ſunt præterea nobilia munimenta, η *Grolle*, ϑ *Bredeford*, ι *Lochem*.

XI. Geldria. Ruremunda. Venloo. Velavia. Arenacum. Betavia. Buren. Culenburg. Noviomagus. XIV. Zutphania. Zutphen.

XII. *Tran-*

BUNONIS.

τ (a) *Geldria* à Septemtrione habet Friſiam: ad Occaſum eſt Sinus Auſtralis, vulgo *Zuyder-Zee*, Hollandia & Ultrajectina ditio: à Meridie partim Moſa eſt, qui eam à Brabantiâ diſtinguit; partim Juliacenſium finibus clauditur: ab Ortu Rhenus eſt, & Cliviæ Ducatus. [t]

υ (b) *Ruræmunda* ad Oſtium Ruræ fluminis, quod ad ipſam urbem aquas ſuas in Moſam exonerat; unde nomen id obtinuit. *Oſtium* enim, ſive *Os*, Teutonibus dicitur *Mond* [k]. Diſtat urbs hæc a Venlona itinere trium leucarum: eſtque & civibus frequens, & opulenta, ſitu & munitione valida. Ædificiis erat concinna, ſed An. 1665 incendio miſere deformata eſt. Leucæ unius intervallo Ruræmunda diſtat (c) *Keſſelia*; olim *Caſtellum Menapiorum*, quod nomen & ſitus indicant.

φ (d) *Geldra* eſt opidum mediocre, *ſatis* tamen munitum.

χ (e) *Venlona* ad dextram Moſæ ripam ſita eſt. Inter Venlonam & Bercam *foſſa S. Mariæ* ſive *Engeniana* duci cœpta eſt An. 1626, XXIV ſtationibus munita ab Hiſpanis, ſpe Rheni aquas in Moſam deducendi, ſed irrito conatu. In Hiſpanica ditione præterea ſunt (f) *Stralen* arx munitiſſima, (g) *Wachtendonck* ad fl. Niers, (h) *Montfort*, (i) *Hoorne*, (k) *Moers*, (l) *Crevelt*.

⸸ (m) *Arenacum*, opidum antiquum, & elegans dextræ Rheni ripæ impoſitum, à foſſa Druſiana abeſt mille paſſus.

ω (n) *Harderwicum* ad ſinum Auſtralem, *(Zuyder-Zee)* commodum habet portum [l]. An. 1503 incendio fere totum vix trium horarum ſpatio periit, quinque aut ſex domibus exceptis; ſed brevi reſtauratum eſt.

α (o) *Elburgum* opidulum non inelegans ad eundem jacet ſinum. In *Velavia* quoque ſunt (p) *Wagening* & (q) *Hattem*. [m].

β (r) *Buren* Comitatus ſui juris ditio eſt, Geldriæ contermina, neque ejus territorio includitur. Opidum jacet haud procul Linga flumine ad torrentem exiguum. [n]

γ (s) *Culenburgum* lævæ Leccæ ripæ appoſitum, Bura leucæ itinere abeſt. Opidum ſatis elegans eſt cum arce munitiſſima. Suo hodie regitur Comite.

δ (t) *Bommelia* ad ſiniſtram Vahalis ripam eſt, Bura duabus leucis abjuncta; inſulæ, quæ vulgo *Bommelwert*, caput, opidum pulchrum & validum.

ε (u) *Noviomagus* olim Imperii urbs ad Vahalem ſita, unde ad Arnhemum foſſa utriuſque civitatis ſumtibus eſt deducta [o] Complura monumenta antiqua Romanorum, itemque nummi ibidem ſunt reperti. Eſt locus urbi pœne contiguus, qui vulgo *den Roomſchen Voet*, id eſt *pes Romanus* appellatur.

ζ (x) *Zutphaniam* Berkela amnis interfluit, qui extra urbem Iſalæ miſcetur. Lauta admodum, Teutoburgo ſeſqui leucæ, Arnhemio quatuor, Noviomago ſex plus minus leucarum itinere diſtat. Mauritius Auranſiæ Princeps eam An. 1591 intra quintum diem in ſuam redegit poteſtatem, & adeo muniit, ut in validiſſimis Belgicæ Fœderatæ hodie habeatur urbibus.

η (y) *Grolla* ad Slingam fl. poſita, egregie munita, Hiſpanis erepta eſt.

ϑ (z) *Bredefortia* in paluſtri loco ſita eſt.

ι (a) *Lochem* ad Berkelam fl. jacet. Ad hanc Geldriæ partem etiam pertinent (b) *Tiel* ad Moſæ Vahaliſque confluentes. (c) *Schenkenſchantz* fortalitium munitiſſimum, à conditore ſuo *Schenkio* ita dictum, in inſula *Gravenwert*, inter Rhenum ejuſque alveum, Vahalim, poſitum, (d) *Battenbourg*, *Munitio S. Andreæ* ſive (e) *Fort S. Andres*, auſpiciis Andreæ Auſtrii Cardinalis excitata; cui in vicina inſula *Voorn* Mauritius Princeps aliam oppoſuit arcem, à ſuo nomine appellatam.

REISKII.

[t] Regio campeſtris eſt cum paucis Montibus, ſed paſſim Nemoribus multis & ut libus ornata. Fertiliſſima eſt præcipuè tritici; paſcua habet optima, adeo ut ex ultimâ *Dania* emacerata armenta huc ſaginanda mittantur.

[k] Heic natus eſt *Gerardus Johannes Voſſius* An. MDXLIX, qui à *Petro Tiara*, primò Academiæ *Lugdunenſis* Rectore, d. V Maj. An. prædicti Seculi LXXVIII, inter Academiæ membra inſcriptus eſt

(a) Geldriæ fines. (b) Ruræmunda. (c) Keſſelia. (d) Geldra. (e) Venloo. (f) Stralen. (g) Wachtendonck. (h) Montfort. (i) Hoorne. (k) Moers. (l) Crevelt. (m) Arenacum. (n) Harderwik. (o) Elburgum. (p) Wagening. (q) Hattem. (r) Buren. (s) Culenburgum. (t) Bommel. (u) Noviomagus. (x) Zutphen. (y) Grolla. (z) Bredefort. (a) Lochem. (b) Tiel. (c) Schenckenſchantz. (d) Battenbourg. (e) Fort S. Andres.

XII. Trans-Isalania. Deventer. Campen. Swolla. Steenwick.

XII. *Transisalania* ϰ nomen habet à situ trans Isalam flumen. Dividitur in tres parteis: *Salandt*, *Twente* & *Drente*. Tota provincia celebratur tribus quondam liberis civitatibus, λ *Deventer*, μ *Campen*, ν *Swolle*, nunc etiam eodem nomine gloriantibus. Sunt præterea duo insignia munimenta, ξ *Steenwyck*, & ο *Coeverden*; quorum illud satis egregium opidum.

XIII. Frisia Occidentalis. Dominium Leovardium.

XIII. *Frisia*, quæ *Occidentalis* cognominatur, vulgo *West-Friestandt*, caput habet *Leovardium*, *Leeuwarden*, urbem splendidam, ac magnificam, ubi conventus Juridicus totius provinciæ, præfectorumque sedes. Sequuntur *Harlingen*, celebris portus a *Franeker*, *Sneek*. π

XIV. ϱ *Gro-*

Lugduni Batavorum hoc nomine: *Joannes Alopecius*, *Ruremundanus*, ut refert *Meursius* Lib II. *Ath. Bat.* p. 269. seq. Patria quoque fuit *Ælii Everardi Horstii* d. XXVI Jul. An. M D LXV ibidem nati.

[l] Olim cum Literarum Gymnasio, tum bellicis tumultibus celebrior; hodie vero piscium marinorum nundinatione non modicum faciens quæstum.

[m] Hæc ad *Isalæ* Fluminis Ripam est condita, & ad hostiles impressiones sustinendas utcunque munita. Illam autem ad *Rhenum* putamus modicum id Opidum, quod olim *Tacitus Vadam*, seu, ut habent aliqui Libri, *Wagdam* appellavit.

[n] Arcem habet munitissimam.

[o] Heic nati sunt *Petrus Canisius*, Jesuitarum Hector, CANIS AUSTRIACUS, quòd in *Austria* plurimum versaretur, alioquin dictus, *Gerardus Falkenburgicus* aliis *Falenburgius*, *Nauni Panopolitæ* interpres felicissimus, *Joannes Broncborst*, ut & multi alii.

BUNONIS.

ϰ (a) *Trans-Isalania* [p] à situ trans Isalam dicta, fines habet ab Ortu Westphaliam; à Septentrione Frisiam [q] & Groningense Dominium: ab Occasu fretum Australe, *die Zuyder-Zee*: à Meridie, Geldriam.

λ (b) *Daventria* ad dextram Isalæ ripam Swolla 4 leucis abest, ut natura, ita Mauritii Principis consilio munitissima reddita est. Proditione Wilhelmi Stanlei in Hispanorum venerat potestatem, An. 1587; sed à Mauritio Principe recuperata est Anno 1591. [r]

μ (c) *Campi* ad lævam Isalæ ripam, adeoque ad ipsas fauces, sunt positi, quinque circiter à Daventria leucis: urbs mole & momento magna ac concinna [s]. Mercatura olim erat florentior; sed hodie ostium fluminis limo impeditum onerarias naves non capit. Campis prægrandi leuca distat.

ν (d) *Swolla*, ad torrentem ignobilem, qui aquas suas in *Vidrum*, qui vulgo *Vecht*, exonerat, haud procul ab Isala sita, unde vallum perductum & tria posita sunt castra. Urbs munitissima est.

ξ (e) *Steenvicum* opidum exiguum, sed, ex quo à Mauritio Principe captum, valide munitum, adsidet Biocsilæ amni, Meppela leucæ spatio distitum.

ο (f) *Covordia* quinque leucis Swolla distans, arcem habet munitissimam magni momenti; quum aditum in utramque Frisiam intercludat. In provincia illa etiam sunt (g) *Vollenhoven*, ad sinum Australem, qui vulgo *Zuyder-Zee*, opidum lautum cum arce diruta. (h) *Geelmuden* ad Vidri ostium arcem habet munitissimam; inde haud procul (i) *Hasselt* ad eundem jacet fluvium, opidum opulentum. (k) *Meppel* sine mœnibus, unde bituminosus cespes in Hollandiam devehitur. (l) *Assen* cœnobium; (m) *Oetmarsen*, (n) *Oldenzeel*, (o) *Almeloo*, (p) *Ryssen*.

π (q) *Frisia* hæc concluditur intra Oceanum, Flevum lacum, Groningense dominium, & Trans-Isalanam [t]. Dividitur in *Ostergoam*, *Westergoam*, & *septem Saltus*, *Sevenwolden*. In *Ostergoa* sunt (r) *Leowardium* & (s) *Doccumum*, *Gemmæ Frisii* [v] patria: ubi asservatur manuscriptus Evangeliorum codex, quo usus traditur S. Bonifacius [x]. In *Westergoa* est (t) *Harlinga* in litore posita, emporium nobile & frequens [y], Franekera tantum leucâ distans. Quod adjacentes agri apertis aquarum-claustris inundari possunt, expugnatu difficilis est. In eadem Westergoa sunt, (u) *Sneca*, opidum antiquum *Joachimi Hopperi* JCti patria: (x) *Bolswerda* portu gaudens satis commodo: (y) *Worcum* ad mare portum habens: (z) *Staverna* olim nobilis, cujus portus arenis nunc obstructus est: (a) *Hindelopa* mœnibus carens, objectis aggeribus ægre servatur; à piscatoribus incolitur; (b) *Ilsta* fossâ tantum munita & *Slota*. (c) *Septem Saltus*, *Sevenwolden* nullas habens urbes; at pagos 77, & cœnobium unum. Solum ibi sterilius est; rigatur (d) *Kindero fl.* Incolæ sunt bellicosi. Frisiæ objacent insulæ duæ, (e) *Amelandia*, tribus habitata vicis, & (f) *Schiermonicoga*.

HEKELII.

[p] Quæ Incolis *Ouverissel* dicitur.

[q] *Occidentalem*.

[r] Heic natus est *Everhardus Broncborst*, JCTus & Polyhistor summus, ut referunt *Meursius* Lib. II. *Athen. Batav.* p. 145, & *Quenstedtius* in Dialog. de *Patriis Virorum illustr.* p. 126.

[s] Pontum habens ligneum ad utramque Fluminis ripam pertingentem. Patria *Joannis Campensis*, viri doctissimi, qui *Davidicis Psalmis* egregius Paraphrastes, nec non *Hermanni Torrentini*, Grammatici, ut quidam putant. Leg. *Hæmrodius* loc. cit. p. 27.

[t] Gentes hujus Regionis sunt frequentes, & ab antiquo bellicosæ, severæ & superbæ. *Mercaturam* & *Navigationem* inprimis exercent, & amant *Libertatem*, quam ad mortem usque defendere conantur. Contra *Adulteria* cane pejus ac angue vitant.

[v] Qui

(a) Trans Isalania. (b) Daventria. (c) Campi. (d) Zwolla. (e) Steenwick. (f) Coevorden. (g) Vollenhoven. (h) Geelmuden. (i) Hasselt. (k) Meppel. (l) Assen. (m) Oetmarsen. (n) Oldenzeel. (o) Almeloo. (p) Ryssen. (q) Frisiæ limites & divisio. (r) Leowardium. (s) Doccum. (t) Harlingen. (u) Sneca. (x) Bolswerda. (y) Worcum. (z) Staverna. (a) Hindelopa. (b) Ilsta. (c) Septem Saltus. (d) Kinderus fl. (e) Amelandia ins. (f) Schiermonicoga ins.

XIV. ρ *Groninga* σ urbs est satis ampla ac celebris, quæ nomen provinciæ dedit. τ *Delfzijl*, locus versus Germaniam munitissimus. XIV. Groninga Domin.

XV. Academiæ sunt, Hispanicæ ditionis, *Lovanium* ac *Duacum*. Confœderatarum provinciarum, *Lugdunum Batavorum*, *Franekera*, ac nuper erecta *Groninga*. υ Academiæ Belgicæ.

CAP.

[v] Qui *Lovanii* A. CHR. M. D. LV vivere desiit.

[x] Urbs non adeò magna; elegantiæ tamen ac vetustatis haud aspernendæ. Jus cudendi monetam priscis temporibus habuit. Sola hodie inter omneis *Frisiæ* Civitates Senatum, seu Consilium rei Navalis, vel, ut vulgo loqui amant, *Collegium Admiralitatis*, apud se retinet, quorum in Provinciâ *Hollandiæ* tria: *Amstelodami*, *Hornæ*, *Roterodami*.

[y] Et post *Leowardiam*, hujus Provinciæ Metropolin, maxima atque ditissima.

BUNONIS.

ρ (a) *Groningense Dominium* in actis publicis appellatur *Omlandia*. Habet ab Occidente Frisiam, ad Septemtrionem vadosa æstuaria *de Watten*, & mare; ad Orientem est Amisa fl. & Frisia Orientalis, itemque (b) *Dullartus sinus*, à fluctuum rabie sic vocatus: ad Meridiem jungitur Trans-Isalaniæ.

σ (c) *Groninga* [x] ad Ahæ & Hunesi confluentes est *Rudolphi Agricolæ* [a] patria [b]. *Hunesius fl.* supra urbem vulgo vocatur *Schutendiep*, infra urbem *Reitdiep*. (d) *Omlandiæ* partes sunt *Hunsingo*, *Fivelingo*, *Westquartier*, *Oldampt* & *Westerwold*. Hæc pars paludibus plena multis arcibus & propugnaculis est munita.

τ (e) *Delfziel* in Fivelingonia perinsignis pagus est, pari trium leucarum spatio à Groninga simul & Emda semotus, ubi & propugnaculum sæpius olim instauratum ac dirutum: hodie tamen illud supereſt [c]. In eadem Fivelingonia est (f) *Damma*, Opidum olim satis lautum, sed à Cæsarianis expugnatum mœnibus fuit spoliatum.

υ Cæterum (g) *Belgica Fœderata* plura alia per terrarum Orbem tenet loca; suntque in Brabantia Sylva Ducis, *'s Hertogenbosch*, Berga ad Zomam, *Bergen-op-Zoom*; *Breda*, cum aliquot locis aliis. In Flandria, *Sluisa*, & aliæ nonnullæ in eo tractu urbes; *Hulstum* cum universa Vasia. In agro Leodicensi Trajectum ad Mosam, *Maestricht*. In Coloniensi agro, *Reinberga* & *Orsoy*. In Frisia Orientali *Koovort*. In Ducatu Clivensi, Vesalia, *Wesel*, *Emmerich*, *Gennes*, &c. In Limburgico, omnia fere tenent loca. In Africa iisdem Belgis parent *Arguin*, & alia loca in Nigritis; itemque *Caput viride*, *S. George de Mina*, *Gormantin*, *Tocquerari*, aliaque loca maritima in Guinea Aurea, ex qua Portugallos ejecerunt. In insula S. Thomæ, *Pavoasan*. In Regno Congo, *Loanda*, insula & urbs. In promontorio Bonæ Spei, *propugnaculum*. In India, magnam Oræ Coromandelis & Malabari partem, multaque munita possident opida. In Chersoneso Aurea, habent *Malaccam*. In insula Ceylano, munitum opidum, *Columbo* dictum, cum propugnaculo ad *P. de Gallo*. *Moluccas insulas* fere omnes tenent, aliasque in his oris. In Java insula, munitissimum tenent opidum *Bataviam*. Ex *Formosa* insula à Sinensibus nuper sunt pulsi. Brasiliam recuperarunt Portugalli. *In America septemtrionali Belgis exterserunt Angli Novum Belgicum cum Novo Amstelodamo*. Habentur (h) *Belgæ* [d] simpliciores & minime mali; quos si semel in fraudem induxeris, inimicos experieris. Philoxeni omnes, omnes amant munditiem, quæ in cunctis eorum rebus singularis est. Pecuniæ avidi, mercaturæ diligenter incumbunt [e]. Desides ferre non possunt, eosque per vim ad laborem adigunt [f]. Religionis sunt amantissimi, ad quam tamen nolunt compelli [g]. Principibus suis orantibus omnia concedunt, exigentibus omnia negant, & amore potius quam imperio regi volunt.

HEKELII.

[x] *Philenum Ptol. meo* vocata.

[a] Et *Wesseli Gransforti*.

[b] Amœna valde est, & probè munita vallo adversus vim hostilem. Ideoque ab Exercitu *Episcopi Monaster.* ante aliquot Annos frustra est obsessa.

[c] Velut murus aheneus versus *Germaniam*.

[d] Civiles, aperti.

[e] Laboriosi sunt & diligentes.

[f] Sunt quoque ingenio mirabili pollentes. Unde & multarum rerum fuerunt inventores & instauratores. Bellicosi sunt tam *pedestri*, quam *equestri* certamine, ac etiam navali classe. Artem Navigandi optimè callent. Exercent quoque artificia nobilissima. Nam præter cætera contextores sunt pannorum ex serico, lanâ & lino diversorum generum, ut sunt *sajæ*, *tripæ*, *grograne*, *bombesini*, sive *fustaneæ*, nec non etiam *tapeta*, & alia præstantissima opera, quibus *Triclinia*, *Cœnacula* & *Cubicula Principum* & *Nobilium* ornantur, quæ non tam in Universam *Europam* mittuntur, sed in utramque *Indiam* & *Africam*.

[g] Nam gentes hæ primæ fuerunt ex *Gallia* & *Germania*, quæ *Christianam Fidem* susceperunt, licet nunc inter eas multæ vigeant Hæreses.

BUNO-

(a) Groningensis Dominii limites. (b) Dullartus sinus. (c) Groninga. (d) Omlandiæ partes. (e) Delfziela. (f) Damma. (g) Fœderatæ Belgicæ ditiones & urbes reliquæ. (h) Belgarum mores.

CAP. XX.

De Britannicis Insulis.

I.

GAllico littori ac Rheni ostiis adjacent *insulæ* innumeræ (1), *Britannicæ* in universum appellatæ: quarum duæ magnitudine nobiliores, *Albion* atque *Ibernia* dictæ sunt: at quæ *Albion* ante, ab albis ad littus petris. Latinis hominibus vocitata fuit, propter excellentiam postea *Britanniæ* nomen sola obtinuit, cum reliquæ suis sibi nominibus appellarentur.

Albion. Ibernia. Britannia.

II. Hæc omnium, quæ Europæ adjacent, quasque Romana notitia complexa est, maxima, nomen *Orbis alterius* mereri amplitudine suâ veteribus visa est: clara Græcis, clara Latinis monumentis. Duo Regna, *Angliam* atque *Scotiam* continet. 1

III. *Anglia* solo est tam ubere ac fœcundo, ut omnia majori nitidiorique forma prognata benignius quam aliæ terræ alat; cœlo adeo clementi, uti rorem marinum ac laurum magnâ copiâ producat. Id imbribus ac nebulis crassum asperitatem frigorum prohibet. Asperioris cœli solique est *Scotia*, longius in Septemtrionem producta: saxo sterili plurimum ac lacubus horrida, tristisque aspectu. (2) α

Cœli solique natura Angliæ.

Scotia.

IV. Gens olim Britannica inculta, inhospita, immanibus moribus fera vel fœda (3): nunc Angli omnium delicatissimi perhibentur. *Nomen* genti seu insulæ unde quæsitum, parum constat. Porrigitur insula *in longum* à Tarvidio seu Orcade promontorio, vulgo nunc *Dunsbyhead*, ad Dubrim portum vulgo *Dover*, milliaria Germanica circiter CL. *Latitudo* maxima patet inter Dubrim ac Bolerium promontorium, vulgo *the Land's End*, mill. Germ. LXX. Ipsa *forma triquetra* in *tres angulos* se cuneat. Quorum *unus Septemtriones* prospicit: nullis contra terris, vasto atque aperto mari: *alter Belgas* ac *Rheni ostia: tertius*

Incolarum mores. Nomen Insulæ. Longitudo & latitudo. Situs.

(1) *Male certe doctissime Cluveri; non sunt enim innumeræ licet multæ, pars etiam major in mari Deucaledonio, & Boreali; non autem Gallico Littori ac Rheni Ostiis adjacent.*

(2) *Licet Angliæ inferior ubertate Soli, multis tamen locis frugum ferax, pecore, volucri, & piscibus dives. Lacus permultos habet piscosos, montes pecori pascendo apprime utiles, plumbi & aliorum uti vocantur metallorum non prorsus vacuos, plurimis etiam locis sylvis opertos.* (3) *In commune crimen, mi Cluveri, a quo Germani tui veteres, ipso teste, non immunes; de Veteribus Britanniæ Incolis Lector Cæsarem ac Tacitum consulat. Camdenum etiam & Buchannanum haud sine fructu legat.*

BUNONIS.

α *Anglia* lupos non habet; non tam ex regionis naturâ, quam Nobilium curâ & venationibus; seu potius, quod aiunt, quoniam scelerati capite lupi pœnam capitis redimere jussi, insulam ita tandem vacuefactam à noxio isto animali liberarunt [a]. *Oves ibidem sunt multæ velleris optimi.*

HEKELII.

[a] Contrà *Canes* habet præstantissimos, & *Equos* celeres, licet illi parvi sint. *Vinum* tellus non gignit, sed Cerevisia, quæ ex hordeo coquitur, maximo in usu est, optimique saporis, & homines, quod fortis, facillime inebriat.

REISKII.

1 (a) Britannia, Græce Βρεττανία, Nomen a Britannis incolis quin sumserit, nemo dubitat: Unde vero hoc incolæ gerant, parum nostro Auctori constitit. Constat id aliis, Anglis maxime nonnullis, qui vel à Britone, rege non admodum certo, vel ex voce & lingua Cambrica *brith* origines illas arcessiunt; quasi pictos vel picturatos dixeris, *incertum ob decorem, an quid aliud, vitro corpora infectos*, ita Pomponius Mela loquitur Lib. III. c. 6. *i. e.* vitreo colore. Bochartus ad linguam Punicam, & confecta eo Pœnorum itinera recurrit, ut dicatur Βρεττανική ברת אנך *Beret anac*, i. e. *terra stanni plumbique*, cujus copia hinc exportari poterat. Huc multas veterum auctoritates refert, ipsamque (b) Cassiteridum κασσιτερίδων appellationem, quam Græci ἐκ τοῦ κασσιτέρου, i. e. *a stanno* derivarunt indubie. Imo huc revocat eandem ad linguam (c) Hiberniæ Nomen, quod veteribus Juverna, Βερνία Ἰουερνία effertur: Hocque nihil esse aliud, quam עבר נאה *Iber neab*, i. e. *ultima habitatio*, ultra quam nihil nisi vastum mare in occasu prisci noverant. Sic Gallus ille doctissimus Lib. I. Chanc. c. 39. unde duobus Cluverii etymis addetur tertium.

BUNO-

(a) Britannia unde dicta. (b) Cassiterides. (c) Hibernia.


VETERIS et NOVÆ BRITANNIÆ Descriptio
MARE CALEDONIUM
OCEANUS GERMANICUS
BRITANNIA MINOR
BRITANNIA MAIOR
OCEANUS OCCIDENTALIS HIBERNIA
HIBERNICUM MARE
Hebrides Insulæ
Orcades Insulæ
Buchananum
Barvicum
Cocket I.
Mona I.
Douglas
Monavia I.
Dublin
Limerick
Lucen
Cork
Kerry
Clare
Galway
Waterford
Wexford Haven
Milford Haven
Pembroke
Cardigan
Aberdovey
Bangor
Chester
Liverpool
Lancaster
Yarmouth
Harwich
Camelodinum
Colchester
Ipswich
Norwich
Boston
Lincoln
Hull
Durham
Newcastle
Berwick
Edinburgh
Dunbar
Perth
Dundee
Aberdeen
Inverness
Stranaver
Orcas prom.
Tarvedum Pro.
Tarvedum Ins.
Caledonium Mare
Hibernicum Mare
Fretum Gallicum
Oceani Mare
Artois
Boulogne
Calais
Ghent
Bruges
Dieppe
Cornwall
Devonia
Belgæ
Sabrina fl.
Thamesis fl.
Humber R.
Solway Firth
Forth
Tay fl.
Severn
Trent
Mersey
Dee
Tweed
Tyne
Wear
Tees
Solent
Portland
Weymouth
Exeter
Plymouth
Falmouth
Land's End
Scilly I.
Isle of Man
Isle of Wight
Sussex
Kent
Surrey
Middlesex
Essex
Suffolk
Norfolk
Cambridge
Oxford
Gloucester
Worcester
Hereford
Shrewsbury
Stafford
Warwick
Leicester
Northampton
Rutland
Lincoln
York
Northumbria
Cumberland
Westmorland
Lancaster
Cheshire
Derby
Nottingham
Huntingdon
Bedford
Buckingham
Berkshire
Hampshire
Wiltshire
Somerset
Dorset
Devon
Cornwall
Monmouth
Glamorgan
Carmarthen
Pembroke
Cardigan
Radnor
Brecknock
Montgomery
Denbigh
Flint
Merioneth
Carnarvon
Anglesey
Argyle
Perth
Angus
Fife
Clyde
Galloway
Ayr
Dumbarton
Stirling
Lennox
Roxburgh
Berwick
Haddington
Edinburgh
Linlithgow
Peebles
Selkirk
Dumfries
Annandale
Tweeddale
Lothian
Caithness
Sutherland
Ross
Cromarty
Inverness
Nairn
Murray
Banff
Aberdeen
Kincardine
Forfar
Mearns
Strathern
Strathmore
Buchan
Marr
Badenoch
Lochaber
Glenmoriston
Glenelg
Knoydart
Moidart
Arisaig
Morvern
Lorn
Kintyre
Cantire
Jura
Islay
Mull
Skye
Lewis
Harris
North Uist
South Uist
Barra
Rum
Eigg
Canna
Coll
Tiree
Iona
Staffa
Orkney
Pomona
Hoy
Sanda
Stronsay
Eday
Westra
Papa Westra
Papa
Rona
Fair Isle
Shetland
Mainland
Yell
Unst
Fetlar
Bressay
Whalsay
Skerries
Foula
Fetlock
Sumburgh Head
Duncansby Head
Dunnet Head
Cape Wrath
Rona
Sule I.
Millaria Anglica communia
Millaria Anglica parva
Millaria Germanica communia

tertius Hiſpaniam. Unum latus in Orientem, Germaniæ (intellige veteris, cujus pars Norvegia) obtenditur; *alterum in Meridiem*, Galliæ, *tertium in Occidentem*, Hiberniæ. Oceano undiquaque alluitur, ab Occaſu *Hibernico*, ab Septemtrionibus *Caledonio*, ab Ortu *Germanico*, à Meridie *Britannico*; ubi fretum Gallicum (1) inter Dubrim & Bononiam. β

(1) *Seu potius Britannicum; Britanni enim Imperium Pelagi ſibi vendicant.*

BUNONIS.

β (a) Mulieres in Anglia [b] indulgentibus utuntur maritis, & nihilominus habentur caſtæ. Viri in bello ſtrenui [c], pericula ad furorem uſque contemnunt: Si tamen alimenta deſunt; nihil illis reperitur mollius [d]. In re nautica promtiſſimi & expeditiſſimi, *Tyranni maris* vocantur; quos ea de cauſa valde formidant Turcæ. In bellis contra exteros, in Reip. periculo, vexillum explicatur, quod (b) *Standartum* vulgo vocant. Eſt vero *Standartum* currus, in quo malus erigitur, in cujus ſummo apparet crux, quæ ex brachiis ſuis continet vexillum (2). In univerſa parentum bona ſuccedit filius primogenitus, qui cæteris ſuis fratribus ex hæreditate paterna, quantum libet, tribuit (3). Pupillorum nobilium tutela ad Regem pertinet; ſed hic curam illam Aulico committit, qui ſatis maligne pupillorum bona ſæpe adminiſtrat (4). Latrones in viatorum vitam raro deſæviunt, ſpoliis contenti [e]. Parlamenti in Anglia poteſtas magna eſt; quippe ſine quo Rex fere nihil, quod alicujus eſt momenti, decernere poteſt. De cæteris vid. *Cambdeni Britannia*, & clariſſimus D. *Smith* de Anglorum Republica.

HEKELII.

[b] Quæ niveo candore inſignique formâ ſunt, & decentiſſimi veſtitûs honeſtatem amant.

[c] Optimi Sagittarii.

[d] Victûs maxima pars in carne conſiſtit. In prandiis ac cœnis hilarè, nitidè, lepide atque ampliter vivunt.

[e] Sunt etiam Pyratæ, quippe qui *Canarias* Inſulas, *Capitis viridis*, *Braſiliam* & *Americam* infeſtant, atque *Hiſpanorum* & *Portugallenſium* Naves ac Scaphas deprædantur. (5)

(2) *Olim ſcilicet, nunc enim vexillo Inſignia Regis depicta utuntur.*

(3) *Si alias a patre non cautum ſit, ut plerumq; fieri ſolet.*

(4) *Mos iſte a tempore Car. I Lege abrogata.*

(5) *Nulla datur gens maritima a facinoroſis, e. g. immunis, at nuſquam acerbius plectuntur quam in Britannia.*

(a) Anglorum mores. (b) Standartum.

CAP. XXI.

Diviſio Veteris Britanniæ, item de fluviis & opidis.

I.

EAm inſulæ partem, quæ nunc *Scotia* eſt, *Caledoniam* olim appellatam, cum ex aliis, tum ex Tacito maxime liquet. At tota poſtmodum diviſa in Majorem, & Minorem. *Major* ea pars, quæ nunc *Anglia*: *Minor*, quæ *Scotia*. I

Britannia.
Major & Minor.
Major Britannia.

II. Majoris populi, quorum nomina apud rerum auctores clara: Oſtidamnii ac α Damnonii [a]; nunc *Cornwal* Regio: β Durotriges, *Devonſhire*: Belgæ, *Sommerſet*: Segontiaci, *Suſſex* & *Southampton*: Bibroci, *Surrey*: Cantii, quorum regio Cantium, vulgo nunc *Kent*: Trinobantes, *Middleſex* & *Hartfordſhire*: Caſſii, *Cambridge* & *Eſſex*: Zoeni, *Norfolk* & *Suffolk*: Ancalitæ, *Oxfordſhire*: & *Buckingham*; Atrebatii. Berceria: Dobuni, *Gloceſter*: γ Silures omnium latiſſime incolentes, nunc Wallia, vulgo *Wales*. Ordovices, *Cardigan*: Demetæ,

Oſtidamnii ſ. Damnonii.
Durotriges.
Segontiaci.
Bibroci.
Cantii.
Trinobantes.
Caſſii.
Zœni.
Ancalitæ.
Atrebatii.
Dobuni.
Silures.
Ordovices.
Demetæ.

BUNONIS.

α (a) Inde *Damnonium* promontorium Nomen habet; quod vulgo *Cape de S. Michael*, & *Cape de S. Juſtin*. [a]

β *Durotrigum* regio aliis habetur *Do ſetſhire*, quorum opidum *Dunium* ſeu *Dorceſtria*. [b]

γ *Silures* ſive *Silyres* [c] Cambdenus ſtatuit in *Wallia*, ub nunc *Hereford*, *Radnovia*, *Brechinia*, *Monumetbia* & *Glamorgania* Comitatus.

HEKELII.

[a] Aut potius *The Lands-End*. Aliàs vocatur *Ocrinum*.

[b] Et quidem *Villanovano* & *Camdeno*.

[c] Quorum etiam *Strabo* & *Ptolemæus* meminit.

REISKII.

1 (b) Britannias numero plurativo Romani efferunt, earumque priſca diviſio ſic valuit, ut Ptolemæo alia *major*, aliaque *minor* eſſet: Major quidem Angliam Scotiamque, minor Hiberniam complexa, manifeſtiſſime declarat, quam noſter Auctor inde receſſerit. Romanis autem ſub Severo Imp. alia fuit *ſuperior ſive Auſtralis & citerior*; aliaque *inferior ſeu borealis & ulterior*; tandem quintuplex, *prima* nempe, *ſecunda*, *maxima Cæſarienſis*, *Flaviana* & *Valeria*. (c) Vetus quippe variat multum diviſio: Neque conſtat unde Scotia, num ab rege dubio Scoto dicatur:

(a) Damnonium promontorium. (b) Britannia multiplex. (c) Scotia & Caledonia.

Cornavii. Coritani. Parisii. Brigantes. Meatæ.

tæ, *Carmarthen*: Cornavii, *Carnarvan*. Præterea Coritani, *Lincolnſhire*: Pariſii, ea pars *Yorkſhire*, quæ *Lincolnſhire* contermina: Brigantes reliquum *Yorkſhire* & *Northumberland*: Meatæ, *Cumberland*. Horum omnium clariſſimi fuere *Silures* atque *Brigantes*: hi numeroſiſſimi, illi pugnaciſſimi.

Britannia Minor ſive Caledonia. Caledonia Sylva. Grampius Mons.

III. At in *Minori Britannia*, ſive *Caledonia*, olim omnia obſcura, ac pleraque veteribus ignota (1), nihilque δ *Sylva Caledonia* ac monte *Grampio* clarius.

Fluvii Britanniæ. Tameſis. Sabrina. Humber.

IV. *Fluvii* Britanniæ celebriores ſunt; *Tameſis*, e vulgo *Thames* [d]; Sabrina, *Severn*, & *Humber*: (2) breviſſimo curſu, at latiſſimis oſtiis (id æſtuaria efficiunt) commodum majoribus navibus acceſſum præbentes.

Habitationes Veterum Britannorum. Camalodunum. Londinium.

V. *Urbes* Britanni nullas antiquitus incoluerunt; quum autem hominum eſſet infinita multitudo, creberrimis ædificiis diſperſi egerunt; *opida*, ut autor eſt Cæſar, *vocarunt, quum ſylvas impeditas vallo foſſaque munivisſent, quo incurſionis hoſtium vitandæ cauſa convenire conſueverant.* Poſtea vero, cum Romani eo legiones ſuas coloniaſque invexerunt, cultius jam paucis quibuſdam urbibus habitari cœptum eſt. In his *Camalodunum* fuit Romanorum colonia, nunc *Malden*, opidum maritimum in Eſſexia; & *Londinium*, nunc *London*, copia negotiatorum & conventu jam tum maxime celebre.

(1) *Tacitus autem in vita Agricolæ multarum Civitatum ſive Gentium in Caledonia meminit, & magnifice de Caledoniorum Virtute bellica, Galgaco Duce, loquitur.*

(2) *Merito addi poſſunt Bodotria Romanis celebris (nunc Fortha); item Taus & Glotta.*

catur: Caledoniam è Cambrico vocabulo *Kaled*, (3) i. e. duritie dictam putant, Bocharuſque comprobat; Phœnices etiam ſuas colonias è Gadibus huc duxiſſe, idem auctoritate veterum confirmat: Ita Silures i. e. *braccatos*; Camalodunum i. e. *urbem regiam* Pœnis nominatam ſtatuit.

BUNONIS.

δ (a) *Caledonia Sylva* olim inſignis & vaſta, agreſtes & horridos genuit urſos. Ad eam aliquo modo notitiam ſuam armis propagaſſe Romanos, prope triginta Annorum ſpatio, Plinius Auctor eſt. Veſtigia hodie dicuntur ſupereſſe prope (b) *Sterlinium* opidum; ubi ſolent comitia aliquando celebrari, & dum Scotia ſuos in regno habebat reges, regii educabantur liberi [e]. De *Monte Grampio* dicetur cap. XXIV.

Fluminum Britannicorum facile celeberrimus [f] eſt (c) *Tameſis* [g], qui in Orientem fluens, Oceano Germanico ſeſe infundit, per ſinum, cui in adverſa inſulæ parte alius oppoſitus, flumen (d) *Sabrinam* emittit in Hybernicum mare. Ad Tameſin res contra Britannos geſſit *C. Julius Cæſar*. Eſt hic fluvius in prima parte inſulæ, non longe à (e) *promontorio Cantio*, Galliæ in obliquum obverſo ad fretum Gallicum ſive Morinorum; ad quod Cæſar prima in Britanniam expeditione appuliſſe creditur. Nec *Tameſis*, nec *Umber*, & aliquot præterea Angliæ flumina, pluviis abunde cadentibus, nivibuſque liquefactis, augentur. *Giraldus Cambrenſis* [b].

HEKELII.

[d] S. *Tems.*

[e] Sic *Scoticus* Oceanus à *Val. Flacco* etiam vocatur *Caledonius*, à *Caledonia* Sylvâ fortè, quæ huic eſt vicina.

[f] Et maximus.

[g] *S. Thameſis Cæſari* & *Oroſio*; *Ptolemæo* vero *Jamiſſa*, Ἰάμισσα.

[b] Sed *Tamaſis Indiæ* intra *Gangem* Urbs eſt apud *Ptolem.*

BUNO-

(a) Caledonia Sylva. (b) Sterlinium. (c) Tameſis fl. (d) Sabrina fl. (e) Cantium promont.

(3) *Buchanan Lib. 7. Nomen Caledoniæ a Lingua priſca Scotorum quam optime calluit, ducit*; Calden *enim Scotis ea Arbor eſt, quæ Latinis Corylus, unde & Caledoniæ Sylvæ Nomen putat inditum, & Caledoniorum opidum ad Taum Amnem ſitum,* Duncalden *adhuc vocatur, hoc eſt Corylorum tumulus.*

CAP. XXII.

De Incolis Britanniæ.

Britanniæ Incolæ.

I.

DE incolis Britanniæ ſic Cæſar in Comment. de Bell. Gall. *Britanniæ pars interior ab iis incolitur, quos natos in inſula ipſi memoriæ proditum dicunt: Maritima pars ab iis, qui prædæ ac belli inferendi cauſa ex Belgis tranſierunt, qui omnes his fere nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt.* Poſt hunc Tacitus: *Britanniam*, inquit, *qui mortales initio coluerint, indigenæ, an advecti, ut inter barbaros, parum compertum: habitus corporum varii, atque ex eo argumenta: namque Caledoniam habitantium rutilæ*

rutilæ comæ, magni artus, Germanicam originem asseverant. Silurum colorati vultus & torti plerumque crines, & positus contra Hispaniam, Iberos veteres trajecisse, easque sedes occupasse, fidem faciunt : proximi Gallis & similes sunt. Gallos vicinum solum occupasse creditur. Regibus olim (1), ut nationibus distincti, regebantur. ι

(1) *Regulis potius, uti ex Cæsare liquet, qui plures Regulos in Cantio memorat.*

II. Primus omnium Romanorum α *Jul. Cæsar* cum exercitu Insulam ingressus, quanquam prosperâ pugnâ terruerit incolas, ac littore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. At β *Claudius* Imperator trajectis legionibus gentem perdomuit : paulatimque in formam provinciæ proxima pars Britanniæ redacta est : donec tota tandem in Romanorum potestatem sub *Domitiano* pervenit. Quanquam non desunt, qui negent, unquam à Romanis perdomitam fuisse Caledoniam, id est, Scotiam : pro argumento afferunt, γ *murum* in limitibus majoris minorisque Britanniæ à Romanis, contra Pictonum Scotorumque incursiones, exstructum. Verum hos refellunt Dionis Zosimique historiæ, in rebus gestis δ & *Severi* & *Constantini* Imperatorum (2).

Britannia à Romanis tentata & subacta.

III. Cæterum, imperarunt *Romani* Britanniæ ad *Theodosii* [a] usque tempora : tunc vero cum legiones præsidiaque Romana, ad Galliam defendendam accersita, illam inermem relinquerent ; *Scoti Pictique* ulteriorem insulæ partem, quæ nunc Scotia est, incolentes, ea occasione illecti, citeriorem, id est, *Angliam* armis invaserunt : quorum impetum, quum hi sustinere nequirent, *Anglos* ex Germaniâ atque *Saxones* in auxilium vocarunt ; hi postmodum hospitii fide ac jure violatis, Britannos domibus agrisque pepulerunt. Pulsorum pars in Galliæ extremum angulum sedem, ut supra dictum, nomenque intulerunt : pars intra montes, (*Wallia* nunc est) utpote loca contra hostium violentiam satis munita ac tuta, concedentes, ad hanc usque tempestatem priscam Britannorum gentis linguam conservare creduntur. ε

Saxones & Angli in Britannia.

IV. *Scotia* abhinc à Scotis denominata suos ordine habuit ζ Reges : *Angliaque*,

Scotiæ & Angliæ Reges.

(2) *Scoti quidem, teste Buchanano, Scotia plerumque pulsi à Romanis, Pictis & Britonibus (imperante Maximo) Æbudas tamen retinuerunt. Romanis nunquam subditi fuere, & patriam recuperarunt Honorii & Arcadii ævo, auspiciis Fergusii II, Scotorum Regis.*

BUNONIS.

α *Cæsar* in Britanniam bis cum exercitu trajecit, in deditionem insulanos quosdam accepit, tributumque & obsides eis imperavit. Deinde Principes Britannorum per legationes se insinuarunt Augusto Cæsari.

β Post *Claudii* auspiciis magnas res in insula hac gessit Julius Agricola.

γ *Hadrianus* (a) murum, ab Oceano Germanico ad Hybernicum, per transversam insulam duxit. *Antoninus Pius*, cespiticium murum excitavit.

δ Post *Septimius Severus*, alium item murum, ab Occidente in Ortum, exstruxit ; quod *Spartianus in Hadriano Pio, & Severo*, itemque *Aur. Victor in Severo* tradunt. Hic murus subinde reparatus duravit usque ad Valentinianum III. Tum enim a Gallione lapide vestitus insertis tubulis æneis. Hodie ab indigenis dicitur *Keepe-Wall*, murus custodiæ, & *Pehitz-Val*, Murus Picticus [b], Britannice *Mur-Sever*.

ε Saxones isti Britanniam inter se partiti nominarunt *Saxoniam Transmarinam* usque ad *Egberti* tempora, qui sub Carolo M. militarat. Is à Saxonibus occiduis Rex constitutus Cantianos, Northumbros & Saxones Orientales sibi subjecit, & sanxit, ut omnis illa regio cum victrix, tum victa uno nomine *Engelland Anglia* appellaretur, ipsique incolæ, Britannico & Saxonico nomine deleto, vocarentur *Angli*.

HEKELII.

[a] *Junioris.*

[b] A *Pictis*, s. *Pictonibus*, Insulæ *Britannicæ* Populis, qui in Historia *Witekindea* PEHITI *corrupte* dicuntur.

REISKII.

ι Primos è Gallia, Hispania, Germaniaque huc incolas progressos lingua, mores & habitus aperte significant, traduntque Græci & Romani historici. (b) Cur itaque Camdenus Britanniam suam *sero cognitam* fuisse scribat, non intelligo ; quam Eratosthenes, Dicearchus, Polybius, Straboque coloniis frequentatam memorant. De Romanis concesserim, quibus cuncta Britanniæ loca in dubio relinquebantur, antequam ea Claudius patefacerer. (c) Scotia tamen nunquam domari potuit, etsi sæpius tentata : Severo & Constantino Impp. ea non cessit, ne Valentiniano III quidem, cujus numisma Scotiam subactam præ se tulit. Nam Scoti muro diruto suis regibus paruerunt : E quorum stirpe ortus Jacobus VI, Angliam Scotiamque primus junxit, & *magnam constituit Britanniam* : Huic nepos cognominis Jacobus in ea successor factus, ob Angliam divulsam, ad Gallos exul abiit, An. 1688.

BUNONIS.

ζ (d) *Buchananus* à Fergusio I ad Jacobum VI, nume-

(a) Muri inter Angliam & Scotiam. (b) Britannia num sero cognita ? (c) Scotia Romanis invicta.
(d) Reges Scotiæ.

que, ab Anglis nomine tracto, seorsim suos. *Wallia*, vulgo Anglis *Wales*, incolis *Cambray*, suis olim Principibus, post Anglorum perfidiam, diu recta fuit. Tandem bello victa horum cessit imperio. Inde mos invectus, uti primogenitus Anglorum Regis filius *Princeps Walliæ* nuncupetur. n

Walliæ Princeps.

numerat CVII Scotorum Reges; ex quibus LVII morte violenta periisse tradit *Henricus Ranzovius in exempl. quod plerumque sit similitudo statûs, successûs & obitus in parent. & fil.* Post Elisabethæ Angliæ Reginæ obitum Jacobus VI Scotiæ Rex regnum Angliæ quoque obtinuit, Scotiamque suam cum Anglia & Hibernia conjunxit; quod contigit An. Christi 1603. Ejus filius Carolus I, quum An. 1648 à suis securi esset percussus, Oliver Cromwel *Protectoris* nomine dominatus usque ad An. 1658. Hujus deinde in dominatu successor Richardus filius per milites imperio exutus, & Carolus II, exul immeritus, magno populi sui studio, An. 1660, in regnum reductus.

n Intra Walliam compulsi Britanni fortiter sese tutabantur, ipsosque Anglos sæpe male multabant; adeo ut *Offa Merciorum* Rex objecto vallo, cujus vestigia supersunt, vulgo *Claud-Offa*, id est *Fossa Offæ*, eos à suis prohiberet finibus. Ita illi sub suis mansere Principibus, usque *ad Henricum* III, Angliæ Regem. Tum *Leolino* Wallorum Principe cæso, Wallia subacta & Angliæ attributa est. (a) Inde *Walliæ Princeps* dictus est *Edvardus* I, Henrici III filius. Suis tamen usi sunt Walli legibus usque ad Hen. Octavum, à quo, istis abrogatis, Anglicæ illis præscriptæ sunt leges.

(a) Edvardus I, Walliæ primus Princeps.

CAP. XXIII.

DE ANGLIA.

I.

Angliæ limites, longitudo & latitudo.

CÆterum, *Anglia* [a] dividitur ab Scotia *Tueda* ac *Sulveio* fluminibus (1). Occupat in longitudinem à *Weymouth*, promontorio prope Dorcestriam, ad Barvicum opidum in finibus Scotiæ, millaria Germanica LXXX. In latitudinem ab opido S. Davidis ad opidum *Yarmouth*, milliaria circiter LX. At si infimam partem, id est, latus meridionale permetiaris, milliaria erunt circiter LXX. 1

Divisio Angliæ.

II. Cæterum *Anglia* divisa fuit medio ævo in duas parteis: *Cambriam* α; quæ eadem nunc *Wallia* & (2) *Loegriam*, reliquam Angliæ partem. Fuerunt ad patrum

(1) *Et Montibus Zevoticis.*
(2) *Antiquisus.*

BUNONIS.

α *Cambria* illa Angliæ pars *Occidentalis* [b] est, Sabrinâ [c] & Dee vel Devâ [d] fluminibus contenta, dividitur in *Venedotiam*, *Provisiam*, & *Debenbartiam*. *Venedotia*, eadem *Wallia Septemtrionalis*, habet Merionithiam [e], Arvoniam seu Carnarvan, Denbigajam & Flintiam [f]. In *Provisia* [g] sunt Radnoria & Montgomeria [h]. In *Debenbartia* vero, quæ *Wallia Meridionalis*, Glamorgania, Maridunum, Penbrochia, Menevia, Ceretica sive Cartigania, Breckinia, Herefordia, & Monumetha. (a) *Wallia Borealis* sterilior est, quæ fere tota montana: quibusdam tamen in locis cespite abraso & combusto redditur fertilis. Incolæ natura loci sese facilè tutantur, quod Vallibus multis fracta regio est. Hæc montes sæpe adeo vicini sunt, ut ex eorum verticibus Pastores colloquantur; nec tamen nisi tota die ab una crepidine ad alteram perveniant. *Australis Walliæ* pars fertilissima est; canes ejus, pecoris villarumque custodes, laudantur. (b) Lingua Britannica antiqua in Wallia perhibetur esse reliqua; quam tamen Angli delere moliuntur.

HEKELII.

[a] Hoc Regnum, *generaliter* sub *Historiæ* ANGLICANÆ, Lugd. Batav. Anno 1649. in f. 8. exc. *Titulo*, à POLYDORO VIRGILIO sat accurate descriptum est. Et extat Autor anonymus, qui *Rationem Reipublicæ* ANGLICANÆ Hagæ Comitum A° ejusdem Sec. 54, studiose quoque curavit publicari. *Annales* autem *Rerum ANGLICARUM & HIBERNICARUM*, regnante ELISABETHA, GUILIELMUS CAMDENUS Leydæ *Batav.* Anno 1639. in *specie* 8. f. prelo jussit subjici. Et nota est NICOLAI HARPSFELDII *Historia Ecclesiastica ANGLICANA*, notique sunt RICARDI SMITHEI *Flores Historiæ Ecclesiasticæ ANGLORUM* Gentis, quorum hi *Parisiis* Anno 1654. in fol. illa autem *Duaci* A° ejusdem Sec. eâd. f. est impressa.

[b] Seu *Occidua.*

[c] S. *Sabriana*, qui *Severne Anglice* & *Hafren Britannice* dicitur.

[d] S. Deâ, *Yfyrduvy Britannice* dicto.

[e] S. *Merviniam.*

[f] MERIONITHIA inter Montium conglomerationes

(a) Wallia. (b) Wallorum lingua.

patrum noſtrorum memoriam in eo Ducatus aliquot (1): verum his abolitis, LII Comitatibus, quos incolæ *Shires* vocant, tota diſtincta eſt. *Archiepiſcopatus* ſunt duo: *Cantuarienſis* in urbe Cantuaria; vulgo *Canterbury*: & *Eboracenſis* in urbe Eboraco, vulgo *York*: his Epiſcopi ſubſunt XXIV.

III. Urbium Princeps eſt β Londinium [i]. *London*; caput atque compendium totius regni, Emporiumque inter celeberrima Europæ nequaquam poſtremum: urbs amplitudine ac duorum templorum immenſa magnitudine maxime conſpicua. Hanc magnitudine incolarumque frequentia ſequitur γ *Eboracum* (2), inde δ *Briſtolium*, vulgo *Briſtow*, Gallicarum mercium nobile Emporium; ut ε *Southampton* Hiſpanicarum. De reliquo ζ *Oxonium*, vulgo *Oxford*, & η *Cantabrigia*, vulgo *Cambridge*, illuſtribus Academiis ornatæ, magnificentiſſimis

Urbes, Portus & Academiæ.

Londinium.

Eboracum.

Briſtolium.

Southampton.

Oxonium.

Cantabrigia.

tiones omnium totius *Walliæ* terrarum hiſpida magis eſt & horribilis. Habet enim Montes altiſſimos; arctos tamen, & in modum Arcis acutiſſimos, nec raros quidem, ſed creberrimos, & tantâ æqualitate conſertos, ut in ſummis eorum verticibus Paſtores coniabulantes, vel convitiantes, ſi concurrere forte ſtatuerint, a mane ad veſperum vix convenirent. ARVONIA glebâ eſt ſatis fertili, & Oppidulis redimita In hâc eſt *Bangor*, Sedes Epiſcopalis, quæ 96 Paræciis præſidet. FLINTIA, ſ. FLINTENSIS Provinciola, *Anglice* FLINT-SHIRE, non quidem eſt montana, ſed collium prominentia aliquantulum ſurgens, quæ leniter in fertiliſſimos agros reſupinatur, qui (præſertim quâ Mare proſpiciunt) Hordeum laudatum tam benigne profundunt, ut ſemper nonâ a primo ſatu hebdomade demetant Agricolæ.

[g] S. ut alii, *Maginus* inprimis, legunt; POVISIA.

[b] In his olim inſederunt *Ordovices* Populi.

REISKII.

1 (a) Anglia nomen ab Anglis, gente Saxonum Holſatica vel Cimbrica invenit. Britanni enim Romanis aut Conſularibus viris aut Præſidibus ſubjecti, ut incurſiones Pictonum Scotorumque perpetuas retunderent, excuſſo, quod ferebant, imperio, Anglo-Saxones in auxilium evocarunt. Angli huc navibus provecti terras occupant An. 449. Heptarchia regia conſtituta, donec An. 800, regnum ſeptuplex uno Ecbertus imperio complectebatur. Denique (b) Normanni ſuis incurſionibus infeſtatam An. 1027 Angliam ſubjugarunt: Hinc iterum excluſi, poſtea tamen Suſſexienſi prælio majores prævalent: Unde magna linguæ, juris & regni mutatio ſubſecuta, hujuſque per varios Comitatus (Shires) Ducatuſque diviſio. (c) Nuper Anglia novis motibus agitata, cum ſibi ſuæque libertati ac religioni conſuleret, *Wilhelmum Arauſionenſem Principem* è Belgio vocatum, Jacobi Regis generum, regem ſibi præpoſuit, belloque Gallicas machinationes non maritimo tantum ſed terreſtri Belgico adhuc frangit cohibetque. De proventu Angliæ, ligno & carbone foſſili, lanificio, croco, ſicera, thermis, acidulis, emporiis, portubus, Academiis, ſocietate doctorum regia, multiſque artium inventis, pauca dicere quid juvat?

BUNONIS.

β (d) *Londinii* eſt regia *Whitehall*, nunc incendio pene diruta. [k]

γ (e) *Eboracum* ad fl. *Ture*, medio fere ſitu eſt inter Londinium & Edenburgum [l]; tertur Conſantini M. patria. Mortuus hic Conſtantius Imperator iſtius parens. Ab ea provincia filius regis ſecundo genitus nomen habet. (3)

δ *Briſtolium* eſt ad Sabrinæ fl. oſtia, a Londinio 97 mill. in Occaſum; inter urbes tertium ſibi locum vendicat.

ε (f) *Southamptonia* urbs maritima, in medio ferè illius lateris, quod Meridiem ſpectat, ſita e regione inſulæ Vectis.

ζ (g) *Oxonium* ad Cherveli & Iſis ſeu *Uſe* fl. confluentes. Londinio in Occaſum 50 mill. diſtat [m]. *Alvredus* Saxonum Rex dicitur hîc Academiam inſtituiſſe, An. C. 872. Habet Collegia XVIII, Aulas VII.

HEKELII.

[i] CASPAR DORNAVIUS loc. p. 7. cit. ex *Cambdeni BRITANN.* de hâc urbe magnâ ac valde potenti allegat hos Verſus elegantiſſimos:

Urbs peramœna Situ, Cœloque Soloque *beata*,
Urbs Pietate *potens*, numeroſo Cive *ſuperba*;
Quæ nova Doctrinis LUTETIA, Mercibus ORMUS,
Altera ROMA Viris, CHRYSEA *ſecunda* Metallis.

Patria erat *Thomæ Mori*, ſupremi Regni *Britannici* Cancellarii, qui, *Paulo Jovio* in *Elogiis* teſtante, licet omnibus Religionis atque Juſtitiæ numeris longe eſſet optimus atque ſanctiſſimus; tamen non, niſi Innocentiæ ſuæ, reus ab HENRICO VIII, *Angliæ* Rege, Anno 1535 ſecuri, proh! ſubjectus eſt (4). Cæterum hæc Urbs famâ *Oldenburgii*, Viri modeſtiſſimi atque curioſiſſimi, longe clarior hactenus eſt facta.

[k] Qs. dicas *Weiſe Hall*, ſ. *Aula Alba*, quàm exſtrui atque ædificari juſſit *Henricus* VIII. In hac viſu ſunt inprimis digna I. BIBLIOTHECA *Eliſabethæ* Reginæ, *Græcis*, *Latinis*, *Italicis* & *Gallicis* Libris referta, inter quos Libellus eſt *Gallicus* propriâ Reginæ manu in membranâ ſcriptus, & *Henrico* VIII, *Angliæ* Regi, Parenti dedicatus. II. PASSIO CHRISTI in vitreis Tabellis adumbrata.

[l] EGBERTUS in hâc Urbe egit Archiepiſcopum, & quidem circa A. CHR. DCCL, ac omnium liberalium artium armarium & ſacrarium, nobiliſſimam nempe Bibliothecam in eâ conſtituit. Vid. *Quenſtedt*, loc. perſæpe cit. p. 89.

[m] Urbs eſt egregia, ſalubris & amœna.

BUNONIS.

η (h) *Cantabrigia* Londinio abeſt in Boream 45 mill. Collegium hic inſtituit Barſomus Elienſis Epiſcopus An. Chriſti 1274. Scholam publicam antea con-

P 2

(1) *Lancaſtria adhuc Ducatus Titulo gaudet. Vide Camdenum de Britanniæ diviſione; de hodiernis Angliæ Ducibus vide Smith de Republica Anglorum. Dux olim Officii, nunc autem honoris tantum titulus, de quo Seldenum de Honoris Titulis conſulas.*

(2) *Cluverii ſcilicet ævo, at nunc incolarum frequentia Briſtolio cedit.*

(3) *Ducis ſcilicet.*

(4) *Male certe Hekeli, reus enim Majeſtatis erat, & authoritatem Pontificis Romani contra legem ſuſtinuit.*

(a) Angli, (b) Normanni, (c) Angliæ ſtatus hodiernus. (d) Londinium. (e) Eboracum. (f) Southamptonia. (g) Oxonium. (h) Cantabrigia.

gnificentiſſimis collegiorum ædificiis celebrantur. Sunt præterea inprimis viſendæ arces ſeu domus Regiæ circa Londinium, in lætioribus atque amœniſſimis agris diſpoſitæ: quorum nomina *Greenwich*, *Richmond*, *Kingſton*, *Nonſuch*, & *Hampton-court*, ι *Windſor* (1), & verſus Cantabrigiam *Theobalds*.

Dubris. Breviſſimus ex Britannia ad continentem trajectus eſt à *Dubri* ad Caletum, vulgo *Calais*, Galliæ opidum, mill. Germ. VI. Reliqui portus celebriores ſunt; in Orientali inſulæ latere *Newcaſtle*, κ *Hull*, *Lyn*, *Yarmouth*, *Harwich*, *Colcheſter*, *Sandwich*; in Meridionali latere λ *Plymouth*; in Occidentali latere *Cheſter*: unde naves in Hyberniam navigaturæ ſolvunt.

Inſulæ ad Angliam. Mona. Menavia. Angleſey. I. ſ. Vectis. IV. Inſularum Anglico litori appoſitarum clariores ſunt; ab Occaſu *Mona*, nunc *Man*, incolis quondam validiſſima; & *Menavia* ſive *Monapia*; nunc μ *Angleſey* Anglis; Wallis, *Mon*; a Meridie eſt ν *Vectis*, nunc *Wight*.

CAP.

(1) *Hamptoncourt & Windſor ſolum nunc eo nomine dignæ.* conſtituerat ibidem Sigebertus *Eaſtanglorum* Rex An. C. 637. Hodie XVI habet collegia & Aulas. Hinc Britannia viros dedit celebres, præter *Lanfrancum* & *Anſh. lmum* Cantuarienſes Epiſcopos, Venerabilem *Bedam*, *Alexandrum ab Ales*, Nicolaum *de Lyra*, Guilielmum *Occam*, *Bartholomæum Anglicum*, *Edgardum Hottonum*, *Thomam Morum*, &c.

(2) *De Lægriæ nomine non conſtat, ut fabuloſam Camdenus reſpuit in diviſione Britanniæ, & partitionem iſtam Galfrido Monumethenſi adſcribit.*

δ (a) *Arx Hamptoncourt* eſt ad Tameſin ſpleadidiſſima, a *Thoma Volſcio Cardinali* condita; a *Guilielmo* III re-ædificata; Palatium plane regium.

ι (b) *Windſoria* ad eundem eſt fluvium, in quo convenire ſolent quotannis, in die S. Georgii, Equites Ordinis Garterii, *die Ritter des Hoſenbandes*.

κ (c) *Hull* quum portas clauderet regi ſuo, Carolo I, ab ipſo fruſtra oppugnata eſt; & hinc cœptum eſt bellum iſtud, ipſi regi & regno fatale.

λ (d) *Plymouth* Franciſci Draci patria eſt. Cæterum Angliam in *Cambriam* & *Lægriam* (2) dividi, ſupra dictum eſt. Cambriæ provinciæ eodem loco memoratæ ſunt. (e) *Lægria* vero alia eſt ſuperior, alia inferior. *Superior* deſcendit a finibus Scotiæ ad utrumque Angliæ æſtuarium *the Waſhes* in mari Germanico, & Sabrinæ fluvium in mari Hybernico. Ejus provinciæ ſunt 1. *Northumbria*, in quâ (f) *Barwick ad Teiffe fl.* & (g) Newcaſtle. 2. *Cumberlandia* vel *Cumbria*, in qua (h) Carliſle. Inter has duas provincias intercurrit murus ſupra dictus, incipit a Carliſle, & deſinit apud Newcaſtle. 3. (i) *Dunelmenſis Epiſcopatus*, in quo Dunelmum. 4. *Weſtmorlandia*, in qua (k) *Apelby*, & (l) Kandale lanificio celebris. 5. (m) *Lancaſtria*, in qua Lancaſter. 6. (n) *Ceſtria*, in qua Cheſter, ſive (o) Weſtcheſter. 7. *Salopia*, in qua (p) Shrewsbury. 8. *Eboracum*, in quo York. 9. (q) *Lincolnia*, ubi Lincoln. 10. (r) *Notinghamia*, in qua Nottingham. 11. (s) *Darbia*, ubi Darbey. 12 (t) *Staffordia*, in qua Stafford. 13. (u) *Leiceſtria*, in qua Leiceſter. 14. *Rutlandia*. 15. (x) *Warvicum*, ubi Warwick. 16. *Wigornia*, ſeu *Worceſterſhire*, ubi Worceſter. (y) *Inferior Lægria* in Oceanum Britannicum procurrit, ejus provinciæ ſunt 1. *Nortfolcia*. 2. *Suffolcia*. 3. *Eſſexia*, in qua (z) Malden, olim Camolodunum [n]. 4. *Middelſexia*, in qua Londinium. 5. *Cantium*, vulgo (a) *Kent*, in qua Cantuaria ſeu Canterbury, Archiepiſcopi ſedes, Dover, &c. 6. *Surria*. 7. *Suthſexia*. 8. (b) *Southamptonia*, in qua Southampton. 9. (c) *Dorceſtria*, in qua Dorcheſter. 10. *Devonia*, in qua (d) Exceſter & (e) Plymouth. 11. *Cornubia* ſeu *Cornwallia*, in qua celebris portus (f) Falmouth. 12. *Somerſetus*, in quo (g) Briſtolia, (h) Wells & (i) Bath, ab aquarum calidarum ſcaturigine appellata. 13. (k) *Wiltonia*, in qua Wilton. 14. *Berceria*, in qua (l) Windſore. 15. (m) *Gloceſtria*, in qua Gloceſter [o]. 16. *Oxonium*, in qua Oxford. 17. (n) *Buckinghamia*, a ſagis, *buchen* vel *boechen*; in qua Buckingham. 18. (o) *Hertfordia*, in qua Hertford. 19. (p) *Bedfordia*, in qua Bedford. 20. (q) *Northamptonia*, ubi Northampton, & caſtrum (r) Fotheringhay, ubi de Maria Scotiæ regina Jacobi matre, Caroli I, avia, ſupplicium ſumptum. 21. (s) *Huntingtonia*, ubi Huntington. 22. (t) *Cantabrigia*, ubi Cantabrigia. Atque hæc de Lægria.

μ *Angleſey* [p], inſula Walliæ oræ adjacet apud Bangorium opidum, adeo continenti vicina, ut quandoque recedentibus fluctibus abſque navigio ad eam perveniatur.

ν *Vectis* inſula eſt, in quam Rex Carolus I, è captivitate elapſus, indeque abreptus, Londinii capite truncatus eſt [q]. (u) *Guerneſey*, itemque (x) *Jerſey* inſulæ, quæ Gallico littori prætenduntur, Anglici juris ſunt. In hanc [r] olim damnati relegabantur. [s]

HEKELII.

[n] *Antonino* corrupte *Cambodunum* eſt. *Ptolemæo* Καμηλόδουνον, *Camulodunum*, & *Plinio Camalodunon* audit. *Talbotus* hodiè *Weſtceſtre* nominari putat; Sicuti *Humfredus Lhuydus* olim *Culceſtre*.

[o] *Cambdeno* dicitur *Cloveceſter*, *Saxonibus Gleauceſter*, vulgo *Latino* CLOVERNIA; *Antonino* vero *Clevum*, ſ. *Glevum*. Antiqua ſane Urbs eſt, ac a Romanis condita, a quâ tertius *Angliæ* Regis Filius DUX

(a) Hamptoncourt. (b) Windſoria. (c) Hull. (d) Plymouth. (e) Lægriæ ſuperioris Provinciæ. (f) Barwick. (g) Newcaſtle. (h) Carlile. (i) Dunelmum. (k) Apelby. (l) Kandale. (m) Lancaſter. (n) Cheſter. (o) Weſtcheſter. (p) Shrewsbury. (q) Lincoln. (r) Nottingham. (s) Darbey. (t) Stafford. (u) Leiceſter. (x) Warwick. (y) Lægriæ inferioris Provinciæ. (z) Malden. (a) Kent. Canterbury. (b) Southampton. (c) Dorcheſter. (d) Exceſter. (e) Plymouth. (f) Falmouth. (g) Briſtol. (h) Wells. (i) Bath. (k) Wilton. (l) Windſor. (m) Gloceſter. (n) Buckingham. (o) Hertford. (p) Bedford. (q) Northampton. (r) Fotheringhay. (s) Huntington. (t) Cantabrigia. (u) Guernſey. (x) Jerſey.]

DUX GLOCESTRIÆ, ſeu GLOCESTRENSIS, dicitur.

[p] Olim *Druidum* ſedes antiqua.

[q] Poſita eſt in Oceano *Britannico*, ac modico intervallo a Continente *Britanniæ* diſtat.

[r] Quæ *Antonino* dicitur *Cæſarea*.

[s] Inter has interjacet SERKE, modica inſula, rupium præcipitiis circumvallata.

CAP. XXIV.

DE SCOTIA.

I.

Scotiæ longitudo & latitudo.

Scotiæ longitudo eſt à Meridie in Septemtriones, id eſt, à promontorio, quod accolis *The Mule of Galloway*, qua Hyberniam ſpectat, ad promontorium *Dunsbyhead*, quod ab Orcadibus inſulis conſpicitur, mill. German. LXX; *latitudo* ab Occaſu in Ortum, hoc eſt, à Novantum promontorio, nunc *Ardermouth head* prope Mulam inſulam, ad promontorium Buchananum, vulgo *Buquuhammes*, millaria L. Regio, ut ſolo, ſic incolis bifariam diviſa eſt. Quippe *a Grampius Mons*, nunc [a] *Gransbain* [b], ab Occaſu in Ortum tendens mediam ſecat.

Grampius Mons.

Mores Scotorum.

II. Qui meridionalem partem habitant, cultiores numeroſioreſque, lingua propemodum ac moribus utuntur Anglicis. Septemtrionales, hominum genus aſperum, ferum ac ſylveſtre (1) ſermone, habitu, moribuſque Hybernicis vivunt.

III. Ur-

(1) *Ingenio autem & virtute bellica valent, & indies cultiores redduntur.*

(2) *Frumentum etiam cujuscunque generis.*

(3) *In quibuſdam inſulis Hiberniam ſpectantibus tantum.*

(4) *Arte ſuper contignationes fabricata, ut incolæ Incurſiones latronum vitarent.*

(5) *Priſca Scotorum Lingua, apidum in fronte collis ſignificat.*

BUNONIS

a Mons Grampius [c] Scotiam dividit in partem Septemtrionalem & Meridionalem. (a) *Septemtrionalis Scotiæ* provinciæ ſunt 1. *Strathnavernia*, id eſt, Vallis Naverniæ. In qua aliquot caſtra verſus Orcades. 2. *Cathanesia* ſeu *Caithnes*, in qua promontorium Dunsby & Girnego; item Catnes & Ackyrgill caſtella ad mare. 3. *Sutherlandia*, in qua *Dornoch* & *Clyne* opida maritima. Hic ſunt montes candidi marmoris. 4. *Roſſia*, in qua Tayn, ad fl. Tayn, Tarbart. 5. *Moravia*, vulgo *Murray*, ubi Elgin, Spyne, Neſſum, &c. 6. *Loquuhabria*, in qua Kyntail. 7. *Abrenethea*, nunc *Strathdee*, in qua Aberdonium, academia. 8. *Anguſia*, in qua Brechin & Dundee. (b) *Meridionalis Scotiæ* provinciæ ſunt 1. *Perthia*, in qua Dunkel. 2. *Fifa*, ubi Fanum S. Andreæ, Cuprum & Abrenethium. 3. *Strivilingia*, in qua Sterlingium, ubi regii ſolebant educari liberi. 4. *Cuningamia*, in qua Irwin & Ayr. 5. *Clidesdalia*, in qua Glaſgow, Lanryck & Hamilton. 6. *Galovidia*, in qua promontorium Galloway, *Wigtonia* & *Fanum Cuthberti*. 7. *Laudonia*, [d] in qua Dunbar, Hadinum & Edenburgum, urbs [e] inter montes, ut Praga in Bohemia, ſita [f]; in editiori monte eſt caſtrum puellarum, in quo priſcorum Scotiæ regum & nobilium filiæ manuariis artibus diſcendis arctè quondam aſſervabantur. 8. *Marcia* ſeu *Marchia* [g] in qua Bervicum maritimum opidum, Hume, Kelſo, &c. (c) *Univerſa Scotia* frigidior eſt, frigus tamen vaporibus, qui ex paludibus, & æſtuariis ſurgunt, infringitur & debilitatur. Nobile fert hordeum, ex quo cereviſia coquitur, paris cum vino acrimoniæ (2). Lupos Scotia habet ferociſſimos; qui, niſi à canibus generoſis reprimerentur, univerſam regionem redderent vaſtam. Cervorum tantam ibidem reperiri tradunt multitudinem, ut in una venatione publica 1000 & 1500 capiantur & jugulentur. Mus major non reperitur in Scotia, ac aliunde importatus moritur (3). In Sylvâ Caledoniâ [b] erant boves ſylveſtres candidi, leonum inſtar jubati [i]. Iſti herbam, quam homo tractavit aut calcavit, non attingunt, nec comedunt [k]. Dat Scotia ferrum, plumbum, ſulphur, argentum [l], lazurum, lanam bonæ notæ; itemque electrum ſive ſuccinum [m]. Lacus & fluvius *Neſſa* reliquis aquis hîc frigore concreſcentibus nunquam congelatur. In Lelgovia provincia lacus maximus, vulgo *Lomond* [n], ſine vento ſic plerumque intumeſcit & agitatur, ut audaciſſimos terreat piſcatores: piſces, qui in eo ſunt, carent pinnis [o]: Inſulaque ibidem eſt, pecori paſcendo ſufficiens, quæ ventis agitata circumfertur (4). *Hector Boethius.*

HEKELII.

[a] *Scotorum* linguâ.

[b] S. *Granzebain*, i. e. *Mons incurvus.*

[c] Olim *Pictonum Scotorumque* terminus, iſque à *Tacito* in Vitâ *Agricolæ* celebratus.

[d] Montuoſa quidem & ſine arboribus Regio; tamen ſingulari humanitatis cultu laudata.

[e] Et Sedes regia.

[f] Vulgo *Edinborough*, quod idem planè, ac *Caſtrum alatum* ſignificat. Ideoq; *Ptolemæo* CASTRUM ALATUM idem, ac *Edenborrouu*, eſſe *Camdenus* rectè cenſuit (5).

[g] Vulgo *Merch*, h. e. *Angliæ* & *Scotiæ* terminus.

[h] Quæ *Lucio Floro* dicitur *Saltus Caledonius*.

[i] Et quidem adeò feroces, ut domari nequeant.

[k] Contrà in *Caricta* Regione Boves ingentis magnitudinis ſunt, quorum caro tenera, ſuaviſque eſui eſt.

(a) Scotiæ Septemtrionalis provinciæ. (b) Meridionalis Scotiæ provinciæ. (c) Soli Scotici natura.

Edenburgum. Archiepiscopatus. Academiæ.

III. Urbium clarissima est *Edenburgum*, vulgo *Edenburough*; regni caput sedesque Regia: *Glasco* & *S. Andreas*, Archiepiscopatibus sunt insignes, quibus suppositi Episcopatus XIII (1). *Academia* illustris est *S. Andreæ*, & *Aberdonium*, vulgo *Aberdon* & *Aberdeen*, haud ita nobilis (2), at portus celebris.

Insulæ ad Scotiam. Hebrides. Orcades. Acmodæ. Thule.

IV. Insularum ad Scotiam clarissimæ sunt versus Occasum, β *Hebrides* XXX amplius numero (3): ad Septemtrionem γ *Orcades*, nunc *The Isles of Orknay*, XL amplius numero: longius dissitæ versus Septemtrionem, VII *Acmodæ*, nunc *Farre*. Ultima Britannicarum erat *Thule*, nunc *Ysland*: de qua postea suo loco.

CAP.

est, cæterùm pingue nunquam concrescit, sed olei liquidi instar semper fluit.

[l] Argentum vivum, Cuprum.

[m] Inter *Craufordiæ* tesqua Aurifodina olim, *Magino* teste, est reperta, e quâ *Aurum* sine ullo labore eruebatur, & fortè adhuc simili modo eruitur. Sunt in eodem loco etiam Gemmæ quædam, præsertim *Gagates*, quæ in aquis ardet, ac oleo extinguitur.

[n] S. *Loumond*.

[o] Sunt tamen esui humano suaves.

BUNONIS.

β *Hebrides* in mari Caledonio, etiam *Hebusæ* & *Aebusæ*, Bedæ *Mevaniæ* dictæ, aliis sunt numero 44. præcipuæ *Levissa*, *Eusta*, *Skye*, *Mula*, *Ila* & *Jona*.

γ Orcadum, quæ vulgo etiam *Schetland* (4), caput est *Pomona*, vulgo *Mainland*, in qua Kirkwall. Nulla in Orcadibus invenitur arbor, neque solum fert triticum; quum tamen reliquarum frugum ibi magna sit copia. Nec serpentes aut venenata in insulis istis sunt animalcula [p]. Incolæ licet sint bibaciſſimi, nullus tamen ex iis visus est ebrius, stolidus aut demens [q]. *Hector Boethius*. Circa insulas illas Hollandi quotannis ingentem halecum copiam piscantur, quæ deinde per universam devehuntur Europam. Ad insulam *Fare*, vulgo *Faire*, volucres passere haud multo majores tanta celeritate per mare decurrunt, ut non videantur pedes aquis tingere. Id quum vident nautæ, mox venturam tempestatem colligunt. *Hoierus in epist.*

HEKELII.

[p] Contrà Lepores, Cuniculi, Grues & Cygni heic multi sunt. Piscationibus refertissimæ sunt hæ Insulæ, ex quibus Incolæ emolumentum non leve trahunt.

[q] Medicinam omnem negligunt, quia ut plurimum longævam & sanam ob aëris miram temperiem ducunt vitam.

REISKII.

1 (a) Scotia portentosas regum antiquorum fuæque gentis origines jactat, quas Buchananus Lib. I. 11. accuratissime refellit, ac jure affirmari posse statuit, *omnes nationes e Gallis, Germania & Hispaniis in hanc Insulam commigrasse*. Hæc sententia quam vero congruat, historici, mores, linguæ, voces, ac instituta plurima contestantur. Nomen Scotiæ Pictis penitus deletis ex A. 939 invaluit; (b) prisca regum familia post A. 1280 extincta, Stuartorum progenies A. 1370 regnum tenuit; hodieque tenet in Anna Jacobi Regis nuperi filia & rege. Ultimam regum Scotorum familiam docet inscriptio castri munitissimi Sterlingæ publica, quam Jacobus VI aliquandiu ibi commoratus regio sacello addidit; *J. R. Nobis hæc invicta miserunt centum sex Proavi* A. 1617. Castrum enim illud durante CVI regum imperio creditur inexpugnabile, quod Monckius bello exorto Parlamentario expugnavit. (c) Non dicam heic de *stupendo ædificio, quod ex lapidibus sine calce junctis* conditum Scoti ostentant; nec de anseribus aut anatibus marinis (*Bernacles*) quos alii è conchis, alii ex ovis avium depositis generari volunt; neque de lithanthracibus aut carbone fossili, neque de harengis & immensa horum copia; neque de salmonibus frequentissimis; neque de insulis (d) Schetlandicis, vel Hetlandicis; nec de Hebridibus aut Hebudis (Scot. Weſtern Iles) quarum una Sodora episcopum habuit; neque de Sullingis (e) (the Sorlings (5)) quæ Cassiterides veterum putantur, plus minus 145, stanni, plumbi, animalium, præsertim avium & graminis teraces.

BUNO-

(1) *Episcopatus antea* 14, *nunc lege abolentur, & Presbyterio gubernatur Ecclesia Scotica.*

(2) *Dantur etiam Academiæ Edinburgi ac Glascuæ haud ignobiles.*

(3) *Hebrides secundum Buchananum Nomen novum, & priscis Scriptoribus inaudituum; rectius Æbudæ vocantur, & comprehensis omnibus Insulis Occidentalibus in mari Deucaledonio sparsis, supra trecentæ numerantur.*

(a) Reges Scotiæ vetusti. (b) Regum Scoticorum familia. (c) Memorablia Scotica. (d) Schetland. (e) Sorlings.

(4) *Fallitur Buno; Hetblandiæ enim ab Orcadibus diversæ & ulterius in Mari Boreali jacent. Orcades Buchanano sunt 32, quarum Maxima Pomona, de cæterarum numero, magnitudine, soli cœlique ingenio, consulatur Buchananus Lib. I.* (5) *Ad Angliam pertinent.*

CAP. XXV.

DE HYBERNIA. 1

I.

HActenus de Albione Britannicarum Insularum maxima; item de minoribus Britannicis insulis: at secunda magnitudine est in Occasum sita *Hybernia*; *Iverna*, & *Jerna* quibusdam appellata: nomine inibi nato: quum incolæ hodieque *Eryn* vocitent, Angli vero *Ireland*. De Natura hujus insulæ, incolarumque ingenio, etiam nunc verum manet, quod tot retro seculis Pomponius Mela tradidit: *Adeo luxuriosam herbis, non lætis modo, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta dissiliant: Cultores ejus inconditos esse, & omnium virtutum ignaros, magis quam alias gentes* (1). Hæc Mela; Cæterum, cœlo est miti, clementi ac sereno, terra nullum animal venenosum alit, nec patitur. *Longitudo* ejus maxima porrigitur mill. German. LX. *Latitudo* autem mill. Germ. XXX. α

Hyberniæ nomen. Natura soli. Incolæ.

II. Qui populi primi eam incoluerint, parum constat (2), nisi quod Celtici cum reliquis Britannis fuerint generis. *Brigantes*, *Cauci*, *Mænapii*, quos in ea Ptolemæus memorat, mirum, ni ex Gallia, Britannia, Germania, huc trajicerent. Dividitur hodie in quatuor potissimum regiones. β *Langinia*, vulgo

Incolæ. Provinciæ Langinia.

BUNONIS.

α Humidior est Hybernia fontibus fere ubique rigua; lini lanæque ferax. Sermone utuntur Hyberni eodem, quo Scoti montani. (a) Ex quo vero Angli Colonias in Hyberniam misere, eorum lingua quoque eò est delata: unde plerique nobiles utramque callent linguam. Carmibus delectantur Hyberni omnes, ciboque capiunt miro silentio. Mater filium non nutrit, sed eum committit nutrici aut nutricio, qui pari observantia cum parentibus colunt. Alumno ægrotante ex dissitis etiam & longinquis insulæ oris accurrit nutricius. Magis se diligunt, qui nulla tenentur cognatione, quam fratres, affines & sanguine juncti (3). Vestimentis utuntur versicoloribus; flavum tamen colorem plurimi faciunt; unde, quibus capilli sunt flavi, comam nutriunt, eaque superbiunt. Matrimonium mature ineunt, & virgines adeo festinantur, ut quandoque decimo anno nubant. Præter furandi artem fere nullam excolunt *Hyberni*. Domo mane exeuntes furta sua Deo commendant, optantque incidere in divitem, quem spoliare possint (4). Quod tamen de exteris intelligendum; nam furta inter suos commissa puniunt. Morituris adsunt præficæ, quæ animam morientis retineant. Postquam exspiravit, tota domus ejus ejulatu & planctu repletur. Ex defuncti bonis plurimum aufert, qui potentior est, & patruus nepotes suos paterna hæreditate sæpe fraudat [a]. Quatuor iis sunt militum genera: primum est *equitum*: Secundum *militum stationariorum*, *Geleglafii* vulgo vocati, qui jurant, se pugnam nunquam detrectaturos: Tertium *levis armaturæ*, qui nominantur *Karni*: Quartum est *Cursorum*, *Deltinos* appellant. Vox militaris iis est *Pharo*, *Pharo* (5).

β In (c) *Langinia* sive *Langenia* [b] est Dublinum; habet 10 Comitatus. [c]

HEKELII.

[a] Sunt præterea superstitiosæ Gentes, inter quas multæ magæ & fatidicæ Mulieres reperiuntur, quæ ad omnia mala incantationes efficaces habent, ad quas quisque pro mali ratione accedit.

[b] S. *Lagenia* ab Incolis *Leighnigh* dicta.

[c] *Wexford* nempe, *Caterlogh*, *Kilkenny*, *Dublinensem*, *Kildarienſem*, Comitatum *Regis*, Comitatum *Reginæ*, *Longford*, *Fernes* & *Wicklo*. Aliàs *Langinia* fertilis est, & terrâ frugiferâ, cœlo mitissimo, nec inclementibus Incolarum ingeniis, quam pridem Ptolemæi tempore *Brigantes*, *Coriundi*, *Menapii*, *Cauci* & *Blani* inhabitarunt.

REISKII.

1 (b) Hybernia pro duobus incolarum generibus, quæ fovet, duplex ipsa traditur: *una sylvestris*, quæ indigenas crudos agrestesque alit; *altera polita*, quæ Anglo-Hibernos advenas complectitur. Huc enim coloniæ Anglorum crebrius ex A. 1172 deductæ, simul ac reges Anglici insulam domuerunt: Hanc enim adhuc regni titulo auctam (qui Paulo III Papæ A. 1553 debetur) subditis rebellibus Gallicisque præsidiis ereptam, Wilhelmus rex tenuit, & Anna Regina nunc tenet, Prorege imposito. A. 1641, Hyberni Pontificii Protestantes crudeliter ac inopinanter adorti multa millia jugularunt, pro quo facinore, pœnas quidem, at non pro meritis luêre, ita ut sub Carolo & Jacobo Secundo nimis invaluerunt, & post Rebellionem pacatam à Guilielmo III, satis humaniter habiti. *De lignis Hybernicis*, quæ nec vermem nec cariem admittunt, de animalibus venenatis, quibus tota regio caret, de singularibus naturæ donis, & anseribus ex ligno putri, ad oram maritimam natis (quos *Macrenses* nominant) de *antro S. Patricii*, hujusque

(1) *At nunc multo cultiores postquam Anglorum ditioni subditi, ac Anglis & Scotis permixti.*

(2) *Scoti prisci qui ejusdem sunt Originis, sese dicunt ab Hispania oriundos.*

(3) *Alumni hi Nutricii scilicet.*

(4) *Antiquitus scilicet.*

(5) *Descriptio hæc Hybernis priscis convenit, aut saltem iis qui hodie dicuntur montani, & superstitione Pontificia imbuti.*

(a) Hybernorum mores. (b) Hybernia duplex. (c) Hyberniæ Provinciæ.

vulgo *Leinſter*, in Orientem ſpectans, ut Angliæ propior, ita cultior. Haud multum abſimilis huic γ *Mononia*, vulgo *Munſter*, qua Galliæ in Meridiem obtenditur. Aſperiores δ *Connacia*, *Connaught*, & ε *Hultonia*, *Ulſter*; hæc in Septemtrionem, illa in Occaſum, vergentes.

Mononia. Connacia. Hultonia.

III. *Comitatus* per totum regnum ſunt XXXIII. Opidula rectius, quam urbes, Hybernos incolere dixeris. Regni caput eſt *Armagh* (1): Secunda ab hac *Dublin*, opidum munitiſſimum, ſedes præfecti, quem huc cum titulo Vice regis mittit Rex Angliæ: ſedes item Archiepiſcopi, ut & *Armagh*, & *Caſhyl*. His ſubjecti ſunt Epiſcopi XII. *Arglas* celebris eſt portus; *Academiam* ſuſtinet prædictum Dublinum. ζ Atque hæc breviter de Inſulis Britannicis, nunc tempus eſt in Continentem reverti: ac primo loco de Germania.

Comitatus & opida.

(1) *Potius Metropolis, quia primatis ſedes: Dublinum enim eſt Sedes Regia.*

(2) *Dominii potius.*

juſque Purgatorio, quod vocant, Hybernico, & urbibus paucis pauca dicere quid attinebit?

BUNONIS.

γ In *Mononia* ſeu *Momonia* [d], ſunt Waterford, Corcagia in lacu ſita, & Caſhyl ſeu Caſhylia Archiepiſcopatum, & Lymericum opidum; habet 7 comitatus [e]. In Momonia fons eſt, cujus aquis, ſi quis capillos tingit, ſtatim redduntur cani. *Cambdenus.*

δ *Connacia* ſive *Connactia* habet *Letrununum*, *Meynum*; & 6 Comitatus. [f]

ε In *Hultonia* ſive *Ultonia* eſt regni metropolis Armacana, cujus Archiepiſcopus primas eſt Hyberniæ. Quintam his addunt alii partem, *Mediam Hyberniam*, in qua ſunt Laberus, ſive Kildare [g], & Drocheda.

ζ (a) Quinam olim Hybernis imperarint, non habemus compertum. Paulò ante tempora Caroli M. Normanni inſula illa perhibentur potiti. His per indigenas ejectis ſucceſſere Oſtmanni, qui in quatuor regna Hyberniam ſunt partiti. Sed *Rothericus Connaciæ Rex* totius inſulæ imperium conſecutus eſt. Verum *Dermicius* ab illo ejectus Anglorum implorarit auxilium, iiſque viam & aditum ad Hyberniam occupandam aperuit, per ſocerum ſuum Penbrokiæ Comitem in regnum reſtitutus. Poſtea *Henricus* II in Hyberniam tranſiit, in quem Rothericus & ordines Jus regni (2) contulerunt; ex quo tempore Angliæ Reges dicti ſunt *Domini Hyberniæ* uſque ad *Henricum* VIII, qui in Hybernorum Comitiis *Rex* declaratus eſt, quod *Domini* appellatio ſeditioſis quibuſdam diſpliceret. Inde inſula regitur per Proregem, qui antea *Cuſtos* & *Conſervator Hyberniæ* vocabatur.

HEKELII.

[d] Ab Incolis *Movum*, ab *Anglis Mounſter* vocata.

[e] Sunt a. illi *Kerryenſis*, ſ. *Kilkonienſis*, *Limiricenſis*, *Corcagienſis*, *Tipparienſis*, S. *Crucis*, *Waterfordienſis* & *Deſmontenſis*.

[f] Quorum Nomina ſunt *Claria*, *Letrimme*, *Galluveta*, *Roſecomin*, *Majo* & *Sligo*.

[g] Seu *Killair*.

(a) Hyberni Angliæ regibus obnoxii.

LIBER


Septentrio
SVEDIA
SCANDINAVIA
Teutoni
SINVS CODANVS
MARE SVEVICVM
CHERSONESVS CIMBRICA
Cellarij
GERMAN
ANTIQ
Clilipenus Sinus
Aestii
SARMATIAE PARS
Sciri
GERMANI
TRANS-
VISTVLANI
TERNAE
Lugii
Logiones
Burii
Rugii
Gothones
Sidini
Carini
Lemovii
Heruli
Ludofes
Angli
Saxones
Chauci
Cauchi majores
Cauchi minores
Frisii majores
Frisii minores
Bructeri
Chamavi
Marsi
Cherusci
Langobardi
Reudigni
Angrivarii
Tencteri
Usipii
Usipiter
Menapii
Toxandri
GALLIAE
BELGICAE
CATTI
Mattiaci
Hermunduri
Nemetes
Vangiones
Sedusii
Marcomanni
antiqua sedes
Decumates agri
Boiohemum
Marsigni
Osi
Quadi
Iazyges
Carpates Mons
Basternica
PANNONIAE PARS
NORICI PARS
VENDELICIA
PARS
Meridies

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

De Veteri Germania.

I.

GErmaniam, quæ nunc terrarum cultu, urbium ſplendore, ædificiorumque magnificentiâ, cum Italia conferri, reliquis vero regionibus præferri poſſit, *terris informem, montibus aſperam, cultu aſpectuque triſtem, in univerſum ſylvis horridam, aut paludibus fœdam, utriſque inviam*, veteres prodiderunt. In tantum res mutantur!

II. *Nomen Germanorum* unde deductum ſit, varium inter autores eſt certamen. A Gallis id inventum, & *quinque* primo Germanorum nationibus, *Eburonibus, Condruſis, Segnis, Cæræſis & Pæmanis*, è Germania in Galliam tranſgreſſis, inditum, qui poſteà uno itidem fuêre nomine *Tungri* dicti; ex Cæſaris, Taciti, Dionis, & aliorum ſcriptorum monumentis, clarum fit rimantibus. Id poſtmodum Gallorum Romanorumque uſurpatione in univerſam gentem Transrhenanam tranſiit. Ipſa gens ſuo ſibi vocabulo ſemper appellata fuit *Teutiſci*, vulgo *die Teutiſche*, ab ipſius veri æternique Dei, rerum omnium conditoris, antiquiſſima pluribuſque gentibus uſurpata appellatione *Theuth*: ab hoc enim illi, & à primo mortalium *Manno*, id eſt *Adamo*, è terra condito, originem ſe ducere prædicarunt; ut latius infra dicetur. *a*

Germanorum nomen.

III. Ad *limites Germaniæ* quod attinet, vehementer errant illi, qui latiùs nunc, quam olim, Germaniam patere, ex *Ptolemæi* Geographia affirmant; maximè ii, qui duplo majorem faciunt. Secus mihi ſententia eſt, qui dimidio minorem cenſeo. *Elſatiam, Lotharingiam, Treviros, Luceburgenſes, Brabantios, Juliacenſes, dimidiam partem Gelriæ, Hollandiæ, omnem Zeelandiam*, ac *Flandriam* hodie acceſſiſſe, aiunt: ego acceſſiſſe nego; manſiſſe aſſevero. Quippe *Plinius* jam inde Germaniæ limitem *ad Scaldim* fluvium protendit. Idemque ſimul & *Tacitus* ab uſque *Sequanis* omnem Rheni citeriorem ripam Germanos accoluiſſe tradit. Apud *Cæſarem* ipſi *Rhemi*, Belgica Natio, ultro teſtati ſunt, Belgas pleroſque eſſe ortos à Germanis. Ex Gallia quidem uni *Helvetii*, ex Illyrico veteri *Vindelicia* & *Noricum*, quæ inter Alpes Danubiumque ſitæ ſunt regiones; item *Pannoniæ ſuperioris pars*, extra veteris Germaniæ limites Nomenque cenſitæ fuerunt. Verùm eis oppono quicquid eſt terrarum hodiè *Poloniæ citra Viſtulam* amnem, *qui terminus olim Germaniæ fuit*; item

Germaniæ limites.

BUNONIS.

a Quinque illi populi Rhenum tranſgreſſi, finibus illis, quos occuparunt, Gallos expulerunt, ab iiſque victis & pulſis dicti ſunt Germani, ſumto ab re vocabulo. *Guerra* enim ſeu *Gerra* ut olim Celtis, ita hodie Gallis ſignificat *bellum*, & Germanis nonnullis *pugnam* aut *tumultum*. Hinc quoque natum videtur vocabulum *Gewehr*, quod omne genus armorum ſignificat: item *eine Wehre*, id eſt, gladius [*a*]. Ex iſto igitur vocabulo *Guerra* ſeu *Gerra* & *Gerraman* factum eſt *Gerreman* ſeu *Werman*, id eſt, *bellator*. Multa enim vocabula hodie ſcribuntur per *W*, quæ olim per G ſcribebantur. Gens vero iſta nil niſi arma & bella tum ſpirabat: inditumque iis hoc Nomen à Gallis, *Tacito teſte*, ob metum.

HEKELII.

[*a*] *Andreas Helvigius* in Origg. *Diction. Germanicar.* p. 297 dicit, *Wehre* à *ferro*, ex quo fit enſis, deſcendi, aut à *quiri*, quæ *Sabinorum* linguâ haſtam ſignificat.

item *Bojohemum*: quarum regionum ſermo apertè genus atque originem incolarum indicat: *Pruſſios* etiam atque *Livones*, quia Germanicâ linguâ utuntur, Germaniæ acceſſiſſe illi cenſent: quum antiquitus *Venedi*, Sarmatica gens, incoluerit: ego & hos acceſſiſſe nuper, nego; manſiſſe à multis ſæculis, aio. Quippe *Æſtios*, qui olim totam Livoniam ac Pruſſiam, omnemque ferè dextram ripam Viſtulæ latè patentem occuparunt, diſertiſſimis verbis Germaniæ aſcribit *Tacitus*. Idem auctor, & *Plinius* regiones hodie, *Norvagiam*, *Suediam* ac *Fennos*, & quicquid terrarum Oceano Septemtrionali, Muſcoviæque confiniis ambitur, Germaniæ attribuunt. Quin etiam *Peucini* [b], alio nomine *Baſtarnæ* [c] dicti, à Viſtulæ fontibus olim ad Pontem uſque Euxinum & Iſtri oſtia extenſi, Germani fuerunt, teſtibus iiſdem Scriptoribus. 1

Vetuſtiſſimi Germaniæ termini.

IV. *Vetuſtiſſimi* igitur *Germaniæ termini* fuêre, ab Occaſu *Rhenus* amnis, & Oceanus Germanicus; à Septemtrione *Oceanus Septemtrionalis* ſive *Hyperboreus*; ab Ortu *Granvicus* & *Finnicus ſinus*, *mare Suevicum*, ſive *ſinus Codanus*, *Viſtula* amnis & à *fonte ejus linea ad Sarmaticos montes ducta*, qui è Septemtrione in Meridiem ad Danubii uſque ripam protenſi, ubi opidum nunc Hungariæ *Vacia*; dein à Meridie ipſum *Danubii flumen*. Poſteà vero portiones ei ex Gallia ad lævam Rheni ripam, & ex Sarmatia ad ſinum Codanum & dextram Viſtulæ ripam acceſſerunt, ut dictum eſt.

Germaniæ longitudo.

V. *Longitudo* ejus ſumma fuit à Scritofinniæ promontorio, vulgo *Nortkiin*, quod in Oceanum Septemtrionalem excurrit, ad Danubium uſque mill. Germ. CCCC. *Latitudo* vero maxima à Rheno nunc juxta Baſileam, ad *Amodocam* uſque paludem, quæ in confiniis Ruſſiæ, Lituaniæ ac Podoliæ ſita eſt, mill. Germ. CC.

CAP.

HEKELII.

[b] Πευκινοὶ.

[c] Βαστάρναι, ſive Ἄτμονες, *Atmoni* atq; Σιδόνες *Sidones*.

REISKII.

1 (a) Germaniæ vocabulum recens & nuper additum fatetur Tacitus in libello de German. ſitu & moribus cap. 2. additque, ita Nationis Nomen non gentis evaluiſſe paulatim, *ut omnes primum a victore ob metum mox a ſeipſis invento nomine Germani vocarentur*. Ergo vetus aliud idque à Celtis inditum videtur; novum hocce primo gentis, poſtea nationis integræ fuit, partim ab hoſtibus, partim ab ipſis auctoribus domi repertum. Nam Gallico & Germanico, tum priſco tum hodierno ſermone, *Guer* & *Gewerr* bellum aut rixam ſignificat; *Mann* virum aut hominem; *Unde Germanos recte viros pugnaces aut bellicoſos dixeris*; à Teutone autem vel Tuiſcone rege aut duce *Teutonicos*, *die Teutſchen*. Hunc verum æternumque Deum auctor dum voluit, & agnitum quidem noſtris majoribus Patrem, Filium Spiritumque S. Lib. I. Germ. antiq. c. 29. rationes attulit infirmas, quæ rem tantam minus conficiunt. Nugantur autem hiſtorici, quotquot ex Hebraicis, Græcis aut Romanis originibus Nomen & Genus Germanicum derivant.

(b) Limites porrò Germaniæ pro ſtatu temporum quam variarint, dici breviſſime vix poteſt. Alii certe fuerunt *veteres*, aliique ſunt *novi & adhuc hodierni*: Veteres illi longiſſime in Septemtrionem excurrerant, ut Dania & Suecia comprehenderetur, verſus meridiem Danubio concludebantur: Novi ultra Danubium extenſi, Rhætiam & Vindeliciam complexi per Alpeſtria juga patent, ſed mari Balthico arctius circumſcribuntur. Nec vetus Germania, in quantum Rom. imperio continebatur, iiſdem circumſcripta terminis erat; ne tum quidem cum Francis regibus ſubeſſet. Quid quod fines Germaniæ diverſos in ipſo Germanico imperio deprehendas, nunc productos longius, nunc iterum contractos. Quam hodieque per bellum, quod adhuc incumbit, Gallicum præfixi German. limites mutentur, experientia docet, perque annos id multos docuit.

BU-

(a) Germaniæ nomen novum. (b) Limites variarunt.


Populorum GERMANIÆ Inter Rhenum et Albim Descriptio ut inter Cæsaris et Trajani imperia Incoluerunt
Populorum GERMANIÆ Inter Rhenum et Albim Descriptio ut circa I. Cæsaris ævum Incoluerunt
LAGNUS SINUS
SAXONES qui Tacito FOSI
VARINI
CAVIONES
DEURINGI
LANGOBARDI
CHERUSCI
CHATTI qui CHASSI CATTI
FRISII
BRUCTI
CHAMAVI
ANGRIVARII
MARSI
USIPI
MENAPII
UBII
SUNICI
TUNGRI
TREVERI
MATTIACI
VANGIONES
MEDIOMATRICI
NEMETES
ALEMANNI
HERMUNDURI
NARISCI
VINDELICIA
SEQUANI
RAURACI
Brigantinus lacus
Millia Passuum
Sep tentrio
Meridies
Occidens
Oriens
Danubius fluvius terminus Germaniæ
Damasia
Bacenis Silva
Semana silva
Lavibargium
Burchana
Actana
Austrania insula
Tres Saxonum insulæ
Lupodunum
Tenedo
Sanctio
Brigobanne tutio magus
Augusta Vindelicorum
Divodurum
Mosella fl.
Rhenus
Batavia
Mosa fl.
Sura fl.
Nicer
Budoris
Arx Flavæ
Solioinium Lenavum
Mons Brisiacus
Mundia
Mosella fl.
Sigambri
Cæsari impropriedicti
Sevi
Tubantes
Dulgibini
Chassuari
Chatti
Angli
Theuringi
Langobardi
Hermunduri
Boii
Narisci
Harudes
Sedusii
Vangiones
Nemetes
Treboci
Marcomanni
Mediomatrici
Treviri
Segnicondrusi
Eburones
Menapii
Cauchi
Amisbarii
Chamavi
Angrivari
Cherusci
Dulgibini
Chassuari
Chatti
Sigambri
Sevi
Ubii
Vangiones
Sequani
Brigantinus Lacus
Millia Passuum

CAP. II.

Diviſio Veteris Germaniæ 1, *ac primum de Vindilis & Ingævonibus.*

I.

Vandalorum nationes fuere Gothi.

GEnera Germanorum *quinque* à Plinio traduntur, *Vindili*, *Ingævones*, *Iſtævones*, *Hermiones*, & *Peucini*, qui & *Baſtarnæ*. *Vindili*, etiam *Vinili*, & *Vandili*, *Vandali*, *Vandalii*, & *Vanduli* Romanis Scriptoribus ſimul & Græcis dicti ſunt. Horum Nationes fuere *Gothones*, qui & *Gotones*, *Gutones*, *Gutthones*, ac *Gythones*, *Gothi*, & *Gotthi* [a] auctoribus dicuntur; nunc Caſſubiæ pars ad Viſtulæ infimam partem, quæ propriè *Pomerellia* nunc dicitur: ubi nobis natale ſolum. *Carini* Pomeraniæ pars, in qua opida *Stolpe*, *Colberg*, *Corlin*, *Camin*, *Lemovii*, ea pars Pomeraniæ, in qua *Stetin*, *Uſedom*, *Wolgaſt*, *Gripeſwolda*, *Rugii* antiquitus, circa *Rege* flumen Pomeraniæ, & opidum *Regenwolde*, dein in inſulam tranſgreſſi, qui etiam nunc *Rugia*, vulgo *Rugen* appellatur. *Varini* [b], in Meckelburgenſi Ducatu, circa flumen & opidum *Warne*. *Angili* ſive *Anglii*, reliqua Meckelburgenſis agri pars, ad Lubecam uſque [c]. *Eudoſes*, *Suardones*, *Nuithones* pars Meckelburgenſis agri. Pomeraniæ Marchiæque proxima, *Caviones*, pars Marchiæ, Dannebergenſi Comitatui proxima. His contermini *Deuringi*, & *Rappin*. *Longobardi*, in Marchia media, vulgo nunc *Middelmarch*, inter Albim & Viadrum amneis. Circa opida *Grabouw*, *Brandenborgh*, *Berlin*, *Brotzen*. *Semnones*, in portionibus Marchiæ, Miſniæ, Luſatiæ, Sileſiæ, atque Poloniæ, inter Albim & Wartam amnem in Viadrum defluentem. *Burgundiones*, in partibus Caſſubiæ ac Poloniæ, inter Gotones ac Semnones. α

Carini. Lemovii. Rugii. Varini. Anglii. Eudoſes. Suardones. Nuithones. Caviones. Deuringi. Longobardi. Semnones. Burgundiones.

II. β *Ingævonum populi* fuere iſti: γ *Chauci*, qui & *Cauchi*, & *Cauci*; inter Ameſiæ Albiſque oſtia utramque accoluerunt Viſurgis ripam ſupra Bremam uſque

Ingævonum populi fuere Chauci.

BUNONIS.

α (a) *Vandali* fuerunt Germani, quos multi cum Venedis pro una habent gente: quum Venedorum Gens Slavica ſit, quos Germanice dicimus *die Wenden*; illos vero *die Wandalier*.

β Rhenanus (b) *Ingævones* dictos putat, quaſi Vigewones, à Wych *ſinus* & Wonen, quaſi *Wichwoner*, *in ſinu habitantes* [d]. At Tacitus ita dictos ſcribit à Manni filio. Omnia vero antiquarum gentium nomina ad originem velle reducere, furoris potius quam ingenii eſſe videtur.

γ Exigua regio eſt, quam Cluverius heic & in Germania ſua antiqua tribuit *Chaucis* [e]. Qui tamen, ut Tacitus ſcribit: (c) *Immenſum terrarum ſpatium non tantum tenent, ſed & implent: populus inter Germanos nobiliſſimus; quique magnitudinem ſuam malit juſtitia tueri*, &c. Diviſi fuerunt, Plinio & Ptolemæo teſtibus, in *Majores* & *Minores*. Huic vero collocantur *Chauci Minores* à Friſiis ad Amiſiam amnem, uſque ad Viſurgim: ac inde *Majores* ad Albim uſque flumen. Ad Occidentem igitur Chaucorum terminus fuit Oceani pars: à Septemtrionibus terminabantur Albi flumine: ad Meridiem à Friſiis inceperunt, & deſierunt in Cattis. Ex his terris *Minores Chauci* tenuerunt, quæ hodiè Friſia Orientalis, Oldenburgenſis, Delmenhorſtiana, Difholdenſis, Hoyenſis, & pars Mindenſis Epiſcopatus Septemtrionalis. At *Majores Chauci*, haud dubie ex modo virium, quibus iſtis fuerunt majores, ita dicti, poſſederunt omnem illum terrarum tractum, qui trans Viſurgim eſt ab Oceano & Albi flumine ad Melibocum & Semanam Sylvam, quæ Germanis *der Hartz*, quibus locis hodie Ducatus Brunſwicenſis, Luneburgenſis & Bremenſis.

HEKELII.

[a] Immo & *Polouci*, quos *Ruthenorum* lingua *rapaces* & *ſpoliatores* interpretatur.

[b] *Plinio* VARRINI.

[c] *Procopius* Lib. 4. *Gothor.* & *Camdenus* in *Britannia* dicunt, ANGILOS, ſ. Ἀγγίλες eſſe Gentem, *Britanniam* Inſulam inhabitantem.

[d] Seu Sinum Maris accolentes.

[e] Χαύκοις ſ. *Chaycis*, ſicuti a *Claudiano* Lib. 1. de Laudib. *Stilicon.* v. 225. *Poetice dicuntur*.

REISKII.

1 (d) Alia fuit diviſio veteris Germaniæ *pro quinque incolarum generibus*, *aut gentibus*; alia *pro ſtatu Imperij Rom.* ad Rhenum longius extenſi: Illa è Plinio Lib. IV. c. 14. petita copioſius apud auctorem exponitur, ut tamen multis gentibus non parum dubii adhuc inhæreat: Hæc vero Germaniam *primam*

(a) Vandali & Venedi. (b) Ingævones. (c) Chaucorum ſedes. (d) Diviſio Germ. duplex.

uſque opidum; deinde uſque Mindam, qua Chattis jungebantur. Qui apud Tacitum & *Foſi*: reliquis auctoribus *Saxones* appellantur: horum tota fuit Holſatia ad Cimbricam uſque peninſulam. Poſteà omnem oram maritimam occuparunt ab Albi ad Rheni uſque oſtia: unde cum Anglis in Britanniam inſulam abierunt. *Cimbri* omnem eam tenuerunt peninſulam, quam nunc antiqui nominis itidem gens incolit Jutæ. *Teutoni* Danicas incoluerunt inſulas; quarum maxima vulgo *Zeelandt*, Melæ dicitur *Codanonia*, nempe à gente Teutonorum, qui variantibus dialectis jam tunc dicebantur *Dani*, *Godani* & *Codani*: unde totum hoc mare etiam dicitur *Codanus ſinus* eidem Melæ ac Plinio, quod Tacito *Mare Suevicum*, quia utrumque Suevi accoluerunt, ut mox oſtendam. Regiones trans dictum mare, quæ nunc ſub Norvegiæ ac Suediæ Finniæque maximè nominibus veniunt, immenſas Germaniæ inſulas eſſe falſo crediderunt veteres, quum verius ſint peninſulæ. Harum maximam, quæ Norvegiæ Suediæque regna continet, à proxima gente quidam dixerunt *Scandiam* & *Scandinaviam* [f]: alii à freto, quod eſt inter Danicas inſulas, vulgari vocabulo *Belt*, *Baltiam*: quod vocabulum poſteà corruperunt in *Baſiliam*. Altera peninſula, vulgo nunc *Finland*, Plinio dicitur *Finingia*. In Scandia populi *Scandii*, ſive *Scanii*: vulgo nunc *Scanen*, unde toti peninſulæ nomen. His contermini fuere *Hilleviones* [g], nunc *Halland*. Ultra utroſque incoluerunt *Sitones* [h], nunc *Norvegii*, vulgo *Norige* & *Norge*: quorum terra jam antiquiſſimis Græcorum autoribus dicta *Nerigon*. Ultra hos ſunt *Marchiofinni*, vulgo *Marchfinnen*. His continuantur *Scritofinni*, vulgo *Scritfennen*; extremi verſus Septemtriones apud promontorium, *Rutubæ* Plinio, vulgo nunc *Noortkijn*. His proximi ſunt verſus Orientem *Lappiones*, ſive *Lappii*, vulgo *Lappen*: infra hos verſus Meridiem ſunt *Suiones*, ſive *Sueones*, nunc *Suedi*, vulgo *Sweden*. Infra hos *Gutæ* ſive *Guti*, quorum regio nunc vulgo *Guthlandt*. Hi falſo vulgo appellantur *Gothi*, & regio eorum *Gothia*: quum hi fuerint iidem & *Gothones* ad Viſtulæ oſtia: ut ſupra dictum. Sed hic jam eſt antiquus ſcriptorum error: unde ridiculæ illæ Jornandi fabulæ de Gothorum origine. Finni Ptolemæo, Tacito dicuntur Fenni, quod nomen hodieque ſervant, variatis dialectis vulgo *Fennen* & *Finnen* dicti.

Foſi iidem qui Saxones.

Cimbri. Teutoni.

Scandia.

Finingia.

Hilleviones. Sitones. Nerigon. Marchiofinni. Scritofinni. Rutubæ promont. Lappiones. Sueones. Gutæ.

CAP.

ſive ſuperiorem, & *ſecundam ſive inferiorem* continet, utramque in notitia Imper. Rom. ſatis expoſitam. Noſtra vero, quam Romani barbaram vocarunt, patriæ libertatis ſtudioſiſſima, *illam diviſionem nimium excedit*, & longius patet latiuſque. Hinc gentes veteres quas Græci Geographi Romanique commemorant, cum poſterioribus & hodiernis populis, horumque ſedibus comparare aut conciliare, hoc opus hoc labor eſt; Unde novi auctores inter ſeſe multum diſſident, & à noſtro Cluverio hujuſque ſenſu alii dudum receſſerunt, hodieque recedunt vel ideo, quod inter Græcos Romanoſque non plane conveniat. De ſingulis Germanorum generibus infra explicabitur: De Chaucis copioſiſſime in antiqua Germ. Lib. III. c. 46. itemque ex Coneringio & hujus de Helmſtadio conjecturis cap. 2. ſub finem additur.

BUNONIS.

(a) *Saxones* [i] corrupto vocabulo *Foſos* ſcribi apud Tacitum, conjectura Cluverius colligit. Verum non exigua illa Foſorum gens Saxonum nomine appellata fuit; ſed ad univerſam illam & magnam Chaucorum gentem nomen Saxonum pertinuit [k]. Transalbinos vero Saxones ejuſdem cum Ciſalbinis fuiſſe civitatis, ex ſimili idiomate, inſtitutis vitæque genere colligitur.

REISKII.

[f] Malè verò *Scanziam*, *Galgaviam* & *Gangaviam*.

[g] S. *Tacito* Helluſii, *Ptolemæo* Æluones, & *Ammiano Marcellino* Heilli.

[h] Quos *Ganipotes* nonnullis vocari *Althamerus* tradit, deque his *Saxonem Grammaticum* ſcripſiſſe ſcribit.

[i] *Cheruſcis* conterminos.

[k] *Althamerus* FOSOS *Dietmarſos* eſſe exiſtimat.

BUNO-


The Letters C.C. mark ye cavitys of ye Mountains from whence the Wind proceeds
p.181.
CATARACTA MONTE ÆOLIO ITALIÆ
A Cataract of Air in Mount Æolius in Italy
CÆSIUM
A Cataract in the Dutchy of Spoletto in Italy.
CATADUPA VELINIA
in Ducatu Spoletino
Pons Regulatorius
Catadupa Velini
The Cataract of the Rhine att Scafhausen in Swisserland
Cataracta Rheni ad Scaphusiam in Helvetiæ
p.119.
Rhenus Fluv.
p.302
A Map of Scylla & Charibdis betwixt Sicily & Italy
TABULA Freti Siculi CHARIBDIS et SCYLLÆ
MARE THYRRENUM sive SICUSUM
Ætna
FRETUM
MAMERTINUM
Rhegium
CALABRIÆ
CATARACTA Hydrotechnica inter PADUAM et VENETIAS.
p.178
An Artificial Cataract betwixt Padua & Venice
The Cataract of the Rhine att Coblents in Swisserland
Cataracta Rheni ad Confluentiam in Helvetiæ
p.130.
Ticingen
Radelburg
Rhinus fluvius



The Habits and Arms of the Ancient Germans both Horse and Foot their Way of carrying their King about upon mens shoulders when chosen. Their Entrenchments of Waggons and manner of Drawing up their Armys in Order of Battle according to Chiverius mentioned in our Account of Ancient Germany.

CAP. III.

De Iſtævonibus, Hermionibus, atque Baſtarnis; item Suevia, & veterum Germanorum habitationibus.

I.

JAm vero Rheno proximi erant *Iſtævones*: horum nationes fuere *Friſii*, *Bructeri*, *Angrivarii*, *Chamavi*, *Anſibarii*, *Dulgibini*, *Chaſſuarii*, *Marſi*, *Tubantes*, *Marſaci*, *Sicambri*, *Ubii*, & qui in horum poſteà agros ſucceſſerunt, *Uſipii*, *Tenćteri*, *Juhones*, *Mattiaci*; prætereaque antiquiſſimis temporibus *Marcomanni*, *Harudes* & *Seduſii*: qui tres populi poſtmodum in Bojohæmo inter Hermiones ſedes locarunt. Ex his omnibus *Friſii*, *Marſaci* & *Bructeri* quo ſitu fuerint, jam ante in XVII inferioris Germaniæ Provinciarum deſcriptione dictum eſt. Sed *Bructeri* [a] poſteà inter ſuperiorem Luppiæ amnis partem & Agrippinenſem Coloniam coluerunt. *Marſi*, antequam α *Druſiana* foſſa, quæ eſt in Gelria, inter Arnhemum & Dusburgium, facta eſt, ſuperiorem Velaviam & Zutphanienſis Comitatus partem, quà opida ſunt *Dotechum*, *Grolle* & *Bredefort*, incoluerunt. Foſſa autem facta, pars eorum intra Rheni divortia incluſi novum vocabulum *Marſacorum*, ſive *Marſattorum*, aſſumſerunt; de quibus ſuprà: pars autem veteri nomine ſervato in interiora conceſſerunt, inter Amiſiam & Luppiam amneis, opidumque *Dulmen*. *Angrivarii*, Bructeris proximi, primum inter Amiſiam & Viſurgim amneis, qua eſt opidum *Minden*, coluerunt: *Chamavi* [b] vero, ſupra hos inter Amiſiam & Loam flumen, quod Amiſiæ paulo ſupra Emdam miſcetur. Poſtea verò utraque gens Bructeris expulſis agros eorum occuparunt: Chamavi verſus Occidentem; Angrivarii verſus Septemtriones. Hinc *Dulgibini* [c] tenuerunt inter opidum Paterbornam & Viſurgim, qua *Flotow* ei opidum appoſitum. In his *Quintilius Varus*, cum tribus legionibus, cæſus ab Arminio Cheruſcorum duce, inter opida *Dietmelle* & *Horn*. His proximi verſus Meridiem fuere *Chaſſuarii*, qui & *Chattuarii* [d], inter Paterbornam & Viſurgim, qua ei opidum *Huxter* impoſitum; pars quondam fuere Chattorum [e]. At *Anſibarii* tenuerunt inter Viſurgim & lacum *Dommel*, apud quem opidum *Diepholt*. *Tubantum* varia ſemper fuit ſedes, ad ſuperiorem Amiſiæ partem. *Sicambri* Rheni ripam tenuerunt à Colonia Agrippinenſi ad Rheni uſque divortium; ab Oriente vero uſque ad Chattos, circa fontes Luppiæ, & opidum *Medebach*; poſtea à Tiberio in Galliam tranſportati, ubi inter Moſam & Rhenum *Gugerni* dicti: horum agri portiones deinde tenuerunt in Rheni ripâ *Uſipii*, ſive *Uſipetes* & *Tenćteri* [f]: hi apud Coloniam, illi ad Rheni divortia. *Ubii* in Germaniâ Rheni Mœnique dextras ripas tenuere, ad Coloniam uſque, ab Oriente Chattis contermini.

Iſtævones.

Friſii, Marſaci, Bructeri.

Marſi.

Foſſa Druſiana.

Angrivarii.

Chamavi.

Dulgibini.

Caſſuarii ſive Chattuarii.

Anſibarii.

Sicambri.

Gugerni.

Uſipii.

Tenćteri.

Ubii.

BUNONIS.

α *Foſſa* illa *Druſiana* VIII millia paſſuum inter vicum Iſeloort & opidum *Doesburg*, à Druſo acta eſt; ut Claſſem hac cum exercitu ex ſuperiori Rheni parte in lacum Flevum & Oceanum deduceret, Friſios petiturus & Chaucos. Sunt autem tres Rheni alvei, *Iſala*, *Vahalis*, & *medius Rhenus*. [g]

HEKELII.

[a] Sive *Brockmerlandii*, ut ſcribit *Cornelius Kempius*, ſ. ut alii volunt, *Boructuarii*.

[b] Quos *Ptolemæus Camanos*, & *Auſonius* in *Moſella* v. 431. *Camaves* vocat.

[c] Quos *Althamerus Dulgumnios*, Δουλγουμνιους, *Ptolemæi* eſſe exiſtimat.

[d] Atque *Chaſuarii*.

[e] Quapropter *Althamerus* eos *Thuringos* falſo putat.

[f] Qui *Plutarcho* in Vitâ *Julii* TENTERIDES & *Ptolemæo* TINGRI ſunt.

[g] *Iſalam* autem aquas ſuas olim non commiſcuiſſe

Juhones. Mattiaci.

contermini. Horum agros Chattorum poſtea partes, occuparunt *Juhones* & *β Mattiaci*. Horum fuit ſuperior ripa & Naſſovienſis Comitatus, cum Wetteravia & Haſſiæ parte, qua *Marpurgium* nunc eſt, quondam *Mattium* dictum [b], unde genti nomen; illi inferiora tenuere, cum Weſterwaldia.

Marcomanni. Seduſii.

Marcomanni, antequam cum Seduſiis & Harudibus in Bojohæmum migrarent, fines habuere inter Rhenum Danubium, Cocharum & Nicrum amneis. *Seduſii* [i] inter Cocharum, Nicrum, Rhenum & Mœnum: proximi his fuere *Harudes*, ad lineam à fonte Mœni ad Danubium uſque & opidum Ingolſtadium ductam. *Allemanni* Gallorum fuere colluvies, ſub Cæſare Auguſto, quum Maroboduus Marcomannos, Seduſioſque & Harudes in Bojohæmum deduceret, in horum fineis inter Danubium, Rhenum ac Mœnum tranſgreſſi: unde nomen.

Harudes. Allemanni.

Hermiones. Cheruſci. Chatti.

II. *Hermiones* verſus Meridiem ad Danubii uſque ripam incoluerunt: in his populi fuere iſti: *Cheruſci*, *Chatti*, *Hermunduri*, *Nariſci*, *Marcomanni*, *Quadi*, *Oſi*, *Gothini*, *Lugii*, *Burii*, *Marſigni*. γ *Cheruſcorum* agros nunc tenent Brunſwicenſes, ac Luneburgenſes: *Chattorum* Haſſi & Thuringi.

Hermunduri.

δ *Hermunduri*, ab initio inter Salam & Albim & Bojohæmum incoluere Voitlandiam, & Miſniæ Saxoniæque ſuperioris parteis; deinde quum Harudes cum Marcomannis ac Seduſiis in Bojohæmum tranſgreſſi, Harudum porro agros illi occuparunt ad Danubium uſque. Hi poſtea proprie *Suevi* dicti ſunt. *Nariſci* tenuerunt inter Bojohæmi Occidentale latus & Danubium, lineamque à Mœni fontibus ad opidum Ingolſtadium ductam, poſtmodum *Arnalauſi* dicti: *Marcomanni*, *Seduſii* atque *Harudes*, Maroboduo duce, à Rheno in Bojohæmum tranſgreſſi ſunt: ubi tamen Seduſiorum Harudumque nomina obſcurata vel prorſus exſtincta. *Quadi* antiquitus inter Bojohæmum, Danubium & Marum flumen incoluerunt; poſtea vero nomen eorum ad Sarmatica uſque juga, quæ ſunt in Hungaria, inter duo celebria quondam opida, *Erlam* & *Vaciam*, protenſum fuit. *Oſi* Moraviæ ac Sileſiæ parteis coluere, inter opida *Oſtram* & *Oſwiecziim*; quorum hoc Viſtulæ, illud Maro impoſitum. Infra hos fuere *Gothini*, itidem Sileſiæ partem inter Mari Vartæque fluminum fonteis colentes. Hinc *Lugii*, magna gens inter Vartam & Viſtulam, Poloniæ partem tenuere, ad opidum uſque *Uladiſlaum* Viſtulæ appoſitum. His contermini verſus Occidentem *Burii* [k], inter Vartam & Viadrum; his *Marſigni* inter Viadrum & Bojohæmum: utrique finitimi Semnonibus ſupra dictis.

Suevi. Nariſci. Arnalauſi. Marcomanni. Seduſii. Harudes. Quadi. Oſi. Gothini. Lugii. Burii. Marſigni.

Baſtarnæ ſive Peucini. Peuce inſula.

III. *Baſtarnas* quondam à Viſtulæ dextrâ ripâ ad oſtia uſque Iſtri incoluiſſe, ſuprà dictum eſt. Ipſos quoque oſtiorum inſulas tenuiſſe, quarum maxima dicebatur *Peuce* [l], nomen eorum alterum *Peucini* indicat. 1

IV. *Æſtii*,

iſſe *Rheno*, ex *Ortelio* multiſque *Tab. Geograph.* eſt diſcendum; cùm Fontem & Nomen adhuc habeat in Regione *Weſtfaliæ* inter *Scheerenbeek* & *Ranſzdorp* Opida, quà deſcendens verſus *Dotechemum*, dictum *Duisburgum* alluit, rectaque oceanum petit.

BUNONIS.

β In Mattiacis *Curtius Rufus* argenti venas aperuit.

γ Cheruſci non tenuerunt agros Brunſwicenſes & Luneburgenſes; verum ſedes ſuas habuerunt iis in partibus, ubi hodie eſt [m] Thuringia & Voglandia, ad Albim uſque, Marcomannorum vicini.

δ Hermunduri Taciti ætate ad Danubium ab Egræ fontibus, cis Hercinium ſaltum, fines ſuos extenderunt. Eaſdemque ſedes tenuerunt M. Aurelii Imperatoris ætate. At Diocletiano imperante Septemtrionem verſus in mediterranea Germaniæ ceſſerunt, ac videntur occupaſſe Cheruſcorum ſedes, qui jam pridem dulce otium amplexi, adeoque ſpretis armis recte uti neſciebant.

HEKELII.

[b] *Nominis enim alluſio adeo non diſſona eſt.*

[i] *Ptolemæo* fortè *Sudini.*

[k] Quos *Chriſtophorus Pyramius* etiam *Sileſios* eſſe cenſet.

[l] Quam ob formam triangularem *Euſtathius* commendat.

[m] Ex mente *Ortelii* Comitatus Mansfeldenſis.

REISKII.

1 (a) Ita quinque Germanorum genera è Plinio petita finem capiunt: Unde nomen ſingula ſuſceperint,

(a) Germanorum genera.




Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
CODANUS
Insula. in qua sedes deæ Hertliæ. idest Terræ matris.
SINUS quod et MARE SVEVICUM
SAXONES
CHAUCI.
ANGLI
VARINI
EUDOSES
RUGII
HERULI
GUTONES
GOTHONES et GOTHI
SCIRI
ÆSTIORUM pars
CHERUSCI
SVEVIA quæ cis Codanum fuit sinum
Antiqua descriptio Autore Phil CLVVERIO.
CAVIONES
SVARDONES
NUITONES
DEURINGI qui et THORINGI
SIDINI
CARINI
LANGOBARDI
BURGUNDIONES
VENEDI Sarmatæ
LUGII qui et LYGII et item LOGIONES
PEUCINI qui et
CHATTI
SEMNONES
BURII
DURI
MARSINGI
OSI
BOIOHÆMUM
MARCOMANNI
NARISCI qui et NARISTI et ARMALAUSI
ALEMANI
HERMUNDURI
GOTHINI et COTINI et GOTHUNNI et GOTHAUNI
BASTARNÆ
Carpates mons
SARMATÆ VAGI, sive IAZYGES et METANASTÆ
BOII
Vindelicorum
VINDELICIA,
NORICUM
PANNONIA
DACIÆ pars
Millia passuum

IV. *Æſtii*, quos Livoniam Pruſſiamque inhabitaſſe, ſupra dixi, cui quinque generum aſſcribendi ſint, dubito: quum ab Rheno quondam in has ſedes inter Ingævones Baſtarnaſque profecti fuerint. Diſtinguebantur in *Hirros*, atque *Scyros* ſive *Sceros*: hi Pruſſiam, illi Livoniam habuere. Æſtii. Hirri. Scyri.

V. Cæterum, *Suevia* antiquiſſimis temporibus erat, quicquid ab Occidente Bojohæmicis montibus, Salâ, Albi, & Travâ amnibus, ſinu Codano, ac mox mari Germanico; à Septemtrionibus mari glaciali; ab Oriente ſinu Albo, lacu Albo, ſinu Botnico, mari Codano, & Viſtula Maroque; à Meridie Danubio includebatur. Quod ſpatium Suevi incoluerunt, in nationes ſupra memoratas diſtincti. Eorum antiquiſſimi nobiliſſimique ε *Semnones* fuere, utram que laté accolentes ripam *Viadri*, qui amnis antea *Suevus* dictus: unde genti nomen, & à gente poſtea mari cognomen *Suevico*, vulgo nunc *die Ooſt-Zee*. Sed poſterioribus ſeculis Suevi propriè habiti ſunt, ceu peculiari nomine Suevorum pars, *Hermunduri*: quorum nunc etiam poſteritas durat in regione, quæ vulgò dicitur *Schwaben*. Suevia. Semnones.

VI. *Nullas*, inquit Tacitus, *Germanorum populis urbeis habitari, ſatis notum eſt: ne quidem pati inter ſe junctas ſedes. Colunt diſcreti ac diverſi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit.* ζ Priſcorum Germanorum habitationes.

CAP.

rint, non liquet, niſi Tacitum ſequaris, & à primo Manno, hujuſque tribus pluribuſve filiis gentes enatas integras & appellatas dixeris: cum Annio Viterbienſi ad commenta ruere inconſultum erit. Conſultius videtur (a) *Vandalos* vocari à crebris migrationibus, quaſi *Wandeler*: *Ingævones* ab internis habitationibus quaſi *Ingwohner*: *Iſthævones* ab externis & occaſui propioribus, quaſi *Weſtwohner*: *Herniones* quaſi *Herwohner*. *Peucini* à *Peuce* quadam Illri inſula. Baſtarnæ itidem ad Germanas origines à Strabone Lib. VII reducti. Sed neque ab his derivationibus omne dubium abeſt. Extra dubitationem id pono, *Vandalos* tot factis in Galliam, Hiſpaniam, Africamque migrationibus non amplius ſupereſſe, niſi *quod reges Sueciæ Daniæque, Duces item Pomerani ac Meclenburgici* eoſdem in titulis admittant, tanquam mari olim Balthico vicinos. Vandalis & terra & appellatione proximos ut Vinedos, Venedos & Vindelos rear, teſtimonio veterum & permutato utriuſque gentis nomine inducor. Plura quæ de generibus Plinianis & populis, horumque ſedibus in promtu ſunt, prætermittere cogor. De (b) Chaucis, utriſque Cheruſcis, itidem & Saxonibus Albinum, Conringium, & utrumque Meibomium conferat, cui lubet: De Suevis autem Cluverium noſtrum Germaniæ antiqu. Lib. III. c. 24. Res (c) Cheruſcorum cum Arminio geſtæ, antiqua Taciti de ſitu horum, Straboniſ & Ptolemæi teſtimonia non patiuntur, ut in Miſniam, Thuringiam & Voigtlandiam eas conjicias. De habitationibus Germanorum veteribus, varia per agros mutatos migratione, communique per pagos diviſione Conringius, Freherus, uterque Meibomius, nec non ipſe Cluverius legatur Lib. I. German. c. 13.

BUNONIS.

ε (d) *Semnones* [n] vicini fuerunt Cheruſcis, ut qui arma potuerunt conjungere cum Cheruſcis adverſus Maroboduum Marcomannorum regem, à quo deſecerant. Semnones igitur partem Electoratus Saxonici, Marchiæ Brandenburgenſis, Luſatiæ & Sileſiæ tenuerunt. *Cherusci* vero Thuringiam ad Albim uſque & Voigdlandiam incoluerunt, quorum Dux Arminius adverſus vicinum Maroboduum bellum geſſit. De (e) *Francorum*, nobiliſſima Germaniæ gente, nonnihil heic dicendum videtur. Gallieni, Claudii & Probi Imperatorum Romanorum temporibus innotuerunt primum Franci: & ex eo tempore perpetuum cum Romanis geſſerunt bellum, donec omni potirentur Gallia [o]. Francos iſtos Germanos fuiſſe, certiſſimum eſt. Quod vero à Geographis antiquis nomen eorum non memoratur, inde colligitur, ab ipſa gente illud poſtea aſſumptum eſſe, quum antea aliter fuiſſent appellati. Fuit autem Francorum natio Rheni accola gens, D. Hieronymo teſte, *non tam lata, quam valida, inter Alemannos & Saxones* collocata: quæ loca incoluerunt Catti, quos fortes & bellicoſos his ſuis ſedibus ab aliis pulſos non legimus. Catti igitur ſunt, qui eo nomine voluerunt appellari, dicique *Franci*, id eſt, *liberi*, & *libertatis propugnatores*. Adhuc hodie Germanis in uſu eſt formula; *Er iſt Franck und Frey*.

ζ Priſcorum Germanorum mores omnium optimè deſcripſit Corn. Tacitus libr. de Germ. [p]

HEKELII.

[n] Quos *Ptolemæus* etiam fecit *Italiæ* Populos.

[o] *Socrates Scholaſticus* & *Sozomen.* dicunt, *Conſtantini M.* tempore eos in *Galliam* irrupiſſe.

[p] Quem *Matthias Berneggerus* Quæſtionibus Miſcellaneis vere doctis, iiſque Anno 1640. *Freinſhemiana* curâ *Argentorati* in 8 editis, & G. *Caſp. Kirchmaier* Commentario non inutili *Witteb.* Anno ejuſd. Sec. LXIV. in 8. exc. probe illuſtrarunt. Leg. & *Joan. Barclaii* Icon Animorum Cap. v. p. 147. ſeqq. Edition. *Dreſd.* quæ operâ noſtrâ cum Notis *Buchnerianis* Aº LXXX. in 8. prodiit.

BUNO-

(a) Vandali. (b) Chauci. (c) Cheruſci. (d) Semnones. (e) Franci.

CAP. IV.

De Vindelicia & Norico.

I.

ANtequam hodierna Germania explicetur, terrarum inter Alpes & Danubium primum exponenda erit antiquitas; nam hæ jam circa Annum Domini CCC ab Allemannis, Marcomannis ac Quadis occupari cœperunt, perpetuoque in hunc usque diem ab iisdem nationibus possessæ sunt. Unde etiam parteis factæ Germanici imperii. Inter Rhenum igitur, sive quem Rhenus transit, lacum Brigantinum, & Lichum amnem, *Rhætos*: inter Lichum & Ænum *Vindelicos*: inter hos & Cethium montem, qui ad Viennam desinit, in Danubii ripa, *Noricos* ponit Ptolemæus; sed falso: ut ex Strabonis Pliniique patet Geographia, simulque situ regionum. Namque *Rhæti* Alpes tantum incoluere, & earum valles, à Septemtrione ad lacum usque Brigantinum. Sub Alpibus ad Danubium usque fuere inter dictum lacum & Ænum flumen *Vindelici* [a]. Hinc ad Cethium usque montem *Norici*: quorum hi etiam ipsas Alpeis tenuerunt apud Fori Julii regionem. 1

Rhæti.

Vindelici. Norici.

II. Nomen habuerunt à *Norcia* [b], urbe supra Aquilejam sita. Reliqua opida clara fuere ista: *Ovilia*, *Wels* nunc; in Danubii ripa. *Vindoniana*, quod corrupte [c] *Vindobona*, & apud Ptolemæum corruptiùs *Juliobona*, vulgo nunc *Wien*; Lauriacum, nunc *Lorck*.

Nomen Noricorum.

III. *Vindelicorum caput* fuit *Damasia* [d], quæ postea colonia Augusti Cæsaris auspiciis deducta *Augusta Vindelicorum* dicta est. Cætera loca maxime celebria fuere: *Juvavium* [e], sive *Colonia Jovavia*, vulgo nunc *Saltzburg*; Dein *Reginum*, sive *Regina castra* [f], vulgo nunc *Regensburg*; nomine à flumine *Regino*, vulgo nunc *Regen*, olim tracto. Hinc *Batava castra* [g], vulgo *Passau*: & prope hoc opidum, apud Danubii Ænique confluenteis, *Bojodurum*; quod nomen accepit à Bojorum trajectu, qui à Marcomannis è Bojohæmo pulsi in has oras transmigrarunt, quas etiam nunc eorum posteri tenent, nomine nunc vitiato, *Bavari*: superioribus seculis *Bojoarii*, & *Bojuvarii* dicti. Reliqua opida fuere; Abusena, *Abensperg*: Guntia, *Guntzperg*: Campodunum, *Kempten*: Abudiacum, *Fuessen*; Isiniska, *Munchen*. a

Vindelicorum caput Damasia.

CAP.

BUNONIS.

a *Bojorum* gens, quam Maroboduus Marcomannorum Rex Bojohæmia expulit, testibus auctoribus multis, Gallica fuit: Bojoarii igitur, sive *Bavari*, qui hodie appellantur, quum Germani sint, quod ex idiomate colligitur; Bojorum istorum nepotes esse non possunt. Bojoarii vero videntur dicti, à Bojorum sedibus, quas occuparunt. Sicut hodie Venedi, qui Bohemiam incoluut, Bohemi appellantur, qui tamen à Bojis istis non sunt profecti.

HEKELII.

[a] Qui *Licatii* seu *Lechrainer* vulgo appellantur.

[b] *Noreja* PLINIO *Taurisscorum*, qui Populi *Pannoniæ*. Opidum est, ubi, ut *Strabo* Lib. v. *Geograph.* p. 390. scribit, Aurum purgatur, & Commodæ Ferri fecturæ sunt. Heic *Cn. Carbo* inani Conatu cum *Cimbris* quoque conflixit.

[c] Ab *Antonino*.

[d] Arx *Lycatiorum*.

[e] S. *Juvavia*.

[f] S. *Reginoburgum*.

[g] S. *Patavium*.

REISKII.

1 (a) Vindelicia & Vindelici ab Vinda Lycoque fluviis, quos accolebant, nomen quin susceperint, nemo dubitabit, nisi qui antiquitatum omnium expers: Unde suam ducant originem, docet Polybius Lib. II. qui Alpinas gentes à Transalpinis, non genere sed loco differre scribit. Ergo Vindelici cum Noricis ad stirpem Celticam revocabuntur, & varias Bojorum migrationes, sedemque in Germania & Italia toties mutatam faciliores aut verosimiliores efficient, quas Græci & Romani historici prodiderunt. Utramque vero regionem Rom. imperio subjectam documenta, quæ adhuc extant, publica, & numi etiam cusi, Notitia item Imperii vetus & præfectura Illyrici occidentalis, nec non Velserus in Commentario rerum Augustanarum, & Tschudus in Alpina Rhætia perspicue commonstrant.

(a) Vindelici.

BUNO-


CHASSI
MATTIACI
BOIOHÆMUM
GERMANIA
MARCOMANNI
NARISCI
HERMUNDURI
VINDELICIA
Boii
Boii
ISARCI
VINDELICIÆ et NORICI
Conterminarum
Septemtrio
Meridies
Occidens
Oriens
SINUS ADRIATICUS
Millia passuum
Danubius amnis
Germaniæ et Romani imperii
BOIORUM deserta
RICUM
NONIA
GALLIÆ HELVITII PARS
RHÆTIA
CARNI
Alpes Noricæ
Alpes Clavenna
Verona
Patavium
Vicentia
Sabaria Colonia
Scarabantia
Arae Flaviae
Solicinum
Abnoba mons
Brigantium
Vindelicorum Colonia
Augusta Vindelicorum
Regina castra
Ratisbona
Castra Regina
Juvavum
Lentia
Ovilia
Lauriacum
Carnuntum
Vindobona
Vindomana
Arrabona
Tarnantonia
Claudia
Noricum
Virunum
Teurnia
Aquileia
Forum Julii
Tergeste
Pola
Istri
Parentium
Tridentum
Sublavio
Curia
Tinnetia
Tiguratium
Vipitenum
Beatum
Aguntum
Lavant
Drave fl.
Danubius fl.
Rhenus fl.
Isara fl.
Inn fl.
Adige fl.
Brenta fl.
Piave fl.
Tagliamento fl.
Isonzo fl.
Arsia fl.
Formio fl.
Timavus fl.
Sontius fl.
Athesis fl.
Mincius fl.
Padus fl.
Lacus Benacus
Lacus Felix
Lacus Venetus
Lacus Acronius
Lacus Arianus
Lacus Tergestinus
Lacus Flavianus
Lacus Pelsonis
Lacus Peiss
Lacus Brigantinus
Lacus Curiensis
Lacus Constantiensis
Lacus Lemanus
Lacus Verbanus
Lacus Larius
Lacus Sebinus
Lacus Gardanus
Lacus Benacus
Lacus Venetus
Lacus Acronius
Lacus Arianus
Lacus Tergestinus
Lacus Flavianus
Lacus Pelsonis
Lacus Peiss
Lacus Brigantinus
Lacus Curiensis
Lacus Constantiensis
Lacus Lemanus
Lacus Verbanus
Lacus Larius
Lacus Sebinus
Lacus Gardanus



CAP. V.

De fluviis, ſilvis ac montibus Germaniæ. 1

I.

CElebriores Germaniæ fluvii, iidemque navigiorum capaces, ſunt; Oceanum petentes: α *Rhenus*, ſecundus claritudine Europæ: qui lacum Brigantinum, vulgo *der Boden-See*, tranſiens, recipit *Nicrum*, vulgo *der Necker*; & *Mœnum*, vulgo *der Meyn*, *Luppiamque*, vulgo *die Lippe*. Hinc β *Amiſius* ſive *Amiſia*, vulgo *die Ems*: *Viſurgis*, *die Weſer*, ſuperiore ſui parte *die Werre*. Inde γ *Albis* nunc vulgo *die Elbe*, *Salam*, vulgo *die Sale*, unà ſecum devehit. In Fluvii Germaniæ.

BUNONIS.

α (a) *Rhenus* ex ſummis illis Alpium jugis, quibus Gothardi & Adulæ nomen eſt, oritur, è duobus fontibus, quorum alter *Anterior*, vulgo accolis *der vordere Rhynn*, alter *Poſterior*, *der hindere Rhynn*, promanans [a] in ſiniſtro latere, præter multos amneis ad Confluenteis, vulgo *Coblentz*, etiam recipit (b) *Moſellam*; Ad munimentum Schenkii in duos primum ſcinditur alveos, quorum ſiniſter *Vahales* [b] vocatur, vulgo *de Wale*, Noviomagum, Tiliam, Bomelium, Geldriæ opida præterlapſus, perfert nunc nomen iſtud ad arcem uſque *Lœvenſtein*; juxta hanc foſſa à vico *Bocboven*, manibus quondam mortalium egeſta, aquas pariter Moſæ in Vahalis flumen invexit & nomen. In dextra hac ripa à Lœvenſteinio viſitur *Gorichomium*. Non heic tamen, ſed ad *Geroſlitium*, olim fuerunt Moſæ & Vahalis confluentes. Ex dextro ejuſdem Rheni alveo, per *Foſſam Druſianam*, quæ à vico *Iſeloort* ad opidum *Doesburg*, deducta pars Rheni in *Iſalam* fluvium derivata eſt. Ex tertio, medio & antiquo Rheni alveo, Civilis novum fecit, in quem Rhenum deduxit, qui nunc *Lecca*, vulgo accolis *die Leche*, vocatur [c]. Ita Rheni aquis alio derivatis, curſuſque violentia adempta, antiquum ejus oſtium arenarum tumulis obſtructum eſt, quod fuit haud procul Leidâ urbe inter maritimos vicos *Catwych* & *Nortwych*. In dextro ſuo latere Rhenus (c) *Nicrum* recipit ad Manhemium: (d) *Mœnum* ad Moguntiacum: cui ſe ad Werthemum jungit (e) *Tubaris*; & (f) *Luppiam* ad Veſaliam inferiorem. [d]

β (g) *Amiſia* [e] in Riethbergenſis Comitatus & Paderbornenſis Epiſcopatus colliminio, haud longe ub ipſa Paderborna ortus, infra Embdam Friſiæ Orientalis metropolin ad opidum Groningenſis Dominii *Delfzyel* mari Germanico miſcetur. Ad Myndam Brunſvicenſis Ducatus opidum (h) *Vierra* & (i) *Fulda* confluunt; ac duo iſta flumina inde vulgo appellantur uno nomine, *die Weſer*, id eſt, *Aquæ* ſeu *Flumina*. Infra Ducatum Bremenſem ad *Depſtede* in Oceanum fluvius iſte ſeſe exonerat.

γ (k) *Albis* [f] in valle montis Gigantei, vulgo *der Rieſenberg*; qui eſt in limitibus Bohemiæ & Sileſiæ [g], naſcitur; accolæ vallem vulgo vocant vallem Diaboli, *den Teufelsgrund*; ac XVI milliaribus infra Hamburgum vaſtiſſimo oſtio in mare Germanicum ſe effundit. *Albi* miſcetur (l) *Sala* ad Calbam: ad Werbenam (m) *Havela*, (n) *Spreva*, (o) *Niſſus Sileſius*, *die Neiſſe in Schleſien*, ad Schurgaſtum: & (p) *Multavia*, *die Moldau*, ad Melnicum.

HEKELII.

[a] Undè & *Virgilio* Lib. VIII. *Æneid.* v. 727. non ineptè *Bicornis Rhenus* dicitur. Et reprehenduntur hôc Epithetô omnes ii, qui plura, quam duo, Oſtia illi tribuunt.

[b] ſ. *Vabalis*, C. Tacito, & *Walis* Cæſari.

[c] Alioquin tres Rheni Alveos ſtudioſe deſcripſit *Cluverius* noſter ſingulari Commentario, quem *Lugd. Batav.* Anno MDCXI in 4 f. vidimus excuſum.

[d] Per hunc Fluvium nobiliſſimum à *Francofurto* uſque ad Oceanum *Germanicum*, ubi exonerat, merces innumeræ & vina quotidie feruntur.

[e] Et Ptolemæo Αμασὶς, *Amuſis*; Straboni vero Αμασία, *Amaſia*.

[f] A nonnullis ex *Latinis* ALBIA barbare dictus.

[g] Ex undecim Fontibus ſimul conflatis; unde & *Germanis Elbe*, qs. *Elve*, ſ. *Elfe*, à numero nempe dictus videtur.

REISKII.

1 Juga (q) montana & montes ipſi ſunt hydrophylacia ſive ſubterranea quædam aquarum receptacula, unde fontes ſcaturiginem, ex iiſque flumina, fluvii & amnes fluxum ſuum inchoant, continuant: *Alpes* nimirum Helveticæ, unde Rhenus cum cataracta prope Schaaff huſium vehementiſſima, nec miſtis cum lacu Bodamico aquis prolabitur: *Jugum Hercynium* ab Alpibus cœptum, & per brachia quaſi Alpina in medio Germaniæ flexuoſis ambagibus procurrens, ut Sudetes Sileſiæ cum Giganteo monte (*Rieſengebirge*) Bohemicos, in iiſque Piniferum, Bructerum Harzicoſque contineat, Carpathicos vero tangat. Unde (r) *Sylvam Hercyniam* Romanis Græciſque auctoribus decantatam non miraberis, quod tam longe lateque cum jugo illo pateat, & Harzicam quoque nobis proximam comprehendat. Hinc ergo *Danubius* rapidiſſimo curſu, multis inſulis, & multa fluviorum verſus orientem procurrentium conjunctione inſignior: *Werraba* aut Werre à primo apud Thuringos fonte, poſt hujus & Fuldæ confluentes Weſera vel Wiſera, unde Latini Græcique nominis Viſurgis ratio: *Albis Elſſ* appellatione fluviis communi, duabus phialis ſeu lacubus Sudetum & decurſu longo nobilis. Sed quiſnam

(a) Rhenus. (b) Moſella. (c) Nicrus. (d) Mœnus. (e) Tubaris. (f) Luppia. (g) Amiſia. (h) Vierra. (i) Fulda. (k) Albis. (l) Sala. (m) Havela. (n) Spreva. (o) Niſſus Sileſius. (p) Multavia. (q) Montes Germ. (r) Sylvæ Hercyn.

In ſinum Codanum ſeſe effundunt; *Chaluſus*, ſive δ *Trava*, vulgo *die Trave*: ε *Viadrus* [b], antea *Suevus*, & Plinio *Guttalus* dictus, vulgo nunc *die Oder*: ζ *Viſtula* ſive *Viſtillus*, *die Weixel*. At η *Danubius*, vulgo *die Donau*, & *Danau*, omnium Europæ maximus, à dextra ripa ex Vindelicia *Lichum*, vulgo *der Lech*, & *Ænum*, vulgo *der In*, à læva *Navam*, vulgo *die Nabe*, & *Marum*, *die March*, in Pontum Euxinum defert.

Sylvæ. Hercinia. Semana. Gabreta. Martiana. Cæſia.

II. *Sylvarum* Romanis monumentis celebratæ ſunt; *Hercinia*, totam ferè olim Germaniam occupans; propriè tamen ſic circum Bojohæmum appellata, vulgo nunc *der Bohaymer Wald*. *Bacenis*, quæ & *Semana*, vulgo nunc in Brunſvicenſi Ducatu *der Hartz*, antiquam Herciniæ memoriam ſervans. *Gabreta*, vulgo *der Dæringer Wald* [i]. *Luna*, inter Moraviam, Poloniam & Hungariam. *Martiana*, ſeu fortè rectius *Hartiana* [k], nunc *der Schwartz Wald*. *Cæſia*, ad dextram Luppiæ amnis ripam, haud procul Veſalia. ϑ

Montes.

III. *Montium* nobiliſſimum *jugum Hercinium*, Bojohæmum cingens, qui & *Suditi* [l] montes. Dein *Abnoba*, in Ducatu Wirteburgenſi circa Danubii Nicrique fonteis. *Taunus*, ex adverſo Moguntiaci, vulgo *der Hayrich*. *Rhætico*, ex adverſo Bonnæ, *das Sieben-gebirge*. *Melibocus* in Brunſvicenſi Ducatu, apud Semanam Sylvam, vulgo *der Blocks-berg*. ε

CAP.

fluvios exhauriet omnes? (a) Mons unus Pinifer duobus ſeſe faſtigiis effert; *altero quidem ſaxeo*, quod caput bubulum à figura vocant; *alteroque lacuſtri*, ubi fontes & phialæ quatuor fluviorum in uno Hydrophylacio latent: Fluvii autem iſti quatuor plagas petunt; Mœnus ſcilicet occidentem, Egra orientem, Nabus meridiem, Sala Septemtrionem, unoque *Mens* vocabulo concluduntur. Vide Conrad. Celtis Epig. Sin præſens ea videas, quæ juvenis perluſtravi, permirabere.

BUNONIS.

δ (b) *Trava* [m] aliquot milliaribus infra Lubecam mare ſubit Ealticum.

ε (c) *Viadri* fontes ſunt in Sileſiæ & Moraviæ confinibus, haud longe ab opidulo *Oder*; qui (d) *Bobera* ad Croſnam; (e) *Niſſo Luſato* ad Gubenam, atque ad Cuſtrinum (f) *Vartha* fluminibus receptis aliquot, infra Stetinum in eum aquarum ſinum, qui vulgo vocatur *das groſſe Haff*, diffuſus, duabus celebrioribus faucibus *die Schwiene*, & *die Dievenau*; mari miſcetur Baltico. [n]

ζ (g) *Viſtula* haud longe à Viadri fontibus in Teſchinenſi Ducatu ortus, Cracoviam, Warſaviam, Thorunium, aliaque poſtquam alluit opida, ex dextra ſua ripa partem aquarum per alveum vulgo *Nagot* dictum, Mariæburgo irrigato, in ſinum aquæ dulcis, *das Friſche Haff* invehens, Inſulam Magnam, *das groſſe Werther* efficit; altera Viſtulæ pars ad locum, qui vulgo *das Haupt*, iterum in duos ſcinditur alveos, quorum dexter in eundem aquæ dulcis ſinum influit; ſiniſter vero infra Dantiſcum ad Mundam caſtellum mare ſubit Balticum, inſulamque *Neringam* magna ex parte ambit.

η (h) *Danubius* apud Suevos in jugo mediocriter excelſo naſcitur eo tractu, quem Hegoviam appellant: Sexaginta amnibus auctus, ſex oſtiis in Pontum Euxinum effunditur.

ϑ *Sylva Ottonis*, *der Odenwald*, ad fines Palatinatus inferioris [o] verſus Franconiam quoque celebris eſt. [p]

ε *Pinifer Mons*, *der Fichtelberg*, in finibus Palatinatus ſuperioris & Bohemiæ, quatuor effundit flumina, *Mœnum*, *Nabum*, *Egram* & *Salam*.

HEKELII.

[b] A recentioribus ferè omnibus perperam ſic dictus: *Ptolemæo* enim *Viadus*, ſ. Οὐιάδος Ὄρ, audit.

[i] S. *Thuringer-Wald*.

[k] Juxta *Friburgum Briſgoviæ*.

[l] S. ut omnia Exemplaria *Latina* habent, *Sudeti*.

[m] S. *Dravenna*, & quidem *Althamero* & *Kirchaimero*.

[n] Hic Fluvius à *Nigro* falſo vocatur *Suevus*, *Suevus* enim hodie *Spre*, ſeu *Spree*, vocatur, nec in Mare, ſed in *Albim* fluvium, ut notum, ſeſe exonerat.

[o] Prope *Heidelbergam*.

[p] Eſt & celebris Sylva illa non procul à *Mœni* Ripâ, ubi *Francofurtum*, *Aſchafenburgum* & *Moguntiam* attingit, quam *olim* & *adhuc Speſſhart* dictam novimus; necnon illa prope *Herbipolim* & *Papebergam*, quæ *Steygar-Wald* vocatur. Notandum autem, quòd *Hercynia* cum diverſis Montibus ab Autoribus ſæpiſſime confundatur.

RE-

(a) Mons Pinifer. (b) Trava. (c) Viadrus. (d) Bobera. (e) Niſſus Luſatus. (f) Vartha. (g) Viſtula. (h) Danubius.

CAP. VI.

De Incolis Germaniæ. 1

I.

DE origine gentis Germanorum, multi, hoc noſtro ſæculo, multa fabulati ſunt, nugatique Germani ſcriptores. Antiquus juxta, & gravis in primis auctor Romanus Tacitus, in libro quem de hac gente conſcripſit: *Celebrant* (inquit) *carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & annalium genus eſt) Tuitonem Deum, terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoreſque.* Mannus hic erat Adam, *Theut* vero ſive *Tuit*, ipſe *Deus* rerum omnium auctor; qui è terra condidit formavitque primum hominem, Germanis *Mann*, Hebræis *Adam*, dictum. Ab hujus igitur *Theut* nomine tota gens ſibi nomen adſcivit, *Theutiſci*, ſive, variante Dialecto, à *Tuit*, *Tuitiſci*, vulgo *die Teutiſche & Duytſche.* Unam eandemque linguam antiquiſſimis temporibus fuiſſe per univerſam Hiſpaniam, Galliam, Britannicas Inſulas, Germaniam & Illyricum, omneſque has nationes in univerſum Græcis dictos fuiſſe Celtas, ſuprà in deſcriptione Galliæ dictum. Cæſar in Comm. de Bell. Gall. *Gallos*, ait, *a Dite patre ſe prædicaſſe*: per quem illi haud dubiè intellexere eundem *Tuitonem* Germanum: quando Lucanus illorum Deum *Teutatem* memorat. Eundem vero *Teutatem Mercurium* coluiſſe Hiſpanos, auctor eſt Livius. Ex hoc igitur argumento, ſimulque ex illo de lingua Celtica, colligere licet, omnes prædictas quinque nationes uno vocabulo olim dictas fuiſſe Teutiſcos, *die Teutiſche.* *Aſchenazem* Noachi pronepotem ab urbe Babylone in diſperſione gentium huc deduxiſſe ſuos, alibi demonſtratum eſt. Hinc poſtmodum Hebræis ſemper gens Germanorum dicta fuit *Askenazim.* Origo Germanorum.

II. Cæterum, nationes nonnullas jam antiquiſſimis temporibus à Germaniâ in Gallias commigraſſe, Gallos in Germaniam tranſgreſſos, tradunt apud Romanos maximè Cæſar & Tacitus. *Helvetii* inter Danubium, Rhenum & Mœnum, Bojohæmumque, loca tenuere: ipſum Bojohæmum *Boji*; unde nomen regioni. Poſterioribus ſæculis, quum Germanorum diverſæ nationes, *Gothi*, *Burgundi*, *Rugii*, *Vandali*, *Longobardi*, *Marcomanni*, *Quadi*, alii in Italiam, in Galliam alii & Hiſpaniam, proficiſcerentur; contermina olim trans Viſtulam gens *Venedi*, ſive *Vinidi* [a], quæ iidem & *Slavi*, magnam Germaniæ partem occuparunt, ad Albim uſque. Hinc crebra in Sileſia, Luſatia, Miſnia Germanorum migrationes.

REISKII.

1 (a) De primo gentis auctore Teutone vel Tuiſcone res liquet; Non ita de vero Deo, rerum omnium conditore, Mannoque hujus filio Adamo, nec de nomine cunctis Celtarum nationibus communi, quo Teutiſci clueant: Hoc enim teſtimoniis veterum Scriptorum vix confirmabitur. (b) Lingua quidem apud Celtas una, vetus nempe Teutonica, tanquam mater Scaligero doctiſque viris viguiſſe dicitur; hujus tamen matricis propagines fuerunt *Francica*, *Saxonica*, *Danicaque.* Teuto etiam ſive Teutani & Tanno quin locum inter Deos Galli, Hiſpani, Ægyptii attribuerint tanquam Deaſtro commentitio, Huetius in Demonſtrat. Evang. propoſ. IV. cap. 7. oſtendit. (c) *Aſcenaz* vero אשכנז *ridicule in Hebræorum ſcriptis eſt Germania*, inquit Bochartus Lib IV. cap. 38. ubi, quod ſupra declaraverat, denuo evicit. De veteſtis Germaniæ nationibus, quas ſecula poſteriora & migrationes mutuæ tulerunt, partim explicatum antea fuit, partim paulo inferius explicabitur: De Sclavis maxime, qui nec orientali nec occidentali Sclavia coercebantur, ſed amplas colonias & linguam ſuam in tota Germania diſſeminarunt. Vid. Helmoldus cum Arnoldi continuatione, & celeber. Schurtzfleiſch in Diſput.

HEKELII.

[a] *Ptolemæo Οὐινιδαι.*

(a) Teuto num verus Deus fuerit? (b) Celtica lingua. (c) Aſcenaz num German.

Miſnia, Marchia Brandeburgenſi, Meckelburgenſi Ducatu, ac Pomerania, Sclavonica Urbium, Caſtellorum ac Vicorum nomina. Gens ipſa adhuc incolit totum Bojohæmum atque Moraviam, Luſatiæ item agros magna ex parte.

CAP. VII.

Quota pars Germaniæ ſubjecta fuerit Imperio Romano.

I

AT operæ pretium fuerit, antequam ad hæc noſtra ſecula pergam, primùm indicaſſe, quota pars olim Germaniæ Romanorum armis debellata fuerit. Primi igitur Germanorum Romanis nomen ſuum dederunt; armaque noſcenda *Cimbri* atque *Teutoni*, ultrò Galliam Italiamque petentes: quos C. Marius partim in Gallia, partim in Italia ſub ipſis Alpibus vicit. Cæſar poſt hinc, dum Galliâ domitâ Rhenum tranſgreſſus *Germanos* irritavit, perpetuum Romanis bellum cum Germanorum gente concitavit. Reliqua omnia, quocunque arma tulerunt, prona illis fuerunt. Germanos ingentibus ſæpe exercitibus triumphatos magis, quàm victos, ipſimet Romanorum fatentur ſcriptores. At quota pars horum armis tot ſecula Germaniam petentibus perdomita fuit? Maximis equidem ipſorum Romanorum cladibus debellati fuerunt populi *Rhenum* inter & *Albim*, Auguſti Tiberiique auſpiciis: at poſt hos nihil ſub imperio ſuo retinuerunt, niſi Rheno proximos *Friſios*, *Uſipios*, *Tenctheros*, *Juhones Mattiacos*, & his conterminos *Alemannos*: qui tamen non origine Germani, ſed Galli fuerunt, ut ſuprà dixi. Sed & hi mox circa Annum Chriſti CC rebellarunt, Galliamque crebris incurſionibus vexarunt, quo tempore quoque natum *Francorum* nomen: quod ſibi omnes populi inter Rhenum Albimque incolentes, in unum corpus congreſſi, novùm à libertatis argumento impoſuerunt; protinus & ipſi Galliam crebris incurſionibus depopulantes. *a* 1

Cimbri & Teutoni.

Franci.

II. Reliqua ultra Albim Danubiumque Germania intacta ſemper manſit: quæ & ipſa poſtmodum *Suevis*, ut ſupra dixi, *Gothis*, *Burgundis*, *Vandalis* & *Longobardis*, aliiſque nationibus emiſſis, ultrò Romanorum imperium petiit, totum-

BUNONIS.

a (a) De *Francorum gente* [*a*] ſuperius ad finem Cap. III. ex D. Hieronymo in vita Hilarionis dictum eſt; quod illa fuerit *inter Saxones & Alemannos, non tam lata, quam valida gens*; adeoque diſcreta à Saxonibus [*b*]. Ipſi vero Saxones jam antiquiſſimis temporibus tenuerunt non ſolum Weſtphaliam, ſed etiam omnem illum terrarum tractum, qui eſt inter Viſurgim, Oceanum, Albim & Melibocum: quæ loca Tacitus attribuit Chaucis: Zoſimus vero Lib. III. in narratione rerum à Juliano ad Rhenum geſtarum tradit, Chaucos partem eſſe Saxonum, eoſque adverſus Francos geſſiſſe bellum, quod non ſolum eo tempore, ſed ſæpiſſime factum legimus, neque Saxones illi hiſce ſuis ſedibus pulſi ſunt, diſcreta à Francis gens. Non igitur, quod Cluverius hic exiſtimat, hiſce inter Viſurgim & Albim incolentibus, ſive Chaucis ſive Saxonibus, Francorum nomen impoſitum eſt, aut Franci habiti ſunt.

HEKELII.

[*a*] Quam *H. Junius* in *Batavia* C. IX. etiam deſcripſit.

[*b*] Quos *Cattos* à *Tacito* dici *Cranzius* putat.

REISKII.

1 (b) Cimbri & Teutones extrema Germania effuſi, ſociiſque aucti nationibus, primo Galliam, deinde Italiam irruperunt A. U. C. DCXLV, profligato conſule M. Silano, poſtea Scauro A. U. C. DCXLVII. Sed C. Marius conſul eos A. U. C. DCLII fudit, fuſoſque Italia & Gallia ejecit. Sed Germanicus gentes terraſque hic nullas domuit; ne Cæſar quidem Rheni tranſitu facto. (c) Rhenus ergo Imperii Rom. liberæque Germaniæ limes fuit, tot bellicis expeditionibus iruſtra inſumtis, & necatis Quintilii Vari legionibus. Numiſmata quidem Domitiani, M. Aurelii, & Alexandri Severi, Impp. aurea Germaniam captam, ſubactam vel devictam exhibent; ea tamen inſcriptio vel ſynecdochica vel hyperbolica fuit. Germani

(a) Francorum gens. (b) Cimbrica expeditio. (c) Germania Romanis non ſubdita.


Nova Totius
GERMANIÆ
DESCRIPTIO
OCEANI
GERMA
NICI
PARS
MARE BALTICUM
EAST SEA
Bornholm Inſ.
Vulgo
BELT
Pomerellia
POLONIA
Cujavia
BOHEMIA
HUNGRIÆ
GALLIA
PARS
COMITAT
BURGUNDIÆ
PARS
ITALIÆ
PARS
SAVONIA
CROATIA
BOSNÆ PARS
Lixemburg
Frankenland
Wirtenburg
Ducatus
Bavaria
Carniola
Schumat
Bacon
Mons
Albensis
Lacus
Constantiensis
Lacus
Verdun
Metz
Toul
Basilea
Vienna
Brixia
Mantua
Trento
Hollandia
Zuder
Zee
Groningia
Drent
Munster
Westphalia
Hanau
Namur
Brabant
Flandria
Picardie
Comte
Franche
Lorraine
Rhetia
Sabaudiæ
Pars
Wallis
Meckelnburg
Holsatia
Stant
Emeren
Oldenburg
Lauenburg
Marck
Brandenburg
Neumark
Silesia
Glogau
Meissen
Voit
Land
Grave
Polon Com
Neuhaus Com
Barsiens Com
Schemnitz
Leutschau
Norigradiens
Com
Tyrol
Stier
Mark



totumque propemodum occupavit. *Marcomanni* & *Quadi*, Danubii accolæ, jam inde à M. Antonini imperio, Vindeliciam, Noricum & Pannoniam Romanorum provincias, petere cœperunt. Nec ante Martia hæc Germanorum gens quievit, donec toto Romano Imperio per varias provincias occupato, ipſum tandem Imperii nomen decuſque in fines ſuos pertraheret.

mani enim Galliam tandem, Hiſpaniam, Italiam Romamque ipſam ſub Auguſtulo ceperunt; nec tamen unquam toto Romano imperio potiti, niſi occidentale unum pro Auctore intelligas. (a) Quam multæ vero gentes amplæ ac validæ uno Francorum nomine (*der Francken oder Freyen*) in fœdus unum coaluerint, quum longo ſpatio inter Rhenum, Amiſiam, Viſurgim & Albim diffuſæ illæ fuerint, ſcriptores veteres & hodierni præcipue docent.

(a) Sed victrix.

CAP. VIII.

De variis Germaniæ Regnis, ac noviſſima ejus diviſione.

I.

CÆterum, liberis olim rebuſpubl. Germani, inter Rhenum, Danubium, Viſtulam & ſinum Codanum, egerunt. Principes tamen plerique ſuos habuere: quos falſo nomine ſæpe *Reges* vocant Romani. Ultra ſinum Codanum duo fuere jam inde ingentia regna, *Sitonum* in Norvegia, & *Sueonum* in Suedia: quæ etiam nunc durant: niſi quod Norvagiorum Imperium tranſlatum eſt ad Danos. His poſtea acceſſerunt *Czechorum*, in Bojohæmo [a], & *Polonorum* ad Viſtulam amnem. At *Saxonum*, *Duringorum*, *Francorum Orientalium*, *Suevorum* ad fontes Danubii, ac *Bojoariorum*, quæ iiſdem ferè tempeſtatibus orta fuerant, circa Caroli M. tempora abolita ſunt. Hic, tandem Romanorum Imperio in Germaniam [b] delato, in varias provincias atque Ducatus eam diviſit; Norvagia, Suedia, Daniæque parte, trans mare Suevicum, ac Polonia cis Viſtulam, jam tum à Germania avulſis. (1)

II. Hinc *Germania* in *duas* parteis, id eſt, in *Superiorem* & *Inferiorem*, diviſa eſt. In *Superiore* ſunt regiones iſtæ: Helvetia, Alſatia, Suevia, Wirtenburgenſis Ducatus, Bavaria, Franconia, ſive Francia Orientalis, Palatinatus Rheni, Bojohæmum, Moravia [c], Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniola, Tirolis. In *Inferiore*, præter XVII provincias, quas vulgari nunc vocabulo vocant Belgium, ſunt: Leodicenſis Epiſcopatus, Lotharingia, Juliacenſis Ducatus, Colonienſis, Trevirenſis, Moguntiacenſis Archiepiſcopatus; Clivia, Weſtfalia, Haſſia, Duringia, Saxonia, Miſnia, Luſatia, Sileſia, Marchia Brandeburgenſis, Pomerania,

Germaniæ diviſio in Superiorem & Inferiorem.

(1) *De iis quæ huc uſque de Germania Veteri dixerunt Cluverius & Commentatores, Lector Britannicus Atlantem Geographicum Londini ſingulis Menſibus editum conſulat, res enim ibi fuſius explicantur.*

BUNONIS.

a Carolus M. non ſolùm *Bohæmos*, verùm etiam cæteros Sclavos ad Viſtulam uſque, teſte Eginhardo, perdomuit, eoſque Imperio Francorum adjecit. Polonia verò ab Ottonis M. ætate uſque ad Friderici II tempora, penè ſemper Imperio Germanico ſubjecta & tributaria fuit. [d]

HEKELII.

[a] *Bohemi* enim ſe ipſos *Czechos* nuncupant.
[b] Circ. Ann. CHR. DCCCI.
[c] Et *Hungaria*.
[d] Alii dicunt, *Poloniam*, *Boleſlao Chobrio* regnante, ab *Ottone* III. qui MIRABILIA MUNDI dictus, à Subjectione & Tributo *Imperii Romani* eſſe liberatam, & e *Ducatu* in *Regnum* conſtitutam.

REISKII.

1 (a) Dignitas tamen & Ducum officium apud Germanos olim *bellicum fuit, non perpetuum, nec hereditarium, nec ſupremo cum imperio conjunctum. Reges ex nobilitate*, inquit Tacitus Cap. 7. *Duces ex virtute ſumunt, nec regibus infinita aut libera poteſtas: Et Duces exemplo potius quam imperio, ſi promti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant admiratione præſunt.* (b) Itaque Romani non falſo reges omnes, ſed vero, & quibuſdam gentibus recepto, quodque compertum habuerant, vocarunt nomine. Germania autem Ciſrhenana Romanis ſubdita

Præ-

(a) Duces veteres Germ. (b) Regeſque.

nia, Meckelburgenſis Ducatus, Holſatia. Helvetii, poſtquam IↃCCCC prope annis in Germania, ac noviſſime ſub Germanorum Imperio computati eſſent, jugo tandem imperii excuſſo, CCXX circiter annos libere agunt. β

III. Cæ-

Præfectos primum & Præſides, tandemque Duces aut Comites ab Impp. ſuſcepit. Tranſrhenana vero ſub Carolinæ ſtirpis regibus & Impp. demum Duces Comitesque ſibi præpoſitos admiſit. (a) Hinc nova Germaniæ Reſpubl. & nova hujus in ſuperiorem atque inferiorem diviſio ſecuta: Illa dudum Helvetii, hac vero utrumque Belgium tam Confœderatum quam Regium, itemque Lotharingia exciderunt: Tandem recentior eaque politica per decem circulos, (*Kreiſe*) quorum unus *Burgundicus* nempe nec Juriſdictionem noſtri amplius Imperii agnoſcit, Comitatu Burgundiæ ad Gallos etiam traducto. Plures vero Ducatus, Comitatus, Dynaſtias & urbes liberas, quæ ſingulis ſubſunt circulis, nec in hac noſtra recenſione habentur, illas è Notitia Imp. Romano-Germ. Bœcleriana vel Imhofiana vel alia quacunque addito, cui lubet. *Principatus certe Monpelgardenſis* nulli ſubeſt circulo, votum tamen atque ſeſſionem in Comitiis habet. De ortu Electoralis Collegii, numero ſeptenario, auctuque hujus per pacem Monaſt. Oſnabrug. facto; nono itidem Electoratu nuperrimè controverſo admiſſoque ſcripta extant publica eaque varia.

BUNONIS.

β Quando & qua occaſione Helvetii ſeſe vindicarint in libertatem, dictum eſt capite XVII. lib. II.

I. (b) Multæ illæ, in quas Germania diviſa eſt, provinciæ faciliùs in memoria hærent; ſi decem illi Circuli, in quos eas demum diſtinxit Maximilianus I, rectè obſervantur: quod ipſum, quum ad Imperii Germanici quoque faciant notitiam, quæ terræ ſingulis contineantur Circulis, hic paucis indicandum putavimus. Ex his, initio numerandi ab Oriente facto, I. eſt *Auſtriacus*; quo continentur [*e*], Archiducatus (c) Auſtriæ; Ducatus Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ [*f*] & Comitatus Tirolis: Epiſcopatus Tridentinus, Brixienſis, Laubacenſis, & Viennenſis [*g*]. Hujus Circuli Director (*Auſzſchreibender Furſt*) eſt ipſe *Imperator*: qui idem *Archidux Auſtriæ*.

II. Hoc ordine (d) *Circulus eſt Bavaricus*; ad quem pertinent Archiepiſcopatus Salisburgenſis; Epiſcopatus Ratisbonenſis, Paſſavienſis, & Friſingenſis, Ducatus utriuſque Bavariæ, cùm Superioris, tùm Inferioris; Palatinatus ſuperior: Palatinatus Neoburgicus: Landgraviatus Leuchtenbergenſis: Comitatus [*b*] Ortenburgicus; Ratisbona. Circuli Bavarici Directores (*Auſzſchreibende Furſten*) ſunt ipſe *Elector Bavarus*, & *Archiepiſcopus Salisburgenſis*.

III. (e) *Circulus Francicus*; cujus partes ſunt, Ducatus Franciæ Orientalis: Epiſcopatus Herbipolenſis, Bambergenſis, Aichſtetenſis: Ditio Magiſtri ordinis Teutonici in *Margenthal*: Burggraviatus Norimbergenſis, quem tenent Marchiones Brandeburgici, Culmbachienſes & Anſpachenſes: Comitatus Hennebergenſis, Hohenloicus [*i*], Erbacenſis, Schwartzenbergenſis, Wertheimenſis: Baronatus Limburgenſis: Norimberga, Rotenburgum ad Tubarim: Winſhemium & Schwinfurtum [*k*]. Directores ſunt, *Epiſcopus Bambergenſis*, & *Marchio Brandenburgicus*.

IV. (f) *Suevicus Circulus*, quo comprehenduntur Epiſcopatus Conſtantienſis, Curienſis, Auguſtanus, & multi Abbates in Suevia [*l*]: Ducatus Wurtenbergenſis; Marchionatus Badenſis: Algoja: Hegovia: Comitatus multi, ex quibus præcipui, Hohenzollerenſis, Helfenſteinenſis, Oetingenſis, Montfortenſis, Furſtenbergenſis, Zimberenſis, &c. Civitates etiam multæ, Auguſta Vindelic: Ulma, Memminga, Reutlinga, Eſſlinga, Heilbronna, Bibracum, Lindavia, Ravenſpurgum, Conſtantia, Schaffhuſia, Halla Suevorum, Norlinga, Rotwila, Kauffbyra, Donawerda: Campidonum, Cella, Dunckelſpiela, Offenburgum, Uberlinga; & demum libera Nobilitas Sueviæ Imperio immediatè ſubjecta. Directores ſunt *Epiſcopus Conſtantienſis*, & *Dux Wurtenburgenſis*.

V. (g) *Circulus Burgundicus*, ad quem pertinet Belgium, & Burgundiæ Comitatus (*Ober-Burgund*) [*m*]. Director hujus *Circuli* eſt *Hiſpaniæ Rex*.

VI. (h) *Circulus Rhenanus Superior*, cui ſubſunt Epiſcopatus Baſileenſis, Argentinenſis, Spirenſis, & Wormatienſis: Abbatiæ Fuldenſis & Hirſchfeldenſis [*n*]: Ducatus Lotharingiæ, Sabaudiæ: Palatinatus Sponheimenſis & Bipontinus: Landgraviatus Alſatiæ & Haſſiæ: Comitatus, Catzenelbogenſis, Dietzenſis, Ziegenhaimenſis, Niddenſis, Waldecenſis, Naſſovienſis, Dillenbergenſis, Saræpontanus, Widgenſteinenſis, Falckenſteinenſis, Iſenburgenſis, Leiningenſis, Rapoltz-Kirchenſis, Salmenſis, Morsburgenſis, Hanavienſis, Leiningenſis, Solmenſis, Budingenſis, Wetteravia; Argentoratum, Colmaria, Francofurtum ad Mœnum, Frideburga Wetteraviæ; Hagenoa, Keiſersberga, Landavia, Mulhuſa in Alſatia, Seleſtadium, Spira, Turchheimium, Wetzlarium, Wormatia. Directores ſunt, *Epiſcopus Wormatienſis*, & *Palatinus Sponheimenſis*.

VII. (i) *Circulus Rhenanus Inferior*, qui & *Electoralis Rhenanus* dicitur, quod eum conſtituunt provinciæ Electorum Moguntini, Colonienſis, Treverenſis & Palatini; & quæ ſunt ſub iis ditiones [*o*]: ut terræ Naſſoviorum in Beilſtein [*p*], & Magiſtri Ordinis Teutonici in Coblentz: Gelnhuſa. Director eſt *Archiepiſcopus Moguntinus Elector*. [*q*]

VIII. (k) *Weſtphalicus Circulus*, quo habentur Epiſcopatus Paderbornenſis, Monaſterienſis, Oſnabrugenſis, Verdenſis, Mindenſis, Leodicenſis, Ultrajectinus, Cameracenſis: Abbatia Corbeienſis [*r*]; Ducatus Juliacenſis, Clivenſis, Montenſis [*s*], Weſtphalia; Comitatus Marca, Lippienſis, Bentheimenſis, Embdanus, Diepholtanus, Hojenſis, Schauenburgenſis, Oldenburgenſis, Ravenſpergenſis, & Friſia Orientalis [*t*]: Civitates, Colonia Agrippina, Aquiſgranum, Tremonia, Herfordia. Directores ſunt, *Epiſcopus Monaſterienſis*, & *Dux Juliacenſis*. [*v*]

IX. (l) *Circulus Saxonicus Inferior*; ad quem referuntur Archiepiſcopatus Magdeburgenſis [*x*], & qui nuper erat, Bremenſis: Epiſcopatus, Halberſtadenſis, Hildeſheimenſis, Lubecenſis, Suerinenſis & Ratzenburgenſis, Ducatus [*y*] Brunſvicenſis, Luneburgenſis, Mecklenburgenſis, Lauenburgenſis, & Holſatia:

(a) Germania ſuperior & inferior. (b) Germaniæ in x. Circulos diviſio. (c) 1. Auſtriacus. (d) 2. Bavaricus. (e) 3. Francicus. (f) 4. Suevicus. (g) 5. Burgundicus. (h) 6. Rhenanus Superior. (i) 7. Electoralis. (k) 8. Weſtphalicus. (l) 9. Saxonicus inferior.

III. Cæterum, Othone III imperante, (ut vulgaris opinio eſt) inter Germaniæ Principes conventum atque decretum fuit, ne quis, niſi Germanici Nominis Princeps, Rom. Imperator crearetur. Atque tum γ *Septemviri* conſtituti, quibus ob eligendi Imperatorem poteſtatem, *Electorum* nomen inditum. Horum *tres Eccleſiaſtici*, iidemque Archiepiſcopi, & Archicancellarii S. Imperii. Primus, *Moguntiacus* in Germania: Secundus, *Colonienſis* in Italia: Tertius, *Treverenſis* in Gallia. Quatuor reliqui ſunt Seculares. Primus, *Rex Bojohemiæ*, Pocil- Septemviri quando conſtituti.

ſatia: Comitatus Delmenhorſt [z]: Lubeca, Goſlaria, Mulhuſa & Nordhuſa Thuringiæ. Directores ſunt *Dux Bremenſis*, *Adminiſtrator Magdeburgenſis*, & *Dux Brunſvicenſis*, alternis tamen vicibus.

X. (a) *Circulus Saxonicus Superior* habet Epiſcopatus Miſnenſem, Merſeburgenſem, Brandeburgenſem, Havelbergenſem, Naumburgenſem 2: Abbatias, Salfeldenſem, Quedlinburgenſem: Ducatum Saxoniæ Elect. Pomeraniam 3, Marchionatum 4, Brandenburgenſem 5: Anhaltinam provinciam: Thuringiam: Comitatus, Schwartzenburgenſem, Mansfeldenſem, Stolbergenſem, Barbienſem & Gleichenſem 6. Circuli Director eſt *Saxoniæ Dux*, *Elector*. [a] 7

HEKELII.

[e] Cùm ſuperior, tùm inferior.

[f] *Croatiæ* & Vandaliæ.

[g] Huc referendi quoque ſunt Principatus & Ditiones *Dieterichſteinenſis*, *Eggenbergenſis*, *Piccolominienſis* & *Aversbergenſis*, ut & Comitatus *Schœnbergenſis*, *Hardeccenſis* & Wolkenſteinenſis.

[b] Et Baronatus *Lobkowizianus*, *Eggenbergenſis*, *Ortenburgicus*, *Staufenfelſenſis*, *Degenbergenſis*, *Wolfſteinenſis*, *Maxelreinenſis*, *Hohenwaldeccenſis*, &c. Item ipſa S. R. Imp. Libera Ratisbona.

[i] *Caſtellanus*.

[k] Et *Weiſenburgum Nortgaviæ*.

[l] *Campodunenſis* inprimis, qui olim *Vermetanenſis* & *Tretticenſis*, ſeu *Verticenſis* eſt dictus.

[m] Partim ipſi Ditioni *Hiſpanicæ*, partim *Gallicæ*, partim quoque Potentiſſ. Ordinib. *Hollandiæ* ſubjectum.

[n] Morbacenſis, Luderenſis, &c.

[o] Nec non Ducatus & principali dignitate Comitatus *Arenbergenſis*.

[p] Inferioris *Iſenburgi* & *Renecci*.

[q] Cui nonnulli adjungunt & *Electorem Palatinum*

[r] *Werdenſis*, *Hervordenſis* & *Eſſenſis*. Huc referunt quoque quidam Politicorum St. *Cornelii Monaſterium*, (S. Cornelii *Munſter*) prope *Aquisgranum*.

[ſ] Qui hodiè partim Electorali Brandenburgicæ, partim Neoburgico-Palatinæ Ditioni ſubſunt.

[t] Principatus *Naſſoviano-Dillenburgenſis*: Comitatus *Sainenſis*, *Rietbergenſis*, *Delmenhorſtenſis*, *Brunkhorſtenſis*, *Winnenbergenſis*, *Wiedenſis* & *Runkelenſis*, &c.

[v] Qui hodiè eſt Elector *Brandenburgicus*.

[x] Nunc in Ducatum mutatus.

[y] Et Principatus.

[z] *Blankenburgenſis* & *Reinſteinenſis*. Porro Civitates S. R. Imp. Liberæ atque Hanſeaticæ, *Bremam*, *Hamburgum*.

[a] X. *Circulus Saxonicus Superior* habet primùm Provincias *Electorales Saxonicas*, in ſex Circulos, *Electoralem* nempe *Thuringicum*, *Miſnicum*, *Lipſiacum*, *Metallifero Montanum* & *Variſcum* diviſas, in quibus Epiſcopatus *Miſnenſis*, *Merſeburgenſis*, & *Numburgenſis*. Quo referenda Abbatia *Quedlinburgenſis*, cujus Protector *Saxo Elector*. Deinde *Electorales* Brandenburgicas, in quibus Marchionatus quadruplex, (*die Alte-Mittel-Neue-und Uber-Mark*) Epiſcopatus *Havelbergenſis*, *Lebuſenſis* & *Caminenſis*: Porro Ducatus *Principum Saxonicorum* Lineæ *Gothanæ*, *Alteburgicæ*, *Coburgenſis*, *Vinarienſis* & *Iſenacenſis* cum Abbatiâ *Salfeldenſi*, Ducatus citerioris & anterioris *Pomeraniæ*, Principatum *Anhaltinum*, Comitatus *Schwartzburgenſes*, *Mansfeldenſem*, *Stolbergenſem*, *Barbienſem*, *Hohnſteinenſem*, *Gleichenſem* & *Ruthenicos*, ut & Baronatus *Schonburgiacos*. * Circuli Director eſt *Elector Saxonicus*; Subordinatus vero *Elector Brandenburgicus*, Coordinati *Duces Saxoniæ* Lineæ *Gothanæ* atque *Vinarienſis*.

* Heìc *Pluralis* omnino rectè eſt poſitus. Datur enim (non ratione *Dignitatis*, ſive *Eminentiæ*, ſed ratione *Situs* ſaltem) Baronatus SCHOENBURGIACUS & *Superior* & *Inferior*, quorum prior *Waldenburgenſis* eſt Lineæ; poſterior autem *Widerawienſis*, *Penicenſis* ac utriuſque *Remmiſſenſis*. Opida, quæ ad *ſuperiorem* Baronatum pertinent, ſunt *Waldenburgum*, *Hartenſtein*, (ubi *Paulus Flemmingius*, Olor ille *Teutonicus*, ortus) *Lichterſtein* & *Læſniz*, *Joannis Zechendorffii* dulciſſimum natale Solum. *Inferioris* autem eſt *Glaucha*, omnium Metropolis & *Adriani Beieri* Patria, ubi inprimis *Heroum* SCHOENBURGIACORUM, quos *Jo. Angel. Werdenhagen* Part. I. Tract. General *Rerumpp. Hanſeaticar.* p. 122. *Barones* SCHOENBERGENSES vocat, DOMUS AVITA, quaſi dicta *die Schœneburg*, (unde & *Baronibus* cognomen) eſt conſpicienda. Cui annumeratur Opidum *Peniga* & Opidula *Mebrana*, *Hohnſtein* & *Lunzenau*. Cæterùm illuſtris ac inclyta *Baronum* SCHOENBURGIACORUM Proſapia adeo eſt antiqua, ut tempore CAROLI M. quoque in *Germania* egregiè floruerit ac claruerit.

REISKII.

2 Suis Ducibus ſubjectos.

3 Utramque.

4 Et Electoratum.

5. Ducatus in Thuringia Miſniaque Vinarienſem, Gothanum, Iſenacenſem, Altenburgicum, Coburgenſem: Principatus Anhaltinus.

6 Blanckenburgicus & Rheinſtein.

7 Subordinatus Elector Brandenburgicus: Coordinati Duces Saxoniæ Holſteinenſem & Rhuthenicos tum ſenioris tum junioris lineæ: Baronatus item Schonburgicus.

BUNONIS.

γ (b) Vulgaris illa quidem eſt opinio, ſeptem Electores ab Ottone III Imperatore eſſe conſtitutos. At Ho-

(a) 10. Saxonicus ſuperior. (b) Quando Electores inſtituti.

Pocillator: Secundus, *Palatinus Rheni*, Dapifer: Tertius, Saxo, *Enſifer*: Quartus, *Marchio Brandeburgenſis*, cubicularius. ♂

(1) *Numerus autem Septenarius a Carolo IV conſtitutus Anno 1356. Wicquefort in Lib. cui Titulus L'Ambaſſadeur & ſes Fonctions.*

(2) *Qui Præſectus domus Imperatoris conſtitutus eſt, at nunc propter Rebellionem expulſus & proſcriptus.*

Hoſtienſis, Bellarminus, aliique hanc Electorum conſtitutionem aſcribunt Gregorio V, Pontifici Romano [b]. Verùm antiquiorum Scriptorum nemo hujus ſive ab Ottone III, ſive à Gregorio V, profectæ conſtitutionis mentionem facit. Quinimo, Ottone Friſingenſi, Abbate Urſpergenſi, & Sigeberto teſtibus, etiam poſt Ottonem illum III, ad tempora uſque Friderici II, Imperatores electi ſunt ab omnibus, aut certe plurimis regni proceribus: in quorum numero non ſolum fuerunt Archiepiſcopi, verum etiam Epiſcopi & Abbates: quorum imprimis erat, ſi exſtitiſſet, tam ſanctam Pontificis ſui obſervare conſtitutionem. Hinc alii ab ipſo Friderico II Electores conſtitutos volunt (1). Poſt illius ſanè tempora eligendi Imperatoris poteſtas ad potentiores & pauciores venit; Cæteris jus & auctoritatem illam aut negligentibus, aut non ſatis tuentibus: donec conſuetudinem illam Imperatoris per paucorum Principum ſuffragia eligendi Aurea Bulla ſolenni & ſalutari lege confirmavit.

♂ (a) Palatinus Carolus Ludovicus per pacem Monaſterienſem A. 1648 initam in provincias ſuas reſtitutus, quum Electoralem dignitatem patri ſuo Friderico antehac ablatam, & Bavariæ Duci collatam (2) nollet dimittere, ipſe conſtitutus eſt Elector Octavus. (3)

HEKELII.

[b] *Ottonis* III Coætaneo: alii *Heinrico* II, & *Sylveſtro* II, Papæ: alii pluribus aliis.

(a) Elector Octavus.

(3) *Nunc Dux Hanoveriæ Elector Nonus, & Vexillifer Imperii conſtitutus eſt.*

CAP. IX.

De Imperii Germanici provinciis, citra Rhenum in Gallico ſolo ſitis. I

I.

Leodicenſis provincia.

(1) *Quidam Nomen inditum putant, quia Legio Romana ab Ambiorige ibi profligata fuit.*

(2) *Marmore & Sulphure etiam celebris.*

(3) *Nunc autem propter Rebellionem expulſus & præſcriptus.*

LEodicenſis α *provincia* (1), quamvis Belgicis undique cincta, tamen ad S. Imperium ſpectat, Colonienſi Epiſcopo ſubjecta. Caput ejus eſt β *Leodicum* [a], urbs ampla & ſuperba, magnificis ædificiis [b] inſtructa; ob amœnitatem

BUNONIS.

α (a) *Leodicenſis Epiſcopatus* [c], olim *Tungrenſis* [d] limites habet ab Ortu Moſam fl. & Ducatum Limburgenſem; à Septemtrione & Occaſu Brabantiam; à Meridie Comitatum Namurci [e]. Fluvii præter *Moſam* celebriores hic ſunt, *Vrtha*, *Jeckel*, *Hey*. Continet præter *Ducatum Buillionenſem*, *Marchionatum Francimontanum*, etiam *Comitatus Hasbaniæ*, & *Leotenſem*.

β *Leodicum* [f] à Carolo Burgundo captum, A° 1468. & in ipſa urbe XL M occiſi, XII M ſubmerſi ſunt. Ut hujus culpæ veniam impetraret Carolus iſte, D. Georgii ſtatuam, ex puro auro conflatam, conſecravit ædi D. Lamberto ſacræ. Opidani perhibentur mobiles & ad ſeditiones proni. Urbem hanc, præter Moſam, quatuor interluunt flumina, *Legia*, *Vta*, *Veſa*, *Ambularius*.

HEKELII.

[a] A *Juſto Lipſio* è Vitâ *Caroli Magni* à *Pithœo* editâ inprimis ſic vocatum.

[b] In valle.

[c] Vulgò *de Liege*.

[d] Quod *Tungri* olim cum *Eburonibus*, *Centronibus* & *Cereſinis*, Populis quippe *Cæſari*, cæteriſque Scriptoribus veteribus notis, Provinciam hanc olim incoluêre.

[e] Regio ipſa pulchra admodum, fertiliſſimaque eſt plurimis gaudens limpidiſſimis Amnibus, iiſque piſcoſiſſimis, ac præterea Sylvis opacis, Montibuſque ac Convallibus, quæ vineta fructuſque proferunt, ac ferarum venatione ornatiſſima ſunt. Iſthic etiam ſunt Minerarum fodinæ, præcipuè Ferri & Carbonum, quos *Lithanthraces* vocant. (2)

[f] S *Leodium*.

REISKII.

1 Leodicum ab *Leode* Francico vocabulo i. e. propria ſupellectile, *vicus publicus* A. 770, & crebro Caroli M. acceſſu frequentior apud Eginhardum dicitur: Urbs denique aliquando libera, ſed rurſus ad obſequium redacta *ſuo nunc Epiſcopo*, *nec Colonienſi* amplius ſubeſt. Cum enim Maximilianus Henricus Archiepiſc. Colon. A. 1688 obiiſſet, Canonica electione facta Joh. Ludovicus Baro ab Elderen Leodicenſis Epiſcopus creabatur. Dum interea [b] *Colonienſis ſucceſſio & huic admiſta Furſtenbergiana factio* turbas commovebat graviſſimas, quin bellum calamitoſius à Gallis toti Germaniæ illatum: *Clemens* tamen Dux Bavariæ tandem rejecto Wilhel. Eggone Furſtenbergio, Bonnaque Gallis iterum A. 1689 erepta prævaluit, ætate tum adhuc minor, nec Annos octodecim natus, ubi diſpenſatio Rom. Pontif. Innocentii XI, & conſenſus Collegii Electoralis acceſſerat (3). Philippo autem Wilhel. Neoburg. (c) *Ducatus Juliacenſis & Montium* ac toti Neoburg. Palat. familiæ An. 1629 manſit; Eidem etiam *Palatinatus Electoralis* An. 1685 ceſſit, Gallico nunc bello atrociter

(a) Leodicum. (b) Colonienſis ſucceſſio. (c) Ducatus Juliacenſis. (d) Lotharingiæ.

mœnitatem deliciaſque varias *paradiſus ſacerdotum* nuncupata (1) *Huy*, nitidum cum arce opidum. *Bullion* (2), ſui quondam juris Ducatus; nunc Leodicenſi Epiſcopo ſubjectus; arcem habet ejus nominis munitiſſimam. γ

II. Caput δ *Ducatus Juliacenſis*, quod ei nomen dedit, eſt ε *Juliacum*, opidum antiquum atque munitum (3). In Juliacenſi agro ſita eſt urbs ζ *Aquæ Grani* (4), ſive, ut vulgo uſurpatur, *Aquiſgranum*; German. ſuper. *Aach*, inferioribus *Aken*, Gallis *Aix* dicta; ſaluberrimis calidarum aquarum fontibus clara; *Caroli M.* primi Germanorum Imperatoris aula ac ſepulchro inſignis. Mos erat olim, Imperatores heic inaugurare ſub corona ferrea in templo pendente. Juliacenſis ducatus. *Gulich.* AquæGrani.

III. η *Colonienſis Diœceſis* veterum Ubiorum ad utramque Rheni ripam ſedes olim fuit. Ipſa urbs *Colonia Agrippinenſis*, ſeu, ut vulgo uſurpatur, *Colonia Agrippina*, Ubiorum caput, à θ Colonia, *Agrippinæ* Claudii Imperatoris uxoris auſpiciis deducta, nomen cognomento traxit. Urbs nunc eſt Germanicarum maxima (5), Emporiumque ad Rhenum celeberrimum. Cæterum, libera eſt Imperii civitas. *Bonna* antiquum munitumque opidum, Archiepiſcopi Colonienſis, Electoris Imperii, ſedes. (6) Archiepiſcopatus Colonienſis. Colonia Agrippinenſis. Bonna.

IV. ι *Lo-*

ter depopulatus. Tota (a) *Lotharingia* excluſo Duce Carolo ferme ſeptuagenario, qui tandem, An. 1674, Francofurti exul obiit, in Gallicam poteſtatem, An. 1671, venit. (b) Auſtraſia olim Weſtriæ aut Neuſtriæ oppoſita regnum ex Clodovæi diviſione unum, ab Moſa Rhenoque in Allemanniam & Thuringiam productum, continuit: Cujus regem quod Carolus Dux Lotharing. ſeſe titulo numiſque profiteretur, perpetuum apud Gallos odium incurrit; vid. libellum de Auſtraſ. Germanicum, & affectam Obrechti deſcriptionem. Auguſta (c) Trevirorum metropolis, urbs Germaniæ antiquiſſima, Romanorum Magiſtratuum & Monetæ olim ſedes: Huic proxima nec Rom. antiquitatibus inferior (d) Colonia eſt Agripp. Denique (e) Moguntiacum ab Mogo ſive Mœno fluvio, nobiliſſima Druſi colonia, primatu Eccleſiaſtico & Archicancellatu per noſtram Germaniam clara. *Tunica* vero *Chriſti Jeſu inconſutilis* apud Treviros, *tria regum* apud Colonienſes *corpora*, & *turris murium ſive Myopyrgus* Bingæ opido vicina vel incertas hiſtorias vel fabulas olent. Vid. Dorſchæum in diſſert. Caſaubonum in Exercit. & Serravium in comment. Mogunt. (f) Wormatia & (g) Spira, urbes antiquæ & regibus olim Francicis cultæ, à Gallis nuper dirutæ adhuc jacent: (h) Philippoburgum An. 1676 noſtratibus captum in Germaniæ poteſtatem rediit, ſed hoc bello patriæ rurſus ereptum hoſtibus paret. (i) Alſatia cum Argentorato contra fidem in pactis Noviomag. datam obſeſſo captoque ab iiſdem hoſtibus tenetur; Principatus itidem Monpelgardenſis & Comitatus Palatini reliqui Alſatiæ vicini arctiſſime premuntur.

BUNONIS.

γ (k) *Hojum* ad Moſam eſt: itemque (l) *Dinantium* rupi impoſitum, quod ſepties & decies fruſtra obſeſſum, An. 1554 armis Gallicis ceſſit. (7)

δ (m) *Ducatus Juliacenſis* limites habet ab Ortu Rhenum, à Septemtrione Ducatum Cliviæ, ab Occidente Moſam, à Meridie Lutzenburgenſem & Limburgenſem Ducatus. Has terras rigant præter *Rhenum* & *Moſam*, *Iſela*, *Erfta*, *Rura* & *Werma*.

ε (n) *Juliacum* ad Ruram eſt [g]. Opidum hoc ab Hiſpanis expugnatum per pacem Monaſterienſem Palatino Neuburgico reſtitutum eſt. Itemque *Marcodurum* ſeu *Dura*. (o) *Monaſterium*, vulgo *Munſter Eyfel*, ad Iſelam.

ζ (p) *Aquiſgranum* [b] eſt ad Wermam fl. An. 1609, Johannes Wilhelmus Juliacenſium & Clivenſium Dux, ſtirpis ſuæ poſtremus, obiit: unde inter Electorem Brandenburgicum & Palatinum Neuburgicum de Provinciis iſtis orta certamina. (8)

η (q) *Archiepiſcopatus Colonienſis* habet ab Oriente Weſtphaliam, à Septemtrione Epiſcopatum Monaſterienſem, ab Occaſu Ducatum Juliacenſem & Clivenſem, à Meridie Archiepiſcopatum Treverenſem, Rhenus medium interluit.

HEKELII.

[g] Olim vocabatur *Vatucca*, ut & *Julium*, quod *Julius Cæſar* huic Opido nomen dedit.

[b] Quod antiquis *Nuagerra* fuit.

BUNONIS.

θ Ipſa (r) *Colonia* habet Academiam An. C. 1388 [i] inſtitutam. Trium SS. Regum, ut vulgo habentur, reliquiæ ibidem aſſervantur. Inter *Bonnam* & *Coloniam* in inſula *Krampenwerth* fuit propugnaculum illud vulgo *Pfaffenmutz* dictum. Celebriora hic porro ſunt opida, *Linzium*, *Noveſium*, vulgo *Reyſz* ad Erpiam, & *Berka*, vulgo *Reinberg*; ad quam non multis abhinc annis Hiſpani Moſam, per alveum à *Venloa* ad *Bergam* uſque deductum, cum Rheno conjungere conabantur. Poſt Gebhardum Truchſeſium Archiepiſcopum Colonienſem ob Religionem Evangelicam

S licam

(1) *Templa* 100 *numerat.*
(2) *Nunc Gallis ſubeſt.*
(3) *Sunt qui nomen ducunt a Julia Agrippina, Coloniæ Fundatrice.*
(4) *Vtrum ab Apolline Granno, an a Serenio Grano, Galliæ Belgicæ Præfecto ſub Adriano, non liquet.*
(5) *Templa* 360 *numerat.*
(6) *A Duce Parmenſi A.* 1588 *expugnata; iterum a Guilielmo* III *Auriaco A.* 1673 *ab Electore Brandenburgico contra Gallos A.* 1689. *& poſtremo ab Anglis & Batavis An.* 1703.
(7) *An.* 1703 *a Duce Marlburgico recuperata.*
(8) *Ducatus autem Clivenſis Brandenburgico, & Juliacenſis Neoburgico ex Conventu ceſſit. vide Atlantem Geog. Londini editum.*

(a) Lotharingia. (b) Auſtraſia. (c) Trevir. (d) Colon. (e) Mogunt. (f) Wormatia. (g) Spira. (h) Philippoburgum. (i) Alſatia. (k) Hojum. (l) Dinantium. (m) Juliacenſis Ducatus. (n) Juliacum. (o) Monaſterium. (p) Aquiſgranum. (q) Colonienſis Archiepiſcopatus. (r) Colonia.

Lotharingia. Lottheringen. Divodurum. Virodunum. Tullum. Nanſium. Auſtraſia. Weſtreich.

IV. ι *Lotharingiæ Ducatus* à Lothario, Caroli M. nepote, nomen accepit: caput ejus quondam fuit *Divodurum Mediomatricum*, vulgo κ *Metz*, libera Imperii civitas: at nunc Galliæ Rex eam tenet; una cum Viroduno, λ *Verdun*; & Tullo, μ *Toul*. ν *Nanſium*, vulgo *Nanſy*, ſedes nunc Ducum & caput Provinciæ, egregia munitaque urbs.

V. ξ *Auſtraſia* [k] complectitur Diœceſes Treverenſem & Moguntinam; item Ducatum Bipontinum, vulgo *Zweybrücken*, Comitatuſque, *Sarbrücken*, *Leyningen*, *Bitſch*.

Treverenſis Arch. Treveris. Confluentes. Vitellicum

VI. ο *Treverenſis Archiepiſcopatus* caput eſt *Auguſta Treverorum* [l], vulgo π *Trier*, Gallis *Treves*; urbs antiquitatem ſuam præ ſe ferens (1). ρ *Confluentes*, *Coblentz*, urbs ad Rheni Moſellæque confluentes poſita, haud exigui eſt momenti. *Vitellicum*, *Witlich*, Treverenſis Archiepiſcopi atque Electoris ſedes.

VII. σ *Mo-*

(1) *Olim Trevirorum & Galliæ Belgicæ Metropolis, ac Imperii Ciſalpini Sedes. Marcellino Domicilium Principum clarum dicitur. Antiquitate vix Romæ cedit.*

licam auctoritate Pontificis Rom. & armis Hiſpanorum ejectum Ernestus Bavariæ Dux Archiepiſcopus eſt conſtitutus, anno C. 1583. Et ab iſto tempore Bavariæ Duces Archiepiſcopatum Colonienſem tenent.

HEKELII.

[i] A Senatu illius loci.

BUNONIS.

ι Lotharius I, Imperator, Caroli M. nepos, tres habens filios, in totidem regna diviſit Imperium Francicum. *Ludovico* primogenito tribuit Italiam cum Cæſarea dignitate: *Lothario* eam dedit partem, quæ deinde ab hoc, primo ejus Rege, *Lotharii regnum*, ſeu (a) *Lotharingia* dicta eſt: at *Carolus* tertio genitus obtinuit Provinciam & Galliam Narbonenſem [m]. Habet *Lotharingia* ab Ortu Alſatiam, à Septemtrione Archiepiſcopatum Trevirenſem & Ducatum Lutzenburgicum, ab Occaſu Galliam, à Meridie Burgundiæ Comitatum. Celebriores ibi ſunt fluvii *Moſa*, *Moſella*, *Murtha*, & *Sarrha*.

κ (b) *Metis*, *Metz*, ad Sellam fl. qui ibidem in Moſellam influit, urbs ampla & munitiſſima cum arce. [n]

λ Verdunum ad Moſam fl. eſt inter Arduennam ſilvam & Barrum, urbs ampliſſima, & arce ampliſſima jam communita.

μ Tullum urbs ad Moſellam poſita, munita non eſt [o]. Urbes illas ſeculo XVI Imperio eripuit Henricus II, Galliæ rex.

ν (c) *Nanſium* eſt ad Murtham fluvium mœnibus hodie nudatum [p]. *Pontamuſſum* habet Academiam. Hunc Ducatum ferè omnem, ejectis Ducibus, occupavit rex Galliæ.

ξ *Auſtraſia*, quæ hodiè vulgò habetur, concluditur intra Lotharingiam, Trevirenſem provinciam, Palatinatum Electoralem, & Alſatiam. Fluviis rigatur, *Sarrha*, *Lutra*, *Bleiſſa*. Huc etiam pertinent, (d) *Lutzelſtein*, (e) *Lautereck* & (f) *Birckenfeld*; diverſorum Palatinorum ſedes; item (g) *Tabernæ Montanæ*, *Bergzabern* & *Hornbach*.

ο (h) *Trevirenſis Archiepiſcopatus* habet ab Ortu Ringojam & partem Haſſiæ, à Septemtrione Archiepiſcopatum Colonienſem [q], ab Occidente Ducatum Lutzenburgenſem, à Meridie Ducatum Bipontinum.

π (i) *Treveris* ad Moſellam ſita, jam Auguſti Imperatoris ætate floruit: qui vero à Trebeta Nini filio eam putant conditam, fabulas amplectuntur, non hiſtorias [r]. Habet Academiam. Hic aſſervatur tunica Salvatoris.

ρ (k) *Confluentes*, vulgo *Confluentia*, è regione in altera ripa munitiſſimum habet caſtrum *Ehrenberti*, *Ehrenbrecht-Stein*, ſeu *Ehrenbreit-Stein*, vulgo (l) *Herman-Stein*. *Superiori* bello *Galli* tenebant, qui diuturna obſidione preſſi, ægrè tandem illud reddiderunt [ſ]. Archiepiſcopatui huic ſubeſt *Eyfaliæ* pars, ubi opidum (m) *Sleida*, Johannis Sleidani [t] Hiſtorici patria.

HEKELII.

[k] *Oeſterich*, ſeu *Weſtreich*.

[l] S. *Triverorum*, ſic vocata, quaſi ſit *Metropolis* inter *Germaniam primam* & *ſecundam*.

[m] *Bucholcerus* in *Indice Chronol.* ſub An. CHR. DCCCXLIV. p. 286. Edit. 4. præeuntibus aliis, dicit: Ludovicum accepiſſe *Germaniam*; LOTHARIUM V, cum Imperatoris nomine, *Italiam*, mediamque partem *Franciæ* inter *Scaldin* & *Rhenum*, quæ ab ejus nomine appellata eſt LOTHARINGIA.

[n] *Cujus introitus ægre patet Exteris.* Clarum hoc *Tribunal* eſt, ad quod, *Lotharingia*, ejectis *Ducibus*, in poteſtatem *Gallorum* per Ducem Generaliſſimum *de Fourille* Anno 1670 inopinatò redactâ, omnis provocatio, *Rege ſic jubente*, fit. Si contra eveniret, proditæ violatæque Reipublicæ crimen eſſet.

[o] Olim Epiſcopalis Sedes erat. Templum primarium ad *St. Stephani* benè, amplè, eleganterque cum multis Sacellis exſtructum eſt, in quo *St. Bernhardi* tumba viſenda.

[p] Ducum Sede quondam clarebat maximè. Alioquin valdè amœna Urbs eſt, & adhuc in *Veterem* & *Novam* rectè dividitur.

[q] Ducatum *Montenſem*, & Comitatum *Naſſovienſem*, quos inprimis *Maginus* addit.

[r] Conf. *Matth. Dreſſeri* Pars V. *Iſagog. Hiſtor.* p. 572. Hoc verum eſt, quod antiquitate ſuâ cum *Viterbio* & *Genua*, Urbibus *Italiæ* omnium antiquioribus, contenderit.

[ſ] *Panthaleon*, magnæ æſtimationis atque autoritatis ſeculo ſuo Medicus, *de Confluentiis*, ſ. *de Confluentia*, dictus eſt à Patriâ ſuâ, ſicuti refert manſuetiſſimus Vir, *Quenſtedtius*, in Dialog. de *Patr. Viror. Illuſtr.* p. 147.

[t] Viri

(a) Lotharingia unde dicta. (b) Metis. (c) Nanſium. (d) Lutzelſtein. (e) Lautereck. (f) Birckenfeld. (g) Tabernæ. (h) Trevirenſis Archiepiſc. (i) Treveris. (k) Confluentia. (l) Herman-Stein. (m) Sleida.

VII. σ *Moguntini* Archiepiſcopatus caput eſt *Moguntiacum*, ſive τ *Moguntia, Ments*, urbs inter præclaras Germaniæ computata (1). At ſedes Archiepiſcopi Electoriſque trans Rhenum in Germanico ſolo, υ *Aſciburgii, Aſcheburg.* Sunt præterea in Auſtraſia liberæ Imperii urbes; φ *Wormatia*, vulgo *Worms* (2): χ *Oppenheym*: & ϟ *Spira*, Juridico totius Imperii conventu clara [*u*], Cameram Imperialem vulgo vocant (3). ω *Franckenthal*, nitidiſſimum eſt à Belgis excultum opidum Electori Palatino ſubditum.

Moguntini Arch. Moguntia. Aſciburgium. Wormatia. Oppenheyma. Spira. Franckenthal.

VIII. α *Al-*

[*t*] Viri multiplici eruditione, ſummâ prudentiâ atque eximiâ pietate omnino clari, conſummatiſſimique *Hiſtorici*.

EUNONIS.

σ Ad *Archiepiſcopatum Moguntinum* terræ quæ pertinent, ſunt ad Rhenum in Wetteravia, Eisfeldia, Haſſia, Thuringia & Franconia.

τ (a) *Moguntiacum* contra Rheni Mœnique confluentes poſitum, antea vicum, mœnibus firmavit Druſus [*x*] Nero, Cæſaris Auguſti privignus, Tiberii Imperatoris frater anno ante natum Chriſtum XIV. Hodie Archiepiſcopi ſede & Academia [*y*] floret [*z*]. Superiori bello urbs hæc ſæpe capta ac recepta eſt. [*a*] (4)

υ (b) *Aſciburgium*, vulgo dicitur *Aſchaffen-burg*, ſupra Francofurtum ad Mœnum ſitum, arcem habet ſplendidam. Ad Rheni Nahæque confluentes eſt *Bingium* opidum [*b*], infra quod in medio Rheni turris eſt, vulgo *der Meuſetburn* dicta. In Mœni ripa eſt (c) *Hoechſtum* opidum infauſto prælio, quod Chriſtianus Brunſvicenſium Dux hic anno 1623 commiſit, nobile. Moguntinus in media Haſſia tenet (d) *Fritzlariam*, vulgo *Fritzlar*, aliaque opidula. Eidem ſubeſt Hypothecæ titulo (e) *Eisfeldia*, Grubenhagenſis Ducatus portio, in qua (f) *Duderſtadium* ad Wipperam fl.

φ (g) *Wormatia* ad Rhenum, Vangionum olim caput, Comitiis celebris. [*c*]

χ (h) *Oppenheym* ad Rhenum non eſt urbs libera Imperii; ſed eſt in ditione Palatini Electoris.

ϟ (i) *Spira* haud procul à Rheno habet aliquot Imperatorum, eorumque conjugum, ſepulchra in ſummo templo, quod à Conrado Salico exſtructum eſt. Epiſcopi Spirenſis ſedes erat *Udenhaim*, vulgo vocatur *Philipsburg*; opidum munitiſſimum; quod Galli hodie tenent. (5)

ω (k) *Franckenthal* opidum munitiſſimum eſt. *Ingelheim*, etiam olim fuit celebris, Caroli M. aliquando ſedes.

HEKELII.

[*u*] Conventus hic Imperii Juridicus, ſeu Judicium hocce Imperialis Cameræ, Supremum quippe S. R. IMPERII Tribunal, præcipuumque laudatiſſimæ & florentiſſimæ Nationis *Germanicæ* Κειμήλιον, à Div. MAXIMILIANO I, IMP. communicato cum *Principibus Electoribus* & aliis *Proceribus* atque *Ordinibus IMP. ROM.* conſilio, deque communi ipſorum conſenſu, in Comitiis *Wormatiæ* A° reparatæ per CHRISTUM Salutis humanæ M CCCC XCV principio inſtitutum & conditum: & progreſſu temporis ab Invictiſſ. IMPP. CAROLO V, & FERDINANDO I, Fratribus Germanis, nec non MAXIMILIANO II, maximâ virtute, ſummoque labore & ſtudio in *Imperio* hactenus non modò conſervatum, ſed & ad amuſſim perpolitum, auctum & amplificatum, etiamnùm hodiè floret, vigetque: atque ut in poſterum quoque, divinâ favente Clementiâ, firmior ſit *Judicii* hujus conſtitutio atque duratio, ſancitum publice eſt, ut ſit certa, fixa & rata. Graviſſimis autem de cauſis *Conſtitutione* IMPERATORIS & PROCERUM IMPERII cautum eſt, ut Urbs *SPIRA*, vel hoc nomine paſſim apud omneis Populos in toto Terrarum Orbe decantatiſſima, in poſterum conſtans & perpetua Sedes atque Domicilium ſit ſacri ſupremique hujus Conſiſtorii. Quo in loco (SPIRÆ videlicet) *Judicium Cameræ* perpetuò exerceri, nec in alium locum temerè, niſi *Belli* & *Peſtis* tempore, transferri debet. Hæc *Melchior Weiſſenberger* in *Tabb.* ſuper *Ordinatione JUDICII CAMERÆ IMPERIALIS*, iiſque *Moguntiæ* A° 1577. in fol. maj. edit. p. 2. Hujus ſummi JUDICII *JUDEX* integerrimus hodiè eſt *Joannes Hugo*, Archiepiſcopus *Trevirenſis*, & Epiſcopus *Spirenſis* glorioſiſſimus. Ejus *Præſides* ſunt *Philippus Franciſcus Eberhardus*, L. B. de *Dalberg* & Camerarius *Wormatiæ*, atque *Joannes Caſimirus*, Comes in *Leiningen* & *Daxburg*, Heroes ſupra omnem humanam laudem poſiti. Inter eminentiſſimi Judicii hujus *Aſſeſſores*, eoſque Eruditione, Scriptis ac Famâ clariſſimos, hâcce tempeſtate clarent, & quidem juxta ordinem alphabeticum locati, *Joannes Jacobus Avianus*, *Sylv. Jacob. Dankelmann*, (cujus dextram eruditam ac candidam, quum, A° 1669. per antiquæ Academiæ *Heidelbergenſis RECTOR* eſſet *MAGNIFICUS*, d. IV. Jul. decenter oſculari mihi non erat prohibitum,) *Huldricus ab Eyben*, (cujus doctrinam conſummatiſſimam, cùm *Giſſæ*, A° 1665, viverem, atque hactenus beneficentiam ſingularem, immo & affectum excellenter propenſum ſat prædicare neſcio) *Ericus Mauritius* atque *Guil. Ignatius Schuzius*, quibus omnem proſperitatem ac vitam longævam toto pectore apprecor. Illuſtri ac probè conſtitutæ Reipublicæ *SPIRENSI* hodiè à Conſiliis eſt primariis *Joann. Heinricus Gablerus*, Vir uti omni Pietati, Candori atque inſerviendi Promptitudini deditus: ita & verâ eruditione ac perantiquâ Prudentiâ exornatus, Amicus meus certiſſimus. In hujus Urbis, Patriæ quippe *Jo. Heinr. Urſini*, Eccleſiâ Orthodoxâ docuêre olim non ſine magnâ laude atque efficaciâ *Jo. Himmelius*, atque *Jo. Conr. Schragmullerus*, quorum poſterior cùm Anno 1669. m. *Junii* per aliquot dies *Spiræ* viverem, æquè, ac Clariſſimus *Jo. Chriſtoph. Rumetſchius*, Vir ſolidè ac apprimè doctus, atque Magnatibus valdè gratus, magna candidiſſimi favoris atque propenſi affectûs documenta mihi dedit. In Gymnaſio Senatorio hoc tempore docent laudabiliter *Joh. Hofmann*, Argentoratenſis, & *Auguſtus Schraderus*, Halenſis Saxo, quorum *priorem* aurea Poeſis, *poſteriorem* autem Græca lingua nobilis optimè commendant.

(1) *Romanorum Præfecti in Rheno ſuperiori ſedes.*
(2) *A Gallis An.* 1693 *Igne prope deleta.*
(3) *Nunc Vetzlariæ tranſlata, Spira enim a Gallis incendio conſumpta An.* 1689, *ex parte tantum re-ædificata eſt.*
(4) *A Gallis ſub auſpiciis Ducum Bavariæ & Lotharingiæ An.* 1689 *recuperata.*
(5) *Conventu Reſvicenſi Imperio reſtituta.*

(a) Moguntiacum. (b) Aſciburgium. (c) Hoechſtum. (d) Fritzlar. (e) Eisfeldia. (f) Duderſtadium. (g) Wormatia. (h) Oppenheym. (i) Spira. (k) Franckenthal.

Alſatia. Elſaſz. Colmaria. Seleſtadium. Rufacum. Tabernæ. Hagenoa. Argentoratum.

VIII. α *Alſatia* Auſtriacæ ditionis regio, in duos Landgraviatus, Superiorem & Inferiorem diviſa eſt. In Superiori opida ſunt; β *Colmaria*, γ *Seleſtadium*, δ *Rufacum*, haud ignobilia. Inferior habet; ε *Tabernas*, vulgo *Zabern*; & ζ *Hagenoam*. (1) η *Argentoratum* in eodem tractu, vulgo *Stratſzburg*, in clariſſimis Germaniæ civitatibus. Turris, quæ eſt ad Cathedralem Eccleſiam, mirifica & magnifica ſtructura; item armamentario inſtructiſſimo maxime inſignis eſt. (2)

IX. Eſt

(1) *Argentoratum fraude Lud. XIV ab Imperio ereptum Anno 1682.*

(2) *Horologio etiam totius forſan Mundi celeberrimo nobilis.*

(3) *Propter Stragem Proteſtantium ab Antonio Lotharingo An. 1525 celebris.*

(4) *A Gallis incendio pene deleta An. 1677.*

dant. Quæ aliàs SPIRÆ notatu obſervatuque digniſſima ſunt, tradit *Chriſtophorus Lehmannus* in Spirenſi Chronico, *Francofurti* ad *Mœnum* A° 1662 in 4 maj. f. exc.

[x] *Dreſſerus* & alii *Claudium Druſum* hunc nuncupant.

[y] A DIETERICO Archepiſcopo Anno 1482 fundata.

[z] Ejus ager mittit *Vinum præſtantiſſimum*.

[a] *Petrus Bertius* Lib. de *Urbib. Germaniæ* ſcribit, quòd nulla Urbs ſit in *Germania*, quæ plura & certiora vetuſtatis Monumenta *Moguntiaco* habeat.

[b] *Pauli Hoffæi*, Jeſuitæ haud incelebris, Patria.

[c] Heic notandum, quod cùm LEO IX, *Pontifex Romanus*, cum HENRICO III, *Imp.* Anno M LIII, natalem in hac Civitate celebraret, inſignis inter *Imperatorem* & *Pontificem* Principatuum nonnullorum facta ſit tunc temporis permutatio. Vid. *Hyppolytus a Lapide* in PRINCIPE c. 11. p. 8.

BUNONIS.

α (a) *Alſatia* ab ortu Ducatum Wurtenbergenſem, à Septemtrione Palatinatum Inferiorem, ab Occaſu Lotharingiam, à Meridie Helvetiam. Flumina præcipua hic præter Rhenum, qui mediam fermè interluit, ſunt Ellus & Cynthius; *die Hintzig*. Superior dicitur, quâ ab Argentorato verſus Baſileam ab utraque ripâ & ultra excurrit. Inferior, qua verſus Palatinatum patet. [d]

β *Colmaria* ad Ellum eſt urbs libera Imperii.

γ *Seleſtadium* vulgo *Sletſtadium* eſt urbs Imperii, haud longè à ripa Elli. [e]

δ *Rufacum* [f] eſt in ditione Epiſcopi Argentinenſis. [g]

ε *Tabernæ Alſatiæ*, olim urbs ampla & Epiſcopi Argentinenſis ſedes: ſed bello deformata: & *Molsbemium*, Epiſcopi Argentinenſis delicium, anno 1608 Academia ornatum.

ζ *Hagenoa* urbs eſt Imperii, inter Matram & Sornam amnes, prætecturæ Imperii titulo gaudens. Ibi olim ſervabantur gladius, ſceptrum, & orbis Caroli M. cum aliis ornamentis Cæſareis, quæ Epiſcopus Spirenſis inde abtulit. [b] (3)

η (b) *Argentoratum* urbs libera Imperii Ello & Bruſcha perluitur. De nomine ejus ſupra p. 73. dictum eſt. Academia ornata eſt anno hujus 1621, cujus fundamenta jam anno 1528, Jacobo Sturmio Senatore primario potiſſimum urgente, erant jacta [i]. Alſatiæ in iſtis partibus confinis eſt (c) *Suntgovia*, in qua *Ferreta* vulgo (d) *Pfirt*, Comitatus caput: (e) *Beſordia* eadem Comitatus caput: & (f) *Mulhuſia* ad Ill ſt. urbs Imperialis & libera, ſub Helvetiorum tutela. In Galliæ *Regem* per pacem Monaſterienſem tranſlatus eſt Landgraviatus utriuſque Alſatiæ, cum præfectura Provinciali decem civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum, videlicet *Hagenau*, *Colmar*, *Schletſtad*, *Weiſenburg*, *Landau*, *Oberhaim*, *Roſheim*, *Munſter in valle S. Gregorii*, *Kaiſersberg*, *Turingbaim*; itemque *Suntgovia*; ita tamen, ut Argentoratenſis & Baſileenſis Epiſcopi cum civitate Argentoratenſi, & reliqui per utramque Alſatiam Rom. Imperio immediatè ſubjecti Ordines, Abbates, Palatini, Comites, Barones, at totius Inferioris Alſatiæ Nobilitas; item prædictæ Civitates Imperiales, in ea libertate & poſſeſſione Immedietatis erga Imperium Rom. qua hactenus gaviſæ ſunt, relinquantur: & Rex Galliæ juribus contentus maneat, quæ ad Domum Auſtriacam pertinuerunt. [k] (4)

HEKELII.

[d] Uterque Tractus Urbibus, Oppidis, Pagis & Villis admodum frequens eſt, omnique ex parte habitatur. Dives quoque eſt frumento, maximè in planitie, ubi quoque ſunt optimi fructus, adeo ut fertilitate reliquas *Germaniæ* Regiones facile excedat. Montes & colles producunt Vinum optimum, quod multis in locis defertur. Sunt etiam ibi Sylvæ Caſtanearum & Montes Mineris refertiſſimi; præcipuè autem *Argenti*, *Æris* & *Plumbi*. *Alſatiam Inferiorem* HENRICUS de TURENNE, *Gallorum* quondam Campi-Marſchallus princeps, Heros verè aſtutus, callidus ac prudens, anno 1674, miſerandum in modum vaſtavit.

[e] *Martini Buceri*, *Beati Rhenani*, *Pauli Conſtantini Phrygionis* & *Jacobi Wimphelingii*, Virorum celeberrimorum, Patria haud incelebris.

[f] Rectius *Rubeaquum*, ſ. *Rubeacum*, quod videtur *Ptolemæo* RUFIANA eſſe.

[g] *Conrado Pellicano* cunas olim præbens.

[h] Heic natus eſt *Wolfg. Fabricius Capito*, Argentinenſis Eccleſiæ Antiſtes & trium Facultatum Doctor, Vir ævò ſuò egregiè doctus & celeber.

[i] *Privilegia* autem, quæ à FERDINANDO II Imp. hæc Academia obtinuit, impreſſa ſunt *Moguntiæ* anno 1630. in f. 4. Olim claruêre in illâ præ cæteris *Jo. Pappus*, *Thomas Wegelinus*, *Jo. Schmidius*, *Jo. Georg. Dorſcheus*, *Jo. Conr. Dambauer*, *Georg. Obrechr*, *Jo. Otto Tabor*, *Jo. Ludovicus Havenreuter*, *Matthias Berneggerus*, *Joan. Freinſhemius*, & nuper *Baltaſ. Scheidius* & *Joan. Henr. Boeclerus*, quorum dextram candidam æquè, ac *Joannis Schmidii*, *Iſaaci Fauſtii*, *Baltbaſaris Bebelii* (verè mei) ac *Joan. Rebhanii*, qui cum Gerardo à *Stocken*, *Ulrico Obrechto* & *Jul. Reichelto* etiamnum excellenter clarent, anno 1669 menſ. Jun. decenter oſculari mihi omnino erat licitum.

[k] Verum enim vero Ordo nunc prorſus inverſus eſt, præſertim quod *Regum Chriſtianiſſimus* utrumque Tractum *Alſatiæ* propriiſſimum ſibi hactenus vindicavit. Ni *Colmaria* GALLO ſuo amaſio omnino ſuavi ac amabili Coronam ſuam auream in manûs, ut aiunt, ſponte dediſſet, & *Argentina* fortè etiam, quæ

(a) Alſatia. (b) Argentoratum. (c) Suntgow. (d) Pfirt. (e) Beford. (f) Mulhauſen.

IX. Eſt in confiniis Alſatiæ ac Burgundiæ Comitatus *Montbeliard*, German. *Mümpelgard*, Wirtembergenſi Duci ſubjectus; opidum *Montbeliard* tutiſſimo munimento clarum eſt. ♆ Montbeliard.

quæ aliàs nullos paſſa eſt amplexus, cum vicinis Sororculis ſuis intacta Virgo manſiſſet.

BUNONIS.

♆ Mons Pelgardus videtur nomen habere à montis ſive horti pulchritudine; duplici caſtro firmatus eſt. Porro Duces Wurtenbergenſes in Burgundia quoque tenent Clerval & Paſſavant.

CAP. X.

Suevia, Franconia, Palatinatus Rheni.

I.

PRima trans Rhenum eſt *Briſigavia* regio, Elſatiæ quondam pars. Caput hujus Provinciæ eſt α *Friburgium*, (1) ſplendida atque amœna urbs; ſecunda eſt β *Briſiacum*, *Breiſach.* (2) Briſigavia. Briſgaw.

II. γ *Suevia*, vaſtæ quondam illius gentis exiguæ reliquiæ, ad ſupremam Danubii partem conſtitit. Urbium hujus Ducatus prima eſt δ *Auguſta Vindelicorum*, Svevia. Schwaben. Auguſta Vindelicorum.

BUNONIS.

α (a) *Friburgium* ſive *Friburgum*, ad Treiſſen fl. loco fœcundo poſitum. Celebratur Academia anno 1463 [a] fundata [b]. Anno 1644 Bavariæ Ducis exercitu ad deditionem compulſa, inſpectantibus Gallo-Vinarienſibus, qui illos ſtupendâ pertinaciâ munitis caſtris deinde adoriebantur. [c]

β (b) *Briſiacum* opidum munitiſſimum, ubi pons lapideus in Rheno fl. poſt diuturnam obſidionem & horrendam famem, à Bernhardo Vinarienſium Duce captum anno 1638. Inde in Gallorum eſt poteſtate [d]. In *Briſgavia* nobilis quoque eſt (c) *Hochberga*, Marchionis Durlacenſis ex Badenſium familia ſedes, & Marchionatus caput, ubi Marchio Erneſtus magnificum exſtruxit palatium. Itemque (d) *Hetterſheimum* caſtrum ornatiſſimum, quod incolit Magnus Prior S. Johannis Hieroſolymitani.

γ (e) *Suevia* ab Ortu hodiè Bavariam, à Septemtrione Franconiam, ab Occaſu Palatinatum Inferiorem & Alſatiam, à Meridie Helvetiam & Comitatum Tirolis. Fluvii in ea ſunt, præter *Danubium* & *Nicrum*, *Lycus*, *der Lech*, *Ilargus* ſeu *Ilera*, *Blavus*, & *Cochera*.

δ (f) *Auguſta Vindelicorum* eſt inter Lyci & Werthæ confluentes: Comitiis ibidem celebratis nobilis urbs, & in primis illis, quibus anno 1530, die 25 Junii principes & ordines proteſtantes Carolo V, Imperatori, fidei ſuæ Confeſſionem obtulerunt, quæ ea de cauſâ *Auguſtana* dicitur *Confeſſio*. In Auguſtano Epiſcopatu eſt (g) *Dillinga* ad Danubium, ubi Epiſcopus frequenter commoratur, qui Cameram ſuam ibidem conſtituit. Academiam habet Jeſuiticam [e].

HEKELII.

[a] Seu, ut vult *Aiſtedius* & alii, 1460.

[b] Et quidem ab Alberto, *Archi-Duce Auſtriæ*. XVI ſeculo ibi docuit *Zaſius*. Anno 1545 huic quoque inſtitutam eſſe *Societatem Equitum (die loblicbe Ritterſchafft) Dreſſerus* atteſtatur.

[c] *Friburgum* autem ex pago, ſ. Vico à BERCHTOLDO, *Zæringiæ* Duce, anno CHR. M CXX eſt conditum, quod Diſtichon hoc indicat:

Anno Milleno, centeno, bis quoque deno,
FRIBURGH fundavit BERCHIOLDUS Dux dominator.

Alias ſplendida ac amœna Urbs eſt. *Joan. Thomæ Freigii* & *Jacobi Milichii* patria, *Gallorum* regi hodie parens.

[d] *Hunc incomparabilem Principem, novumque Germanorum* HERCULEM æque ac *facta ejus Heroica* Carmine *Teutonico*, eoque variarum rerum pleno, optimè deſcripſit Virorum celeberrimus *Joannes Freinſhemius*; idque ſub *Titulo Teutſcher Tugend-Spiegel, oder Geſang von dem Stammen und Thaten des Alten und Neuen Teutſchen Hercules*, &c. *Argentorati* anno 1639 in fol. juſſit imprimi.

[e] *Ab* OTTONE *Epiſcopo* anno M D XLIX *fundatam.*

REISKII.

1 (h) *Briſacum* in monte rotundo inſtar caſtri munitiſſimi hodieque ſitum ſignificat, congruere ſibi vetuſtam *montis Briſaci* appellationem, quæ in Rom. Imp. Antonini Itinerario adhuc extat: Idem toti regioni addidit Briſgowæ nomen, & Gallis deditum Germaniæ clavem reliquit. Tres enim claves Carol. Richelius regi ſuo comparaſſe dicitur, *Perpinianum* Hiſpaniæ, *Pignarolum* Italiæ, *Briſacum* Germaniæ, (i) *Friburgum* etiam anno 1678 expugnatum pro caſtro Philippoburgo, quod Germanis expugnatoribus relinquebatur, per pacem Noviomagenſem cum tribus pagis proximis acceſſit Galliæ. (k) *Suevia* colonis Suevorum huc irrumpentibus nomen ſuſcepit, hodieque

(1) *A Suecis An.* 1632, 1634 & 1638 *expugnata, a Gallis An.* 1671 & 1677. *Propter Bavaros a Principe Condæo profligatos An.* 1644 *celebris. Imperio Pace Reſvicenſi An.* 1697 *reſtituta.*

(2) *Fame tantum oppreſſa obſidentibus Suecis & Gallis An.* 1638, *ut milites cadavera ſepulta ad famem ſedandam effodiere. Duce Burgundo, Galli nepote, An.* 1703 *expugnata.*

(a) Friburgum. (b) Briſiacum. (c) Hochberg. (d) Hetterſheim. (e) Suevia. (f) Auguſta Vind. (g) Dillinga. (h) Briſacum. (i) Friburgum. (k) Suevia.

licorum, *Augſpurg*, opulentiſſimum Emporium: urbs ſplendida in primis & magnifica, munitione tuta, libera Imperii civitas (1). ε *Ulma*, munitiſſima & ipſa, ſimulque ditiſſima Imperii civitas, ædificiorum ſplendore facile finitimis præſtat (2). Reliqua loca nobiliora ſunt; ζ *Nordlingen*, η *Memmingen*, ϑ *Lindau*, ι *Fueſſen*, κ *Rottweyl*, ubi Juridicus Imperii conventus eſt.

Wirtembergenſis Ducatus.

III. λ *Wirtembergenſis Ducatus*, ab arce *Wirtemberga* cognominatus, pars erat Sueviæ; at quum nuper Ducatus factus ſit, provincia ſeorſim cenſetur. Urbes inibi

que noſtro imperio peculiarem addit circulum, cui Ducatu cum Wurtenbergico (a) Marchionatus etiam Badenſes ſubſunt, tum ſuperior, à ſede ſua dictus Baden & Hochberg, tum inferior nempe Durlacenſis, uterque nunc Gallicis deprædationibus & incendiis exhauſtus. (b) *Franconia orientalis* & ipſa circulum facit Franconicum, in eoque tres Epiſcopatus Catholicos, & duos Burggraviatus Brandenburgicis Marchionibus ſubjectos complectitur; ſuperiorem ſcilicet Byrutinum ſive Colmbacenſem, & inferiorem, Anſpachienſem, ſive Onoldsbacenſem; Hic Franconicam ſolum regionem, ille partem Voigtlandiæ montanam, & monti Pinifero vicinam continet, ſimul cum Franconica, cui Colmbacum, caſtrumque huic proximum Blaſſenburgum ſubeſt. (c) *Palatinatus Rhenanus* aut inferior, totus quondam cultiſſimus & florentiſſimus, nunc vaſtitate Gallica ſquallet, ob *Heidelbergam* dirutam, *Manbeimium* & *Franckenthalium*, urbes munitiſſimas, everſas, & cæteras regiones, quotquot Electoratui ſubſunt, direptas miſerrime aut exuſtas.

(1) *Propter Interim a Carolo V ad ſedandas de Religione differentias excogitatum celebris, ab eodem, Anno 1551 expugnata, ac Conventu Paſſovienſi An. 1551 liberata, a Bavaro An. 1704 capta, at nunc Imperio reddita, fœdere inter Cæſarem, Hiſpanum, Imperium, Ducem Sabaudicum & Batavos, ad communem Libertatem tuendam Anno 1687. Prætorio imprimis magnifico, & armamentario etiam celebris.*

(2) *Religionem reſtauratam An. 1529 amplexa, Templo Cathedrali ſplendidiſſimo nobilitata, a Bavaro An. 1702 fraude oppreſſa, at poſt Stragem Hochſtatenſem, ubi fuſi fugatique Galli & Bavari, recuperata; Panno Linteo etiam celebris.*

BUNONIS.

ε (d) *Ulma* eſt ad confluentes Iſeræ, Blavi & Danubii [f]. Urbis territorium continet tres Comitatus [g].

ζ (e) *Nordlinga* urbs Imperii ad Egræ ripas, memorabilis clade [b], quam Fœderati a Cæſarianis, duce Ferdinando III, tum Hungariæ Rege, acceperunt anno 1634 (3).

η (f) *Memminga* urbs Imperii, natura & manu munita in *Algoja* (4).

ϑ (g) *Lindavia* urbs Imperii in lacus Bodamici ſeu Conſtantienſis inſula; unde nonnulli *Venetias Sueviæ* appellant, ponte lapideo tamen continenti jungitur.

ι (h) *Fueſſen* eſt in ditione Epiſcopi Auguſtani, cujus frequenti ſeceſſu celebratur.

κ *Rotwyla*, urbs Imperii, eſt ad fontes Nicri, Helvetiis fœderata: Conventus ille juridicus a Conrado II ſcribitur inſtitutus. Præterea nobiliores in Suevia urbes ſunt, *Campodunum* vulgo (i) *Kempten* ad fl. Yller, urbs Imperii libera; ei imminet mons vulgo *Hillermont* mœnibus cinctus, dictuſque caſtrum *Burſhald*, civitatis armamentarium. Eidem adjacet *Abbatia* ejuſdem nominis cum urbe, in qua omnes monachi ſunt genere nobiles, ex octo familiis orti; quod accuratiſſimè ſervatur, nulla habita ratione gratiæ aut pecuniæ. (k) *Uberlinga* ad lacum Conſtantienſem quondam Ducum Sueviæ ſedes, urbs Imperii libera. (l) *Conſtantia* vulgo *Coſtnitz* [i], concilio illo anno C. 1414 habito celebris, quo tres pontifices, qui tum erant, ſede moti, & Joh. Huſſus damnatus [k]. (m) *Dunckelſpila* [l] ad *Wernitium fl.* dicta a voce *Dunckel*, i. e. Zea, cujus ibi magna eſt copia [m]. (n) *Elwangia* Abbatia nobilis. (o) *Donawerta* ad Danubii & Wernitii confluentes, olim Imperii civitas libera, ſed anno 1606 à Maximiliano Bavariæ Duce ſubacta libertate ſua excidit [n]. (p) *Papenheim* urbs cum Comitatu ejuſdem nominis. (q) *Oetinga* ad Wernitium fl. Comitatus caput. (r) *Zollern*, caſtrum in monte poſitum, ad cujus radices opidulum; unde Comitatui nomen. (s) *Hala Suevorum* ad Kocharum fl. ubi Salinæ. Heic olim duella permiſſa [o].

λ *Wirtenburgenſis Ducatus*, præprimis fertilis, habet ab Ortu Palatinatum Neuburgicum [p], à Septemtrione Franconiam, ab Occaſu Palatinatum Inferiorem & Marchionatum Badenſem; rigatur *Nicro* præcipue.

HEKELII.

[f] *Leonhardi Hutteri*, & *Eliæ Veielii*, Patroni mei ſingularis, quem adhuc ſalvum & undiquaque celebrem novi, patria, Legibus & Ordinibus in quolibet Statu optimè conſtituta. Templum habet *D. Virgini* ſacrum, in cujus ædificatione inſumpta leguntur aureorum novies centena millia.

[g] Seu potius Baronatus, ſive Dynaſtias, & unam in Algoja.

[b] Ac *Gundelfingeriana* memoriâ.

[i] *Huldrici Zaſii* patria.

[k] Leg. *Æneæ Sylvii Hiſtor. Bohem.* c. 36. p. 72. ſeqq. Edition. *Guelferbyt.* in 8. Alias prolixa de *Johanne Huſſo* Hiſtoria eſt edita *Latine Witteb.* 1537. in 8. *Germanice* verò, & quidem *Nicolao Crombachio* interprete, *Haganoæ* 1548. etiam in 8. f.

[l] S. *Zeapolis*.

[m] Civitas eſt S. R. I. Libera munita, Evangelicæ juxtà, ac Romano-Catholicæ Religioni addicta.

[n] Hanc ortu ſuo nobilitavit *Thomas Heckelius*, ICtus & Poeta *Lipſienſis* hoc ſeculo ſat clarus.

[o] Civitas eſt imperialis libera, quam claram hactenus reddidit *Jo. Georg. Seyboldus*, Vir de re Grammatica atque Juventute optime meritus.

[p] A meridie *Sueviæ* partem.

(a) Marchion. Badenſes. (b) Franconia. (c) Palatinatus Rhen. (d) Ulm. (e) Nordlinga. (f) Memminga. (g) Lindavia. (h) Fueſſen. (i) Kempten. (k) Uberlinga. (l) Conſtantia. (m) Dunckelſpila. (n) Elwangen. (o) Donawerta. (p) Papenheim. (q) Oetinga. (r) Zollern. (s) Hala Suevorum.

(3) *Et etiam clade quam Cæſariani a Suecis & Gallis Condæo Duce Anno 1646 acceperunt.*

(4) *A Bavaro capta Anno 1672, & poſtea reſtituta.*

BUNO-

inibi claræ ſunt, μ *Canſtat*, mercatu celebris, ν *Stutgart*, Ducum ſedes (1): ξ *Rotenburgium*: quæque reliquas anteſtat, ο *Tubinga*.

IV. π *Dux* eſt, qui & Epiſcopus, cognomine Herbipolitanus, ab ϱ *Herbipoli*, vulgo *Wurtzburg*, capite provinciæ, dictus. Urbs eſt inter primas præclara (2). At *Francofurtum ad Mœnum* [q] libera Imperii civitas, celeberrimis totius Europæ, nedum Germaniæ, nundinis nobilitatur (3). σ *Bamberga* Epiſcopali

Canſtat. Stutgart. Rotenburgum. Tubinga. Franconia ſive Francia Orientalis. Franckenthal. Herbipolis. Francofurtum. Bamberga.

BUNONIS.

μ *Canſtat* eſt ad Nicrum, cujus vicinia multas habet vineas; unde haud longe abeſt arx Wirtemberga.

ν *Stutgardia* provinciæ metropolis, habet arcem elegantiſſimam.

ξ *Rotenburgum* Nicrus fl. interſecat; unde una pars urbis vocatur *Rotenburg*, altera *Ebingh*.

ο *Tubinga* ad Nicrum Academia & Collegio Ducali celebris [r]. *Schorndorffium* opidum munitum habet ſalinas [s]. Civitates Imperii liberæ ibidem ſunt (a) *Hailbronna* ad Nicrum [t] a Friderico II Imperio aſſcripta: (b) *Reutlinga* ad Echetz fl. [v]. (c) *Eſlinga* ad Nicrum fl. [x].

π (d) Epiſcopus Herbipolitanus idem Franconiæ Dux. Ei quotannis redeunt 300 millia thalerorum. Habet *Franconia* ab Oriente Bohemiam, à Septemtrione Thuringiam & Haſſiam, ab Occaſu Palatinatum Inferiorem, à Meridie Bavariam & Sueviam. (e) *Fluvii* hic præcipui ſunt *Mœnus*, *Jaxtus*, qui ad Wimphinam in Nicrum ſe exonerat; *Tubaris* ad Werthemum, & *Sala* Francicus, ad Gemundam Mœno ſe miſcent. *Sala* fluvius ille putatur eſſe, à quo *Franci* dicti ſunt *Salici*: Equidem ad Salam locus erat *Seltz* dictus, in quo Carolus M. Ludovicus Pius & Arnulphus commorabantur, *Regin. l.* 2. Ad eundem Salam eſt opidum hodie munitiſſimum *Koningshofen*; ex cujus nomine colligitur, *Regiam* ibidem fuiſſe *aulam*. Neque tamen alter fluvius Sala inde longe diſſidet.

ϱ (f) *Herbipolis* ad Mœnum Academia [y] celebris: urbi imminet arx [z], *Marienberg* vulgo; in qua ingentem theſaurum obtinuit *Guſtavus Adolphus Suecorum Rex*. (g) *Ochſenfurtum* ad Mœnum, horreum Epiſcopi [a].

σ (h) *Bambergæ* Henricus II cognomento *Sanctus*, colitur. Adjacet ei in vicino monte arx *Altenburg* (4).

HEKELII.

[q] Hæc Civitas omnino inſignis, maximè incluta ac excellenter nobilis à Magiſtratu magnifico & valdè prudenti tam bene eſt conſtituta, ac Legibus in quolibet Statu ac Ordine firmata, ut ulli *S. R. Imp.* ac fermè vix totius *GERMANIÆ* Civitati cedat. Edidit hujus Chronicon *Jo. Fridericus Fauſtus*, apud ipſos *Francofurtenſeis* Anno 1660 in 12. f. impreſſum. Ante biennium, & quod excurrit, amiſit ſuum *CHRYSOSTOMUM*, *Philippum Jacobum Spenerum*, Virum omni honore, obſervantiâ atque veneratione digniſſimum. Hæc Urbs *Joannis Richardi*, JCti valde præſtantis, non ſolùm natalis, ſed & emortualis eſt locus. Obiere quoque ibidem *Matthias Flacius*, *Jo. Petr. Lotichius* atque *Jo Otto Talor*, Viri non è plebe. Ecquid dicam? Ipſius GUNTHERI *Schwarzburgici*, Imp. *Romanor.* glorioſiſſimi, Oſſa auguſtiſſima, quod univerſa lætatur proſapia *Schwarzburgica*, molliter *Francofurti* cubant. Hodiè vivit in tam illuſtri ac ſplendido loco *Jobus Ludolfus*, Lingg. Orient. Doctor ſine pari.

[r] Hæc Academia fundata eſt Anno CHRISTI M CCCC LXXVII per EBERHARDUM, Ducem *Wurtembergicum*, ob *Barbam*, quam prolixam alebat, *Germanis* dictum *Rauſchenbarth*. Inde jam laudata Academia etiamnum *EBERHARDINA* vocatur. Ejus Viſitatores perpetui ſunt 1° *Cancellarius Wurtembergicus*, 2° *Conſiſtorii Eccleſiaſtici Wurtembergici Director*, & 3° *Concionator aulicus Primarius Stutgardinus*. Profeſſores *Theologiæ* olim fuêre *Jacobus* Andreæ, *Jacobus* Beurlinus, *Joſephus* Demlerus, *Stephanus* Gerlachius, *Matthias* Hafenreffer, *Jacobus* Heerbrand, *Jo. Heinr.* Hiemer, *Andreas* Oſiander, Jun. *Lucas* Oſiander, *Joann. Ulric.* Pregitzar, Par. *Baltaſar* Raith, *Jo. Georg.* Sigwart, *Theodor.* Thummius, *Tobias* Wagnerus (5). In facultate *Juridica*, præter clariſſimum *Varenbulerum*, claruere quoque *Andreas* Bajer, *Chriſtophorus* Beſoldus, *Heinr.* Bocerus, *Joannes* Halbritter, *Joann.* Harpprechtus, *Thomas* Lanſius, *Wolf-Adam* Lauterbachius, *David* Magirus atque *David* Scheinemann. Medici clari fuêre *Sebaſtianus* Bloſſius, *Joannes* Fabri, *Joann. Jacob* Haugius atque *Joann. Ludovicus* Moeglingus. Inter *Philoſophos* & *Philologos* olim ac nuper clariſſimi extitêre *Michael* Beringer, *Theodorus* Cellarius, *Martinus* Cruſius, *Frider. Harm.* Hayderus, *Nicod* Friſchlinus, *Magnus* Helenthalerus, *Benedictus* Hopferus, *Jodocus* Kolbius, *Michael* Moeſtlinus, *Vitus* Mullerus, *Jo. Ulr.* Pregitzer, Fil. *Zacharias* Schaefferus, *Joann-Baptiſta* Weiganmair, atque *Heinricus* Wellingius. Hodiè ibidem docent non ſine laude egregia *Joann. Adam* Oſiander, *Georg-Heinr.* Keller, *Joann. Andr.* Hochſtetter, *Georg-Heinr.* Haberlin, *Burkardus* Bardili, *Joann. Andreas* Frommann, *Jo. Adam* Kurrer, *Jo. Conrad.* Brotbeck, *Georg. Baltaſar* Metzger, *Joann.* Grafft, *Jo. Ludov.* Moegling, Jun. atque *Chriſtophorus* Caldenbach, Philomela illa *Nicrina* maxime canora ac clara. Illuſtre Collegium ubi hodiè *Jo. Ulric.* Pregitzer, Nep. Jura ac Politicam dextrè ac perſpicuè profitetur, fundavit *LUDOVICUS* Dux, cujus Caput *ſuperior Aulæ Magiſter*, qui plerumque *Juris Profeſſorem Primarium* habet à conſiliis.

[s] Ejuſque ruinas à *Cæſareanis* An. 1634. d. 23. Nov. in cinerem datas nunc excitatas novimus.

[t] In hac Urbe, quæ latis ampla & clara, non ſolùm

(1) *Ubi Caſtrum habent munitiſſimum, ſplendore conſpicuum & hortis amœnis nobilitatum; Balneis etiam ſaluberrimis gaudet Civitas.*

(2) *Antiquitus Pæpolis & Herbipolis nuncupata; Epiſcopus, qui etiam Imperii Princeps, gladio ſemper comitatur, cui inſcribitur* Herbipolis ſola judicat Enſe & Stola, *Jurisdictionem tum Civilem tum Eccleſiaſticam denotans*: 15000 *Milites luſtrare poteſt.*

(3) *Nundinis & imprimis Librorum Commercio celebris; Cæſarum Electione, munimentis, ædium ſplendore, balneis & aquis medicatis nobilis, & propter diſ-*

(a) Hailbronna. (b) Reutlinga. (c) Eſlinga. (d) Franconiæ limites. (e) Flumina. (f) Herbipolis. (g) Ochſenfurt. (h) Bamberga.

ſenſiones inter Proteſtantes Anglos Maria regnante, ibidem profugos, Ceremoniarum cauſa, memorabilis. (4) *Epiſcopatus Ann.* 1106, *a Cæſare Hen.* II *conſtitutus, primus eſt Imperii Epiſcopus, & Papam ſolum agnoſcit ſuperiorem. Palatio, Templo Cathed. ſplendidiſſimo ac Jeſuitarum Collegio, ornatur Civitas.* (5) *In hac Academia aluntur quotidie* 200 *Alumni Ducis Liberalitate: nulli in Academiam admittuntur, niſi honeſto loco nati.*

pali dignitate celebris urbs, centrum Germaniæ obſidere videtur. Eſt in Franconienſi agro Arx τ *Ansbach* [b], Marchionatus titulo gaudens.

Ansbach.

V. Fran-

ſolùm *Reſpublica*, ſed *Miniſterium* quoque *Eccleſiaſticum*, cujus hodie caput eſt *Jo. Ludov. Munſter*, atque *Gymnaſium*, utpote cui non ſine laude præeſt *Gabriel Loeſchenbrandt*, ex voto conſtituta ſunt. Eruditæ ac nobiles Familiæ, quæ clarent ibi, ſunt, præter LOESCHENBRANDINAM, *Bampacherina*, *Feirabendina*, *Heuchelina*, *Irnſingerina*, *Pancugina*, *Rokenbauchina*, *Roskampffrina*, *Rublina*, *Sommerhardina*, *Spoelina*, *Zobelina*, atque nonnullæ aliæ.

[v] Ideò celebris, quòd Senatus ibi æquè ac *Noribergenſis Aug. Confeſſioni* primùm ſubſcripſit.

[x] Rempublicam & Eccleſiam benè conſtitutam habet. Huic jam præeſt laudabiliter Jo. Ulr. Wildius, Vir egregie doctus & modeſtus.

[y] A *Joanne*, Duce *Wurtzeburgico*, Anno 1403 inſtaurata.

[z] Epiſcoporum Sedes.

[a] Hujus *Epiſcopatus*, quem *Wenefridus*, vel *Winfridus*, murato nomine, quod ſemper bona fecit, BONIFACIUS nuncupatus, fundavit, primus Præſul fuit *Burckardus*, Benedictinorum Monachus & Fundatoris Conſanguineus. Anno 1696 pridiè Cal. Jun. in Epiſcopum Herbipolenſem & Ducem Franconiæ eſt electus *Conradus Wilhelm a Wertnau*, Decanus Bambergenſis.

BUNONIS.

τ *Onſpachium* [c] eſt ad fluvium ejuſdem nominis; habet arcem Principis ſedem. *Onolſſpachienſes* ſeu (a) *Anſpachienſes* ſunt Marchiones Brandeburgenſes; gaudent titulo Burggraviorum Norimbergenſium. Ad eos quoque pertinet (b) *Voigtlandia*, inter Thuringiam, Miſniam & Bohemiam ſita; cujus metropolis eſt *Curia*, vulgo (c) *Hoff in Vogdland*: Opida nobiliora ſunt (d) *Culmbacum*, *Culmbach*, cum arce *Plaſſenburg*, & (e) *Barreuthum*. Cæterum in Franconia quoque eſt (f) *Aichſtadium*, Epiſcopi illius ſedes: & (g) *Margenthal* magiſtri Equitum Ordinis Teutonici. (h) *Rotenburgum* ad Tubarim urbs Imperii, Cella penaria Franconiæ, ſitu prope eo ſcribitur eſſe, quo fuit Hieroſolyma [d]. (i) *Winſheimium* ad Aiſcham urbs Imperii. (k) *Schwinfurtum* urbs Imperii ad Mœnum [e], in ipſo ferme Franconiæ centro, *Conradi Celtæ*, primi apud Germanos Poetæ, patria. In Franconia quoque eſt *Erbachum* Comitatus caput: *Henneberga*, unde Comitatui nomen: Comitatus *Reineccenſis* ſeu *Lorienſis* & *Holacenſis* ab *Holacho* caſtro dictus.

HEKELII.

[b] Hûc referendum quoque *Byruthum*, CHRISTIANI ERNESTI, Marchionis *Brandeburgici*, Heroïs fortiſſimi, eminenter inclyti ac valde glorioſi, Sedes. Hujus Miniſter primarius ac ſummus *Conſiliorum* Præſes eſt *Joannes Albertus*, S. R. Imp. Comes de *Ronou* & *Bieberſtein*, Præfecturæ *Curienſis* Capitaneus ſplendidiſſimus. Sed qui in *Eccleſia* tum *aulica*, tum *oppidana*, poſt *Caſparis a Lilien*, Theologi celeberrimi, & *Jo. Matthiæ* (Joannis Fil.) Stumpffii, beatiſſimum ex hac vita diſceſſum, immò in illuſtri *Chriſtian-Erneſtino Collegio* quàm fideliſſimè docent, ſunt *Jo. Jacob. Steinhoefer*, *Georg. Frid. Pertſchius*, *Joh. Leonh. Schopff*; *Jo. Wolfgang Rentſch*, *Jo. Caſpar Oertelius*, *Jo. Fikenſcher*, *Jo. Georg. Layritzius*, atque *Joach. Heinr. Hagen*, Viri non vulgariter eruditi, modeſti, ac benefici. Sed *Culmbaci*, ubi arx munitiſſima, eaque ad hunc *Marchionatum Inferiorem* quoque ſpectans, *Ludovico Liechtardo* placidè extincto, Eccleſiæ jam ritè præeſt, *Jo. Chriſtophorus Laurus*.

[c] S. *Onoldum*.

[d] Rempublicam bene conſtitutam habet, & Religioni Evangelicæ ſerio eſt addicta. Nuper amiſit *Chryſoſtomum* ſuum, D. JO. LUDOVICUM HARTMANNUM, immenſi laboris, infucatæque Pietatis Theologum. Nunc magna cum laude quoque præeſt Eccleſiæ *Sebaſtianus Kirchmajerus*; Gymnaſio v. *Fridericus Lipſius*.

[e] Ut Virtus ullo minimè eget præconio; ſic & Urbi huic ſplendidæ ulla laus nequaquam eſt neceſſaria, quoniam jampridem toti *Sacro Romano Imperio* & omnibus *Bonis Muſis* inprimis elegantioribus ac curioſioribus, ſe ſtitit commendabilem. *Politia* talibus *Legibus* atque *Conſtitutionibus* eſt fundata, ut neque *Pietas*, neque *Juſtitia*, neque *Prudentia*, neque *Beneficentia*, neque *Morum Suavitas* eas rejicere ac irritas facere queant. Ejus Caput ἐκ ἀκλινῶς emeritum hodiè eſt *Jo. Michael Febrius*, S. CÆS. MAJ. Archiater feliciſſimus, Polyhiſtor illuſtris, ac exterorum Heroum Literatorumque, à quibus maximi æſtimatur, incredibiliter ſtudioſus. *Eccleſiæ*, quæ purè Evangelica atque Orthodoxa, valdè laudatus Antiſtes eſt *Caſpar Heuniſchius*, integer vitæ, fidei atque doctrinæ Theologus, Scriptiſque piis, limatis ac curioſis celeber. *Gymnaſium* vero cura *Crameriana* adhuc dextrè regitur. Hoc inprimis laudi ducitur ampliſſimæ huic Reipublicæ, quod Miniſtros *Eccleſiæ*, *Gymnaſiique* Profeſſores atque *Scholæ* Præceptores ab omnibus Civium oneribus quotidie ſervet liberos, quod in paucis aliis *S. R. Imp.* Rebuſpublicis, iiſque benè ac probè conſtitutis quoque, rarenter amat fieri. Claret & hæc Urbs ob Academiam Naturæ Curioſorum, quæ Anno 1662 initium ibi ſumpſit, feliciſſimo *Jo. Laurentio Bauſchio* (qui *Præſes primus* merito conſtitutus eſt) Fundatore, & aſſiſtentibus primis duobus Adjunctis, modo jam laudato *Joh. Mich. Febrio* nempe, ac *Georg. Balt. Metzgero*. Ejus Protector olim erat Princeps *RAIMUNDUS*, S. R. Imp. Comes de *Montecuculi*, Heros animoſus ac *Muſis* faventiſſimus. Modernus autem eſt *FRANCISCUS ANSHELMUS*, Archiepiſcopus & Elector *Moguntinus* eminentiſſimus, Princeps ſummo ac pleno elogio haud indignus. *Præſes ſecundus* eſt magnificus *Febrius*, qui ob corporis imbecillitatem fermeque exactam ætatem ſplendidiſſimi hujus Præſidii parteis *Jo. Georg. Volkamero*, *HELIANTHO* illi primo ac *Noricorum GALENO* præſtantiſſimo, unanimi Adjunctorum, *Jo. Danielis Majoris* nimirum, *Lucæ Schroeckii*, Jun. *Jo. Sculteti* atque *Georg. Wolfg. Wedelii*, Virorum ſingularis eruditionis, autoritatis atque exiſtimationis, ſuffragio ac conſenſu, ipſis Idib. m. Decembr. A° 1686 ſolenniter impoſuit. Hèic, præter *Jo. Cuſpinianum* atque *J. L. Bauſchium*, nati ſunt Jo. Guilielmus *Barger*, Jo. Henr. *Engelhart*, Jo. Laurentius *Febr*, Jo. Volpert

(a) Anſpach. (b) Voigtlandia. (c) Hoff. (d) Culmbachium. (e) Barreuthum. (f) Aichſtadium. (g) Margenthal. (h) Rotenburgum. (i) Winſheimium. (k) Schwinfurtum.

V. Franconiæ quondam pars, nunc, υ *Palatinatus Rheni*, caput habet Provinciæ φ *Heidelbergam* [*f*], eandem Electorum Palatinorum ſedem [1]. Ad confluentes Rheni Nicrique *Manhemium* opidum munitiſſimum, Provinciæ propugnaculum eſt (2). Eſt eodem tractu, inter Elſatiam & Palatinatum, χ *Marchionatus Badenſis*, ab aquis totius Germaniæ celeberrimis cognominatus (3). Sedes Marchionis eſt *Durlacum*, opidum cum arce. (4)

Palatinatus Rheni ſeu Inferior.
Heidelberga.
Manheimium.
Marchionatus Badenſis.
Durlacum.

CAP.

Volpert *Glock*, Caſpar, Georg. David & Jo. Frider. *Heuniſchii*, Georg. Balt. & Jo. Chilian. *Metzgeri*, Heinr. *Salmuthius*, Jo. David *Schamroth*, Chriſtoph. *Schmidt*, Jo. Martin *Uble*, Joan. *Weinmann*, Georg. Baltaſar *Wolfart*, & multi Docti alii. Inclutæ hujus Reipublicæ Conſules, & quidem, quantum ſcio, h. t. Seniores, ſunt *Juſtus Fridericus Schœner*, Vir probè politi judicii, & *Jo. Laurentius Prætorius*, alias *Schoepperus* dictus. Conſiliarii autem ſunt *J. Nicolaus Melchior*, atque *Jo. Henr. Segnitz*. Claret quoque inter Phyſicos Ordinarios *Elias Schmidius*, Vir rarioris ingenii ac ſummæ medendi felicitatis.

BUNONIS.

υ (a) *Palatinatus Inferior* ſive *Electoralis* habet ab Ortu Ducatum Wurtembergenſem & Epiſcopatum Wurtzburgenſem; à Septemtrione partem Haſſiæ & Treverensis provinciæ; ab Occidente Trevirenſem Archiepiſcopatum, partem Auſtraſiæ & Lotharingiæ; à Meridie Alſatiam & Marchionatum Badenſem. Rigatur Rheno, Nicro, Mœno, Naha & Lautera fluminibus.

φ (b) *Heidelberga* ad Nicrum [*g*] arce & academia, anno 1345 fundata, illuſtris [*b*]: Celeberrima, quam habebat Bibliotheca anno 1623, [*i*] Romam delata eſt. Sunt hic præterea *Franckenthalium*, opidum munitiſſimum, (c) *Neuſtadt an der Hart*, quo tractu naſcitur genus vini, quod vulgo *Ganſefuſſer* vocatur. (d) *Crucenacum*, Naha interluente in duo veluti opida diſtinctum; cujus pars ad Marchiones Badenſes pertinet. (e) *Cæſarea Lutra*, *Kayſers Lauteren*, ad Luteram amnem; & lacum, in quo lucius ille anno 1497 captus, quem manus Friderici II Imperatoris anno 1230 hic poſuerat; (f) *Bacharacum* generoſiſſimo vino nobile. (g) *Bretta*, *Philippi Melanchthonis* [*k*] patria. Inter Rhenum, Moſellam & Naham tractus vulgo vocatur (h) *der Hunneſruck*; hic quoque eſt (i) *Simmera* Principum ſedes; & in confinio (k) *Sponheimium* Abbatia, quam celebrem reddidit *Trithemius Abbas*.

χ *Marchionatus Badenſis* totus fere jacet intra Rheni dextram ripam, Palatinatum inferiorem, Ducatum Wurtemburgenſem & Briſgojam. Nomen habet ab opido (l) *Baden*: ubi aquæ calidæ ſalutares [*l*]. Marchio iſte eſt Romano-Catholicus: Sed *Durlacenſis* eſt Confeſſionis Auguſtanæ. (m) *Durlacum* opidum habet Collegium & Palatium munitiſſimum. In ejus ditione quoque eſt (n) *Pfortzheim* munitum opidum, *Joh. Capnionis*, alias *Reuchlini*, patria. Ibi quoque eſt Comitatus (o) *Eberſtein*, ab *Eberſtein* caſtro appellatus.

REISKII.

[*f*] Hunc Locum eleganter deſcripſit *Jo. Seobaldus Fabricius*, Comes Pal. Cæſ. in Oratione publicâ, quam m. Aug. An. 1658 publicè habuit, cùm EMANUELI LUCIO, *Bernati Helvetico*, eâ, quâ pollebat, autoritate ANNULUM, CORONAMQUE LAUREAM donaret. Prodiit autem hæc Oratio ſub *Actus Panegyrici* Tit. *Heidelbergæ* Walterianis Litt. in 4. f. An. non adj. CAROLO Electore veneno, ut ſæpe ſolet fieri, ab intimis atque neceſſariis ſuis, qui Conſcientiam ſuam, poſtulante officii ſui ratione, immaculatam perpetuò ſervare debuiſſent, proh! nocato, ſedet hodie *Heidelbergæ PHILIPPUS WILHELMUS*, *Comes Palatinus Rheni*, heros omni laude atque præconio omni tempore exornandus, atque Invictiſſimi *Imperatoris Rom.* ac Potentiſſimi *Regis Luſitanici* Socer. Præter *Profeſſores*, quos in ipſo Autore laudavi, docent ibidem optimè quoque *Jo. Wolfg. Textor*, *H. Coccejus* atque *Heinricus Guntherus Thulemarius*.

[*g*] Regimine Politico.

[*b*] Hèic inclyti ſunt hoc tempore *Ezechiel Spanhemius*, *Jo. Ludovicus Fabricius*, *Jo. Fridericus Miegius*, *Georg. Francus*, *Stephanus Gerlachius*, *Hachenbergius*, & alii. CAROLUS Elector, qui An. 1651, d. XIII Maj. natus, eſt ſummæ gravitatis, egregiæ manſuetudinis, ſolidiſſimæ eruditionis & peracuti judicii heros.

[*i*] *A Leone Allatio.*

[*k*] Communis Germaniæ Præceptoris & Capnionis e Sorore Nepotis.

[*l*] Domus autem *Badenſis* hodiè dividitur in duas Lineas, *Bade Badenſem* nempe & *Bade-Durlacenam*.

T BUNO-

(a) Palatinatus Inferior. (b) Heidelberga. (c) Neuſtadt an der Hart. (d) Crucenacum. (e) Cæſarea Lutra. (f) Bacharacum. (g) Bretta. (h) Der Hunneſruck. (i) Simmera. (k) Sponheimium. (l) Baden. (m) Durlacum. (n) Pfortzheim. (o) Eberſtein.

(1) *Barbare a Gallis An. 1693 pene d letam, ubi Mulieres, contra fidem fœde violarunt, Monumenta Principum ac Palatium ſplendidiſſimum diruerunt. Bibliotheca Electoralis ante Urbem ab Hiſpanis An. 1623 captam, Vaticanam longe ſuperavit.*

(2) *A Gallis etiam dirutum.*

(3) *Vini, frumenti, ac Cannabis ferax, regio peramœna & probe culta.*

(4) *Potius, Palatio peramplo & ſplendidiſſimo. Civitas Badenſis alterius Marchionatus Metropolis, plus minus trecenta habet Balnea; unde admodum frequens eſt.*

CAP. XI.

Palatinatus Superior, Bavaria, Salisburgenſis Archiepiſcopatus, Tirolis Comitatus.

Palatinatus Superior.

Nortgavia, *Nortgauw*; qui & Palatinatus Bavariæ ſive ſuperior Palatinatus, *die Ober-Pfaltz.* 1

I.

Norimberga.

α NOrimberga, [a] *Nürnberg*, in confiniis Franconiæ, Sueviæ, ac Bavariæ poſita, nullius ſoli eſſe cupit. Urbs eſt magnifica, ſplendida, potens,

Amberga.

ac totius Germaniæ ſuperbiſſima. Caput Nortgaviæ nunc cenſetur β *Amberga*, γ *Neu-*

BUNONIS.

α (a) *Norimberga*, ad utramque Pegneſi, qui urbem interluit, ripam ſita, ad Circulum pertinet Francicum. Habet territorium ſatis amplum & opida aliquot, in quibus (b) *Altorfium*, Academia anno 1575 ornatum [b].

β *Amberga* Palatinatus Neoburgici Metropolis eſt.

(1) *Cluver. Germ. antiq.* nomen ducit a Vocabulo Celtico Palas, *quod Curiam Jurisdictione præditam ſignificat. Vide plura in Seldeno* de Titulis honoris.

HEKELII.

[a] Hæc Urbs, *Chriſtiano Becmanno* in Epiſtola quadam Dedicatoria ad Virum ampliſſimum, *Georg. Remum*, Norib. data, & cum Opuſculis aliis *Hanoviæ* A° 1619. in 8. f. publici juris facta, Ὀμφαλὸς ϗ Ὀφθαλμὸς, hoc eſt, *Umbilicus & Oculus GERMANIÆ*, non iniquè dicitur, quoniam, quæ in iſta Urbe ſunt reperienda, omnia ſunt firma, lauta, nitida ac ſplendida. Admiranda eſt ſumma atque magnifica Senatorum magnificorum Curia, in qua *Pietas* atque *Conſcientia*, de gloria cum ipſa certant *Juſtitia*. Admiranda ſunt Templa eximiæ magnitudinis, in quibus Verbum Dei purè prædicatur ac perſpicuè. Admirandæ ſunt Nobilium, Mercatorum ac cæterorum privatorum Domus, quæ aut omnes, aut perpaucis exceptis, quadrato è Lapide perſplendidè ſunt exſtructæ. Turres, Muri & alia tantæ altitudinis ibi ſunt videnda, ut contra omnem vim atque incurſionem externam à quovis quoque milite judicentur prorſus ſecura & omninò libera. Breviter, quicquid vides *Noribergæ*, idem eſt, ac ſi olim *Romæ*, ac hodie *Venetiis* vidiſſes. Ut autem quondam apud *Græcos ATHENÆ*, & hac tempeſtate apud *Gallos LIMOGEA* Solum habet ſterile, idem & *NORIBERGA*, ubi imprimis Medicorum Collegium clarum eſt, cujus Director *Jo. Georgius Volkamerus*, Vir omni elogio major. Scripſit de hac Republica egregiè illuſtri atque apprimè nobili quatuor Libros *C. Eraſmus Michael Laetus*, Academi. *Hafnienſis* quondam profeſſor meritiſſimus, *Francofurti* ad *Mœn.* A° 1674. in 4. f. Sed *Joannes Saubertus*, Senior, Theologus piiſſimus, *Hiſtoriam Bibliothecæ NORIBERGENSIS*, utpote cui æquè, ac toti venerando Miniſterio nunc laudabiliter præeſt *Conradus Feyerlin*, Theologus pietate, omni modeſtiâ atque loquendi ſuavitate eximiè inſtructus, A° 1643. in 12. exc. optimè deſcripſit, *Ejuſque Memorabilia* in incluta Noricorum Academia A° 1673, ſimili modo recenſuit *Jo. Jacob. (Juſti Jac. Fil.) Leibnizius*, quæ A° ſequ. cum *Chriſtophori Arnoldi*, Viri celeberrimi, *Annotationibus neceſſariis*, iiſque *doctiſſimis*, in 4. f. pródiere.

Antiquitate etiam meritò gloriatur; Nomen ac Initium habuit à Noricis, qui Caſtrum in Colle contra Hunnorum Incurſiones condiderunt, cujus propugnaculi cauſa populi undique confluentes, in juſtam urbis magnitudinem, ſubitò crevit. Diu Carolo M. obſtitit, at ſæpe poſtea ab aliis Imperatoribus expugnata, quia Aſylum Latronibus præbuit, ad quorum audaciam compeſcendam, præſidium in arce poſitum erat, cujus Dux Burgravii titulo decoratus: Principes Brandeburgici ſub eodem titulo, Clavem Regiminis per multa ſecula magna cum laude tenuere. Multos Opifices in Ære, Ferro, Ebore & Ligno, claros alit, Horologiorum opificio etiam celebres; 550 Plateas, 60 Molendina, 11 Pontes lapideos, 365 Turres ſupra Mœnia, 10 Fora, 13 Balnea publica, & 60000 Incolas numerat. Prætorium habet magnificum; Armamentarium etiam unde 10000 homines armari poſſint, & ubi 300 Machinæ Æneæ cuſtodiuntur. Senatu 42 Virorum regitur, quorum 13 Prætores, 13 Decuriones, reliqui Seniores vocant; res autem arduæ Senatui 400 Virorum ex Civibus electorum mandantur. Confeſſionem Auguſtanam anno 1530 amplexi ſunt. Portas Guſtavo Adolpho, Suecorum Regi, anno 1631 aperuerunt, qui bis Copias Cæſareas obſidionem ſolvere coegit. Bibliothecam 20000 Voluminibus refertam, & Evangeliorum Codicem MSS ſupra 900 annos exaratum, prædicant. Jus Imperii in 7 alias Civitates, & 480 opida & pagos habent.

[b] Hujus Academiæ in primis claræ ac celebris *Ortum, Progreſſum*, & *cuncta Memorabilia, omniumque Profeſſorum*, qui in *quatuor*, uti vulgo vocant, *facultatibus* à primis incunabulis eam illuſtrem reddiderunt, *Vitas*, *Mortes* ac *Scripta* adornavit ſub *Gloriæ Academiæ Altdorfinæ* Titulo *Magnus Daniel Omeis*, qui liber 1692 *Altdorfii* typis Meyerianis in 4. f. non malo omine prodiit.

REISKII.

1 *Palatinatus* (1) an Palanſgraviatus à Comite, cui olim paruit; Palatinus à Palatio, cui Comes fuit,

(a) Norimberga. (b) Altorfium.

Ordinum Imperij Conventus Generalis in tria Collegia distributus.

THE GENERAL DIET OF THE EMPIRE

WITH THE ORDER OF IT's DIFFERENT COLLEGES



γ *Neuburg*, & δ *Sultzbach* Principum Palatinorum ſunt ſedes. Eſt circa hæc loca *Landgraviatus Leuchtenbergicus*, cujus ſedes ε *Pfreimbt*. Eſt & ζ *Egra*, *Eger*, libera Imperii Civitas. η Item Comitatus *Ellenbogen*, qui ad Bojohæmiam ſpectat. Neuburg. Sultzbach. Leuchtenberg. Pfreimbt. Egra. Ellenbogen.

II. ϑ *Bavariæ Ducatus* dividitur in *Superiorem* & *Inferiorem*. Hic ad Ortum, ille ad Occaſum ſpectat. In *Superiori* ſunt urbes claræ ι *Monacum*, *Munchen*, Ducum ſedes, omnium Germanicarum pulcherrima. Secunda eſt κ *Ingolſtadium*: hanc ſequitur λ *Friſinga*. In inferiori *Auguſta Tiberii* [c], quod nomen illi falſo tribuêrunt olim fabuloſi Grammatici, alias μ *Ratisbona* [d] dicta, vulgo *Regensburg*, comitiis Imperii, quæ heic haberi conſueverunt, antiquitatum reliquiis, & ponte prælongo clara (1). Reliquæ memoratu dignæ ſunt ν *Pata-* Bavaria Bayern. Monacum. Ingolſtadium. Friſinga. Ratisbona.

fuit, aut Teutonico vocabulo *Pfaltz* ſive Pfallens, quod vetuſtior tulit dialectus (ſic Frehero in Origin. Palat. & Freſneo in Gloſſar. viſum) *ſuperior Palatinatus* autem reſpectu inferioris ſive Rhenani cum Electoratu connexi; ſed (a) Palatinatus Bavariæ, cui cis Danubium ſubeſt poſt An. 1646, tanquam pars ſeptemtrionalis, unde Nordgaw, i. e. regio verſus Septemtrionem ſita dicitur: Elector enim Bavarus cum Landgraviatu Leichtenbergico & Comitatu Chamenſi hunc obtinet: Neoburgicam vero & Solsbacenſem regionem Comites Palatini poſſident. (b) *Norimberga* urbs Imperialis libera, caſtrum vetus, & in eo inſignia Imperii German. ornamentaque Imperatoria tuetur: (c) *Egra* urbs Bohemiæ quidem caſtro regio & munimentis pluribus inſtructa, nec tamen Imperii German. libera extat. *Ducatus* (d) *Bavariæ* aut Bojoariæ trans Danubium & cis Danubium jacens aut *ſuperior eſt*, *aut inferior*: hic tamen Nordgoviam ex parte continet. Sed (e) *Archiepiſcopatus Saltzburgenſis* ad partes Bavariæ non pertinet, quanquam ad circulum Bavaricum refertur. Archiepiſcopus à Gregorio VII Papa Rom. Legatus ſedis Rom. perpetuus, ac Primas Germaniæ creatus nihil nunc habet, cur Magdeburgicum Primatum metuat. Sed *Tridentinus* & *Brixienſis Epiſcopatus* Auſtriaco ſubſunt circulo; itemque Comitatus Tirolenſis nunc Imperat. Aug. nulli Archiducum ſeparatæ familiæ ſubjectus. *Tridentum* non œcumenico, ſed Romano, cujus præſes pontifex erat, concilio diu tracto & toties tranſlato inclaruit. Vid. Hiſtor. Petr. Suavis Pol. & Heideggeri comment.

BUNONIS.

γ *Neoburgum* ad Vils fl.

δ *Sultzbach* cum caſtro eſt ad Roſenbach fl.

ε (f) *Pfreimbt* nomen habet à flumine *Pfreimbt*.

ζ (g) *Egra* olim libera civitas ab acidulis nota [e].

η In Comitatu (h) *Ellenbogen* ſunt (i) *Thermæ* nobiliſſimæ *Carolinæ*, vulgo *das Carlsbad*.

ϑ *Bavaria* fines habet ab Oriente Auſtriam & Stiriam; à Septemtrione Bohemiam; ab Occidente Sueviam & Franconiam; à Meridie Carniolam & Comitatum Tirolis [f]. Fluviis rigatur Danubio, Altmula, Iſara, Vilſa, Oeno, Salza, & Ambra. Qua verſus Sueviam & Alpes excurrit, *Superior* dicitur: qua verò ad Septemtrionem & Ortum ſe verſus Danubium extendit, *Inferior* [g].

ι (k) *Monacum* [b] eſt ad Iſaræ ripas [i].

κ (l) *Ingolſtadium* ad Danubium fl. opidum munitiſſimum, Academia etiam anno 1410 [k] ornatum.

λ (m) *Friſinga* nomen dedit Epiſcopatui Friſingenſi; cui olim præfuit Otto Friſingenſis, qui tempore Conradi III, & Friderici Barbaroſſæ floruit.

μ (n) *Ratisbona* urbs Imperii libera [l]; nomen habet à flumine *Regen*, qui eo in loco in Danubium ſe effundit; unde rectius ſcribitur *Reginoburgum*.

HEKELII.

[c] S. *Tiberia*.

[d] Sive *Artobriga*. Hæc in ipſo *Autore* merito à me deprædicata Civitas clariſſimis clariſſimorum *Krannoeſtiorum*, *Portnerorum* ac *Praſchiorum*, immo & *Balduinorum*, *Donaueorum*, quorum *Bibliotheca* inſignis, *Urſinorumque* nominibus hactenus clarior facta eſt.

[e] Finibus *Bohemicis* merito accenſetur.

[f] Dicitur etiam *Bojaria*, à *Bojaris* populis, vel ut alii volunt, ab *Avaribus* è *Pannonia* ejectis, qui huc inſederunt.

[g] Et *hæc* multo magis *altera* eſt fertilior, frequentibuſque habitationibus ornata.

[b] S. *Monachium*.

[i] Fundamenta ejus An. CHR. M CCCC LXII ab *HENRICO*, *Bavariæ* Duce, imperante *OTIONE* I, jacta eſſe, *Dreſſerus* de *præcipuis Germaniæ Urbibus* p. 457, autor eſt. Sed nomen inveniſſe dicitur à *Monacho*, cujus caput eo in loco repertum ſit, cùm terra fuit effoſſa (2).

[k] Ex *Viennenſi* dicitur orta, ſed M CCCC LXXII à *LUDOVICO* & *GEORGIO*, & tandem ab *ERNESTO* & *ALBERTO*, Ducibus *Bavariæ*, amplificata.

[l] Et in Eruditos benefica, immo æquis ac laudabilibus Legibus adeo firmata, ut nulli Urbium Imperialium cedat. Theologi, qui in Urbe iſtâ hodiè clarent, ſunt *Eraſmus Gruberus*, *Philippus Ericus Widerus*, *Chr. Sigiſm. Donauerus*, *Georgius Wonna*,

(1) *Oppidum probe munitum, antiquitate clarum, ut & Ponte lapideo 15 Arcubus ſupra Danubium arte ſumma extructo, & 3 turribus munito. In Prætorio Imaginem Gigantis Turcici a Cive quodam Ratisbonenſi in prælio devicti jactant. Vide Atlantem Geogr. Londini editum, de aliis opidis hic memoratis.*

(2) *Potius a Monaſterio, e cujus ruderibus prima facta ſunt fundamina. Palatium totius Germaniæ ſplendidiſſimum jactat. Incolæ opificio Vitri & Serici clari. Collegium Jeſuitarum Ædificium*

(a) Palatinatus Bavar. (b) Norimberga. (c) Egra. (d) Bavaria duplex. (e) Archiepiſc. Saltzburg. (f) Pfreimbt. (g) Egra. (h) Ellenbogen. (i) Thermæ Carolinæ. (k) Monacum. (l) Ingolſtadium. (m) Friſinga. (n) Ratisbona.

plane regium eſt. Civitas hæc ante bellum hodiernum inter opulentiſſimas & optime cultas numerabatur. Palatium hortis amœniſſimis, Bibliotheca optime referta, & ſupellectile lautiſſima nobilitatur; inter quas Imago Chriſtoph. cujuſdam Froſchameri, propter 345 Homines nefarie manu propria occiſos, & 400 alios ſuaſu ejus morti traditos, imprimis eſt ſpectabilis.

Passau. Landshut. Straubing. Salisburgensis Archiepiscopatus. Tirolis Comitatus. Ænipons. Tridentum. Bolzanum. Brixia.

υ *Patavium*, vulgo *Passaw*, ξ *Landshut*, ο *Straubing*.

III. Bavariæ pars est *Salisburgiensis Archiepiscopatus*, cujus caput sedesque Archiepiscoporum *Salisburgium*, *Saltzburg*, urbs satis elegans. π

IV. ϱ *Terioli*, vulgo *Tyrol*, est arx, unde maximus Europæ Comitatus in ipsis Alpibus, in Germania Norici, in Italia Rhætiæ partem obtinens, nomen habet. Urbes claræ sunt, *Ænipons*, vulgo *Inspruck*, quondam Comitum, nunc Austriæ Archiducum in his oris sedes. σ *Tridentum*, Italis *Trento*, Germanis *Trient*, Concilio OEcumenico clara. *Bolzanum*, mercatus non incelebris. τ *Brixia* etiam, vulgo *Brixen*, nobilis in hoc tractu Episcopatus est.

(i) *Qui plura de Conciliabulo isto velint, Historiam P. Pauli Veneti & Ronchini Galli consulant, ibi enim Fraudes Pontificiæ summa cum fide enucleantur. Vide etiam Atlantem Geogr. Londini editum.*

Wenna, *Daniel Zimmermannus*, meusque *Gottlieb Balduin*.

BUNONIS.

υ (a) *Patavium* [m] ad Danubii Oenique confluentes, unde Episcopatus Passavienſis. Celebre imprimis est à pacificatione inter Carolum V & Protestantes Evangelicos anno 1552, prid. Non. Augusti inita, qua religionis libertati cautum est. Germanis vocatur *der Passauische Vertrag* [n]. Verùm hæc urbs anno 1662 fortuito incendio fere tota periit.

ξ (b) *Landshuta* est ad Isaram [o].

ο (c) *Straubinga* ad Danubium, Ducum sedibus olim clara.

π (d) *Saltzburgum* est ad *Salzam* fl. unde ei appellatio [p]. Habet *Theophrasti Paracelsi* tumulum. Palatium Archiepiscopi magnificum & splendidum est. Arx præcipitiis & arte munita fere inexpugnabilis est.

ϱ (e) *Comitatus Tirolis* metallorum dives, ut vulgo vocatur, habet ab Occasu Rhætiam; à Septemtrione Bavariam; à Meridie Italiam; ab Oriente Carinthiam & partem Italiæ. Fluvii præcipui hic sunt *Oenus*, *der Inn*, & *Athesis*, *die Etsch*. *Terioli* arx munita satis, sed opidum est tenue, in amœna valle situm.

σ (f) *Tridentum* est ad ripas Athesis, Episcopatu nobile [q]. Concilium quod [r] OEcumenicum haberi volunt, cœptum est A. 1546, & continuatum ad annum usque 1563. Interfuerunt præter legatos Pontificis & Cardinalem Tridentin. Episcopi LXII, Theologi LXII (1). Ibi quoque (g) *Hala* est factitio sale celebris. Tribus à Tridento milliaribus distat mons magni nominis; vulgo (h) *der Nansberg* dictus.

τ (i) *Brixia* in finibus Italiæ à Germanis condita creditur.

HEKELII.

[m] Vulgo *Bojodorum*, s. *Castra Batava*.

[n] Nam cùm *CAROLUS* V vix ex periculo sese eripuisset, & *HENRICUS* II, *Galliæ* Rex, contra fidem datam Fœderatis *Germaniæ* Principibus METIN, Imperii Urbem, & alia occupâsset; *FERDINANDUS* REX admirabili curâ Pacem cum Fœderatis Principibus moliebatur. Ea igitur de causa *Passavium* eos advocârat, qui partim ipsi, partim per Legatos suos comparuerunt. Tractationis autem Capita fuêre tria: I. *De PHILIPPI, Landgravii Hessorum, Liberatione.* II. *De GERMANIÆ Libertate,* & III. *De RELIGIONIS tuta Professione, usque ad Litis, seu Controversiæ dijudicationem.*

[o] Ejus Turris altiùs, quàm Turris *Babylonica*, è terra sese attollit. Vid. *Lansius* in Orat. pro *Germania* p. m. 71.

[p] Olim vocata est *Juvania* vel *Juvavia*, qs. *Helfen-Burg*, à Castro scilicet, quod *Julius Cæsar* eo in loco dicitur condidisse, ut Legionum, sive Præsidiorum ejus portus atque refugium esset. Conversa est tandem in Urbem, quæ & ipsa *JUVANIÆ* nomine appellatur, ut autor est *Munsterus*, & ex eo *Dresserus* loc. cit. p. 529. seq.

[q] Incolæ hujus Oppidi *Italiam* versùs habitantes, Italica lingua, *Germaniam* v. versùs *Germanica* utuntur. Idem discrimen in vestitu. Conf. *Pauli Heutzneri Itinerarium Italicum* p. 573. Nomen à *tribus Torrentibus* inveniſſe dicitur, qui prope Urbem è vicinis Montium Jugis decurrunt.

[r] Indictione *Cæsaris* & *Papæ*.

(a) Patavium. (b) Landshuta. (c) Straubinga. (d) Salisburgium. (e) Tirolis Com. (f) Tridentum. (g) Hala. (h) Nansberg. (i) Brixia.

CAP. XII.

Croatia, Vinidorum Marchia, Carniola, Carinthia, Stiria & Austria. ι

I.

CRoatia, Marchia Vinidorum, Carniola, Carinthia, Stiria & Austria superior, quia hodie domui Austriacæ parent, in Germania hodiè censentur, quum olim Pannoniæ portiones fuerint.

II. α *Cro-*

REISKII.

ι (a) *Austria* quidem utraque cum provinciis regno quondam Bohemico subjectis, Ducatu Stiriæ, Carniolæ, Carinthiæ, Venedorum Marchia & Comit.

(a) Austria.

II. α *Croatia*, Germ. *Krabaten*, regni titulo decora, & *Vinidorum Marchia*, Germ. *Windiſch Marck*; nihil in ſe habent memoratu dignum. Cæterum incolæ utriuſque ſunt Slavonici generis. In Vinidorum tamen Marchia ſunt etiam Germani. Croatia & Vinidorum Marchia.

III. *Carniolæ*, *Krain*, caput eſt opidum *Lubiacum*, *Laubach* (1), & *Lubiana* dictum. *Krainburg* locus eſt munitiſſimus. *Celeja*, *Cilly*, Comitatus titulo inſignitur. [a] Cæterum incolæ partim ſunt Germani, partim Slavi. β Carniola. Krain.

IV. γ Carinthia, *Kernten* [b], Stiriæ Ducatui conjunctus, urbes inſigniores habet, δ *Villach*, ε *Klaghenfurt*, Ducum quondam ſedem; ζ *Volckmarck*, η *S. Veit*, ϑ *Judenburg*. Carinthia. Kernten.

V. Dividitur ι *Stiria* in Superiorem, atque Inferiorem. In hac caput totius Stiriæ & ſedes Archiducum Auſtriacorum, eſt κ *Grætia*, *Grats*, admodum magnifica. Sunt præterea celebres, λ *Rackelſpurg*, μ *Pettaw*, ν *Marpurg*, ξ *Kerment*, Stiria. Steirmarck.

mit. Gœrizienſi ad circulum Auſtriacum refertur: Regnum vero (a) *Croatiæ* (b) *Dalmatiæque* ad Hungariam ſpectat, qua potiti Auſtriaci Archiduces Croatiam à Croatis Sclavis, qui A. 886 inſederant, ita dictam adhuc tenent. Romano adhuc Imperio dum regiones illæ ſuberant, omnes pro ſtatu veteri partim ad Illyricum, partim ad Pannoniam pertinuerunt. Auſtria primùm ab Henrico Aucupe, A. 928, *Marchionatus* ſive *Marchia* orientalis, poſteà ſub Friderico I, A. 1186, *Ducatus*, denique ſub Rudolphi Habsburgici ad Imperium evecti poſteris unus Archiducatus, regnis Bohemico, Hungarico, Hiſpanico & Belgio auctus. (c) Viennam A. 1683 ab obſidione Turcica vindicatam ſedem ſtrenuè ſibi tuetur: (d) *Stiriam* vetus denominatio teſtatur Marchiam, ſed poſteà Ducatum Friderici I hiſtoria: hinc certæ Archiducum familiæ aliquamdiu ſedem Græcia præbebat, nunc nullam præbet amplius uno Aug. Cæſare ſuperſtite. (e) *Caniſia* ex anno 1601 Turcis ſubdita, & diuturno Cæſareanorum obſidio preſſa, deditionem fecit An. 1690 in eaſdem, quibus Zigettum fecerat, conditiones. (f) *Venetica quoque Marchia* vetuſto ſuo nomine adhuc gaudet, eoque tum limitaneam Germaniæ regionem, tum Vinedos aut Venedos, priſcos incolas ſignificat, à quibus coloniæ Venetias deductæ, ad novam urbem ex Oceani æſtuariis contentam. De incolis harum regionum ſtrumoſis, ſodinis, lacubus, animalibus miranda Geographi narrant; itemque Joh. Ludov. Schonſleben in Carniola ſua, quam A. 1684 edidit, antiqua & nova.

BUNONIS.

α A Carniola verſus Meridiem & Ortum ſe extendit *Marchia Vinidorum*, ad dextram Savi ripam. Inde porro verſus Ortum ſequitur *Croatia* contermina; cujus caput erat (g) *Wihatsbium* à Turcis occupatum, nunc ferè (h) *Caroloſtadium* opidum egregiè munitum, cui firmum impoſitum eſt præſidium [c]. Ad Caroloſtadium exercitus Chriſtianorum à Turcis fœdè profligatus eſt anno 1592. In Croatia quoque eſt Siſecum ſ. Segeſta ad Sava fl. opidum munitum, quod anno 1592, Canonici fortitudine, repreſſis Turcis, conſervatum eſt.

β (i) *Carniola* habet ab Oriente Croatiam & Slavoniam, à Septemtrione Stiriam, ab Occaſu Carinthiam; à Meridie Vinidorum Marchiam & partem Italiæ. Rigatur *Savo*, *Sontio*, & *Labacho*. Diſtribuitur in *Siccam* ſeu *Inferiorem*, quæ eſt verſus Italiam, [d] in qua (k) *Goritia* ad Sontium, Comitatus titulo gaudens: & *Irriguam* ſeu Superiorem, qua verſus Carinthiam ſe extendit, in qua *Laubacum*. *Crainburg* eſt ad Savi Franekerique confluentes.

γ (l) *Carinthia* habet ab Ortu Stiriam, à Septemtrione Epiſcopatum Salisburgenſem & partem Auſtriæ, ab Occaſu & Meridie Alpes & Forum Julii, vulgò *Friaul*. Rigatur *Dravo*, *Savo* & *Lavanda*.

δ *Villach* [e] eſt ad fl. *Villach*, habet arcem.

ε *Klaghenfurt* haud longè abeſt ab Opido S. Viti [f].

ζ *Volckmarck* eſt ad Dravum fl.

η (m) *Sancti Viti* opidum regionis metropolis eſt ad confluentes Wilitz & Glan [g]. Olim Carinthiæ Dux priuſquam inauguraretur, ad hoc opidum habitu ruſtico indutus adeſſe cogebatur, pecuniam ex lapide ſpargere, & Juſtitiæ adminiſtrationem promittere, &c. Quo facto Veſtem iſtam ruſticam ponebat, & Ducalem induebat. Qui ritus tamen deinde ſunt abrogati.

ϑ *Judenburgum* eſt ad Murum fl.

ι *Stiriæ* termini ſunt ad Ortum Hungaria; ad Septemtrionem Auſtria; ad Occaſum Carinthia; ad Meridiem Carniola & Slavoniæ pars [b]. Potiſſimùm rigatur *Stiria*, *Dravo* & *Mura fluminibus* [i].

κ *Græcia* ſeu *Græcium* Academia claret. Culta Civitas, Archiducum aliquando ſedes.

λ *Rackelſpurg*, arx munitiſſima, Turcis, qui Caniſiam tenent, oppoſita.

μ *Pettau* ad Dravum eſt.

ν *Marchpurg* ad Dravum.

ξ *Kerment* eſt ad Arrhabonem vulgo *Raab fl.*

HEKELII.

[a] Heic innumeræ Antiquitates *Romanæ* ſunt viſendæ.

[b] Montana Regio & Ducatus.

[c] Conditum autem eſt à CAROLO, *Auſtriæ* Archi-Duce, A. CHR. M D LXXI.

[d] Et juxta *Maginum* tota Juris *Italici*.

[e] *Vacorium* Priſcis vocatum.

[f] Aliàs benè munita Urbs eſt, quæ *Claudia* apud *Plinium* dicitur, *Fortunati Crellii*, Philoſophi *Heidelbergenſis*, Patria.

[g] Or-

(1) *Lazius totis viribus probare conatur Lubiacum eſſe Nauportum ubi Jaſon cum Argonautis appulit; ſed doctiſſimè à Cluverio refutatur. In hac Regione multùm prædicatur Lacus Circonicenſis quatuor Leucas Germanicas longus, & duas latus, cujus aquæ menſe Junii annuatim per meatus ſubterraneos fulſidunt, & menſe Sept. magno cum impetu redeunt ad haſtæ altitudinem; in hoc temporis interſtitio, frumenti & paſcui magnam copiam lacus exſiccatus edit.*

(a) Croatia. (b) Dalmatia. (c) Vienna. (d) Stiria. (e) Caniſia. (f) Marchia Vened. (g) Wihatsbium. (h) Caroloſtadium. (i) Carniolæ termini. (k) Goritia. (l) Carinthiæ termini. (m) S. Veit.

ment, & ο *Caniſia* duo munitiſſima erant contra Turcarum irruptiones propugnacula; ſed hoc jam ſuperioribus annis Chriſtianis ereptum eſt. In Superiori Stiria urbs primaria eſt *Muripons*, *Pruck an der Mure*.

Auſtria. VI. Unicus totius Europæ Archiducatus eſt π *Auſtria*, in Superiorem ac Inferiorem diviſa. *Inferior* inter Danubium, Bojohæmiam, & Tejam flumen ſita, urbem præcipuam habet *Krembs*. *Superioris*, quæ inter Danubium &

Vienna. Stiriam poſita, caput eſt *Vindoniana*, ſive, ut vulgò uſurpatur, ρ *Vienna* (1), *Wien* [k], urbs magnifica ac ſplendida, tutiſſimum in his oris contra Tur-

Lincium. carum incurſiones munimentum. σ *Lincium*, *Lintz*, nobile eſt ad Danubium Emporium [2].

CAP.

(1) *Antiquitate, Romana Colonia, & rebus geſtis Rom. in vicinia celebris; antiquitus Vendun, Vindomina, Vindobona & Colonia Fabiana vocabatur; quidam etiam Ptolem. Juliobonam eſſe putant. Urbs probe munita & admodum frequens; Academiam celebrem, plura Jeſuitarum Collegia, & Ædes Nobilium ſplendidiſſimas jactat. Templum D. Stephani propter Turrem præaltam imprimis ſpectabile. Qui plura velit Atlan. Geog. Lond. conſulat; præſertim de Cæſaris Magnificentia, Palatio, & Bibliotheca totius Europæ fere celeberrima. (2) Nundinis, Sclopetorum opificio, Jeſuitarum Collegio in Vicinia, Situ & Ædium Splendore nobile. Non ita pridem Academiam Lutheranam percelebrem, ubi 3000 Nobiles ſtudiis operam dederunt jactabat, quam Romanenſes nunc delerunt. De cæteris Auſtriæ opidis Atlantem Geog. Lond. conſule.*

[g] Ornatum eſt ſpatioſo Foro ac perenni Fonte limpido.

[h] Parva terra eſt, & omnis fermè montana, præterquam ad *Ortum*, ubi planities non parvas habet. Quondam dicta *Valeria*, vulgò *die Steirmarck*. Incolæ ruſticani ſunt, & ſtrumoſi adeò, ut loquelâ impediantur.

[i] Trans *Dravum* loquitur Gens *Germanice*, ſed cis *Dravum Slavonice*.

BUNONIS.

ο *Caniſia* anno 1600, à Turcis capta eſt, tradente eam Pardyſero tribuno; & ſequenti mox anno à Chriſtianis fruſtra obſeſſa eſt: ac nuper anno 1664, à noſtris iterum fruſtra oppugnata. Eodem anno *Serinwar*, novum caſtrum, Turcis Caniſienſibus à *Serinio* Comite oppoſitum, à Turcis expugnatum & deſtructum eſt. *Fanum S. Gotthardi* ad Murum fl. Turcarum clades anno 1664 eo in loco facta nobilitavit.

π (a) *Auſtria* [l] fines habet ab Ortu Hungariam; à Septemtrione Moraviam & Bojohæmiæ partem; ab Occaſu Bavariam; à Meridie Stiriam [m]. Rigatur *Danubio* præcipuè & *Aniſo*, qui vulgo *de Ens*, unde utraque regio, *das Land ob und unter der Ens* nomen ſuum habet.

ρ (b) *Vienna* [n] ſede Cæſarea, Epiſcopatu, [o] & Academia, à Friderico II anno 1237 [p] fundata, nobilis: in quâ XVI° ſeculo Haſelbachius Theologus XXI annos legens, primum caput Eſaiæ nondum abſolvit; ut tradit Cuſpinianus [q]. Ipſa Urbs anno 1529 à Solymanno oppugnata, ſed virtute Philippi Palatini præcipue defenſa eſt. Solymannus quum Carolus V cum XC M armatorum adventare audiret, obſidione ſoluta receſſit [r].

σ *Lintzium* eximiam habet arcem. Sedem ibi ſuam habuit Keplerus Aſtrologus. Infra urbem iſtam eſt Vortex Danubii terribilis, vulgo *Seuruſſel* dictus. Opida in Auſtria, præter illa, celebriora ſunt, *Steira*, *Neuſtad*, triplici foſſâ munitum, *Maximiliani* I natalibus nobile, *Korn Neuburg*, *Weidhoven*, *Melcka*, egregiè munita, *Ipſia*, *Gemunda ſalinis* celebris.

HEKELII.

[k] Quòd hæc Urbs inexpugnabili murorum ambitu ſit nobilis, & propterea *Chriſtiani Orbis Clavis* commodè dicatur, probat fruſtranea *Turcarum* illa obſeſſio, quæ nuper facta iſto anno, quem verba deſignant ſequentia, eaque *Chronoſticha Germanica*: I M Iahr, aLs Der TVrCk Vor VVIen VVar.

[l] Vulgò *Oeſterreich*, hoc eſt, *Terra Orientalis* dicta, quoniam *Suevis* & *Bavaris* ad Orientem vergere videtur.

[m] Eſt autem ſolo plana, ventis expoſita Aquilonaribus; frumento, vino, ac cæteris frugibus læta: fructibus dives, ac aëre quoque ſalubri gaudet; argento abundat, non item auro. Salem partim proprium, partim importatum habet.

[n] *Flaviana*, ſive *Juliobona* olim; *PARADINO* autem atque *MASSONO Senatoria* nominata.

[o] Et *Bibliotheca*.

[p] Alii 1236 vel 1384 ad exemplum *Romanæ* & *Pariſinæ*.

[q] Singulæ Facultates ibi ſuum habent patronum; Theologi *Joannem Evangeliſtam*, JCti *S. Ivonem*, Medici *S. Coſmam* & *S. Damianum*; Philoſophi autem, Oratores & Poëtæ *St. Catharinam*. Inter *Auſtriæ* Urbes & dignitate, & divitiis, & populo, & pulchritudine hæc principatum obtinet. Patria eſt *Wolfgangi Lazii*, Viri celeberrimi atque incomparabilis.

[r] Anno 1590 terræ motu ingenti & horribili concuſſa eſt *Vienna* & alia quædam loca *Moraviæ* & *Bohemiæ* die Septembr. 15.

BUNO-

(a) Auſtria. (b) Vienna.

CAP. XIII.

Bojohæmia, Moravia, Sileſia, Luſatia. 1

I

BOjohæmiæ α regnum, [a] Germ. *Boheimb*, montibus ac ſylvis, ceu munitiſſimo vallo, undique cinctum, ab initio incoluere Germanorum quidam: quibus pulſis *Boji*, Gallica gens, obſederant, nomenque de ſuo regioni reliquerunt. Bojos pepulerunt *Marcomanni*, Germanica gens; hos, circa annum à nato Jeſu IↃL *Slavonica gens*, quæ etiam nunc tenet, Bojohæmi, *die Bohmen*, à ſolo quod occuparunt, Germanis dicti; at *Czechi* ſuo ſibi patrio vocabulo nuncupantur. Principio adventus à Ducibus populus regebatur; donec

Bojohæmia. Boji. Marcomanni. Czechi.

BUNONIS.

α (a) *Bohæmia* habet ab Oriente Moraviam & partem Sileſiæ; à Septemtrione quoque Sileſiæ partem, Luſatiam Superiorem & Miſniam; ab Occidente Voigtlandiam, & Palatinatum Superiorem; à Meridie Auſtriæ & Bavariæ partem. Rigatur Albi, Muldavia, Ottawa, Watta, Egra, Miſa, Pulſnitz, & Greſora [b]. *Bohæmia* cum annexis Provinciis, Moravia, Sileſia, & Luſatia ab antiquis temporibus eſt ſub Imperio Germanico, primum ſub Ducibus; deinde ſub Regibus ſuis; eorumque *Reges* nomen & dignitatem regiam Cæſarum Germanorum habuere beneficio, à quibus cùm Duces, tùm Reges ſæpe ſunt impoſiti.

HEKELII.

[a] Præter hujus REGNI *Topographiam*, quæ *Francof.* in fol. anno 1650 cum *Deſcriptione* MORAVIÆ atque SILESIÆ eſt publicata, etiam *Martinus Zeilerus* atque *Matthias Merianus* Vol I. *Topogr.* BOHEMIAM deſcripſerunt. De BOHEMORUM autem *Origine* ac *Rebus geſtis* extat *Æneæ Sylvij*, Senenſis, elegans *Hiſtoria*, eaque variarum Rerum narrationem complectens, quam diverſis in locis, *Wolfgangi* inprimis, anno 1630 in 8. editam conſtat. Hanc SYLVIANAM *Hiſtoriam* ſub nomine PII de BOEMICIS in Bibliothecâ *Illuſtriſſimi Capituli Canonicorum Majoris Templi PATAVINI* (fortean in MS ipſius *Autoris*) etiam haberi, *Philippus Jacobus Tomaſinus* in *Bibliotheca Patavina* MS *publica* & *privata* p. 6. col. 2. affirmat. Prodiêre quoque ex inſtructiſſimâ celeberrimi Viri, *Marquardi Freheri*, Bibliothecâ diverſi *Rerum Bohemicarum* Scriptores, & quidem *Hanoviæ* anno 1602 in fol. Hujus Regni *Inſignia LEONEM* eſſe ex *Nummo* apparet, in quem Carmen elegantiſſimum pepigit *Salomon Frenzelius* à *Fridenthal*, quod eſt Epigr. XVII. Semit. II. Sylv. I. Poëmat. ſuor. *Witteb.* in 8. f. exc. p. 86. *Genealogicam* & *Chronologicam JUDICUM, DUCUM* & *REGUM* BOHEMIÆ *Deſcriptionem* excudi curavit *Zacharias Theobaldus*, Junior, *Witteb.* anno 1612. in 4. f. Sed BOHEMORUM, *DUCUM, REGUM* atque *INTERREGUM Elogia* cum *Iconibus* imprimi curavit *Julius Solymannus*, S. J. Presbyter, anno 1629, typis *Seſſianis* in fol. min. Hodiè *Rex BOHEMIÆ* in celebratione Curiæ Imperiali primum potum, utpote *Archi-Pincerna*, ſeu *Pocillator*, IMPERATORI afferre tenetur, quem tamen ſub coronâ regali, niſi liberâ voluntate voluerit, non tenebitur miniſtrare. Conf. *Werdenhagenij* Part. I. *Tract. General.* de *Rebuſpp. Hanſeatic.* p. 134. Edition. *Lugd.* in 16 f. Habuit olim BOHEMIA quoque omnino Viros, quos, *Caſp. Dornavio* in *Principe Juventutis* p. 7. teſtante, utrinque adducere in contentionem Virtutis queat; *Bernſtainios* nempe, *Budowecios, Gerſdorfios, Haſſenſtainios, Haſemburgios, Hodiejovios, Lobkowicios, Roſembergios, Rupovios, Rziczanos, Slikios, Schwambergos, Slavatas, Sternbergos, Smirzicios, Waldſteinios, Wartembergios, Webmskios* & forte hodie taleis plureis alios. Statum Eccleſiaſticum in *BOHEMIA* quod concernit, ex *Joachimi Camerarij* Narratione de *Eccleſiis BOHEMIÆ*, quam cum annexis *Ludovicus Camerarius* publicari juſſit *Lipſiæ* anno 1605 in 8. f. eſt videre. Et extat Liber elegans de eâdem materiâ, qui ſub *Rationis Diſciplinæ Ordinisque Eccleſiaſtici* in BOHEMIA Titulo anno 1643; eâdem f. eſt editus. Sed *Sam. Martinij*, Bohemi, *Religio gentis* BOHEMICÆ *Evangelica* excuſa eſt *Witteb.* anno 1622 in f. 12. Extant & *Perſecutiones Eccleſiæ* BOHEMICÆ *Lugd. Batav.* anno 1647, ut & *Conſideratio cauſarum Belli* BOHEMO-GERMANICI eodem anno in 4. f. loco non adj. impr.

[b] Seu *Giſera*.

REISKII.

1 (b) Bohemia diverſis olim habitata nationibus, anno 550, *Sclavicam gentem* duce Czecho ſuſcepit, Principeſque indigenas fovit: Tandem Caroli M. auſpiciis ſub jugum redacta, Carolinæ familiæ hancque ſecutis Impp. Germanicis tributaria ad Fridericum II manſit, nomenque ab illis regium primo *perſonale*, poſteà *perpetuum* à Philippo anno 1099 impetravit: Utrum ad Germaniam tum temporis jure pertinuerit, nec in dubium vocabatur, uti poſt Comitia Wormatienſia anno 1545 vocari novimus. (c) *Praga* domum Zierotiniam arci vicinam, ſuperbum palatium nunc continet, echo ſepties, novies, alicubi quindecies aut amplius iterata nobile: Urbs una tumultu commota domeſtico vehementiſſimis Europæ motibus dedit materiam; 1° Huſſiticis anno 1419, cum novæ urbis Conſules & Judex per feneſtras curiæ dejicerentur; 2° *Germanicis* anno 1618, cùm ex arce regia per feneſtras Commiſſarii regii præcipitarentur. Hanc ultimam defeneſtrationem (ita noviter vocant) duæ teſtantur pyramides, & inſcriptio turris ad pontem exſtructæ

(a) Bohæmiæ termini, & fluvii. (b) Bohemia. (c) Praga hujuſque defeneſtratio.

donec, circa annum CIↃ LXXXVI, β Vratiſlaus primus Bojohæmiæ Rex crearetur. Hunc poſtea continua ſerie ſecuti ſunt alii Reges, donec Regiâ ſtirpe prorſus extinctâ, ad Auſtriacam domum regnum devolutum eſt. γ (1)

Soli natura.

II. Regio ipſa eſt omnium rerum ad uſum vitæ humanæ neceſſariarum fertiliſſima: argenti æriſque metallis abundans: quibuſdam in locis etiam auri ſunt venæ. Urbium clariſſima eſt δ *Praga* (2), regni caput, Regumque ſedes, totius Bojohæmiæ compendium: urbs ſanè magnificentiſſima, ſuperbis ædificiis frequens, exteris nationibus affluentiſſima. Secundum locum tenet *Pilſen*. Reliqua opida nobiliora ſunt *Kralowihradetz*, Germanis *Konigin Gratz*; *Kutnahora*, German. *Kuttenberg*; *Limpurck*, German. *Limburg*; ε *Tabor Budiejowice*, German. *Budweiſz*; *Lanii*, German. *Laun*; *Satetz*, German. *Satz*; *Litomierzitze*, German, *Leitmeritz*; *Chomutow*, German. *Commetaw*; Thermæ Carolinæ, *Karlsbad*, ſaluberrimis aquis opidulum eſt celebratiſſimum.

Pilſen. Konigingratz. Kuttenberg. Limburg. Tabor. Budweiſz. Laun. Satz. Leitmeritz. Commetaw. Karlsbad.

III. Sub Bohemiæ regno cenſentur Moravia, Sileſia ac Luſatia. ζ *Moravia* Marchionatus nomen habuit à flumine in Danubium exeunte, quod Plinius *Morum*,

Moravia.

(1) *Qui Geographiam & Hiſtoriam hujuſce Regni fuſius velint, Atl. Geog. Lond. ſupra laudatum, adeant.*

(2) *In Academia, J. Huſſo Rectore, 40000 ſtudioſos numerarunt, hucuſque admodum frequens eſt; & in toto Regno unica. Jeſuitarum Collegium ſuperbiſſimum, Pons lapideus 16 Arcubus, Palatium Valenſtenij, Arx Cæſarea, Prætorium & Forum, ſunt viſu digna.*

exſtructæ ultimam occupationem, belloque finem additum. (a) *Moravia* vetus regnum Marcomanni cum continuis, ſed rege per Arnolfum Imp. ultimo fugato Germaniæ tanquam Marchionatus ſubfuit; poſthac Poloniæ, tandem Bohemiæ ex anno 1040. (b) *Luſatia* jamdudum à Carolo M. ſubacta, ab Henrico IV Imp. anno 1075, Vratiſlao regi tradita, Electori tandem Saxonico in feudum ceſſit; Cotbuſio, Peicennaque ad Marchiam Brandenburg. anno 1462 tranſlatis. (c) *Sileſia* autem ex anno 1290, per pactum Henrici Vratiſlao, Principis, & Wenceſlai regis Bohemiæ in perpetuum adjungebatur Impp. conſenſu, neque regibus Polon. Hungar. invitis. Vid. Dubrav. & Bogiſl. Balban. Hiſtor. Bohem. Conring. de finibus Imp.

BUNONIS.

β Bohæmiæ *Vratiſlaus* iſte Moguntiæ in publico principum conventu ab Henrico IV Rex creatus eſt: neque illum continua ſerie, quod Claverius ait, alii Reges ſunt ſecuti; ſed ſubinde Duces Remp. adminiſtrarunt. Ita ipſum iſtum Vratiſlaum primum Bohemorum Regem excepit interregnum LXV annorum, ſub ſex Ducibus; & Uladiſlaum II, iterum ſecutum eſt interregnum XXV annorum, ſub quinque Ducibus; Neque ſeptem illi, qui ſuccedere his, Principes Bohæmiæ regium nomen habuerunt uſque ad Premiſlaum, qui à Philippo Cæſare Bohæmorum Rex tertius creatus eſt. *Dubravius.* Eſt verò Bohæmiæ Rex *Imperii Princeps, Elector & Pincerna.*

γ Regnum hoc à Carolo IV in certos diſtributum fuit Circulos, quorum plerique ab opidis appellantur: ſuntque (d) 1. *der Bechiner Kreyſz*: ubi Wittigenau, Thabor *Budeweiſz* ad Muldaviam. 2. *der Muldaw Kreyſz*: ubi Domaſin, *Biſtrziz*, Stepenouw. 3. *der Podberder Kreyſz*: ubi Beraun, *Carlſtein*, arx inexpugnabilis à Carolo IV condita; ubi corona & ornamenta regia aſſervantur. 4. *der Pracbenſcher Kreyſz*: ubi Piſek Prachatitz & Crummaw. 5. *der Pilſzner Kreyſz*: ubi Glatow, Taus, Tachaw, Mies & Pilſen, Huſſitico ac nupero bello nobilitata. 6. *der Ellenboger Kreyſz*: ubi *Elenbogen*, Thermæ Carolinæ, *carlsbad*, celebres. Egra, ubi Wallenſteinius anno 1634 interemptus: eadem urbs quoque aciduli nobilis eſt, & Vallis Joachimica, *Jochims-Thal*, metallifodinis celebris: ubi nummi unciales argentei primùm cuſi ſunt: unde ejuſdem valoris nummis manet nomen, ut *Joachimici, Thaler, Vallenſes*, à *Valle* iſta, vulgò dicantur. 7. *der Satzer Kreyſz*: ubi Saza, Commotaw. 8. *der Rakoniker Kreyſz*: ubi Rakonick. 9. *der Schlaner Kreyſz*: ubi Slan. 10. *der Leitmeritzer Kreyſz*: ubi Leitmeritz, haud longè ab Egræ & Albis confluentibus; vinum ejus eſt in pretio. Auſſig ad Albim, Melnick ad Albis & Muldaviæ confluentes, in arduo colle poſitum. Diezin, ubi Pielſniz in Albim ſe effundit. 11. *der Buntzlauer Kreyſz*: ubi *Jung-* & *Alt-Bunzel*: atque hoc ad confluentes Albis & Gieſeræ. *Numburg* ad Albim. In hujus & ſequentis Circuli finibus ſunt montes Gigantum; *das Rieſenbirge*: in quibus ſpectrum *Ribenzal* vulgò dictum, viatoribus ſæpe obvium. 12. *der Kaurſchimer Kreyſz*: ubi *Kaurzim*, Praga, Brandeis, Bomiſch Broda. 13. *der Konig Gratzer Kreyſz*: ubi *Konigin Gratz* ad confluentes Orlizæ & Albis, Jaromirſz, Trautenaw. 14. *der Chrudimer Kreyſz*: ubi *Chrudim, Litomiſzl* & *Hohemauth*. 15. *der Czaſzlauer Kreyſz*: ubi *Czaſzlaw*, ubi Ziskæ ſepulchrum. *Kuttenberg*, altera regni metropolis olim metallifodinis celebris. *Kolin & Deutſchen Broda.*

δ (e) *Praga* ad Muldaviam, cui pons impoſitus 872 cubitos Pragenſes longus, quo Parva urbs *die Kleine Seite* Veteri jungitur. Eſt enim urbs triplex, Vetus, Nova & Parva, *die Alte Stadt, die Neu Stadt, und Kleine Seite*, in qua arx *Retſchin* in monte ſita, Regum ſedes: claret Academia à Carolo IV inſtituta. Hic Huſſus & Hieronymus Pragenſis impugnarunt regnum Pontificium: qua de cauſa à Concilio Conſtantienſi condemnati, ibique combuſti ſunt anno C. 1416. Cæterum Praga frequentibus tumultibus, ac illo in primis memorabilis, quo anno 1618 Conſiliarii Cæſarii ex feneſtris ab Ordinibus regni præcipitati ſunt: unde bellum exortum, quod demum poſt triginta annos, quum hæc ipſa urbs à Suecicis jam obſideretur copiis, pacis interventu ſedatum eſt anno 1648. Et anno 1620 ad hanc urbem prælio ſuperatus eſt Fridericus Palatinus, paulo ante Bohemiæ Rex creatus.

ε (f) *Thabor* Huſſitarum belli arx & propugnaculum diu fuit.

ζ (g) *Moravia* habet ab Oriente Poloniam & Hun-

(a) Moravia. (b) Luſatia. (c) Sileſia. (d) Bohemiæ circuli. (e) Praga. (f) Thabor. (g) Moravia.

Morum, Tacitus *Marum* vocat. Gens incolit Slavonica, Germanis mista. Urbium clarissima est ν *Olmitz*, Slavonicè *Olomuce*; caput regionis, elegans ac dives (1). ϑ *Brin* (2) & ι *Znaim* (3) inter splendidissimas haud postremæ. *Iglaw* (4) & κ *Kremster*, non negligenda opida. Mähren. Olmitz.

IV. *Silesia* ampla ac dives regio, sub Ducatus titulo XVI Principatus in sese complectitur; quorum nomina sunt; *Breszlaw*, *Glogaw*, *Sagan*, *Schweinitz*, *Lignitz*, *Briege*, *Neisse*, *Crossen*, *Teschen*, *Oppelen*, *Ratibor*, *Münsterberg*, *Troppe*, *Jaur*, *Olsse* & *Jagerndorf*. Poloniæ regibus subjecta fuit primùm universa Silesia: posteà circa annum CIↃ CCC in Bohæmiæ regum fidem se contulit, à quorum Imperio etiam nunc pendet. Urbium princeps est *Vratislavia* [c]. Bojohæmis *Wratzlaw*, German. *Breszlaw* (5), opulentissimum in his oris Emporium, spendida sanè urbs, ac meritò inter tres pulcherrimas Germaniæ (quarum alteræ Monacum & Lipsia) computata. Secunda ab hac est *Glogovia*, cognomine Major, *Grosz-Glogaw* (6). Sequuntur hinc *Sagan* (7), *Schweinitz* (8), *Neisse*, *Lignitz* (9), *Briege*, *Olaw*, *Oppelen*, *Troppaw*, *Teschen*. Est præterea in his oris inter Bojohæmiam & Silesiam, sui quondam juris Comitatus Glacensis, *Glatz* (10): cujus titulo, Comitum stirpe extincta, Bojohæmiæ Rex nunc gaudet. λ Silesia Germ. Schlesingen & Schlesien. Vratislavia. Glogovia. Comitatus Glacensis.

V. Si-

Hungariam, à Septemtrione Silesiam, ab Occasu Bohemiam, à Meridie Austriam. Rigatur Maro seu Morava, qui à Septemtrione versus Austrum mediam fermè secat Moraviam [d]: ac porro rigatur Teja, Igla, Swarta, Zwitta, Beczwa [e].

ν *Olemuzium* [f] ad Marum fl. Episcopali dignitate eminet.

ϑ *Brinn* est ad confluentes Zwittæ & Swartæ.

ι *Znaim* ad Tajam in Austriæ finibus, Marggraviorum olim sedes.

κ *Kremster* ad Marum fl. Episcopi Olemuzienses sedes.

HEKELII.

[c] Hanc Urbem, quam vera & sincera Pietas, rara Modestia atque Benignitas, solidissima Eruditio atque Doctrina, Candor non ubivis obvius, singularisque illustrium atque nobilium Senatorum prudentia & consilia maximè commendant, non immeritò *Coronam Provinciæ* SILESIACÆ & quasi *ipsius* SILESIÆ *SILESIAM* vocat *Jo. Andr. Quenstedtius* in Dial. de *Patriis Viror. Illustr.* p. 188. sequ.

[d] Unde & parvæ huic Regioni nomen.

[e] Apud *Moravos* Medicus celeberrimus fuit THOMAS JORDANUS à *Clausoburgo*, qui circ. An. CHR. 1585 claruit. Tractatus ejus recenset *Paschal. Gall.* in *Bibl. Medic.* Alioquin *Moravi* sermone, ritibus moribusque perinde morati, ut *Bohemi* sunt. *Germanica* tamen lingua in Urbibus inter Optimates in usu est. Hoc verò jam mirabitur aliquis, inquit *Dubravius*, ut est profectò admiratione dignum, inveniri in *Moravia* THUS & MYRRHAM; non ex arbore defudante, ut alibi, lectam; sed è Solo Terræ erutam uno tantum in loco, cui GRADISCO nomen, in quo ad hunc diem THUS, non solùm quod masculum vocant à sim litudine testium, sed quòd alia præterea Virorum Mulierumque membra ostentat, effoditur. Sunt autem in *Moravia* Comitatus duo cum aliis nonnullis Dominiis.

[f] *Bohæmice* Holomatz.

BUNONIS.

λ (a) *Silesia* [g] habet ab Oriente Hungariam; à Septemtrione Poloniam; ab Occidente Lusatiam, & Marchiæ Novæ partem; a Meridie Moraviam & Bohæmiam: à Bohæmia Moravia & Hungaria perpetuis sejungitur montium jugis: quæ sunt inter Silesiam & Bohæmiam, vulgo vocantur *das Bohmische Riesen-oder Schneegebirge*: quæ inter Moraviam & Silesiam, appellantur *das Gejancke*: item *das Reissische und Mahrische Gebirge*: qui vero montes Silesiam ab Hungaria & Polonia separant, dicuntur *das Ungarische Geburge*: itemque Jabeluncha ab opidulo, quod in montium faucibus, per quas ex Hungaria in Silesiam itur, situm est. Rigatur Odera, Bobera, Nissa, Katzbach, Queis, Zack, Olavia & Bartsch. Silesia Imperii R. provincia non se contulit ipsa in fidem Regum Bohæmiæ; verùm eam primùm debent Reges Bohæmiæ beneficio Friderici II, Imperatoris; ac deinde Rudolphi I, qui provincias illas, Henrico Vratislaviensi & Silesiæ Duce defuncto, feudi jure tradidit & concessit Bohæmiæ Regi: quod etiam in Tabulis suis profitetur Carolus IV ipse Bohæmiæ Rex [b]. Dividitur Silesia in *Superiorem* & *Inferiorem*. *Superior* versus Poloniam minorem, Hungariam & Moraviam excurrit; (b) in qua sunt Ducatus

(1) *S. Cyrillus hujus loci Apostolus & Episcopus, Author Alphabeti Croatici seu Venedici, in quo Biblia sacra interpretatus est circa An.* 880, *habetur.*

(2) *Urbs bene munita, & propter Unicornu Minerale in Vicinia inventum nobilis.*

(3) *Cluverio, Ptolem. Mediolanium dicitur, pluries, superiori Seculo, a Cæsareis & Suecis subdita; Venetis plurimis nobilis.*

(4) *Primum*

U 1. *Tes-*

(a) Silesiæ fines. (b) Silesiæ in 16 Ducatus divisio.

inter Moravos Confessionem Augustanam amplexa est. Suecis aperuit portas An. 1645. (5) *Nomen ab Vratislao Boemorum Principe ducit, Commercio Mercatorum peregrinorum celebris, urbis Imperialis privilegia vendica; Academia celebri gaudet; haud ita pridem Incolæ plerumque Religionem Restauratam profess sunt.* (6) *Urbs probe munita, olim suis Principibus, at nunc Cæsari parens; male audit propter Morbum Paralyticum & Calculum Incolis infestum, quia nimium Cerevisiæ amaræ & fortis bibunt, & Carnis Porcinæ edunt.* (7) *Urbs ampla, bene culta, at multum bello Civili a Suecis & Cæsareis perpessa.* (8) *A multitudine Porcorum Nomen duxit.* (9) *Ob profligatos Cæsareos A.* 1635 *a Suecis nobilis.* (10) *Non constat utrum ad Bohemiam an Silesiam pertinet. In templo illorum maximo Ethnici antiquitus Idolum colebant, cui Virgines comam parietibus affixam devovere, ubi non ita pridem Tabulæ istæ Votivæ cernebantur.*

Lusatia. Lausznitz.

V. Silesiæ à Solis æstivi occasu contermina est μ *Lusatia*, Hexapolitano agro *die sechs Städte*, à senario opidorum numero sic appellata, clara. Nomina eorum sunt, ν *Bautzen*, ξ *Görlitz*, ο *Sittaw*, *Kamitz*, π *Luben*, ρ *Guben*. Quorum tria priora satis lauta.

CAP.

1. *Teschinensis*, cujus metropolis Teschena ad Elsam. 2. *Oppavienſis*, *das Hertzogthum Troppen*; ubi Oppavia, quæ & Troppa, ad Moræ & Oppæ confluentes [i]. 3. *Carnovienſis*, *das Hertzogthum Jagerndorff*: ubi Carnovia, *Jagerndorff*, ad Oppam fl. 4. *Ratiborienſis*: ubi Ratibor ad Oderam; Sora; & Oderberg ad Oderæ & Elsæ confluentes. 5. *Oppolienſis*, *das Hertzogthum Oppeln*: ubi Oppeln ad Oderam. *In Inferiori Silesia*, quæ à Ducatu Oppavienſi & Oppolienſi versus Lusatiam & Marchiam se extendit, sunt Ducatus 1. *Bregenſis*, *das Hertzogthum Brieg*: ubi Brega *Brieg*, *Reichenstein*, *Silberberg*, opida auri argentique fodinis celebria: & *Pitschen*, in Poloniæ finibus accepta à Polonis clade anno 1588 nobilitatum. 2. *Ducatus ſive Episcopatus Nissenſis*; ubi Nissa ad fluvium cognominem Episcopi Wratislavienſis sedes [k]; & *Grotkaw*, Principatus titulo gaudens. 3. *Ducatus Monsterbergenſis*, *Monsterberg*, & *Franckenstein*. 4. *Wratislavienſis*; *das Hertzogthum Brefzlaw*; ubi Wratislavia. 5. *Olsnenſis*, *das Hertzogthum Olsse*, ubi Olsna & *Hundesfeld*: quo loco Henricus V cum Polonis conflixit anno 1109. 6. *Suidnicenſis*, *das Hertzogthum Schweinitz*: ubi Suidnizium ad Weistritz; urbs ampla & eleganti structura ædificiorum conspicua [l]; & Strigovia, *Striege*, opidum terra sigillata nobile, quæ in vicino S. Georgii monte effoditur. 7. *Juravienſis*, *das Hertzogthum Jaur*: ubi Juravia, *Jaur*, cum arce, in qua utriusque Ducatus Suidnicensis & Jauravienſis Præfectus Regius residet. In aditu Gramtnatei lemma hoc legitur:

Hic locus odit, amat, punit, conservat, honorat:
Nequitiam, pacem, crimina, jura, probos.

(1) *Incendio pene deleta a copiis Cæsareis Anno 1634; olim Imperialis, at nunc Elect. Sax. subdita.*

(2) *Cerevisia celebris.*

(3) *In Comitiis Provincialibus primum locum obtinet.*

(4) *Bene munita; a Cæsareis An. 1631 capta, a Marchione Hamiltonio postea recuperata.*

(5) *Probe munita, commercio Panni & Cerevisiæ celebris.*

Hirschberg ad Zakeli & Boberæ confluentes: suprà quod opidum sunt thermæ Hirschbergenſes [m]. 8. *Lignicenſis*, *das Hertzogthum Liegnitz*: ubi Lignizium ad Kazbach fl. munitum, Ducum sedes [n], & *Nickel Stadt*, à quo haud longè abest pagus *Wolstadt*, ubi, anno 1241, Tartari, commisso prælio, tantam Christianorum ediderunt stragem, ut novem grandes saccos implerent auriculis, quum tamen singulis cæsis unam tantum præscidissent. Huc quoque pertinet Diœcesis *Wolavienſis*, ubi Wolavia; inde haud longè abest cœnobium celebre *Leubus*. 9. *Glogovienſis Ducatus*, *das Hertzogthum Glogaw*, cujus metropolis Glogovia ad Oderam, quæ ut ab altera Glogovia, quæ est in Superiori Silesia, distinguatur, vulgo *Grosz Glogaw* dicitur, in nupero bello operibus munita. 10. *Saganenſis*, *das Hertzogthum Sagan*, cujus caput est Saganum ad Boberam; Pribusium, *Pribusz*, Ducatus titulo olim nobile. Inde haud longe abest pagus *Dubrow*, ad quem 1636, die 6 Martii, hora sexta matutina, sudo cœlo, magno cum fragore ex aere lapsus lapis plus quam διτάλαντον vario metallo plenus, friabilis; nili qua cutis exterior in decimam unciæ partem validò, ut videbatur, igne adusta corpus reliquum cohibebat. *Vechnerus in Germ. brev.* 11. *Crosnenſis*, Silesiæ Ducatus versus Marchiam ultimus, *das Hertzogthum Crossen*, ubi Crosna, *Crossen*, ad Oderæ & Boberæ confluentes [o]. *Conradus* Dux Steinavienſis in Silesia, ad Salisburgenſem vocatus Episcopatum, quum cognovisset, Salisburgi non esse cerevisiam, sed ibidem bibi vinum; in patriam rediit, inquiens, se malle carere Episcopatu, quàm cerevisia Steinavienſi.

HEKELII.

[g] Non ignobilis quippe Regio, quam olim *Visburgii* & *Quædi* incoluêre.

[h] SILESIAM descripserunt, præter *Nicolaum Henelium*, *Martinus Zeilerus* & *Matth. Marianus*.

[i] Patria est *Amandi Polani*, Calvinistæ celeberrimi, & *Basileensium* Professoris sat industrii.

[k] Et inclyta Urbs.

[l] *Christophor. Pelargi*, Apostatæ, & *Hieronymi Treutteri*, Virorum clarissimorum patria.

[m] *Ducatui Juravienſi* annumeratur etiam *Leoberga*, (*Germ.* Lemberg,) *Nicolai* & *Eliæ*, Fratrum *Reusnerorum*, & *Joannis Langii*, Medici excellentissimi, dulcissimum quondam natale Solum.

[n] Nomen habet à *Ligiis*, seu, ut alii legunt, *Lygiis*, qui *Tacito* Lib. XII. *Annal.* populi sunt *Germaniæ* quorum appellatione *Silesii* comprehenduntur, qui *Schlesier* sunt *Willichio*. Quomodò olim destructa sit, vid. *Dresseri præcip. Germaniæ Urb.* p. 353. qui p. sequ. addit, quod Anno CHR. M CCCC LIV coortâ Seditione, oppidanus Senatus sit trucidatus, expulso Præfecto regio. Sed compressus est tandem motus omnis operâ ALBERTI, MARCHIONIS BRANDENBURGICI, totius Ducatûs possessione in FRIDERICUM, *Lignitii* Ducem, translatâ à Rege MATTHIA.

[o] Pertinet ad Ditionem Electoralem *Brandenburgicam*.

BUNONIS.

μ (a) *Marchionatus Lusatiæ* habet ab Oriente Silesiam; à Septemtrione Marchiam; ab Occidente Saxoniam Superiorem & Misniam; a Meridie Bohæmiam. Rigatur Sprevâ & Nisso [p]. Dividitur in *Superiorem*, quæ in Austrum versus Bohæmiam & Misniam extenditur: *Inferior* est altera pars versus Saxoniam & Marchiam.

ν *Bautſſina* ad Sprevam Promarchionis superioris Lusatiæ sedes est [q] (1).

ξ *Gorlitium* est ad Nissum [r].

ο *Sittavia* itidem ad Nissum in ipsis Bohæmiæ finibus (2).

π *Lubena* ad Sprevam Promarchionis Inferioris Lusatiæ sedes (3).

ρ *Gubena* ad Nissum. Lusatia anno 1623, à Ferdinando II, Imperatore, Electori Saxoniæ fuit attributa, ac demum anno 1637 solemni ritu tradita, & in fidem ejus adacta (4).

HEKELII.

[p] Hæc Regio frumenti & segetum feracissima est, nec differt ab Agro Silesio.

[q] Et *Casparis Peuceri* patria.

[r] Nomen invenit à combustione, ut *Germanice* Brandstat appellari possit. *Slavis Ischraeliz* combustio est, Unde tandem *Gorlitz* flexu, s. commutatione quâdam literarum factum est. Patria est *Bartholom. Sculteti*, Mathematici insignis, & *Joach. Maisteri*, Poëtæ eximii & celebris (5).

RE-

(a) Lusatiæ limites & divisio.

CAP. XIV.

Marchia Brandeburgenſis, Pomerania, Meckeloburgium, Holſatia.

I.

REgio hæc eſt ſpatioſa, ingentibus ſilvis, lacubuſque atque paludibus invia, ab opido *Brandeburgio* cognominata. α Dividitur in duas potiſſimum parteis, *Veterem* ac *Novam* Marchiam: *Veteris* caput eſt *Brandeburg*: Novæ *Francofurtum*

Marchia Brandeburgenſis. Brandenburgum eſt in Media March.

REISKII.

1 (a) Marchia vetuſto eoque Germanico vocabulo terra vocatur limitanea, aut regio limitibus objecta: Brandenburgica vel Brennoburgica autem à Caſtro Brandeburg, cui capto Henricus Auceps Imp. Marchionem novum Sigfridum, nempe tuendis contra Sclavos Vinedoſque limitibus, præpoſuit. Carolus M. quidem terras illas Sclavicas ad Viſtulam uſque ſub imperium redegerat ſuum: Aſt rebelles Sclavi & iterum ab Ottone M. domiti arctius Epiſcopatu Brandenburgico anno 960 conſtringebantur. Inde Marchia multis ſubjecta dominis, tandem anno 1417 ad Norimbergenſes Burggravios pervenit: Quorum potentia nunc tantum eminet, ut regiones ſubditæ à Pruſſia uſque ad Rhenum & Cliviam ducenta per milliaria procurrant. Plura ex obſervatis Geographicis heic præterire cogor; pluraque ad Pomeraniam à Pomeranis, gente Sclavica dictam, & Polonis proximam. Vetus illa Viadro determinabatur; poſterior & hodierna ulterius patet: Tota quondam vel regulis & Principibus ſuis ſubjecta, vel Danis etiam Poloniſque, ut tamen ab Imperio Germ. penderet. Denique Bogiſlaus & Caſimirus, Pomeraniæ Principes, qui diu in clientela Henrici Leonis, Ducis Saxoniæ Bavariæque, fuerant, à Friderico I Cæſare Duces Imperii anno 1181 creabantur: Horumque poſteritas ad annum 1637 viguit, Bogiſlao XVI defuncto, & tota (b) Pomerania per ſucceſſionem hæreditariam ad Electores Brandenburgicos devoluta: Sed ea per diuturnum bellum Germanicum à Suecis capta, & tandem in partes diviſa fuit. *Duo itaque Ducatus adhuc ſuperſunt*, nec illi unquam ad ſeptenarium ab auctore proditum pervenerant. Quin bello ſuperiori proximo tota Pomerania & Stetinum obſidione acerrima preſſum anno 1676, Electori Brandenburgico cum Straleſundo & Gripſwaldia ceſſit; ſed denuo per pacem Noviomagenſem ad Suecos rediit. (c) *Mecklenburgicus Ducatus a Mecklenburgo*, civitate Obotritorum veteri, & caſtro firmiſſimo dictus, olim ſuos Dominos, eoſque non paulos habuit, donec ab Lothario Imp. ac hujus nepote Henrico Leone ad obſequium redigerentur erectis duobus Epiſcopatibus Mecklenburgenſi aut Swerinenſi, & Ratzburgenſi, Lubecenſi etiam aut Altenburgenſi melius reſtaurato. (d) Lubeca enim tum temporis Henrico Duci ſubdita illo auctore jus ſuum & privilegia multa obtinuit, ſed Imp. Friderico I, inter urbes Imperiales liberas anno 1188 adſcita. Unde nec Ducatui adhæret Mecklenburgico, quem Carolus IV, Imp. An. 1349 conſtituiſſe legitur; nec Stargardia illi ſubeſt, ſed Electorali Pomeraniæ. Wiſmaria vero per pacem Noviomagenſem Suecis denuo paret. (e) *Lauenburgum* ab Henrico Leone conditum, ipſique ac hujus poſteritati cum Comitatu Ratzeburgico ſubjectum fuit: Unde ſereniſſima Domus Brunſvigo-Luneburgica defuncto Duce ultimo Julio Franciſco Ducatum Lauenburgicum anno 1689 occupavit, & adhuc poſſidet: (f) Ratzeburgum autem opidum machinis Danorum fulminalibus nuperrime concuſſum & dirutum jacet, caſtro tamen adhuc ſalvo & ſuperſtite. (g) *Holſatia dupliciter accepta vel totum vel partem ſignificat*: (h) Illa plures regiones uno ambitu comprehendit; hæc ſpecialiter dicta cæteris regionibus contra diſtinguitur. Holſatia tamen tota & ipſa veteri Saxoniæ annumerata, Ducibuſque Saxonicis ſubjecta fuit; tandem Comitibus Schaumburgicis horum beneficiariis, & poſt Friderici I, Imp. tempora Vaſallis imperialibus. Denique ſub Chriſtiano I, Daniæque rege *Ducatus*, *An.* 1477, *Holſatia facta, ultimoque in Regiam & Ducalem diviſa*, quantas turbas incurrerit, Ducis ſereniſſ. Alberti Chriſtiani anno 1689 iterata reſtitutio docebat, (i) *Schleſwicenſis* primum Marchionatus, ab Henrico Aucupe factus, tanquam limes Danizque Germaniæque perpetuus in Ducatum deſiit, plane ab Holſatia ſeparatum, & beneficio pacis Roſchildenſis à nexu feudali Danico liberatum. Stormaria vero & Wagria, quas Cluverius omiſit, Holſatiæ adhuc ſubſunt: Non ſubeſt amplius (k) Hamburgum ab ſylva aut nemore, quod Saxones *Ham* vocarunt, olim dictum, Archiepiſcopatu & caſtro Danis Sclaviſque oppoſito inſigne, ſed inter liberas Imperii Germanici urbes nunc habetur, Rege Danico adhuc proteſtante: Hinc controverſia publica, & oppugnatio crebrior erupit. De urbibus cæteris etiam munitis conferat, cui libet, Caſp. Dankwertz deſcript. Holſat. Mart. Zeyleri Topograph. Joh. Mölleri Iſagogen ad hiſtor. Cherſoneſi Cimbric.

BUNONIS.

α (l) *Marchionatus Brandeburgicus* [*a*] habet ab Oriente Poloniam, & partem Sileſiæ; à Septemtrione Pomeraniam & Meckeloburgum; ab Occidente Ducatum Luneburgenſem & partem Brunſvicenſis; à meridie Archiepiſcopatum Magdeburgenſem, Saxoniam Superiorem, & Luſatiam Superiorem & partem Sileſiæ. Rigatur Albi, Odera, Spreva, Havela & Wartha. Diſtribuitur hic Marchionatus in diverſas partes: ex quibus ſunt (m) 1. *Marchia Vetus*, quæ concluditur intra Ducatum Luneburgenſem & Brunſ-

 vicenſem,

(a) Marchia Brandenburg. (b) Pomerania. (c) Mecklenburgicus Ducatus. (d) Lubeca. (e) Lauenburgum. (f) Ratzeburgum. (g) Holſatia. (h) Ducatus duplex. (i) Schleſwic. (k) Hamburgum. (l) Marchionatus Brand. fines & diviſio. (m) 1. Marchia Vetus.

Francofurtum. Berlinum. Coſtrinum. Spandavia. Croſſen Ducatus.

furtum ad Oderam, celebris civitas, mercatu [b] nobilis. *Berlinium* in medio Provinciæ ſitum, ſedes eſt Principum (1) Electorum Brandeburgenſium; urbs amœniſſima. *Coſtrinum*, vulgo *Koſtryn*, mirando munimento nobile opidum. Alterum munimentum eſt *Spandaw*, prope Berlinium [c]. Cæterà *Croſſen* Ducatus, qui anteà in Sileſia cenſebatur, nunc Marchionibus Brandeburgenſibus paret.

Pomeraniæ Ducatus VII.

II. *β Pomeraniæ Ducatus* ſolo fertiliſſimo juxta litus maris Codani longo tractu expanditur, in *ſeptem* parteis, quarum quæque Ducatus dignitate cenſetur,

(1) *Palatium habent ſplendidiſſimum, ſupellectile ditiſſima ornatum; Armamentarium optime refertum; Bibliothecam vix ullis ſecundam, & Muſeum rariis Artis & Naturæ Monumentis repletum; in Aula Principis 2500 Tribuni Militum, Centuriones, &c. numerantur, cum 8000 Satellitibus; habetur enim totius Germaniæ, Cæſare excepto, Princeps potentiſſimus, & ad rem bellicam inſtructiſſimus. Opidum eſt munitiſſimum, plateis amplis & ædibus lautiſſimis decoratum. De cæteris Ant. Gog. Lond. conſulas.*

vicenſem, Archiepiſcopatum Magdeburgenſem, & Albim. In eâ urbes celebriores ſunt *Tangermunda* ad Tonagræ, vulgo *Tanger*, & Albis confluentes; unde opido nomen. *Stendalia* ad Vechtam provinciæ metropolis: Soldquella ad Letzam [d]: *Gardeleben* ad fl. Biele [e], *Biſzmarck*; *Oſterburg* ad Biſæ & Vechtæ confluentes: *Seebauſen* ad Vechtam: Werbena cis Albim, ubi Havelam recipit, ad ipſos confluentes celebris eſt munitio, quæ ab opido Werbena nomen habet, ac vulgo dicitur *die Werber Schantze*. (a) 2. *Marchia Priegniziana*, vulgo *die Priegnitz*, in qua ſunt Havelberga ad Havelam, Epiſcopatu nobilis: Witſtockium clade Saxonis Electoris ann. 1636 à Suecorum copiis illata notum: Welſenach: Zechlin caſtrum, Templariorum olim ſedes: Perleberga, Pritzwald, Kiritz, Lentzen haud procul ab Albi. (b) 3. *Marchia Media* continetur intra Archiepiſcopatum Magdeburgenſem, marchiam Veterem, Priegnizianam, marchiam Uckeranam, marchiam Novam & Luſatiam Inferiorem. Urbes celebriores hîc ſunt Brandeburgum, Havelâ interluente in Vetus & Novum, in *Alt-und Neu-Brandenburg*, diſtinctum: Ratenavia ad Havelam: Spandavia: Berlinum; & è regione Colonia ad Sprevam: Francofurtum ad Oderam, Academia anno 1506 [f] ornatum [g]; Lubuſium ad Oderam: *Furſtenwald* ad Sprevam: Selovia & Goritz in agro Sternbergenſi: Brieza ſida [h]; Bernau cereviſia nobilis: Stolpen: Angermunda Nova: Oderberga arx ab Alberto II Marchione condita. Sueht [i]: Vierraden ad Oderam: Potſdain ad Havelam: Havela inſula: Billin ad Rien fl. Vallis Joachimica, ubi Schola Electoralis. Ad mediam Marchiam etiam referuntur *Comitatus Rupinenſis*, ubi Rupinum Novum & Vetus; *Granzoy*, *Wuſterhauſen*, Lauſatiæ Inferioris pars: ubi duæ præfecturæ *Storkaw* & *Beſzkaw*. Peizium ad Sprevam munitum: *Cotbuſz*, *Sommerfeld*. (c) 4. *Marchia Uckerana*, nomen habet à lacu, qui vulgo *die Ucker-See*, ex Uckera fl. haud longe à Prentzlow profluit. Continetur marchia Uckerana intra marchiam mediam, Pomeraniam & Meckeloburgum. Præcipua urbs hîc eſt Prentzlow. (d) 5. *Marchia nova* excurrit longo tractu trans Oderam verſus Ortum & Septemtrionem, inter Pomeraniam, Poloniam & Sileſiam. Rigatur præter Oderam, Wartha, Notez, Traga. Ex opidis præcipua ſunt Cuſtrinum ad Oderæ & Warthæ confluentes [k]: Landsberga ad Wartham: Drieſena in Poloniæ finibus ad confluentes Tragæ & Notez, munitum opidum: *Schiefelbein*: *Arnſzwalda*: *Soldin*: *Falckenberg* in Pomeraniæ finibus & Bernwald. Refertur huc *Ditio Sternbergica*, in qua Sunnenburg ad Wartham magiſtri Ordinis Equitum D. Joannis ſedes: Droſſen Regionis caput: Reppen: *Zielentzig*.

Patet omnis marchionatus Brandeburgicus in longitudinem 60 milliaribus, latitudo vero ejus diverſa eſt, ut *D. Wolfgangus Jobſten* notavit. Et tamen provincia illa, ſi non omnis, ſaltem major ejus pars, Carolo IV Imperatori ab Ottone Bavaro ducentis aureorum millibus vendita eſt: quam pecuniam omnem idem Otto in arce Wolfſtein Ilaræ imminente, quinque millibus paſſuum infra Landſhutam ſita, prodegit; quum Margaretæ piſtoris cujuſdam uxoris amoribus vacaret. *Aventinus*.

HEKELII.

[a] A *Wandalis* populis olim inhabitatus.

[b] Et Academiâ.

[c] Hæc urbs ſatis ampla, opulenta atque ſplendida inprimis hâc de cauſâ Exteris ſe reddit commendabilem, quòd non ſolùm *Reſpublica*, ſed & *Eccleſia* ac *Schola* optimè ibidem conſtitutæ ſunt.

[d] *Abdiæ Prætori*, Academiæ *Francofurtenſis* egregii Decoris, patria.

[e] Cereviſiâ boni ſaporis clara.

[f] Ab Electore *Joachime* I.

[g] In hâc Academiâ, ubi olim & nuper præ cæteris claruêre *Joannes Brunnemann*, *Jo. Fridericus Rhaetius*, *Sebaſtianus Ramſpeck* ac *Chriſtianus Ravius*, præter clariſſimum *Becmannum*, hodiè haud inclari ſunt *Samuel Stryke*, immortale JCtorum Decus, *Joannes Simon*, *Irenæus Vehr*, *Bernhardus Albinus*, ac *Tido Heinr. a Lith.*

[h] Quæ ab aliis *Veteri Marchiæ* attribuitur. *Martini Chemnitii* primum vagitum excepit.

[i] *Vrbani Pierii* patria.

[k] Patria *Caſp. Barthii*, Germaniæ Luminis, qui *Solis*, quàm *Lunæ*, maluit eſſe æmulus, lucem aliis potiùs impertiens, quàm precariam accipiens.

BUNONIS.

β (e) *Pomerania* habet ab Oriente Poloniam, Pomerelliam, & ad oram maritimam, Caſſubiam; à Septemtrione mare Balticum; ab Occidente Ducatum Mecklenburgenſem; à meridie marchiam Brandenburgenſem [f]. Rigatur Odera, quæ tribus oſtiis, *Peine*, *Schwiene*, & *Dievenow*, in mare defertur Balticum: ac porro Ukera, Trebela, Rega, Wipera. (f) Dividitur primum Pomerania in *Anteriorem* ſeu *Citeriorem*, *Vor-Pommern*, quæ eſt inter Ducatum Mecklenburgenſem & Oderam fl. & *Poſteriorem* ſeu *Ulteriorem*, *Hinter-Pommern*, quæ ab Odera ad Poloniam, Caſſubiam & Pomerelliam ſe extendit. *Citerior* omnis, item Rugia; & ex ulteriori Steitinum, Gartz, Dam, Golnau, Odera fluvius, & Inſula Wollin, Sueciæ regno conceſſa. Alteram, *Ulteriorem* ſcilicet, tenet Elector Brandeburgicus.

HEKELII.

[f] Dicitur a. *Pomerania* qs. *maritima*, aut *Juxta Mare*

(a) 2. Marchia Priegniziana. (b) 3. Marchia media, (c) 4. Marchia Uckerana. (d) 5. Marchia nova. (e) Pomeraniæ fines. (f) Diviſio.

censetur, divisus. Nomina Ducatuum sunt. γ *Wenden*, δ *Stetin*, ε *Gutschkow*, ζ *Wolgast*, η *Usedom*, ϑ *Rügen*, ι *Bart*. Ex his *Rügen* & *Usedom* sunt Insulæ. Caput Pomeraniæ est *Stetinum*, urbs haud exigui momenti, Emporiumque celebre (1). Sequuntur *Stralesund* (2), *Wolgast*, *Gripeswold*; κ *Wollin*, celeberrimum quondam, in his oris emporium; *Stargard*, λ *Colberg*, μ *Camin*, *Coslin*, *Stolpe*, opida nobilia. Stetinum.

III. ν *Meckelburgiensis Ducatus*, quem vulgus Latinorum ineptè Megalopolitanum appellat, urbes habet claras, ξ Lubecam, *Lubeck* (3), ο Rostochium, *Rostock* (4), π Vismariam, *Wiszmar* (5). *Lubeca* opulentissima quondam marique potentissima Imperii civitas, nunc etiam Suedicis Moscoviticisque commerciis celeberrimum Emporium. Urbs est ampla, splendida & magnifica. Meckelburgiensis Ducatus. Lubeca. Rostochium. Wismaria.

(1) *Urbs antiqua & optime munita, obsidionem 6 mensium contra Elect. Brandeburgicum An. 1677 fortiter sustinuit, & tandem Conditionibus honestis jugo ejus collum submisit, & Conventu Neomagensi sub Ditione Suecorum rediit. Copias Cæsareas Anno 1659 obsidionem solvere coegit. Oppidum imprimis frequens, & propter Civium Fortitudinem & Urbanitatem clarum.* (2) *Annonæ commercio, Civium virtute bellica, opibus & munimentis nobilis; olim Regibus Suecorum, Danorum, & 10 aliis Principibus simul obstitit, & Ericum Saxonem bello cepit; at A. 1678 Electori Brandeburgico, post obsidionem sanguinolentam, sese dedit.* (3) *Civitatum Anseaticarum prima, & Collegii seu Conventus harum Civitatum sedes, inter Germaniæ Septemtrionalis civitates locum facile primum vindicat; commercio etiam & munimentis nobilis; inter Reges Boreales olim Æquilibrium tenuit. Danis A. 1500 & 1519 fortiter obstitit.* (4) *Ex Anseaticis una, urbs ampla, frequens & magnifica, & commercio celebris, a Cæsareis capta An. 1631, a Suecis recuperata An. 1649.* (5) *An. 1238 aut 1250, ex ruderibus Mecklenburgi fundata; inter Anseaticas numeratur. An. 1629 a Cæsareis capta, & An. 1632 a Duce Mecklenburgico, ope Suecorum, expugnata; nunc bene munita, & Danis Conventu, An. 1679, concessa.*

H O L-

Mare Slavonica linguâ, & vocabatur PAMORCI à primis suis Incolis, qui ipsi prius *Sidini* appellati sunt. Cæterùm terrâ planâ, pauciscque montibus prædita, fertilis est in universum atque adaquatur, Campis egregiè cultis, pascuis lætis, silvis ferarum cujuscunque generis repletis, lacubus piscosis, fluviis navigabilibus locupletissima est; Animalibus v. domesticis, frumento, butyro, melle, cerâ, rebusque similibus adeò abundat, ut etiam ea circumjacentibus Terris submiserit.

BUNONIS.

γ (a) *Ducatus Venedorum, das Hertzogthum Wenden*, est in ulteriori Pomerania; ubi Regenwalda ad litus maris Baltici; Stolpa, ad fluvium cognominem; Sclaga.

δ (b) *Ducatus Stetinensis* totus ferè inter Pœnam & Inam fl. jacet. In eo est *Stetinum* cis Oderam, Gymnasio etiam nobile; olim Principum, nunc Regentium Suecorum sedes. *Anclam* ad Pœnam: *Treptow* ad Tollensam: *Gartz* & *Grieffenhagen* ad Oderam: *Pyritz*: *Pasewalck* ad Uckeram: *Damm* trans Oderam. *Uckermunda*, qua Uckera fl. majori lacui *(das gross Haff)* miscetur.

ε (c) *Gutzkow* Comitatus est; in quo *Gripswaldia* Academia ann. 1457 [*m*] fundata celebris [*n*]: *Loyza*: *Gutzkaw*; unde Comitatui nomen.

ζ (d) *Ducatus Wolgastensis* nomen habet ab opido *Wolgast*.

η (e) In *Usedom* insula urbs *Wineta* fuisse perhibetur amplissima, ab aquarum æstu absorpta; nunc habet opidum Usedom.

ϑ (f) *Rugiæ* principatus olim habuisse dicitur opibus potentes urbes *Arconam* & *Carentiam*. Hodiè ibi sunt *Putbus* & *Berghen*.

ι (g) *Barthensis terra*, inter Rekenizam & Trebelliam fl. sita, opida celebriora habet *Stralsund*, quod ab Insula *Strale* & freto appellatum, quod ann. 1316 à Sueciæ Daniæque Regibus, & multis Germaniæ principibus frustrà obsessum est. Ac inprimis memoria digna est obsidio acerrima, quam anno 1628 fortiter sustinuit. *Bardum* est ad Bardam fl. *Grimma*: *Tribese*: *Damgarten*, ad Rekenizæ fl. ostium.

κ (h) *Wollina* insula, vulgo *das Wollinische Werder*, hodie habet opidulum *Wollinum*: olim ibi fuit Julinum, ingens & celebre emporium, à Waldemaro I, Daniæ rege, destructum, cujus rudera hodiè iis in locis visuntur. *Wollinum* opidulum *Johannem Bugenhagium* nascentem primum excepit.

λ (i) *Colberga* in ulteriori Pomerania, ad Persantam fl. opidum satis munitum, portu gaudet.

μ (k) *Caminum*, Episcoparu nobile, est ad sinum maris Baltici cognominem [*o*]. Sunt præterea in ulteriori Pomerania *Corlin* & Belgard ad Persantam fl. *Treptow*, *Greiffenberg* & *Regenwolda* ad Regam fl.

ν (l) *Ducatus Mecklenburgensis* habet ab Ortu Pomeraniam, & partem Marchiæ; à meridie ipsam Marchiam Brandeb. ab Occasu Ducatum Lauenburgicum, & Holsatiam; à Septemtrione Balticum mare. Rigatur Albi & Warnow.

ξ (m) *Lubeca* ad Travam, urbs est libera Imperii: ad Holsatiam aliàs refertur.

ο (n) *Rostochium* haud longè suprà Warnæ ostium, Academia à *Joanne* & *Alberto* primis Ducibus *Mecklenburgensibus* pariter & Senatu Rostochiensi A° 1415 condita, & cerevisia optimi saporis celebre est. Urbs illa A° 1677 incendio misere devastata est.

HEKELII.

[*m*] D. 18. Octob. à *Wratislao* IX *Pomeranorum* Duce.

[*n*] Heic natus est *David (Jacobi Fil.) Rungius*, qui laudabiliter *Ratisponensi Colloquio* interfuit.

[*o*] *Episcopatus* huc translatus est *Julino* à *Wratislao* II, *Pomeraniæ* Duce ac Principe, Anno CHR. M CLXXXV. Sed omnium primus *Pomeraniæ* Episcopus dictus est *Adelbertus*, qui instituebatur *Julini* sub Princip. *Wratislao* I, & *Ratisboro* Fratribus An. M CLI.

BUNONIS.

π (o) *Wismaria* portu ad mare Balticum commodissimo

(a) Wenden Ducatus. (b) Stetinensis Ducatus. (c) Gutzkoviensis Comitatus. (d) Wolgast Ducatus. (e) Usedom. (f) Rugia. (g) Barthensis terra. (h) Wollina insula. (i) Colberga. (k) Caminum. (l) Meckelburgiensis Ducatus fines. (m) Lubeca. (n) Rostochium. (o) Wismaria.

HOLSATIA. ϱ

Holſatia. IV. Dividitur hæc regio in σ *Holſatiam* propriè dictam, & τ *Ditmarſiam* ac υ *Sleſovicenſem* Ducatum. *Ditmarſi, die Ditmerſen*, libera nuper gens, nunc ſub Danorum Regum imperio vicatim incolunt. Clariſſima totius Holſatiæ urbs eſt *Hamburgum* [ρ] (1), opulentiſſimum ad Albim flumen Emporium, quo adverſo naves ex variis mundi partibus appellunt. *Kiel*, item *Eckelnforde*, & *Huſem* nitida opida portuſque celebres. In mediterraneis ſunt *Flensburg*, *Rensburg*, & *Schleſwyck*; huic contigua fere arx *Gottorp*, Ducum ſedes eſt.

Hamburgum.

CAP.

(1) *Inter ditiſſimas Germaniæ Civitates haud immeritò numeratur; portus Navibus, uti urbs ipſa Mercatoribus admodum frequens, prætorio nobili, templis ſplendidiſſimis, & Ptochodochiis optime conſtitutis imprimis ſpectabilis*; 15000 *homines luſtrare poteſt, & Præſidiarios* 1800 *quotidie alit. Commercium cum potioribus Europæ Gentibus ſedulo retinet, præſertim cum Anglis, qui multis immunitatibus ibi honeſtantur, pannum Anglicum ad valorem* 100000 *Librarum Sterlingarum, uti vocantur, quotannis vendunt, & Imperium Romanum mercibus undiquaque apportatis ſuppeditant. De nominis origine, ſitu, & antiquitate, parum inter Scriptores conſtat; alii enim Nomen a Pernarum (vulgo Hamms) Commercio ducant; alii a Statua Jovis Ammonis ibidem uſque ad Caroli Magni ævum adorata; alii etiam a nemore olim propinquo, quod Germanice* Ham *vocatur. Antiquitatem fabuloſam quidam jactant, & ad Albionis, Albingorum Ducis, ævum uſque retro ferunt. Ab Othone cui a Carolo M. conceſſa erat An.* 789 *amplificata; abhinc varias fortunæ vices ſuſtinuit, a Vandalis deleta, a Cæſare reſtaurata, modo Daniæ Regibus, tum Holſatiæ Ducibus ſubdita, at nunc Imperio Germaniæ reſtituta. Wilſter, Niemunſter, & Borſholm* cœnobium Scholâ illuſtre.

τ (g) *Ditmarſia* opida habet *Lunden, Heyde, Meldorp, Brunsbuttel & Weſtingburen.* (h) *Stormariæ* opida celebriora ſunt *Glückſtadium* ad Albim; & *Crempa* opida munitiſſima; *Pinnenberg & Hamburgum*, ubi in templo Cathedrali *Benedictus* V, *Pontifex Romanus*, in exilio mortuus jacet ſepultus. (i) In *Wagria* ſunt *Oldeſloa, Segeberga* cum arce; *Arensbœcke, Plœna, Neuſtadt, Oldenburg*; *Eutina* Epiſcopi Lubecenſis ſedes. Huc etiam referunt ipſam Lubecam urbem Imperialem, cum opidulo munito ad oſtium Travæ, vulgo *Travemunde*.

υ (k) *Sleſwicenſis Ducatus* Holſatiæ Septemtrionalis eſt, habens ab Ortu mare Balticum: ab Occaſu mare Occidentale, vulgo *die Weſt See*: à Septemtrione Jutiam, à qua Scotburgico amne dirimitur. Opida hic ſunt ad litus maris Occidentalis *Tonninga* ad Eydoram fl. operibus munita, *Huſum, Tondern & Ripen*. Inſulæ in hoc mari littori vicinæ, *Nortſtrand, Fora, Sylt & Roem*. In parte vero Orientali ſunt opida *Haderſchlebe, Apenrade, Flensborg, Sleſvicum*, cum arce *Gottorp* ad ſinum maris Baltici; cujus portum obſtruxit *Margarita* Daniæ Regina, & *Eckrenforde*. In mari Baltico ad hunc Ducatum pertinet Inſula (l) *Alſen*, in qua *Nordburg* & *Sonderburg* Ducum ſedes: itemque inſula *Aroe*, in quâ *Hartzkoping* & *Niekoping*. (m) Sleſwicenſis Ducatus non eſt pars Holſatiæ, ut Cluverius putavit; ſed peculiaris & diſcretus ab illa Ducatus, extra territorium Germaniæ, Regni Danici erat feudum: ſed nuper liberi juris factus eſt.

HEKELII.

[ρ] Hæc Urbs, quæ circa An. 1521 *Civitatibus Imperialibus Liberis* eſt aſſociata, & ab ipſâ *Imperiali Camera* SPIRENSI in decernendis proceſſibus pro *Libero Imperii ſtatu* etiamnum cognoſcitur, caput ſuum tantum effert præ cæteris,

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Nam

(a) Ducatus Suerinenſis & Guſtrovienſis. (b) Doberanum. (c) Ratzeburgum. (d) Ducatus Lauenburgicus. (e) Holſatiæ fines. (f) Diviſio Holſatiæ propriè dictæ. (g) Ditmarſia. (h) Stormaria. (i) Wagria. (k) Ducatus Sleſwicenſis limites. (l) Inſulæ Alſen & Aroe. (m) Ducatus Sleſw.

Nam ut ipſa Reſpublica, quæ ſatis ampla, opulenta atque valdè potens eſt, clariſſimiſque *Langermannianis*, *Ludkenſianis*, *Schaffbuſinis*, *Schulzianis*, *Uffelmannianis*, *Weſtermannianis*, aliiſque pluribus amabilibus Nominibus claret, Legibus veris, certis, gravibus & propterea ad jubendum egregiè aptis, & ad vetandum idoneis eſt fundata, laudabilibuſque Conſtitutionibus atque Ordinibus exornata: ità & maximè venerandum Miniſterium hoc modo eſt conſtitutum, ut nihil aliud in Eccleſiâ, quàm purum, ſincerum atque incorruptum DEI Verbum quotidiè prædicetur, bonaque Diſciplina probè ac rite obſervetur. Hunc locum amœnum ac ſplendidum agnoſcunt Solum natale ſuum *Brandanus*, *Daetrius*, NESTOR ille *Guelferbytanus* omni obſervantiâ dignus, *Albertus Kranzius*, Hiſtoricus ferme ſine pari, *Petrus Lambecius*, Originum HAMBURGENSIUM Scriptor haud vulgaris, atque *Joannes Wowerius*, Vir diverſiſſimo Scriptorum genere celeber.

CAP. XV.

Luneburgenſis Ducatus (1), *Bremenſis Archiepiſcopatus*, *Friſia Orientalis*, *Weſtfalia*, *Clivia & Montanus Ducatus.*

I

α DUcatus *Luneburgenſis*, cognominatur à capite ſuo β Luneburgico, *Luneburg*, urbe lautiſſima, ſalis fontibus maximè clarâ. γ Cella, *Cell* (2), Ducum ſedes eſt; δ *Danneberga*, Comitatus titulo decorata. Ducatus Luneburgenſis limites.

II. ε *Bre-*

BUNONIS.

α (a) *Ducatus Luneburgenſis* habet ab Oriente Ducatum Mecklenburgenſem, partem Marchiæ Brandeburgenſis & Archiepiſcopatus Magdeburgenſis; à Meridie Ducatum Brunſvicenſem, Epiſcopatum Hildeſienſem, & Ducatum Calenbergenſem: ab Occidente Comitatum Hoja, Bremenſem & Verdenſem Ducatus; à Septemtrione Comitatum Pinnebergenſem, territorium Lubecenſe & Hamburgenſe, & Ducatum Saxoniæ Lauenburgicæ: Rigatur Albi, Allera, Elmenow (qui olim *Lynaw*, hodie vulgo *die Aw*) & Jetze.

β (b) *Luneburgum* ad fl. Elmenaw; urbs eſt egregiè munita; cui & vicinæ regioni incubat mons Calcarius (*der Kalckberg*) adverſus omnem vim hoſtilem munitiſſimus. Celebre cœnobium Ordinis Benedictini, quod ibidem erat ad S. Michaëlis, à Sereniſſimo Brunſvicenſium ac Luneburgenſium Principe Chriſtiano Ludovico in Gymnaſium mutatum anno 1660 aperitur. *Mons*, *Pons*, *Fons*, ſunt tria pulchra, ſeu tres Dotes, quibus Deus hanc urbem præ cæteris ornavit. *Mons*, ad cujus radices calx optimæ notæ eruitur: *Pons*, ſub quo amnis navigiorum capax: & demum *Fontes* ſalis optimi perennes & copioſi. Luneburgo vicinus eſt vicus *Bardewick*: olim urbs magna, quod ex ruderibus colligitur, ab *Henrico Leone* expugnata & deſtructa anno 1189. *Luneburgum* tamen ante deſtructum Bardevicum floruit. Non igitur ex ruderibus Bardovicenſibus urbs illa condita eſt, ſed tantum aucta [a].

γ (c) *Cella* ad Alleræ & Fuhſæ confluentes munita arcem habet ſplendidam.

δ (d) *Dannenberga* opidum ad Jetze olim ſuos habuit Comites; at jam pridem Ducibus Luneburgenſibus paruit: arx ejus antiqua, quod circumjacentes regiones latrociniis redderet infeſtas, olim diruta eſt. Opida præterea in eo Ducatu celebriora ſunt (e) *Harburgum* cum caſtro munitiſſimo, ad Albim e regione Hamburgi: (f) *Winſena* ad Luham cum arce: (g) *Ulzena*, (h) *Gifhornia* cum arce munita ad Alleræ & Iſæ confluentes; *Borchdorp* & *Walſrade*.

HEKELII.

[a] De verâ autem hujus Urbis *origine* vid. *Jo. Angelii Werdenhagii* Pars III. *Rerumpp. Hanſeaticar.* c. 2. p. 89. ſeqq.

REISKII.

1 (i) *Luneburgum* ab veteri vicinoque caſtro nomen habuit; caſtrum ab Luinonibus Sclavis, quibus coercendis ut opponeretur, aut Saxones, aut Franci victores Saxonum effecerunt. *Hermannus ergo Bilingius*, ex illuſtri proſapia ortus, & ab Ottone M. Dux Saxoniæ anno 970 creatus, monaſterium S. Michaëlis in caſtro illo vel ipſe condidit, vel auctius reſtauravit. Unde poſthac oppidum cognomine *pagis e duobus Heimerſdorff & Modeſdorff* extitit, tandemque urbs ampla, & tempore Henrici Leonis inſigniter adaucta: Teſtantur id Chronic. MSta omnia, quotquot vidi, & Acta Præpoſituræ ad S. Joannis ædem Luneburgicæ vetuſta, quæ Archidiaconatum in Modeſdorff, Verdenſi Epiſcopatui olim annumeratum diſertis verbis exhibent. (k) *Ducatus autem Luneburgicus* anno 1235 emerſit Friderici II Imp. auſpicio, qui Brunſvicenſes & Luneburgicas terras, Principum Guelforum allodiales ſive proprias in feudum recepit, novoque Ottonem Wilhelmi filium Ducis titulo exornavit. Plura uterque Meibomius & Sagittarius in ſcriptis ad hanc rem editis dabunt: plura etiam *de Archiepiſcopatu & urbe* (l) *Bremenſi* nunc inter urbes Imperii liberas connumerata non Adamus ſolum Brem. Abbaſque Stadenſis, ſed multi ad eandem rem commentarii Actaque publica præbebunt: Præſertim ad controverſiam cum Suecis ortam, & Aabenhuſæ anno 1661 compoſitam. (m) Saxonia enim vetus duas partes continuit; 1°. *Weſtfaliam*, quæ trans Viſurgim ad Rhenum uſque amplius producta; 2°. *Oeſtfaliam*, quæ cis Viſurgim ſita, noſtras etiam vicinaſque

(1) *Sunt qui Nomen ducunt a Luna ibidem adorata, cujus Imago in monte calcario ſtetit uſque quo diruta fuit a Suiberto primo Verdenſis Epiſcopo, qui Monaſterium S. Mariæ ibi condidit Anno 780. Ducatus nunc Electori Hanoverico ſubeſt.*

(2) *Oppidum probe munitum, & Palatio Anno 1485 conditio decoratum.*

(a) Ducatus Luneburgenſis limites. (b) Luneburgum. (c) Cella. (d) Dannenberga. (e) Harburgum. (f) Winſena. (g) Ulzena. (h) Gifhornia. (i) Luneburgum. (k) Ducatus Luneburg. (l) Brema. (m) Saxonia vetus duplex.

Archiepiscopatus Bremensis. Brema. Stada.

II. ε *Bremensis Archiepiscopatus* caput, ζ *Brema*, est *Bremen*, civitas egregia & magnifica, Emporiumque haud ignobile, Visurgi fluvio navium appulsum commodante (1). η *Stade*, opidum prope Albim. ϑ *Verden* & *Bremerforde*, arx cum vico, Archiepiscoporum Bremensium sedes est.

Frisia Orientalis. Embda. Auricum. Westfalia.

III. ι *Frisia Orientalis*, *Oost-Friesland*, alio nomine *Comitatus Embdanus* nuncupatur, à capite suo κ *Embda* (2), *Embden*, urbe haud equidem ampla; at portu celeberrimo. *Auricum*, *Aurick*, Comitum sedes est.

IV. λ *Westfalia* satis ampla regio, gregibus quàm hominibus alendis benignior est; silvis horrida, ac paludibus crebris fœda, veterem illam Germaniam vicinasque regiones continuit. (a) *Frisia Orientalis* in Comitatum sub Friderico III, Imp. anno 1454, in Principatum anno 1650, à Ferdinando III provecta, diuturnas cum Embda urbe controversias trahit ob libertatem, quam illa fœdere Belgicorum ordinum nixa sibi vendicat. (b) *Jeverana Dynastia* aut regio in ditione principis Anhaltini Servest. per pactum speciale cum Anthonio Gunthero Comite Oldenburg. adhuc manet, quanquam à Danis, qui Comitatum Oldenburg. jure successionis hæreditariæ nunc tenent, aliquando illa fuerat occupata. Vid. *Ubbo Emmius* in Histor. Frisiæ nobilissi. *Winkelmannus* in Notit. Westfaliæ, itemque Auctor illustriss. Monumentorum Paderborn. (c) *Comitatus Schaumburgicus* dimidius Biccenburgensi subest Comiti; (d) Lippicus suæ Comitum familiæ vetustissimæ totus, Schwalenburgicus vicinus ex parte solum. (e) Pirmontanus cum castro suo Comiti Waldeccensi, uno Luide opido excepto, quod ad Paderbornensem Episcopum pervenit: Acidulæ ibi claræ ex anno 1340 fontis sacri nomine (*der H. Brunn*) & concursu hominum frequentissimo; quod ex MSto Henrici de Hervordia Codice liquet. (f) *Ducatus Cliviæ* post ultimam anno 1666 transactionem cum Marcano & Ravensburgico Comitatu, Dynastia itidem Ravensteinensi, ad *Electores Brandeburgicos* nunc pertinet; quibus etiam urbes cæteræ fœderatæ quondam Belgio subjectæ ex anno 1673 subsunt.

BUNONIS.

ε (g) *Archiepiscopatus Bremensis* & *Episcopatus Verdensis* titulo Ducatuum per pacificationem Monasterienſem cesserunt regno Sueciæ, verum anno 1676 eodem pulsi sunt. Uterque Luneburgensi Ducatui ad Occasum Solstitialem æstivum conterminus est; *Bremensis* ferè intra Visurgim & Albim ad mare usque Germanicum se extendens rigatur, præter (h) *Visurgim*, *Essa*, *Wemma*, *Zwinga* & *Oesta* fluminibus.

ζ (i) *Brema* urbs tempore belli Smalcaldici, cujus fœderis erat socia, instinctu Episcopi sui frustra fuit obsessa. Ad Reformatorum partes postea inducta est. Quæ nuper minus prospere gessit, nota sunt & pervulgata. Gymnasio quoque celebris est.

η (k) *Stada* ad Zwingam fl. operibus satis munita, nuper fortuito incendio fere tota periit, jam ferè restituta.

ϑ (l) *Bremerfœrda* arx haud longè ab Oesta fl. à Danis nuper capta; sed per pacem Rotschildensem Suecis reddita est. Tractus ille, qui inter Oestam & Zwingam est, appellatur (m) *das Keydinger Land*; ubi opida *Himmelport* & *Nyenhus* ad Oestæ & Albis confluentes. Inde tractus conterminus *Terra Hadelæ* vulgo (n) *das Hadeler Land* est in ditione Ducum Saxoniæ Lauenburgicæ, in qua *Ottendorf*. Ad Hamburgenses etiam pertinet præfectura cum arce *Ritzenbuttel*. Hinc porro sequitur tractus ad litus maris Germanici & Visurgis ostia pertingens, vulgo (o) *das Landzu Wurſten* dictus; ac inde (p) *das Viehland*. *Boxdebuda* opidum haud vulgariter munitum interluitur Essa fl. *Ottersberga* ad Wemmam fl. aliquot milliaribus Brema distat. (q) *Ducatus Verdensis* continetur Luneburgensi & Bremensi Ducatibus ac Comitatu Hoja: Rigatur Allera & Wemma fluminibus. Opida hic sunt *Vebrden* ad Alleram; unde Episcopatui nomen; & *Rotenburgum* ad Wemmam.

ι (r) *Frisia Orientalis*, à Comitatu Oldenburgensi ad mare usque Germanicum porrigitur.

κ (s) *Embda* haud longè ab Amasis ostio sita est, ad eum maris sinum, quem accolæ, à fluctuum rabie, *den Dollert* vocant. Præter *Auricum* [b] hic sunt opida *Norden*; *Leer*; haud longè à Sœltæ & Amasis confluentibus. *Stickhusen* est arx ad Sœltam bene munita. Dominia quoque habet cum opidis *Esens* & *Witmunde*. Ibidem quoque ad mare est tractus vulgo *das* (t) *Jever Land* dictus, in quo opidum *Jever*. Sed est in ditione Comitis Oldenburgensis.

HEKELII.

[b] Sive Aselingam.

BUNONIS.

λ (u) *Westfalia* [c] habet ab Ortu Visurgim [d]: à Septemtrione Comitatum Zutphaniæ, Transisalaniam & Dominium Groeningense: ab Occasu Ducatum Cliviæ & Montium: à Meridie Hassiam & Waldeccensem & Nassovienſem Comitatus. Fluvii istius provinciæ præcipui sunt *Visurgis*, *Amasis*, qui mediam ferè secat; *Lupia*, *Rhura*, qui paulo infrà Duisburgum ad opidum Roerort in Rhenum se effundit; *Hasa* ad *Meppen* opidum benè munitum in Amasin se exonerans; & *Honta* infra Bremam in Visurgim illabens. Nomine *Ducatus Westfaliæ* & *Angriæ* notatur, quicquid ditionum Archiepiscopus Colonienſis in Westfalia obtinuit, quum Henricus Leo proscriberetur.

(a) Frisia Orientalis. (b) Jeverana Dynastia. (c) Comitatus Schaumburg. (d) Lippicus. (e) Pirmontanus. (f) Ducat. Cliviæ. (g) Ducatus Bremensis limites. (h) Flumina. (i) Brema. (k) Stada. (l) Bremerfœrda. (m) Keydinger Land. (n) Haedeler Land. (o) Wurster Land. (p) Viehland. (q) Ducatus Verdensis. (r) Frisia Orientalis. (s) Embda. (t) Jever Land. (u) Westfaliæ Termini & Flumina.

(1) *Sunt qui hoc Oppidum Φασι paruv Ptolemæi esse putant. Immunitatibus primum ab Henrico V Cæsare donata An. 1111 propter res prospere gestas bello sacro uti vocatur. Jactant autem Privilegia a Carolo M. concessa, in cujus rei testimonium Statuam Rolandinam in Foro positam, citant. Rolandus ille Gigas fuisse fertur, & Nepos Caroli M. cui operam fortem & fidelem in Saxonibus subigendis præstitit. Goldastus autem Rolandum sive Rulandum Nomen Appellativum putat, Jurisdictionem in Urbibus ad Imperii Confinia sitis concessam denotans. Brema nunc inter Urbes Imperiales, sive Liberas, numeratur.* (2) *Urbs nunc ampla, dives, probe culta, probe munita, Commercio, & civium virtute bellica celebris, Ubboni Emmio Oculus est Frisiæ Orientalis.*

maniam referre videtur. Episcopatibus & Comitatibus frequentibus distinguitur. Episcopatus sunt; μ *Monasterienſis*, ν *Paterbornenſis*, ξ *Mindenſis*, ο *Osnabrugienſis*, π *Verdenſis*. *Monasterium*, *Munſter*, caput totius Westfaliæ, nobilis & magnifica civitas in amœnissimis agris sita, annis superioribus Anabaptistarum lymphatico regno celebris (1). Secunda à Monasterio Westfalicarum est ϱ *Susatum*, *Soest*, nulla re, quàm amplitudine suâ clara. Deinde σ *Tremonia*, *Dortmund*, *Minden* (2), *Osenbrugge* (3), *Paderborn*, cultorum frequentes sunt urbes. Comitatus nobiliores sunt, τ *Marck*, υ *Oldenburg*, φ *Delmenhorst*, Monasterium. Susatum. Tremonia. Minden. Osnabruga. Paderborna.

tur. In eo sunt *Arnsberga*, *Stadberga*, *Winterberg*, *Halemberg*, *Drosbagen*, *Attendorn*, *Oldendorp*, *Molheim*, *Arnruchte*, *Belick*, *Kaldebard*. *Angria* est in Comitatu Revensburgensi, prope Herfurtum, olim totius regionis primaria arx, à qua *Angriæ Ducatus* nomen hodie mansit.

HEKELII.

[c] Nonnullis vera & antiqua *Saxonia* dicta.

[d] S. *Viseram*.

BUNONIS.

μ (a) *Monasterienſis Episcopatus* longo tractu à Lupia fl. per mediam fere Westfaliam usque ad Comitatus Oldenburgensis & Frisiæ Orientalis limites excurrit. Episcopatus hujus caput est (b) *Monasterium* ad Aa fl. quod seculo 16 Anabaptistæ auctoribus *Joh. Leidensi* sartore & *Knipperdollingio* oppressérunt. Pace inter Imperatorem Rom. & fœderatos An. 1648 ibidem composita præcipuè nobile. Nuper etiam ab Episcopo suo hæc urbs magnopere afflicta obsidionem fortiter sustinuit; ac necessitate compulsa Hæreticorum, quos habent, imploravit auxilium: sed tamen demum anno 1661 coacta est Episcopo suo sese submittere, militemque recipere. Iste castellum, ad opidanos in officio retinendos, urbi imposuit: opida hic sunt *Dorsten*, *Tellig*, *Sendenhorst*, *Borken*, *Coesfeld*, *Warendorp*, *Halteren*, &c. [e].

ν (c) *Episcopatus Paterbornenſis* confines habet Ducatum Westfaliæ, Comitatum Waldeccensem, Landgraviatum Hassiæ, Ducatum Brunsvicensem, territorium Lemgoviense & Comitatum Riedbergensem. Ejus caput est (d) *Paterborna*: Opida porrò habet *Niehusz*, *Drieberg*, *Brackel* & *Warburg*. Eidem Episcopatui versus Ducatum Brunsvicensem ad Visurgim, haud longè ab opido *Hoexter*, adjacet (e) *Corbeja* Monasterium celebre, quod aliquot seculis velut seminarium fuit Episcoporum Saxoniæ; ex quo *Ansgarius*, primus Hamburgensis Episcopus, qui per vicinas gentes, Daniam quoque & Sueciam, Evangelium propagavit, & Successores illius *S. Rembertus*, *Adelwaldus*, *Hojerus*, ad docendas Ecclesias vocati sunt: *Winduchindus* seu *Windichinus*, qui de gestis Saxonum tres scripsit libros, item de gestis Ottonis I, monachus fuit Corbejensis. In claris Scriptoribus etiam memoratur *Sigebertus Corbejensis*. An. 1517 primi quinque Annalium libri *Cor. Taciti* Corbejæ à quæstore Pontificio fuerunt inventi, qui eos ad Leonem X detulit, ac ἀντιδώρῳ loco quingentos accepit aureos. *Lipsius* [f].

ξ (f) *Episcopatus Mindenſis* continetur Episcopatu Osnabrugensi, Comitatu Hojensi, & Schauenburgico, territorio Lemgoviensi, & Comitatu Ravensbergensi. Ejus caput est *Minden* ad Visurgim opidum bene munitum: omnem hunc Episcopatum hodie tenet Elector Brandenburgicus titulo Ducatus. Opida hic porrò sunt *Petersbagen* ad Visurgim, *Schulteberg*, *Lubbeke*, *Renneberg*, *Himmelrick*, & *Bargen*.

ο (g) *Episcopatus Osnabrugenſis* metropolis est (h) *Osnabruga*, seu *Osnabruga* in valle amœna ad Hasam fl. sita, præcipuè pace an. 1648 ibidem composita nobilis. Opida præterea hic sunt *Iburg* sedes Episcopi; *Melle*, *Honteburg*, *Quakenborn*, *Forstenow*.

π De *Episcopatu Verdenſi* hoc ipso capite dictum est.

ϱ *Susatum* est in extrema parte Comitatus Marcani, qua Ducatus Westfaliæ & Comitatus Lippiensis coëunt.

σ (i) *Tremonia* in Comitatu Marcano inter Lupiam & Rhuram fere intermedia Gymnasium habet celebre, cui nuper præfuit *Christophorus Scheiblerus*.

τ (k) *Marca Comitatus* concluditur inter Lupiam fl. Episcopatum Monasterienſem, & Ducatus Cliviæ, Montium & Westfaliæ. Fluviis alluitur & perluitur Lupia, Rhura & Aura. Opida hic sunt *Unna* haud longè à Rhura: *Hammona* ad Lupiæ & Dunckeri confluentes. *Werdena* ad Rhuram Abbatia nobilis est. *Lippia*, *die Lipstadt*.

υ In *Comitatu* (l) *Oldenburgenſi* est opidum *Oldenburg* ad Hontam fl. [g].

φ (m) In *Comitatu Delmenhorſt* est *Delmenhorſt* ad fl. *Delmen*.

HEKELII.

[e] Ex hâc Diœcesi, & quidem è pago *Heck* prope *Horstmariam* ortus est *Alexander Hegius*, Ludi *Daventrienſis* Moderator, *Des. Erasmi Roterod.* Præceptor, & *Davidis Chytræi* elogio primus Litterarum amœniorum Instaurator.

[f] Vivit hodiè in *Monasterio Corbejenſi* quoque Medicus ac Polyhistor celeberrimus, *Christ. Franciſc. Paullini*, qui de CANE *Tractatum Singularem* erudito Orbi promisit.

[g] *Ant. Guntheri Hesbusii*, *Otton.* & *Luderi Menkeniorum* patria est omnino clara ac celebris.

(1) *Urbs Imperialis usque ad A. 1661, quo ab Episcopo Galeno de Bernard homine Animoſo & bellicoſo oppreſſa fuit. Urbs Arte & Natura optime munita; 5 templa collegiata numerat, & Academiam Jesuitarum celebrem jactat.*

(2) *Urbs Anſeatica, ampla, dives, nitida, & bene munita, a Cæſareis An. 1628 expugnata, & a Duce Brunſvicenſi An. 1634: olim Episcopalis, at nunc Regi Borusſorum ſub Principatus Titulo paret.*

(3) *Urbs antiqua, munita, ædibus publicis, Cereviſiæ, & Panni lintei præſtantia ſpectabilis, & Conventu inter Cæſarem & Suecum, An. 1648 clara. Cives partim Pontificii, partim Lutherani, & per vices reguntur a Principe Reformato & Pontificio. Reformati e Familia Brunſvicenſi eliguntur.*

(a) Episcopatus Monasterienſis. (b) Monasterium. (c) Episcopatus Paterbornenſis. (d) Paterborna. (e) Corbeja. (f) Episcopatus Mindenſis. (g) Episcopatus Osnabrugenſis. (h) Osnabruga. (i) Tremonia. (k) Marca Comitatus. (l) Oldenburgenſis Comit. (m) Comitatus Delmenhorſt.

menhorſt, χ *Benthem*, ϟ *Arnsberg*, ω *Lingen*, α *Tecklenburg*, β *Waldeck*, &c. *Lingen* opidum eſt munitiſſimum. (1).

Clivia, Cleve.

V. γ *Clivia*, ad utramque Rheni ripam porrecta, à δ *Clivis* (2) capite totius Ducatus cognominatur: junctaque eſt Juliacenſi Ducatui. *Colles* ſive *Clivi*, in quibus condita, nomen urbi præbuiſſe, vulgò putantur. At clariſſima omnium eſt ε *Veſalia*, *Weſel* (3), ſecunda *Emericum*, ζ *Emmerick*, η *Santen* (4), antiquitatum Romanarum reliquiis priſcum originem claritatemque indicat. ϑ *Mours* Comitatus titulo inſignitum opidum, munimine maximè clarum eſt.

Veſalia. Emmerick. Santen. Mours.

VI. ι *Mon-*

BUNONIS.

χ (a) *Benthemenſis Comitatus* caput eſt *Benthem*.

ϟ (b) *Arensbergenſis*. *Arensberga* haud longè à Rhura ſita.

ω (c) *Lingen* ad Amaſin, olim fuit Comitum *Tecklenburgenſium* ſedes.

α (d) Cujus caput eſt *Tecklenborg*. Haud longè infra *Lingen* eſt *Meppen* opidum munitiſſimum, quod Palatinis bellum reſtaurantibus venditum, ſed paulò poſt ſtratagemate receptum eſt.

β (e) *Comitatus Waldeccenſis* continetur finibus Hatſiæ, Epiſcopatus Colonienſis & Paderbornenſis. Opida præcipua ſunt *Waldeck*, *Corbach*, *Wildungen* acidulis nobile, *Mengeringhauſen* & *Landau*. Hunc Comitatum [b] ad *Weſtfaliam* referri nunquam pro ſuo jure concedent Hatſiæ Landgravii: qui aliàs ad Superiorem Circulum Rhenanum pertinebat. Ad Weſtfaliam quoque pertinent Comitatus ſequentes: (f) *Comitatus Diepholtz* habens ab Oriente Comitatum Hoyenſem: à Meridie Ducatum Mindenſem, & Epiſcopatum Oſnabrugenſem: ab Occidente Epiſcopatum Monaſterienſem: à Septemtrione Comitatum Oldenburgenſem atque Delmenhorſtenſem & partem Ducatus Bremenſis. In eo ſunt opidula *Diepholtz*, *Leuenſorde*, *Barnsdorf* & *Carnow*: itemque lacus per Weſtfaliam celebris vulgò *Dommel* dictus. Paret omnis hic Ducatus Luneburgenſium Duci. (g) Comitatus Hoyenſis habet ab ortu Ducatum Brunſvicenſem & Luneburgenſem; à Septemtrione Verdenſem & Bremenſem; ab Occidente Comitatum Diepholtz; & à Meridie Ducatum Mindenſem. Dividitur in Comitatum *Superiorem* & *Inferiorem*: ejus caput eſt (h) *Nienburg*, opidum munitiſſimum in nupero bello clarum. Sunt hic præterea opidula *Hoya*, *Bukken*, *Libenau*, *Bruchhauſen*, *Sick*, *Steigeberg*, *Siedenburg* & *Diepenau*. Et hic Comitatus eſt in ditione Ducum Brunſvicenſium & Luneburgenſium. (i) *Comitatus Ravensburg*, ab Arce *Ravensburg* appellatus, habet opida *Engern*, *Bielefeldiam*, *Herfordiam* & *Vlothoviam*. (k) *Comitatus Schauenburgenſis*, ubi *Schauenburg*, *Stadthagen*, & *Rintela* Academiâ nobilis [i]: qui ferè totus per nuperam pacificationem ceſſit Haſſiæ Landgravio. (l) *Comitatus Lippe*, ubi *Lippia*, *die Lipſtadt*, ad Lupiam ſuprà etiam memorata, diverſorum Dominorum. (m) *Lemgovia*, ad Pegam fl. *Vfelen*, *Blomberg*, *Dietmelle*, quod Cluverio eſt (n) *Teutoburgum*; aliis tamen putatur eſſe *Duysburg* ad Rhuram. Eidem illi Comitatui adhæret Comitatus (o) *Pyrmond*, ubi opidum *Pyrmond*, in cujus vicinià ſunt acidulæ & Comitatus (p) *Spiegelberg*. In Weſtfalia demum quoque eſt Comitatus (q) *Riedberg*; cujus opidum *Riedberg*. Weſtphalum ſe eſſe profitetur *Joh. Lewenclavius*.

γ (r) *Ducatus Cliviæ* ab una parte conterminam habet Weſtfaliam, & Archiepiſcopatum Colonienſem & Monaſterienſem: ab altera Geldriam, Comitatum Murſenſem & Zutphaniæ. Rigatur Rhura, Lupia, Iſala, Nerſa & Rheno, qui hunc Ducatum ferè medium ſecat [k].

δ (s) *Clivia* haud procul à caſtro Schenkiano jacens Electori Brandeburgico paret.

ε (t) *Veſalia* haud longè à Rheni ripa benè munita, à Fœderatis Belgis Anno 1629 ſtratagemate capta eſt.

ζ (u) *Emmerick* eſt ad dextram Rheni ripam.

η (x) *Santen* aliquot milliaribus infrà Veſaliam haud longè à ſiniſtrâ Rheni ripâ jacet.

ϑ (y) *Mourſia* Comitatus ad Auriacos Principes pervenit, quum An. 1600 Æmilia Comes moriens hæredem inſtituiſſet Mauritium Auriacum. Haud procul *Mourſia* ſeu *Murſia* opido vicus eſt, vulgò *Asburg*, in cujus agro multæ reperiæ antiquitatum Rom. Reliquiæ, indicant hoc eſſe (z) *Aſciburgum* Taciti. Sunt præterea in eo Ducatu opida, (a) *Duysburg* haud longè à Rhurâ & Rheni confluentibus: (b) *Rees* ſuprà Emmerick ad dextram Rheni ripam. (c) *Burick* è regione Veſaliæ. (d) *Goch* ad Neerſam; (e) *Calcar*; & (f) *Gennep* à Belgis fœderatis Anno 1644 captum.

HEKELII.

[b] Quem *Conr. Sam. Schurzfleiſch*, accuratiſſimus ſeculi hujus Hiſtoricus, patriam ſuam agnoſcit, & famâ ſuâ Illuſtri magis magiſque Illuſtrem reddit.

[i] In quâ *Jo. Otto Henckelius*, Fautor meus magnus, claret.

[k] Aliàs ipſa regio bono & ſalubri Aëre gaudet, & agro utcunque fertili frumenti, paſcuiſque læto. Tophi Lapides hèic ingenti copiâ colliguntur, ex quibus cementum conficitur, unde ingenti lucro eos *Brabantis* vendunt.

BUNO-

(1) *Cives ſunt Calviniani, opidum ad Familiam Araufionenſem pertinet.*

(2) *Colonia Vlpia Trajana, Cluv. Palatio antiquo, Architectura Gothica, Ædibus Nobilium decorata; Eumenius Rhetor traditur hic Artem Oratoriam tempore Julii Cæſaris docuiſſe, unde Controverſia celebris inter Lipſium & Pighium, altero negante, altero affirmante. Vivario & Silva nobili ſupra mentem, unde proſpectus totius Germaniæ amœniſſimus, inſignis.*

(3) *Totius Ducatus munitiſſima, & ex Anſeaticis una, Regi Boruſſorum nunc paret.*

(a) Comitatus Benthemenſis. (b) Arensbergenſis. (c) Lingen. (d) Tecklenborg. (e) Waldeccenſis Comitatus. (f) Diepholtz Comitatus. (g) Comitatus Hoya. (h) Nienburg. (i) Ravensburg Comitatus. (k) Schauenburgenſis Comitatus. (l) Lippe Comitatus. (m) Lemgovia. (n) Teutoburgum. (o) Pyrmond. (p) Spiegelberg. (q) Riedberg. (r) Cliviæ Ducatus Limites & Flumina. (s) Clivia. (t) Veſalia. (u) Emmerick. (x) Santen. (y) Mours. (z) Aſciburgum Taciti. (a) Duysburg. (b) Rees. (c) Burick. (d) Goch. (e) Calcar. (f) Gennep.

(4) *Cluverio, vetera Caſtra Taciti, ubi Julius Cæſar aliquando habitabat. Legionis Thebææ hic Internecioni datæ fabula etiam celebris.*

VI. ι *Montenſis Ducatus* Clivenſi Ducatui conterminus eſt, vulgò *Berg*, cujus caput κ *Duſſeldorp* (1), opidum cum arce, Ducum Juliaci, Cliviæ & Bergæ ſedes.

(1) *Olim Imperialis, urbs ampla, bene munita, lauta, & Annonæ commercio clara.*

BUNONIS.

ι (a) *Ducatus Montenſis* ferè omnis continetur finibus Weſtfaliæ, Cliviæ, Colenienſis Epiſcopatus, & Comitatus Marcani. Rigatur Wippera, Akera, Siega & Duſella.

κ (b) *Duſſeldorp* Duſella fl. perluitur, qui deinde in Rhenum ſe effundit. Sunt hic porro (c) *Sieburgum* ad Siegam. fl. Abbatiâ celebre: (d) *Mulheim* in dextra Rheni ripa Coloniæ vicinum, cujus cœptæ munitiones à Spinola An. 1614 dejectæ ſunt: (e) *Keyſerſwerda* ad Rhenum, haud longè à finibus Ducatus Cliviæ: (f) *Blanckenburgum*, ad Sigam: (g) *Sollingen*: *Elverfeld*: *Gerriſheim*, &c.

(a) Ducatus Montenſis. (b) Düſſeldorp. (c) Sieburg. (d) Mülheim. (e) Keyſerſwerda. (f) Blanckenburg. (g) Sollingen.

CAP. XVI.

Haſſia, Wetteravia, Buchovia, Thuringia. ι

I.

α HAſſia Landgraviatus, Comitatus in ſe habet nobiles hos: β *Catzenelnbogen*, γ *Dietz*, *Ziegenhaim* & δ *Nidda*; caput provinciæ eſt Caſtellum Cattorum, ſive ut vulgò nunc uſurpatur *Caſſella*, *Caſſel* (1), lauta ſanè civitas cum ſplendida arce, Landgraviorum [a] ſedes. Secunda eſt ε *Marpurgium* (2) [b], litera- Haſſia.

(1) *Urbs optime munita, ampla, Gymnaſio decorata, Lanæ & Annonæ Commercio celebris.*

(2) *Tribunali unde jus toti Regioni dicitur inſignis. Academia hic inter totius Germaniæ florentiſſimas locum habet. Urbs etiam optime munita & lauta. Langravio Caſſelenſi ſubeſt.*

BUNONIS.

α (a) *Haſſia* [c], cum terris quibuſdam ad eam pertinentibus, fines habet ab Oriente Thuringiam; à Septemtrione Ducatum Brunſvicenſem & Weſtfaliam; ab Occidente Epiſcopatum Moguntinum, Trevirenſem, & Palatinatum Electoralem; à Meridie Franconiam & Palatinatum [d]. Rigatur *Rheno*, *Fulda*, *Edera*, *Lano* & *Werra*. (b) *Haſſia* propriè dicta dividitur in *Superiorem* & *Inferiorem*. (c) *Superior* dicitur, quæ Franconiam & Electorum provincias attingit.

β In ea eſt Comitatus (d) *Cattimelibocenſis*, *die Grafſchaft Catzen Elnbogen*, ab Arce *Katz* & opido *Elnbogen*, nomen habens: in eo (e) *Darmſtadium* in confinio ſilvæ Ottonis, *des Odenſwalds* [e], & Comitatus Erpach, ejuſque tractus, qui vulgo *die Bergſtraſſe* dicitur, ſplendidâ Arce, & Landgraviorum ſede nobilitatum. (f) *Ruſſelſheim* caſtrum ad Mœnum munitiſſimum, opidum (g) *S. Goari*, *S. Gwer*, ad Rhenum cum Arce validâ *Rheinfelſen*, inter Vefaliam Superiorem & Boppart. (h) *Braubach* ad Rhenum; (i) *Schwalbachia* acidulis celebris, aliquot milliaribus Francofurto diſtans. Dominium (k) *Epſtein*: (l) *Wisbaden* thermis celebre. Moguntiæ, cui aſcribitur, vicina eſt *Henrichia* terra, vulgò *der Heirich*.

γ (m) In *Comitatu Diezenſi* eſt opidum *Dieza* ad Lanum; (n) *Empſa* thermis nobilis. *Ringoja* tractus, qui paret Archiepiſcopo Moguntino.

δ (o) *Nidda* ad fluvium cognominem, unde Comitatui nomen manſit.

ε In (p) *Principatu ad Lanum* eſt (q) *Marpurgum* ad Lanum, Arce, Landgraviorum ſede, & Academiâ à *Philippo Landgravio* Anno 1526 condita clarum [f].

HEKELII.

[a] *Reformatæ Religionis.*

[b] A *Ptolemæo* AMISIAM vocatum.

[c] Montana quippe Regio.

[d] Terra ipſa rerum ad humanum uſum neceſſariarum eſt affluens, tametſi Vinum non ferat, niſi propè *Rhenum*, & mittit Lanam ſat copioſè.

[e] Ubi nuper docuit *Baltaſar Menzerus*, Fil.

[f] *Elenchus Proff. huj. Academiæ*, qui ab Anno CHR. MDXXVI à primâ nempe ejus fundatione, uſque ad An. MDLXXXIII ibid. præclarè docuerunt, à *Petro Nigidio*, Seniore, metrice eſt conſcriptus, & literis *Egenolfianis* publicè lucidatus An. 1591 in 8. f. Sic ejuſd. *Academiæ* SOLENNIA Caſſellis An. 1653. in 4 f. impreſſa ſunt, & quidem *Jo. Hartm. Kormanno* Autore. Nuper claruerunt partim, partim adhuc clarent *J. H. a Dauber*, *Joan. Heinius*, *Jo. Georg. Crocius*, *Chr. Frid. Crocius*, *Otto Henkelius*, *Jo. Georg. Henkelius*, *Lyriacus Entulus*, *Nicol. Bertholdi*, plureſque Viri docti alii.

REISKII.

1 Haſſia olim cum Thuringia unum Landgraviatum conſtituit ex An. 1130, quo Lotharius Imp. Ludovicum generum ſuum Thuringiæ Landgravium creavit: hujus progenies in Ludovico & Henrico Raſpone fratribus deficiens An. 1249, ſucceſſionem atque diviſionem novam intulit. Henricus enim Brabantinus, adhuc infans, è Sophia Ludovici filia natus, Haſſiam; Henricus vero illuſtris, & Miſniæ Marchio, ex Juditha Raſponis filia ortus, Thuringiam ſibi vendi-

 cavit,

(a) Haſſiæ limites & Flumina. (b) Haſſia. (c) Superior. (d) Comitatus Cattimelibocenſis. (e) Darmſtadium. (f) Ruſſelſheim. (g) S. Gwer. (h) Braubach. (i) Schwalbach. (k) Epſtein. (l) Wisbaden. (m) Comitatus Diezenſis. (n) Empſa. (o) Nidda Comit. (p) Principatus ad Lanum. (q) Marpurgum.

literarum ſtudiis maximè clara. ζ *Gieſſen* (1) munitiſſimum totius Provinciæ opidum.

Wetteravia, die Wetterau. Comitatus Naſſovicus.

II. Inter Haſſiam ac Rhenum fluvium eſt ν *Wetteravia*, regio, quam maximè nobilitat nobiliſſimus ϑ *Comitatus Naſſovicus*; unde decus illud gentis, Belgicæ Fœderatæ munimen ac gloria, PRINCEPS MAURITIUS originem duxit (2).

Buchovia. die Buchow.

III. Inter Haſſiam, Franconiam atque Thuringiam media ſita eſt regio ι *Buchovia*, cujus caput κ *Fulda*, opidum celebre, præſtantiſſima Europæ, nedum Germaniæ, *Abbatia* inſignitum (3).

IV. *Thu-*

cavit, cum eaque Saxoniæ Palatinatum. Inde bellum quod exarſerat hac diviſione componebatur, confraternitate domi utriuſque per mutuam ſucceſſionem initâ. Haſſia poſthac Anno 1557 Comitatu Catzenellenbogenſi auctior Ditſamum Naſſoviis ceſſit: Sed An. 1648 per pacem Monaſterienſem auctus longe majores habuit. Wetteravia multis Comitatibus diſtincta Comites Imperii Wetteravicos complectitur, in iiſque illuſtriſſimos Comites Ruthenos, dominos de Plavia. Buchovia vel Buchaw à fagis dicta, ſylvis horrida, ſed cœnobio Fuldenſi cultum & famam celeberrimam conſecuta. Vid. *Prower.* in antiquit. Fuldenſ. Thuringia quondam ſuis regibus & Francis aliquamdiu, poſthac Landgraviis Comitibuſque multis, quorum ſtemmata defecerunt, nunc Archiepiſcopo Moguntino, Electori & Ducibus Saxoniæ, Comitumque & Baronum adhuc ſuperſtitum ditioni ſubdita, frumento, vino & omni ad victum copia, nec non Academiis Scholiſque pluribus efflorescit. Erfordia ex veteſtis eiſque Francicis originibus non caſtello ſolum Merwisburg, ſed molendino ad vada Geræ ſtructo & molitoris nomine Erphesfurd adhuc viget: Urbs ampla ſuoſque periodos paſſa, nunc caſtrum in monte Petrino conditum libertatis veteris quaſi frenum Archiepiſcopus Moguntinus impoſuit: Hiſtoriam Thuringicam Doct. Sagittarius accurata opera; Erfordienſem Judenus non eadem exhibuit, in qua plus ſtudii ex MStis editiſque codicibus requiras. Gotham hujuſque memorabilia idem Sagittarius dedit, arcemque novam Friedenſtein cum Grimmenſteinio commutatam An. 1643 abſolutam. Ducatus Coburgicus Sereniſſ. Ducibus Coburgicis Gothanæ familiæ ſubeſt, quondam Altenburgicæ: Nunquam verò, quod ſciam, ad Comitatum Hennebergenſem pertinuit. Pars tamen hujus Comitatus facta diviſione Coburgenſi Ducatui acceſſerat. De Comitatibus Schwartzburgicis Rudolpho-Politano, Arnſtadienſi, & Sonderhuſano dici pro dignitate breviter non poteſt. Quis ignorat Rudolphum ex hâc familiâ Cæſarem creatum?

(1) *Armamentarium nobiliſſimum jactat.*

(2) *Sicuti Succeſſores ejus Principes Arauſionenſes, quorum ſoboles in Guilielmo Magnæ Britanniæ Rege, heu! non ita pridem defecit. Comitatus ille Principatus titulo a Ferdinando II Cæſare A. 1653 decoratus. Familia Naſſovica per multa retro ſecula a Cæſaris ævo claruit, & Libertatis publicæ Vindices ſemper acerrimos haud immerito jactat; qui plura cupit, Atlantem Geographum Lond. & Atlantem Hiſtoricum Amſtelodami editum, conſulat.*

(3) *A S. Bonifacio An. 744 condita, & a multis poſtea Imperatoribus locupletata.*

BUNONIS.

ζ (a) *Gieſſa* operibus munita & Academia à Ludovico Landgravio fundata & A. 1607 inaugurata celebris: (b) *Francoberga* ad Ederam, patria noſtra, ubi metalli fodinæ: *Elfeldia, Butzbacum, Kirſbain, Wettera opidulum, unde clariſſimi Viri, ipſique Vulteji* ſunt orti: *Homburgum an der Hohe*, Principum quoque ſedes. (c) *Inferior Haſſia*, Thuringiæ, Ducatui Brunſvicenſi & Epiſcopatui Paderbornenſi contermina, habet (d) *Caſſellas* ad Fuldam, *Eſchwege Allendorff* ubi Salinæ: *Spangenberg, Homburg, Rotenburg* ad Fuldam: *Wanfriede, Godesberg, Zierenberg, Dreiſam*, & munitiſſimum caſtrum (e) *Ziegenhainam*, unde Comitatus *Ziegenhain* nomen eſt. Smalcaldia fœdere Proteſtantium nobilis ad Haſſiam quoque pertinet [g]. Porrò tota (f) *Abbatia Hirſchfeldenſis* cum opido *Hirſchfeld* per pacificationem Monaſterienſem ceſſit Haſſiæ Landgraviis. In media ferè Haſſia ſunt nonnulla loca, quæ Archiepiſcopo Moguntino parent, *Furſtar, Amelburg*, caſtrum munitum antiquo nomine *Amal*, unde & *Amalfried*, &c. Aventin. *Neuſtadt*, &c.

ν (h) *Wetteravia* tractus eſt in aditu Haſſiæ Superioris inter Bincium amnem, Rhenum, Haſſiam & Archiepiſcopatum Colonienſem comprehenſus, à fl. *Wetter* nomen habens. Quà ad fines Colonienſis Epiſcopatus & Ducatus Montenſis pertingit, appellatur *der Weſterwald*.

ϑ Continet *Wetteravia* multos Comitatus, ex quibus præcipuus (i) *Naſſovicus* in plures minores diviſus: (k) *Dillebergenſis*, ubi *Dilleberga*, arx munitiſſima, *Herborna* Gymnaſio [b] celebris; (l) *Solmenſis*, ubi *Braunsfels*, (m) *Laubacenſis*; (n) *Lichenſis*, (o) *Hungenſis*, (p) *Weilburgenſis*, (q) *Witgenſteinenſis* ubi arx *Witgenſtein* ac opidum *Laſzfe*. (r) *Iſenburgenſis*, & *Budingenſis*; ubi *Budinga* & *Offenbachium* opida. Et demum (s) *Hanovienſis* Comitatus, in quo *Hanovia* ad Bincium munitiſſima, fruſtrà diu à Lambojo 1636 obſeſſa, ac demum ſtratagemate capta, ac vero ſuo domino reſtituta eſt [i]. Inter Mœnum & Nicrum eſt Comitatus (t) *Erpacenſis*, ubi *Erpach* opidum. Urbes Imperii liberæ in Wetteravia ſunt *Fridberga, Wetzflaria* Pſeudo-Friderici olim perfugium: *Gelnhuſa* & *Francofurtum* ſuprà memoratum.

ι (u) *Buchovia*, quibuſdam *Fagonia* dicta, intra Thuringiæ, Franconiæ, Haſſiæ & Wetteraviæ fines concluſa jacet.

κ (x) *Fulda* opidum nomen habet à *Fulda* fl. qui illud interluit. Ibi S. Bonifacii oſſa quieſcunt [k]: habebat Bibliothecam locupletem, & manuſcriptis codicibus refertam: quâ non erat vetuſtior in Germania. *Abbas Fuldenſis* eſt Imperii Princeps, & Abbatum reliquorum per Germaniam & Galliam primas atque Archi-Cancellarius Auguſtæ.

HEKELII.

[g] A *Melanthone Vulcania Chalcis* dicitur, qs. æris fuſio, vel officina æraria, ſive fuſoria.

[b] Et doctrinâ *Alſtediana* atque *Paſoriana*.

[i] Hèic diverſæ tolerantur Religionis homines, & claret inter Reformatos in Primis *Jo. Guilielm. von der Meulen*.

[k] CAROLI M. patria eſt.

BUNO-

(a) Gieſſa. (b) Francoberga. (c) Inferior Haſſia. (d) Caſſellæ. (e) Ziegenhaina. (f) Hirſchfeld. (g) Furſtar. (h) Wetteravia. (i) Comitatus Naſſovicus. (k) Dillebergenſis. (l) Solmenſis. (m) Laubacenſis. (n) Lichenſis. (o) Hungenſis Comit. (p) Weilburgenſis. (q) Witgenſteinenſis. (r) Iſenburgenſis. Budingenſis. (s) Hanovienſis. (t) Erpacenſis. (u) Buchovia. (x) Fulda.

IV. *Thuringiæ* Landgraviatus omnium nobiliſſimus, inter Salam Viſurgimque amneis protenſus, familiæ Saxonicæ paret. Caput regionis eſt *Erfordia* [*l*], *Erfurt*, ingens urbs, & quaſi compendium totius provinciæ; Academia quondam clara (1): & *Vinaria* (2), *Weimar*, Principum ſedes; urbs eſt amœniſſima. *Gotha* cum diruta arce *Grimmenſteyn*, Auguſti Electoris obſidione arciſque everſione clara eſt (3). *Jena* Muſarum eſt domicilium (4): *Iſenacum*, *Eiſenach* (5), Ducum ſedes eſt. λ

Thuringia, Duringen. Erfordia. Vinaria. Gotha. Jena. Iſenacum.

V. Præterea eſt in hac provincia *Ducatus Coburgienſis*, cujus caput μ *Coburgium* (6), urbs cum egregia arce, Ducum ſede. Item *Comitatus Swartzenburgienſis*, cujus caput *Arnſtad*, haud ſpernendum opidum.

Coburgienſis Ducatus. Comitatus Schwartzenburg.

CAP.

BUNONIS.

λ (a) *Thuringiæ* termini longè abſunt à ripis Viſurgis, neque eò uſque protenduntur. Habet autem Thuringia ab Oriente Miſniam; à Septemtrione Ducatum Brunſvicenſem [*m*]; ab Occidente Haſſiam; à Meridie Franconiam. Rigatur *Sala*, *Werta*, *Unſtruta*, *Ilma*, *Gera*, *Orla*. (b) *Erfordia* eſt ad Geram fl. Campana illa magna, cui nomen eſt Suſannæ, etiam nota. Extra urbem in colle eſt arx S. Cyriaci, *die Cyriacks Burg*. Urbem illam, dum Cæſar & Imperii Ordines cum Turcis bellum gerunt, Elector Moguntinus [*n*] ope Gallorum obſedit, & ad deditionem faciendam vi adegit, An. 1664. Hic ex veteri inſtituto piſtores quotannis die D. Marci panes minutos, *Marceſios* vulgò vocant, (qui exiguorum iſtorum orbiculorum, ex qualibus catenæ Nobilium conflantur, magnitudinem referunt) conficiunt, in memoriam illius famis, quæ A. 1438 Thuringiam ita preſſit, panis iſtiuſmodi minutus, cujus quantitas modo deſcripta, tribus in Thuringia uſitatis nummis fuerit emptus. Gotha capta, ipſaque arx (c), multum licet deprecante Joanne Wilhelmo, ſolo æquata eſt anno 1567. *Grumbachius* & *Bruck* Cancellarius vivi in quatuor partes diſſecti ſunt; & *Joannes Fridericus Dux* Neuſtadium Auſtriæ abductus, ubi anno 1590 obiit. Sed tamen arx illa à Sereniſſimo Principe *Erneſto* reſtituta eſt; cujus auſpiciis ipſum Gymnaſium Gothanum & bonæ literæ per Thuringiam florent [*o*]. (d) *Jena* ad Salam habet Academiam hodie florentiſſimam; licet nuper anno 1660 tumultu quodam haud parum fuiſſet afflicta. Anno 1548 [*p*] ſolenniter introducta eſt, quum jam ante decennium à *Joh. Friderico* fuiſſet inſtituta: qui verebatur, ne per librum *Interim* purior doctrina Religionis corrumperetur [*q*]. *Iſenaco* [*r*] vicina eſt arx *Wartburg* [*s*]. Clariora porro ibi ſunt opida, (e) *Nordhauſen*, & (f) *Mulhauſen* liberæ civitates Imperii: (g) *Orlamunda*, ad Salæ & Orlæ confluentes: (h) *Salefeldia* ſtativis in nupero bello celebris [*t*]. Porro in Thuringia eſt Comitatus (i) *Gleichenſis*, ubi antiqua arx *Gleichen*, Comitis illius bigami ſedes, & domicilium: opidum hic eſt *Ortuſium*. *Carolus M.* in Thuringia circa Uſtrutam fl. & Vargalah videtur natus. *Antiq. Fuld. Broweri*. Comitatus (k) *Stolbergenſis*, ubi arx *Stolberg*; at *Ilſelda* cœnobium, cujus Scholam nobilitavit *Michael Neander* Abbas Cœnobii & Rector Scholæ: & Comitatus Hohnſtein, Brunſvicenſis Ducatus pars eſt, quem Feudi jure tenent Comites Stolbergenſes.

μ (i) *Coburgium* [*u*] jacet in Franconia [*x*], & pertinet ad Comitatum Hennebergenſem, de quo ſuprà dictum eſt. At (m) *Comitatus Schwartzenburgicus* in Thuringia eſt, nomen habens ab arce [*y*] *Schwartzenburg* [*z*]: Opida in eo clariora ſunt (o) *Arnſtad* ad Geram. (o) *Franckenhauſen*, ſalinis & clade ruſticorum, anno 1525, Munzero duce tumultuantium, notum: *Sondershauſen*, *Rudelſtad*, *Labra*, *Klettenburg*, *Leuterberg*.

HEKELII.

[*l*] Hanc Urbem, quæ cum *Venetiis* circ. A. CHR. CCCCXXI creditur eſſe condita, doctiſſimus *Werdenhagenius* Part. III. Tract. General. *Rerumpp. Hanſeaticar.* c. VII. p. 229. ſeqq. ſat ſtudioſe ac commodè deſcripſit, ERFURTENSEM autem HISTORIAM edi curavit *Joannes Mauritius Gudenius*, nomen & Electori *Moguntino* & Academiæ *Geranæ* perquam amabile ac gratum, anno 1675. in 8. f. ubi non pauca ſunt reperienda, quæ præſtantiſſimis quoque Hiſtoricis poſſunt eſſe utilia. In hujus Urbis Academiâ inter THEOLOGOS Evangelicos olim fuêre inclyti *Bartholomæus* Elſner, *Georg.* Groſſehain, uterque *Zacharias* Hogelius, (Par. up. & Fil.) *Jo. Matthias* Meyfart, *Jeſaias* Silberſchlag, *Nicolaus* Stergerus ac *Nicolaus* Zapffius; inter PHILOSOPHOS & PHILOLOGOS autem *Samuel* Boccius, *Liborius* Capſius, *Juſtus* Hekelius, & *Chriſtianus* Neubaur. Hodiè ibidem clarent inter THEOLOGOS Romano-Catholicos *Jo. Jodocus* atque *Jo. Andr.* Hunoldi, ut & *Heinr. Laurentius* Pape; inter JCtos, præter magnum GUNDENIUM, *Jo. Hermam* à Sode, *Dieter. Wilhelm.* Matthiæ, *Jo. Heinr.* Prükner, *Jo. Heinr.* Meyer, atque *Jo. Melch. Schmidt*, aliàs *Weiſzmantel*; Inter MEDICOS *Eccardus* Leichner, Academ. Sen. *Georg-Chriſtoph.* Petri ab *Hartenfelſz*, inclutæ Reipublicæ Oppidanæ Quatuor-Vir ſplendidiſſimus, atque

(1) *Sunt qui Coloniæ Aggrippinæ, civitatem hanc, & propter amplitudinem & Ædium ſplendorem, æquiparant.* (2) *Ita ob Vini Commercium dicta; urbs amœna, nitida, & Ducis Bernardi, propter res feliciter in bello ſuperiori ſeculo geſtas, clariſſimi, Natalibus nobilitata.* (3) *Glaſti commercio nobilis; ſunt qui Nomen a Gothis Conditoribus ducunt.* (4) *Urbs amœna, probe munita, & J. Lipſii educationem jactat.* (5) *Ducatus titulo inſignita, Academia Anno 1555 condita, & ferri commercio celebris.* (6) *Sunt qui Ptolomæi Melocabium aut Melocabum eſſe putant; inter antiquiſſimas Germaniæ urbes numeratur; eſt ampla. Academia Anno 1602 ſtabilita, gaudet. Arcem habet munitiſſimam, ubi Lutherus, quia libere contra magnates quoſdam locutus eſt, incarceratus multas Epiſtolas exaravit, & Hymnos plures conſcripſit qui hucuſque a Lutheranis magni æſtimantur, & Cantu quotidie inter Cultum celebrantur.*

(a) Thuringiæ limites. (b) Erfordia. (c) Gothana arx. (d) Jena. (e) Northauſen. (f) Mulhauſen. (g) Orlamunda. (h) Salefelda. (i) Comitatus Gleichenſis. (k) Stolbergenſis. (l) Coburgium. (m) Comitatus Swartzenburgicus. (n) Arnſtadt. (o) Franckenhauſen,

tatem si spectes, nihil adeò festivum in tota Germania reperiri posse credas; nundinis, quæ hic ter in anno habentur, post Francofurtum ad Mœnum, celeberrima [d]. Major est ϑ *Noviburgium*, *Naumburg*, at minus splendida, & ipsâ nundinis celebris. ε *Dresda* (1), *Dresden*, urbs est cum arce magnificentissima, Ducum Electorum sedes (2). Celebrantur hic maximè *pons* super Albim, *Stabulum* equorum, *armamentarium*, & quod incolæ vocant, *die Kunst-Kammer*; ubi notatu digna visuntur plurima. ζ *Freiberg* (3), η *Anneberg*, ϑ *Marienberg*, argenti metallis fœcunda opida (4), ι *Weissenfelsz*, κ *Zwicka* (5), λ *Zeitz*,

Noviburgum. Dresda. Freiberga. Anneberga. Mariæberga. Weissenfels. Zwicka.

Praga discessisset Germanorum, quæ ibi fuerit, natio Hussi molimina & conatus improbans. Marchio *Fridericus* illos hospitio excepit, & animum ad erigendam Academiam statim adjecit [c].

HEKELII.

[a] Egregiè munitam ac splendidam.

[b] Et Duce *Saxoniæ*.

[c] Hæc celebris Academia diversis *Collegiis*, iisque splendidissimis, *S. Pauli* nempe, ubi Bibliotheca singulari curâ ac studio FELLERI appositè est instructa ac aucta, it. duobus *Principum*, *St. Petri* & *B. Mariæ Virginis* est exornata. Respublica oppidana Pietate, Prudentiâ, Autoritate, Benignitate ac æquis probeque compositis Legibus, seu fundamento, nititur. Docet quoque ibidem in Ecclesiâ summâ cum laude *Augustus Hoffelerus*, cujus nomen & *Arabs*, & *Turca*, & *Persa* venerantur.

BUNONIS.

ϑ (a) *Naumburgium* [e] ad Salam Episcopatu etiam nobilis est: haud longè ab urbe ista est (b) *Porta*, *die Pforte* [f], cœnobium, ubi Schola illustris.

ε Pons iste lapideus est; quod Hispani de Sevilia sua jactitant: *Qui non vidit Sevilia, non vidit mirabilia*: hoc idem de (c) *Dresda* Germanis licet dicere [g].

ζ (d) *Freyberga* haud longè à Mulda monumentis Electorum nobilis, diuturnâ illâ obsidione, quam anno 1642 fortiter sustinuit, Suecici exercitus tum debilitavit vires [h]. A soli bonitate adeo celebris est, ut Misnenses proverbio dicere soleant: *Wann Leipzig mein were, so woltichs zu Freyberg verzehren.*

η (e) *Annaberga*, olim *Schreckenberg*, unde certi generis nummis nomen impositum; ut dicerentur *Schreckenberger* [i].

ϑ (f) *Mariæberga* est in finibus Bohæmiæ.

ι (g) *Weissenfels* ad Salam [k].

κ (h) *Zwicka* ad Muldam fl. in limitibus Misniæ & Voigtlandiæ jacet eo loco, quo *Carolus M.* in Venedos movens olim castra habuit. Ager ejus vocatur *Campus Cygneus*, *das Schwanenfeld*. Urbem hanc *Cygneam* & *Cygneum* hodie vocant, quod nomen accepisse fabulosè putant à *Cygno* Herculis filio: Claram reddidit illam *Janus Cornarius* [l], medicus, qui opera *Basilii*, *Epiphanii*, *Hippocratis*, *Platonis*, & plurimos *Galeni* libros in Latinum transtulit sermonem.

HEKELII.

[d] Hæc Urbs celeberrima, natale Solum si spectemus, tot Viros summos ac solidè eruditos edidit, quot è MINERVÆ *Caballo* isto stupendæ magnitudinis adversùs *Trojanos* prodière imperterriti milites. Sunt autem illorum præcipui, iique juxta *Alphabeti* ordinem positi, sequentes: *Joannes* Bohnius, *Jacobus* atque *Jo.* Bornii, *Godfr. Christianus*, *Jo. Andreas* atque *Paulus* Bosii, *Jo. Benedictus*, *Augustus Benedictus*, *Sam. Benedictus* atque *Frid. Benedictus* Carpzovii, (Fratres), *Caspar* Cruciger, *Sigism.* Finkelthusius, *Chr. Frider.* Frankensteinius, *Martinus Fridericus* Friesius, *Martinus* Geierus, *Andreas* Glauch, *Daniel* Griebnerus, *Tobias* Heidenreichius, *Michael* Heyland, *Heinricus* Hoepffnerus, *Paulus* (Pauli Fil.) Hornicæus, *Gottfr. Nicolaus* atque *Thomas* Ittigii, (Fratres), *Franciscus* Keltius, *Simon* Loefferus, *Jo. Christoph.* Marci, *Samuel* Mosbachius, *Jo. Ulr.* & *Jo. Fridericus* Mayeri, (Pat. & Fil.), *Hen.* Meyer, *Christoph.* Pinker, uterque Pictoris, *Modestinus* np. & *Simon*, *Tilemannus Andreas* Rivinus, *Paulus* & *Paulus Franciscus* Romani (Pat & Fil.), *Quirinus* Schacherus, *Jo.* Schilter, *Zacharias* Schneider, *Barthol. Leonh.* Schwendendoerfer, *Adrianus* & *Tho.* Stegeri, *Jo.* Thilo, *Jacobus*, *Jo.* & *Christianus* Thomasii, *Paulus* & *Christianus* Wagneri, (Pat. & Fil.), *Jeremias* Weber, *Gottfr.* Welschius atque *Caspar* (Casp. *Fil.*) Zieglerus. *Timotheus Polus*, alter ille *Martialis*, inter *LIPSIAM* atque *JVSTVM LIPSIVM* Lib. II. Epig. XXXII, hanc comparationem lepidam instituit, canendo:

Non

(1) *Munitissima, & inter Germaniæ præcipuas locum obtinet. Elbis Amnis quæ civitatem secat, ponte lapideo 17 Arcubus structo jungitur. Palatium Electoris vix ulli Germanorum secundum, & Musæum imprimis Mirabilibus Naturæ & Artis refertum haud immerito jactat, cui nullum forsan in Orbe Europæo æquiparandum est. De quo Lector curiosus Itinera D. Brown haud sine fructu consulat. Munimenta quædam, a Carolo M. structa, in Arce hucusque restant.*

(2) *Familia hæc illustrissima ab Harterico, Saxonum Rege, ante Christum natum originem ducit; de hoc autem inter Doctos non constat. Hengistus, Saxo, qui Australem Britanniæ partem subegit inter Duces Saxoniæ numeratur, cujus Effigies optime delineata in Palatio Electorali inter alias imprimis visu digna est. Qui Stemmata ac Prosapiam horum Principum dignoscere velit, Atlantem Historicum supra laudatum consulat, ubi nihil non magnificum reperiet. Elector Saxonicus Marescballus Magnus Imperii olim constitutus est, quo Nomine præsidio, ubicunque Ordines Imperii conveniunt, præest, & durante Interregno, ut Vicarius Imperii, nisi regionibus illis quæ Comitem Palatinum Vicarium agnoscunt, Germaniam regit, & omnes Ordinum Conventus, nisi qui Collegiales vocantur, indicit; at Elector Moguntinus, cujus est hæc Provincia, Electorem Saxonicum de Conventu indicendo Certiorem facere tenetur, qui Comitem Pappenheimum Vicarium suum Mandatum illud ordinibus exhibere jubet.* (3) *De Mineralibus sive Fossilibus Friburgensibus, & quomodo ad usum humanum præparantur, sedulus Lector Iter Laudatissimi D. Brown, aut Atlantem Geographum Londini editum consulat, ubi proventum harum fodinarum omnino mirabilem esse facile deprehendet.* (4) *Antiquorum Leucopetra & Ducatus titulo insignita.* (5) *Olim Imperialis, at nunc exempta.*

(a) Naumburgium. (b) Porta. (c) Dresda. (d) Freyberga. (e) Annaberga. (f) Mariæberga. (g) Weissenfels. (h) Zwicka.

λ *Zeitz*, (1) μ *Chemnitz* (2), ν *Torga*, ξ *Jochims-Thal*, haud contemnenda opida, quorum poſtremum eſt feudum regni Bojohæmiæ. Eſt prætereà in Miſnico agro Principatus Snebergenſis [m], ab opido arceque ο *Sneberg* (3) cognominatus, cui conjunctus eſt Comitatus π *Hennebergenſis*. ρ *Aldenburgium* Ducum ſedes eſt. Miſnicæ etiam ditionis eſt σ *Voytlandia*, cujus caput eſt opidum *Hoff*, ſatis nobile.

Zeitz. Chemnitz. Torga. Joachims-Thal. Sneberga. Comitatus Hennebergenſis. Voytlandia.

II. τ *Sax-*

Non multum diſtant Urbs LIPSIA, *LIPSIUS Autor*;
Moribus *ISTA nitet, ſed micat ILLE* ſtylo.
HÆC Urbes inter Dea, *ſed* Deus *ille Virorum*;
Multas HÆC Libras *ventilat, ILLE* Libros.

[e] Hujus Loci verè clari ac nobilis Rempublicam ex voto adornatam haſtenus valdè illuſtrem ac celebrem reddiderunt *Riemerorum, Voglerorum, Wolfiorum, Mosbachiorum* ac *Krauſiorum*, Virorum ampliſſimorum, Nomina, omnibus Bonis ac Piis omni honore & cultu ſemper excipienda. Aliàs, præter *Joannem Prettenium*, hèic quoque ſunt nati *Georgius Francus*, atque *Jo. Georgius Grævius*, eminentioris Litteraturæ Dictatores ſplendidiſſimi. Atque etiam *Caſparis* Fil. & *Sixti Bertramorum*, nec non *Joan. Topfferi*.

[f] *Chronicon* PORTENSE, duobus Libris diſtinctum operâ & ſtudio *Juſtini Pertuchii*; ejuſdem Cœnobii Rectoris optimè meriti, prodiit *Lipſiæ* anno 1612. 4. f.

[g] Hèic nati ſunt Viri illuſtres atque celeberrimi, *Chriſtianus* & *Wolfg. Caſp. a Klengel*, *Wolfg. Caſp. Martini*, *Ad. Sam. Freyſtein*, *Melch. Heinrich Schedel*, *Balthaſar Meiſnerus*, *Jo. Fridericus Konig*, *Geo. Lilius*, *Sigiſm. Rupertus Sulzbergerus*, *Auguſtus Buchnerus*.

[b] Cunas præbuit *Hieronymo Wellero*, Theologo conſtanti & heroico, cujus Scripta Spiritum *CHRISTI* & *D. LUTHERI* ſpirant flagrantiſſimè, plena Pietatis, veræ & ſolidæ conſolationis, quæ omnis generis tentationibus utiliter opponi poſſunt, quemadmodum inquit *Luc. Oſiander* Epitom. *Hiſtor. Eccleſ.* Cent. XVI. Lib. III. c. 7. Patria quoque eſt *Jo. Maukiſchii* & *Danielis Feſſelii*.

[i] *Eraſmi Sarcerii*, *Gregorii Berſmanni*, *Michaelis Barthii* atque *Joan. Frenzelii* dilectiſſima patria.

[k] Hodiè eſt Sedes *Joannis Adolfi*, glorioſiſſimi Saxoniæ Ducis, ſplendida; claretque illuſtri Athenæo & celeberrimis *Joannis*, & *Joann. Andreæ Oleariorum*, nec non *Heidenreichii* ac *Schieferdeckeri* Nominibus.

[l] Atque *Chilianus Konig*. *Gregorius Haloander*, *Georg. Pylander*, ſive *Thorman*, & in primis *Tobias Schmid*.

BUNONIS.

λ (a) *Zeitzium*, ad Elyſtrum, Epiſcopatu olim clarum, qui poſteà Naumburgum delatus eſt.

μ (b) *Chemnitz* eſt ad fluvium cognominem.

ν (c) *Torga* ad Albim ſtativis illis nobilis, ex quibus Bannerius, undique licet multis millibus cinctus, cum exercitu ſuo incolumis evaſit, anno 1637.

ξ (d) *Vallis Joachimica* in deſcriptione Bohæmiæ, cujus pars eſt, memorata, celebritatem ſuam debet divitibus argenti venis, & *Jo. Matthefio*.

ο *Schneberga* olim metallis dives.

π (e) At *Comitatus Hennebergenſis* in Franconia eſt; ubi ejus facta mentio.

ρ (f) *Aldenburgium* ad Muldam [n] Conradi *von Kauffungen* ſcelere, quo *Erneſtum* & *Albertum* Friderici Electoris filios ex arce illa noctu abduxit anno 1455 etiam notum. In Miſnia prætereà ſunt opida (g) *Merſeburgium* ad Salam Epiſcopatu [o] nobile: (h) *Rochlitz* ad Muldam: (i) *Grimma* ad Muldam ſchola nobilis. (k) *Lucca* inter Zeitzium & Bornam ad Pleiſſam: ubi Philippus Naſſovius à Friderico Marchione occiſus anno C. 1308. Et quoniam Marchio multis damnis ab Imperatoribus erat affectus, in compenſationem horum occupavit *Aldenburgum*, *Chemnitium*, & *Zwiccaviam*, quæ erant urbes Imperii. (l) *Wurtzen* ad Muldam collegio nobile: ad eundem fluvium ſunt (m) *Leiſnitz*, (n) *Colditz*, & (o) *Eilenburgium*. Ad Epiſcopatum Merſeburgenſem pertinet (p) *Lutzen*, prælio, quo *Guſtavus Adolphus* Rex Sueciæ cecidit, nobilitatum (4). (q) *Mulberga* ad Albim famam habet à clade *Joannis Friderici* Electoris, qui ad hoc opidum à *Carolo* V acie victus & captus eſt, anno 1547. Ad Albim quoque eſt (r) *Pirna*; (s) *Konigſtein* caſtrum munitiſſimum, (t) *Stolpena* cum arce; (u) *Groſſenhaina*, (x) *Biſchoffswalda*.

(1) *Ducatus etiam titulo decorata.*

(2) *Olim Imperialis at nunc exempta, plumbi fodinis clara.*

(3) *Argenti fodinis celebris.*

(4) *A.* 1632 *Copiis Cæſareis magnæ ſtrage fuſis fugatisque.*

σ (y) *Voytlandia* Miſniæ, Bohemiæ, Palatinatus & Thuringiæ continetur finibus, diverſis ſubjecta Dominis. Pars ejus marchionibus Brandeburgenſibus paret, quorum ſedes (z) *Culmbach* cum arce *Plaſſenburg*, *Bareyth*, & *Hoff*, ſive *Curia Rechniciana*, ad Salam eſt. At *Onolſpachium*, unde quoque marchiones Brandeburgici appellantur, eſt in Franconia; (a) *Plauen*, *Olſnitz*, cum arce vicina *Voigtberg*, unde regioni nomen, & *Adorf* ad Elyſtrum, ſunt in ditione Saxoniæ Ducis: [p] aliaque nonnulla tenet Bohæmiæ Rex. In eadem Voytlandia ſunt *Barones Plauenſes*, qui *Reuſii* dicuntur, *die Herrn Reuſſen von Plauen*, quorum eſt *Weida*, *Gera*, *Greitz* [q]. Ibidem quoque eſt *Pinifer* mons, quatuor fluminum parens, *Mœni*, *Salæ*, *Egræ* & *Nabi*.

HEKELII.

[m] Hèic magnum errorem commiſit noſter *Cluverius*, dum *Principatum Snebergenſem* cum *Arce* exiſtere ſtatuit; cùm ſaltem ſine *Arce* eſt Oppidum. Error quoque non levis eſt, quando *Cluverius* hoc Oppidum Comitatui *HENNEBERGICO*, quem prorſus ſicco, ut dicitur, pede negligens præterivit, adjungit. *Snebergam* enim in *MISNIA*; *Comitatum* autem *Hennebergicum*, cujus *Joannes Buno*, Vir eruditiſſimus, in *Notis* ad Sect. IV. Cap. X. hujus Lib. III. breviſſimis ſaltem memor eſt, in *FRANCONIA* ſitum eſſe, & ſic quàm longiſſime à ſe invicem diſtare conſtat. Aliàs Oppidula ſequentia, eaque in Montanis

(a) Zeitz. (b) Chemnitz. (c) Torga. (d) Vallis Joachimica. (e) Comitatus Hennebergicus. (f) Aldenburgium. (g) Merſeburgium. (h) Rochlitz. (i) Grimma. (k) Lucca. (l) Wurtzen. (m) Leiſnitz. (n) Colditz. (o) Eilenburg. (p) Lützen. (q) Mulberga. (r) Pirna. (s) Konigſtein. (t) Stolpena. (u) Groſſenhaina. (x) Biſchoffswalda. (y) Voytlandia. (z) Culmbach. (a) Plauen.

Saxonia. Magdeburgium.

II. τ *Saxoniæ Ducatus* ad utramque Albis fluvii ripam eſt, in varias ditiones diſcerptus. Urbium clariſſima ampliſſimaque eſt υ *Magdeburgium*, *Meydeburg*, Burggraviatus S. Imperii, & Archiepiſcopatus titulo maximè inſignis (1).

III. φ *Wit-*

(1) *Sunt qui Magdeburgium Ptolemæi Veſovium eſſe ducunt; alii autem a Druſo aut filio ejus Germanico conditam eſſe volunt, & Parthenopolin nominatam, i. e. the Maiden's Burgh, quia Venus ibi colebatur, ſub ſpecie Virginis nudæ, oculis ſplendentibus, coma flaveſcente in humeros demiſſa, & in curru deaurato inſidentis, cui jungebantur duo Cygni, & duo Turtures albi; Caput Veneris Myrto redimebatur, facem ardentem in pectore, Globum in dextra, & aurea Poma tria in ſiniſtra gerebat; quam Imaginem, una cum Templo in quo colebatur, Carol. M. dirui juſſit. Dantur etiam qui urbem hanc conditam aut ſaltem amplificatam volunt ab Edgitha, Imperatrice, Othonis Cæſaris uxore, & filia Edmundi Anglo-Saxonum Regis, quæ magnis ſumptibus Templum Cathedrale ibi ſtruxit more Anglico, cujus Statua lapidea ibi aſſervatur, juxta quam repræſentantur multa aureorum millia quæ Templo huic conſecravit. Ab Othone item, conſentiente ſummo Pontifice, Archiepiſcopus ibi conſtitutus, qui Primas Germaniæ, & Pontifici ſoli ſubditus erat, diſſentientibus autem tribus Electoribus Eccleſiaſticis & Archiepiſcopo Salsburgenſi. An. 1556 Confeſſionem Auguſtanam amplexa eſt hæc Civitas. An. 1631 longam Obſidionem a Cæſareis perpeſſa eſt, & cedere nolens niſi ſalva fide Evangelica, tandem vi expugnata, Tillio Duce, quando plus minus 36000 Civium Ferro periere, Virgines & Matronæ nefarie violatæ, vix 400 Cives fuga elapſi, & Civitas incendio deleta: Furor autem Pontificius Templo Cathedrali pepercit, ubi 49 Altaria opere exquiſitiſſimo numerantur; de hoc infando ſcelere Tillius gloriari ſolebat, & Cladem hanc ſanguinolentam Nuptias Magdeburgenſes appellabat. Conventu Weſtphalienſi Archiepiſcopatus hic, ſub Ducatus Titulo, Ditioni Brandeburgicæ annexus eſt, at ſplendorem priſtinum Civitas nonnum recuperavit.*

tanis metallicis ſita, commodè huc trahenda eſſe opinor, *AVE* videlicet, nomine *Melberiano* inſigne, *BUCHOLZIUM*, *EIBENSTOCHIUM*, *St Georgen Stadt*, *NEOSTADIOLUM*, *SCHEIBENBERGA*, *Lehmannorum* Fratrum, quorum triga, Patria, *SCHWARZENBERGA*, *SLETTA*, *Michaelis Wendeleri* natale Solum, *STOLBERGA*, famâ *Friderici Knettneri* atque *Gottfried Mulleri* aliis Gentibus etiam notum, *THUMA*, ubi *Joannes Crauſius* natus, atque *PRATOVALLUM*, ſive *Wieſenthal*.

[n] Hanc Urbem, quæ non ad *Muldam*, ſed ad *Pliſſam*, (unde & antiquè *Pleiſſenburgum* dictum) ſita eſt, & rectiùs, me judice, *Alteburgum*, ſeu *Altenburgum*, (*die Altel Burg*, *Saxonum* nempe Ducum) quàm *Aldenburgium*, ſcribitur, carmine quidem juvenili, ſed ſanè felici ac optimè compoſito, condecoravit anno 1647 *Iſrael* (Joſephi *Sen.* Poetæ illius Chriſtiani celeberrimi, Fil.) *Clauderus*. Monaſterium, quod in Scholam publicam jampridem eſt mutatum, à *Friderico Barbaroſſa* A. C. MCLXXII fundatum eſſe conſtat. Sed Curia, ubi *COLLOQUIUM* ita dictum *ALTEBURGENSE* inter *Wittebergenſeis* atque *Jenenſeis* de materiâ, *Qualis* nempe *ſit Juſtificatio noſtra coram DEO*, *JOANNE GUILIELMO*, *Saxoniæ* Duce atque Patre patriæ, mandante, anno 1568 eſt habitum, anno 1562 eſt exſtructa. Heic in lucem ſunt producti *Jo. Georg.* Brem, Jun. *Jacobus*, *Joſephus Iſrael* ac *Gabriel* Clauderi, Fratres, *Heinricus* & *Jacobus* Crellii, Fratres, *Joan. Georg.* Doehlerus, *Heinricus* Freieſſlebius, *Joan. Arnold* Friderici, *Joan. Georg.* Kaiſer, *Heinr.* Opitius, *Joan.* Reinboth, *Joan.* Richter, *Joan.* Schubart atque nonnulli alii. Cæterùm, Lineâ *Saxo-Ducali Alteburgica* per *FRIDERIC. WILHELMUM* III. deletâ, hic Ducatus ad *Gothanam* Lineam eſt tranſlatus, cujus herus jam eſt *FRIDERICUS*, heros omne encomium ſuperans.

[o] Ac Viris celebribus, *Valentino* inprimis *Sittigio*, atque *Friderico Hildebrando*.

[p] Huc referendum (præter *AURBACHIUM*, ubi *Joannes Foerſterus* natus, nec non *ELSTERBERGAM*, *GEFELLAM*, *LENGEFELDAM*, *MUHLDROFIUM*, illuſtrem *BODENHAUSENIANAM* Sedem, *MTLAVIAM*, *PAUSAM*, atque *THEUMAM*), *REICHENBACHIUM*, Oppidum ſanè opulentum, populoſum, benignum, ac ſplendida *ADOLFI FRIDERICI* (*Friderici* g. m. Fil.) *METZSCHII* Sedes. Patria eſt *Germanorum VIRGILII*, *Friderici* np. *Rappolti*, ut & *Ægidii Wildii*, *Joannis Fideri* & *Michaelis Liſtii*, qui undique Litteratis, cùm adhuc eſſent ſuperſtites, ob Eruditionem haud vulgarem fuêre valdè grati.

[q] In eâdem *Voytlandia*, ſ. *Terra Variſcorum*, ſedent quoque Comites ac Domini à *Plavia*, Heroes pii, litterati atque magnanimi, *Reuſſi*, ſeu *Rutheni* alioquin dicti, qui in duas Lineas *Seniorem* nempe ac *Juniorem*, dividuntur, & illuſtriſſimo *HENRICORUM* nomine, *Bertha*, *Carinthiæ* Duce & *Henrici* VI *Imp. Rom.* Conſanguineâ, *Henricoque* Seniori, *Domino* de *Weida*, feliciter tandem maritatâ, anxiè ſic poſtulante, omnes ac ſinguli inſigniti. Senioris Lineæ *Ruthenorum* Sedes eſt *Graiza*, Oppidum duabus Arcibus clarum ac *Danielis Mulleri*, Theologi *Lipſienſis* patria. Sed Junioris Lineæ *Ruthenі* ſedent *Slaizæ*, *Geræ*, *Lobenſteinii* ac *Hirſchbergæ*. Ubi notandum, quòd *Slaizæ Wolfg. Ad. Lauterbach* atque *Chriſtoph. Limmer*, JCTi, nati ſint; *Geræ* verò, Oppidulum *LANGENBERGA*, ♄. d. XX. *Mar.* anni 1686, à *Vulcano* immiſericorde ac prorſus inexorabili, permittente juſtiſſimi DEI Juſtitiâ, tota ferme, proh! conſumpta eſt; licet utraque *Curia*, *Politica* nempe atque *Senatoria*, ut & *Eccleſia* atque *Schola publica*, auxiliante DEO, ſteterint & adhuc ſtent ſalvæ ac incolumes. Quod inopinatum incendium Crena *Wendleriana* metrica non ſolùm prolixè deſcripſit, ſed & perpetuò notatum eſſe voluit ſequenti *Chronodiſticho*:

MartIe, prob! VICena DIes *fataLIs* & *atra*
Eſt tVa GERÆ! Vrbs beV! Igne *f* VrenteVit.

BUNONIS.

τ (a) *Saxonia* alia eſt *Inferior*, alia *Superior*. *Inferior* Saxonia continetur finibus Pomeraniæ, marchiæ Brandeburgenſis, & Saxoniæ Electoralis ab Oriente: Thuringiæ, Haſſiæ, & parte Weſtfaliæ à Meridie: ab Occaſu itidem concluditur parte Weſtfaliæ, Friſia Orientali & parte maris Germanici: à Septemtrione, parte maris Germanici, Ducatu Sleſvicenſi & parte maris Baltici. In ea Saxonia ſunt Archiepiſcopatus Magdeburgenſis [r]; Ducatus Brunſvicenſis, Luneburgenſis, Bremenſis, Verdenſis, Meckelburgenſis, Lauenburgenſis, Holſatiæ; Epiſcopatus Halberſtadienſis, Hildeſheimenſis, Lubecenſis, Ratzenburgenſis, & Comitatus *Delmenhorſt*. (b) *Superior Saxonia* habet ab Oriente Luſatiam; à Septemtrione marchiam Brandeburgenſem, & Magdeburgum; ab Occidente Thuringiam; à meridie Miſniam. Rigatur *Albi*, *Sala*, *Mulda*, &c.

HEKELII.

[r] *AUGUSTO*, *Saxoniæ* Duce & Archiepiſcopatus hujus Adminiſtratore, pie placideque mortuo, in *Ducatum* mutatus.

BUNONIS.

υ (c) *Magdeburgium* Archiepiſcopatu, & calamitate illa, quâ anno 1631 à Tillio expugnata tota ferè interiit,

(a) Saxoniæ Inferioris fines. (b) Saxoniæ Superioris fines. (c) Magdeburgium.

III. φ *Wittenberga* opidum nitidum ac munitum (1), Ducum Saxoniæ quondam Sedes, *Martini Lutheri* Theologica profeſſione maximè clara. χ *Halla*, vulgò *Hall in Sachſen*, elegans urbs, ſalis coctione maximè celebris (2).

IV. Eſt in Saxonia, ſui juris ↓ *Principatus Anhaltinus*, ab arce *Anhalt* ita cognominatus; huic ſubſunt duo Comitatus, *Aſcanien* & ω *Barbi*, Baronatuſque α *Bernburg*. β *Deſſaw*, Principum ſedes, urbs eſt lauta (3). Hac quidem major eſt γ *Serveſta*, *Zerbſt*, at minus polita.

V. Eſt in eadem Saxonia clariſſimus omnium ♂ *Comitatus Mansfeldicus*, ab opido *Mansfeld* denominatus, quatuor alios intra ſe Comitatus includens (4).

Wittenberga. Halla. Anhaltinus Principatus. Comitatus Aſcanien & Barbi. Bernburg. Deſſaw. Mansfeld.

VI. ε *Brunſ-*

interiit, celebris: reſtaurata tamen hodie floret [s]. Eſt verò Archiepiſcopatus iſte, qui ad Circulum pertinet Saxoniæ Inferioris, magna ex parte ad Salam ſitus, & Albim. Collimitantur ei Marchiaci Brandeburgenſes, Saxones Superiores, Brunſvicenſes & Anhaltini. Sunt porrò in hoc Archiepiſcopatu opida *Burgium* verſus Marchiam: *Wolmerſteden* Archiepiſcopi quoque ſedes: *Haldenſleben* ad Oram & Biveram fl. *Salza*, *Juterbock* [t] & *Calba* ad *Bodam*.

HEKELII.

[s] Docet ibidem ad *Div. Jacobi* ſideliter *Chriſtian. Scriverius*, Theologus excellenter pius, devotus atque candidus, quem fidelis Parentis inſtar ſemper venerabor. Clarent ibidem quoque *Georg. Schonbel a Roſenfeld*, *Philippus Mullerus*, *Baltaſar Kinderman* & *Henr. Mattias a Brohn*.

[t] *Joannis Deutſchmanni* patria.

BUNONIS.

φ (a) *Wittenberga* ad Albim Academia etiam celebris eſt: condita illa eſt à *Friderico* III *Electore*, introducta 18 Octobris [u]. Primus Academiæ Rector fuit *Martinus Polichius Mellerſtadius Francus*, Electoris medicus, & trium ſuperiorum facultatum Doctor, qui anteà in Rhodo inſula, quum Princeps ille vina Cretenſia liberiùs bibiſſet, & ſe in balneas contuliſſet, ingreſſus eum ſua manu eduxerat, ne febri ita correptus moreretur; quod Chriſtophoro Bavaro itineris comiti accidit. Qua de cauſa medicus ille Electori præprimis charus erat. Cum *B. Luthero* Wittenbergæ docuit *Philippus Melanchthon*, qui humani ingenii modum excedens, ſolus ferè ſine omni exemplo ſimili in omnibus doctrinis in toto genere humano maximus fuit, planeque θαυμαστὸν χρῆμα, *ein wonder und beſonder Mann*. *Witteberga* autem, ubi fulſerunt illa duo clariſſima lumina, *Lutherus* & *Melanchthon*, verè fuit, utroque vivente & docente, lux orbis terrarum, communis generis humani ſchola, & clarior, quod Cicero de Athenis olim ſcripſit, quàm, ut indicari egeat. In Saxonia Electorali quoque ſunt opida *Beltzig*: *Hertzberg*: *Bitterfeld* ad Muldam: *Dieben* ad Muldam, quod opidum *Melanchthon Thebas* appellat *Saxonicas*, nominum cognominationem reſpiciens: *Kemburg*: *Schmiedeberg* inter Albim & Muldam.

χ (b) *Halla* Saxonum eſt ad Salam [x], arcem habet urbi imminentem, *Mauriciburgium*, quæ Archiepiſcopi Magdeburgenſis nonnunquam Sedes eſt. Salinis quoque illa urbs dives eſt. In eodem Epiſcopatu Hallenſi eſt quoque opidum *Alſleben* ad Salam.

↓ (c) *Principatus Anhaltinus* Superioris Saxoniæ habetur pars, & ferè omnis continetur finibus territorii Magdeburgenſis, Saxoniæ Electoralis & Comitatus Mansfeldenſis.

ω (d) *Barbienſis Comitatus* habet opidum *Barby*. *Comitum Barbienſium* ſtirps maſcula nuper deſiit.

α *Bernburg* ad Salam eſt ſtativis Gallaſſis & Torſtenſohnii anno 1644 celebris.

β (e) *Deſſavia* ad Albim Mansfeldii clade nobilitata.

γ (f) *Serveſta* à cereviſia famam habet. Eſt hic quoque *Cœtha* vulgo *Cothen*. Non longè ab iſto Principatu, ferè in finibus agri Halberſtadienſis, eſt (g) *Quedlinburgum* ad Bodam fl. ubi nobile ſacrarum virginum Collegium; quod inſtituit *Henricus Auceps*, cujus ibi viſitur ſepulchrum: & porrò *Gerningeroda* itidem nobile Virginum Collegium.

HEKELII.

[u] Anno *Chr.* 1502.

[x] Olim Divi *AUGUSTI*, Ducis *Saxoniæ* & Archiepiſcopatûs *Magdeburgenſis* Adminiſtratoris, Sedes. Hodiè paret Electori Brandenburgico. Urbs ſatis amœna atque Salinis dives eſt.

BUNONIS.

♂ (h) In Comitatu *Mansfeldenſi* præter *Mansfeldiam*

(a) Wittenberga. (b) Halla. (c) Anhaltinus Principatus. (d) Barbienſis Comit. (e) Deſſavia. (f) Serveſta. (g) Quedlinburgum. (h) Mansfeld.

(1) *Amplum etiam & haud infrequens; Academia inter Lutheranorum celeberrimas numeratur. Oppidum autem Saxoniæ Ducatus præcipuum & munitiſſimum. Ducum Sedes uſque quo Principatus in Familiam Miſnicam transferebatur.*

(2) *Unde per ſingulas Septimanas, Tributum aut Vectigal 500 Aureorum aut Thalerorum Adminiſtratori Magdeburgico pendunt. Hic Lingua Germanica ſumma puritate pronunciatur. Opidum hoc imprimis celebre propter Ptochodochium a D. Franks conditum, mirum in modum adauctum & ſuſtentatum, ubi multi aluntur Studioſi, Opifices, &c. ſine Stipendio fixo, ſed tantum Providentia Divina & Benevolorum Eleemoſyna undique ſuppeditato; adeo ut vere dici poſſit, fideles ibi more primitivo Fide vivere, & credentes nunquam a Deo Opt. M. deſertos.*

(3) *Et munita. Principes Anhaltini inter antiquiſſimos Germaniæ locum tenent. Ludovicus Princeps Anhaltinus, Societatis Fructificantis, uti vocatur, ſeculo 16, Fundamenta jecit: hic totam fere Europam peragratus, & Emolumentum a Literatura proveniens obſervans, populares ad Literaturam colendam invitavit, & ad optimos Græcorum & Romanorum Scriptores in ſua Lingua interpretandos provocavit; unde magno Germanorum Commodo Societatem 20 Principum & 600 Nobilium formavit, quæ mirum in modum Omnifariam Doctrinam, & Linguam Teutonicam in Germania excoluit.*

(4) *Comites Mansfeldenſes antiquitatem Originis jactant, & illorum plurimi bello claruerunt. In hoc Comitatu Lapis affatim foditur Scheifferſteyn appellatus, unde magna Vis Cupri & Argenti excoquitur. Venæ Cupri in his Lapidibus Piſcium, Ranarum, Glirium, & aliorum Animalium formas referunt.*

Brunſvicenſis Ducatus. Brunſwick.

VI. ¶ *Brunſvicenſis Ducatus* Caput eſt, unde Ducatui nomen, ζ *Brunſvicum* (1), libertate imperii fruens; urbs dives ac probè munita, fortiſſimâ contra Ducum Brunſvicenſium crebras obſidiones defenſione maximè nobilis. Secundum

(1) *Brunſvicum gloriatur ſe primum ex oppidis celebrioribus Confeſſionem Auguſtanam accepiſſe; inter Anſeaticas numeratur; Prætorium, Palatium, & Templa magnifica jactat. Cereviſiæ Mum vocatæ, & Coriorum Commercio celebris.*

diam caſtrum & opidum, haud longè à Wippera fl. eſt (a) *Iſlebia* B. Lutheri patria. Mirum eſt, quod *Agricola*, Proverbium illud, *du biſt der treue Eckhard, du warneſt jederman*, explicans, refert de cohorte Bacchante, vulgus appellat *das wutende Heer*; quæ olim quotannis proximo à Bacchanalibus Jovis die Iſlebiam & reliqua Comitatus loca tranſierit, ſene quodam agmen ducente; qui ſe ipſum nominârit *den treuen Eckhard*. In eo Comitatu ſunt etiam opida *Wipra*; *Querfurt*; & *Leimbach*.

¶ (b) Sereniſſimorum *Brunſvicenſium* & *Luneburgenſium Ducum Terræ* habent ab Ortu marchiam Brandeburgicam, Archiepiſcopatum Magdeburgenſem, Principatum Halberſtadienſem: à meridie Mansfeldenſem & Stolbergenſem Comitatus, Eichsfeldiam & Haſſiam: ab Occaſu Abbatiam Corbeienſem, Comitatum Lippienſem & Schauenburgenſem, partem Epiſcopatus Oſnabrugenſis & Monaſterienſis, partem Comitatus Oldenburgici, Mindenſem, Bremenſem & Verdenſem Principatus: à Septemtrionibus Holſatiam, Saxoniam Lauenburgicam & Ducatum Mecklenburgenſem. Continent autem terræ illæ Brunſvicenſes & Luneburgenſes præcipuè quatuor Principatus, (c) *Wolferbytanum*, *Calembergenſem*, *Luneburgenſem* & *Grubenhagenſem*. De Ducatu Luneburgenſi dictum eſt paulò ante in initio capitis XV. *Brunſvico-Wolferbytanus Ducatus* ferè cingitur Ducatu Luneburgenſi, Archiepiſcopatu Magdeburgenſi, Principatu Halberſtadienſi, Comitatu Mansfeldenſi, Principatu Grubenhagenſi, Abbatia Corbeienſi, Ducatu Calembergenſi, & Epiſcopatu Hildeſienſi; quem tamen ipſe Ducatus Wolferbytanus magna ex parte ambit. (d) *Ducatus Brunſvico-Calenbergenſis* ferè jacet intra Leinam fl. & tractum ille montoſum & ſylvis obſitum, qui vulgò *der Deiſter* appellatur; ad quem etiam pertinet Provincia *Gœttingenſis*; (e) *Grubenhagenſis Principatus* continetur finibus Ducatus Wolferbytenſis, & Calembergenſis, Epiſcopatus Hildeſienſis, & Eichsfeldia. Terræ iſtæ rigantur præcipuè *Viſurgi*, *Werra*, *Seina*, *Okera* & *Innerſta*.

ζ (f) *Brunſvicum* [y] à conditore ſuo *Brunone* Saxonum Duce nomen habens urbs imperii non eſt, verùm in ditione Ducum Brunſvico-Wolferbytanorum. In quinque dividitur regiones, ex quibus prima, *Urbs vetus*, *die Alte Stadt*; ſecunda *Urbs Nova*, *die Neu Stadt*; tertia *der Hagen*; quarta *der Sack*; quinta *die Alte Wick* [z]. Arx *Tanqueroda* à *Tanquardo* Brunonis germano fratre primùm condita eſt. Obſidiones illas ſuſtinuit, anno 1492, 1550, 1553, 1605, & 1614. Sed anno 1671, à Ducibus Brunſvicenſibus & Luneburgenſibus obſeſſa deditionem fecit. *Martinus Chemnitius* ibidem docuit. Porrò in hac parte Wolferbytana, præter ipſum (g) *Wolferbytum* [a], etiam Bibliothecâ per Europam inſtructiſſimâ & magnificentiſſimâ nobile, præcipua opida ſunt (h) *Helmæſtadium* Academia A. 1576, à *Julio* Brunſvicenſium Duce conditâ, multiſque viris Doctis, ac inprimis *Tilemanno Heſhuſio*, *Joh. Caſelio*, *Corn. Martini*, *Geo. Calixto* & *Conrado Hornejo*, *Hermanno Conringio*, &c. illuſtre: *Schœninga* cum arce: *Gandersheimium* ad Gandam fl. illuſtre habens cœnobium Virginum. *Holtzmunda* ad Viſurgim; *Scheppenſtede*, *Regia Luttera*, *Konigs-Lutter*, ubi Lotharii II Imperatoris monumentum: *Heſſem* arx: item *Lutter am Barenberge*, clade Chriſtiani IV Daniæ regis anno 1626 nobilitata: *Zellerfeldia* metallis dives. (i) *Comitatus* etiam *Blanckenburgicus* hodiè eſt in ditione Ducum Brunſvico-Wolferbytenſium; qui habet ab Ortu agrum Quedlinburgenſem, & Principatum Anhaltinum; ab Auſtro Stolbergenſem, Schwartzenburgenſem & Hohnſteinenſem Comitatus: ab Occaſu Principatum Grubenhagenſem, Comitatum Wernigerodam: à Septemtrione Principatum Halberſtadienſem. Rigatur *Boda* Frigida, *Boda* Calida, *Ratisboda* & *Lubboda*. In præaltis montium jugis hodiè conſpiciuntur rudera arcium Blanckenburg, Reinſtein, Heimburg, Hartingau, Lauenburg, Homburg, &c. Tota vero hæc regio montibus & ſylvis obſita eſt. Olim ad Comitatum hunc Blanckenburgicum pertinuerunt *Heſſem*, *Oſterwick*, *Wernigeroda*, *Zillingen*, *Schlanſtett*, *Oſcherſchleben*, *Crottorf*, *Elbingeroda*, *Neindorf*, *Langenſtein*, *Gerſdorf*, & *Quedlinburgum novum*.

(k) In Principatu *Brunſvico Calenbergenſi*, qui ab arce *Calenberg* ad Leinam, tum Principum ſede, appellatus eſt, opida præcipua ſunt (l) *Hannovera* ad Leinam, urbs munita & ſplendida, hodiè Principis Sedes; etiam cereviſia illa, quam *Broihan* vocant, nota [b]; (m) *Hamela* ad Viſurgim urbs munita, prodigio nota, ex qua 130 liberi magico cantu evocati interiiſſe perhibentur. Anno 1633 à Georgio Brunſvicenſium & Luneburgenſium Principe obſeſſa ac demum recuperata eſt, quum hoſtiles copias, inde haud procul, ad *Oldendorp* ingenti prælio viciſſet. (n) *Northeim* inter Leinam & Rhumam fl. (o) *Gœttinga* eſt ad Leinam urbs munita; ubi Henricus V Imperator, anno 1119, quintum in Germania habuit ludum militarem, quem *torneamentum* vulgo vocant. Anno 1641 Leopoldi Wilhelmi Auſtriaci obſidionem fortiter tulit ac repreſſit: Eadem Johannis Caſelii patria eſt, pædagogio florens. (p) *Munda* ad Foldæ & Werræ confluentes, ferè in finibus ditionis Brunſvicenſis anno 1626, à Tillio expugnata, & crudeliter habita eſt. *Lauenſtein*, in cujus agro ſalinæ. (q) *Uſlaria* in ſilva Sollingenſi, &c.

In (r) *Principatu Grubenhagenſi*, qui ab arce *Grubenhagen* nomen habet, præcipua opida ſunt, *Eimbecca*, provinciæ caput; eſt urbs probè munita: *Oſterroda* habens arcem; aliquando Principum Sedes fuit: inde haud longè quatuor oriuntur flumina, *Innerſta*, *Ockera*, *Rhuma* & *Sœſa*: *Clauſthal*, ubi divites argenti fodinæ; *Altenau*: *Mons D. Andreæ*: *Lauterberg*: *Elbingeroda*, &c. Item *Hertzberga*, Principum ſedes, aliæque arces, &c. In hujus Principatus confinio

(a) Iſlebia. (b) Brunſvico-Luneburgenſium terrarum fines. (c) Ducatus Brunſvico-Wolferbytani fines (d) Ducatus Brunſvico-Calenbergicus. (e) Principatus Grubenhagenſis. (f) Brunſvicum. (g) Wolferbytum. (h) Helmæſtadium. (i) Comitatus Blanckenburgicus. (k) Principatus Calenbergenſis. (l) Hannovera. (m) Hamela. (n) Northeim. (o) Gœttinga. (p) Munda. (q) Uſlaria. (r) Principatus Grubenhagenſis.

cundum locum obtinet n *Halberſtadium* (1), inde & *Hyldesheim* (2), *Hannover* (3), Halberſtadt. ε *Goſzlar* (4), *Helmſtad* (5), haud ſpernenda opida. *Wolfenbuttel* (6), arce munitiſſima, Ducum ſedes eſt.

confinio & Thuringiæ ferè finibus eſt cœnobium (a) *Walckenried*, in quo ſchola illuſtris, bonis literis & artibus florens. Cæterùm omnis ille Principatus Grubenhagenſis, unà cum hoc cœnobio, hodiè eſt in ditione Ducum Brunſvico-Luneburgenſium lineæ Calenbergenſis.

HEKELII.

[y] Quondam Veterum *Chaucorum* Sedes.

[z] Sedet ibidem hodiè *Rudolfus Auguſtus*, Dux pius, fortis, magnanimus, prudens, benignus & excellenter inclytus.

[a] Ubi *Antonius Ulricus*, *Rudolfi Auguſti* Frater, Dux & Heros ipſius *Apollinis* atque *Muſarum Charitumque* manſuetiorum *Genio* eminenter præditus atque exornatus, glorioſiſſimè jam locum tenet. Heic ILLUSTRIS ACADEMIA à *RUDOLFO AUGUSTO* atque *ANTONIO ULRICO*, Fratribus germanis, Ducibus *Brunſv.* ac *Luneburgenſibus* excellenter inclutis ac glorioſis, anno 1696 eſt inſtituta.

[b] Heic natus eſt *Henr. Buntingius*, Chronologus inſignis & litterarum divinarum apprimè peritus.

BUNONIS.

n (b) *Halberſtadium* Epiſcopatus cognominis caput; qui omnis per pacificationem Monaſterienſem titulo Principatus Electori Brandeburgico traditus eſt: opida in eo ſunt *Oſterwicum*, quod perfluit Alſa fl. ibi primùm conditus fuit Epiſcopatus Halberſtadienſis. *Oſcherſleben* ad Bodam fl. *Gruningen*, *Nornburg*.

& (c) *Hildesheim* Epiſcopatus Hildeſienſis, qui Brunſvicenſi & Luneburgenſi Ducatu continetur totus, metropolis eſt ad Innerſtam fl. Opida hic porrò ſunt *Peina* ad Fuſam; *Alfeldia* ad Leinam, &c.

ε (d) *Goſlaria* ad Goſam urbs Imperii libera: ab Henrico Aucupe primùm fertur condita, quod tamen alii Ottoni I aſcribunt. Aliquot Imperatorum exſtitit ſedes: ibique lubens hæſit Henricus IV. In hâc ipſâ urbe tum temporis celebrata Comitia illa per Fuldenſis Abbatis ambitionem reddita cruenta. Henricus etiam V, ibidem quum haberet comitia, gladii ipſius acumen fulmine tactum eſt. Olim urbs illa metallorum dives fuit.

(a) Walckenried. (b) Halberſtadium. (c) Hildesheim. (d) Goſlaria.

(1) *Hen. Julius Epiſcopus, Filius Ducis Brunſvicenſis, Confeſſionem Auguſtanam ibi An. 1591 introduxit. Urbs ampla, bene culta, ædibus lauta & Hoſpitium totius Europæ ampliſſimum, Commis nominatum jactat, ubi Imperator Cæſareus Wolleſtein Diverſorium, ſibi, Satellitibus, Servis & Amicis per Menſes aliquot, ſatis commodum habuit. Epiſcop. ibi a Car. M. fundatus An. 780.* (2) *Epiſcop. primus a Ludov. Pio An. 822 conſtitutus; unicum Epiſc. Pontificium in Saxonia Inferiori habet, ſuffraganeus Electori Colonienſi eſt. Incolarum autem maxima pars Lutherani, quibus Libertas Conventu Weſtphalienſi firmata fuit.* (3) *Urbs lauta, Palatio Elector. ornata, bene munita, & quatuor Nundinis quotannis celebris.* (4) *Nobile Membrum Imperii vocatur, urbs lauta, & immunitatibus præ aliis gaudet.* (5) *Inter antiquiſſimas Saxoniæ urbes numeratur; a Car. M. An. 782 fundata Academia decoratur ab An. 1566, ubi Bibliotheca celeberrima permultis MSS, & inter alia Pentateucho Hebraico perantiquo 2 Volum. pergamineis conſcripto, a Rabbinis Judaicis magnopere laudato.* (6) *Inter Germaniæ munitiſſimas locum obtinet, & Bibliothecam Ducum vix ulli in Orbe Chriſtiano ſecundam jactat. Haniſius enim Librarius 124000 Volum. inter quæ MSS 2000, & 115504 Tractatus ab 56393 Authoribus conſcriptos numerat.*

CAP. XVIII.

De Archiepiſcopatibus & Academiis Germaniæ.

I.

ARchiepiſcopatus in Germaniâ ſunt VII; Moguntinus, Colonienſis, Treverenſis, Magdeburgenſis, Salisburgienſis, Bremenſis & Pragenſis. *Epiſcopatuum* in tam vaſta regione incertus eſt numerus. Præcipui ſunt; Herbipolitanus, Bambergenſis, Argentoratenſis, Spirenſis, Leodicenſis, Monaſterienſis, Paderbornenſis, Hildesheimenſis, Mindenſis, Oſnabrugienſis, Verdenſis, Halberſtadienſis, Vratiſlavienſis, &c. α Archiepiſcopatus & Epiſcopatus Germaniæ.

II. *Academiæ* illuſtres ſunt; Baſileæ, Friburgi in Briſgavia, Argentorati, Heidelbergæ, Tubingæ, Ingolſtadii, Altorfenſis, Pragæ, Viennæ, Francofurti ad Oderam, Gripſwoldiæ, Roſtochii [a], Helmſtadii, Wittembergæ, Lipſiæ, Jenæ, Erfordiæ, Marpurgii, Gieſſæ, Coloniæ, Rintelii. β Academiæ Germaniæ.

CAP.

BUNONIS.

α Archiepiſcopatum *Bremenſem*; item Epiſcopatus *Ferdenſem* & *Halberſtadienſem* in Principatus per pacificationem Monaſterienſem eſſe mutatos ſæpiùs anteà dictum eſt.

β Hic accedit Academia *Chilonienſis* ab *Albrechto* Holſatiæ *Duce* condita, & 5 Octobris anno 1665 introducta.

HEKELII.

[a] *Regiomonti Boruſſorum.*

BUNO-

CAP. XIX.

DANIÆ REGNUM.

I.

Dania. α DAnia nomen habet à *Danis* [a], sive *Codanis* populis, qui & *Teutoni* olim dicti fuere (1): Codano sinu, sive mari Suevico, in plures secatur portiones. Partem ejus cis sinum in Germaniæ continenti sitam β *Cimbricam* Cimbrica. *peninsulam* Romanam vocitatam, antè diximus *Cimbri* ab initio incoluere: posteà

(1) *Gerard. Voss. de Idololatria, a Wodeno Guodano, sive Codano nomen ducit, cui Wormius calculum adjicit.*

(2) *Provinciis scilicet per Suecos bello conquisitis, & hucusque retentis: alias enim nec Sueciam nec Norvegiam attingit. inter Grad. Lat. 54 & 58, & Longitud. 26 & 34, sita.*

BUNONIS.

α (a) *Daniæ* regnum undique alluitur mari; nisi quod ab Ortu æstivo Sueciam; ab Occasu æstivo Norvegiam (2), & à Meridie Germaniam attingit; à qua *Eidora* fl. disterminatur.

HEKELII.

[a] Hoc Regnum descripsit *Martinus Zeilerus* sub nomine *Neue Beschreibung der Konigreiche Dennemark und Norwegen*, &c. qui Liber prodiit primò *Ulmæ* anno 1648 in 8. f. & deinde *Amstelodami* anno 1655 in f. 12. DANICAM autem *Historiam*, inprimis de *Regibus DANIÆ*, qui Familiam *Oldenburgicam* præcessêre, eorumque Rebus gestis, *Joannes Meursius*, præter *Hafnienſem* Editionem in 4 f. edi quoque curavit cum Continuatione *Amstelodami* anno 1638 in fol. Exstat & *Joannis Svaningii* Chronologia *DANICA* atque *Olai Wormii* Monumenta *DANICA*, *Hafniæ* excusa; *hæc* quidem in 4. f. anno 1643, *illa* autem in fol. anno 1650. Modernus Rex *CHRISTIANUS* V, omnino Rex justus, prudens, magnanimus & augustus est. Erant & quondam splendidissima *DANIÆ* Lumina *Tycho Brahe*, *Saxo Grammaticus*, *Nicolaus Hemmingius*, *Petrus Palladius*, *Petrus Severinus* atque *Petrus Winstrupius*.

REISKII.

1 (b) Dania nomen à *Dano*, vel *Deo* vel *rege* pristino, adepta, portentosas aut incertas origines suas libris etiam ostentat, uti liquet ex Petr. Diacobi rerum Norwegicarum Lib. II. c. 29. Wodan vero Goudan & Dan apud antiquissimos dictum Mercurium: Unde Sundani, Codani, & cognomines Teutoni à Teuto, Deo itidem Germanico, deducti. Danus quidem paulo longius excurrit, & nescio quas origines ille sectatur: Pontanus tamen ab Erico Prorege, sed Svaningius ad ultima Davidis tempora primam dynastiam regum vixisse dicitur per annos 513. Hinc octo aliæ secutæ ad ultimam Oldenburgicam familiam successerunt. Unde Reges legimus perantiquos, qui Angliam, Britanniam minorem, Galliæ partem, Siciliam, Gothiam, Sueciam, Norwegiam suo imperio complexi sunt. *Regnum vero Daniæ hodiernum* (c) *aut Insulis aut terris continentibus circumcluditur: Insulæ aut maris sunt Baltici plures, aut septemtrionales plurimæ, majores pariter atque minores*: Majores recensuit auctor noster, minoribus, quæ tanti non fuerant, omissis, Mona nempe, Fasiana, Steone, Thuroe, &c. Una Hvena, Tychonis equitis domicilio clara, & Uraniburgo clarissima, per pacem Rotschildensem anno 1658 ad Suecos transiit, Gothlandia hodieque illis subest: Hallandia vero, Bleckingia, Scania, omnes amplæ provinciæ, ad eosdem pace ultima pervenerunt. (d) *Terris continentibus partes concluduntur potissimum subsequentes: Chersonesus nempe Cimbrica*, longo Holsatiæ, Stormariæ, Ditmarsiæ agro spacioque producta. Hinc multæ nascuntur prætensiones in Hamburgum, urbem imperial. & Holsatiam omnem reliquam, suis Controversiis alicubi expositam; à Joh. Mollero maximè, qui huc operas singulares contulit. Norwegia item tota quibus Controversiis adhuc dissideat, quibusque Dani Slesvicensem Ducatum præcipuè tentent sæpius atque tentarint, Tonninga docuit, urbs munitissima & totius Ditmarsiæ propugnaculum, post Pacta vero Rensburgensia eversum atque dirutum. Cæterum plura notatu sane digna in hanc rem colligi copiosiùs possent; nisi actum nolimus agere: Plura itidem ad titulos regum Suecorum atque Danorum, in quibus adhuc hodieque Gothis & Vandalis suus datur locus, nec sine singulari ad antiquitates Vandalicas observatione. Vid. *Becmannus* in Notit. Geogr. c. 5.

BUNONIS.

β (e) *Jutia* [b], sive *Jutlandia*, quæ & *cimbrica Chersonesus* [c] dicitur, est Daniæ Peninsula Occidentalis: ab Occidente & Septemtrione mari terminatur Germanico: ab Ortu freto, quod vulgò appellatur *Mittelfahrt-Sundt*, & mari Baltico: à Meridie Eidora fl. Longitudo ejus à promontorio Schagen Holsatiam versus est 53 milliar. Germ. Latitudo verò non ubique eadem est. Dividitur (f) *Jutia* in partem *Septemtrionalem* & *Australem*: utramque disterminat *Ripa* fl. haud longè Coldingâ distans, cui pons impositus est, ubi vectigal penditur Regi, per quem 40000 boum & amplius, & totidem fere equi, inde quotannis in alias regiones educuntur. In Septemtrionali *Nort-Jutland* sunt quatuor Episcopatus, in quos omnis illa terra discriminatur: *Ripensis*, *Arhusiensis*, *Viburgensis* & *Aldenburgensis* [d]. Episcopatus *Ripensis* caput est (g) *Ripa* ad *Nipsam* fl. haud longe à litore maris Occidentalis. Habet castellum munitum & portum, qui tamen milliare ab opido distat. In mari isto sunt Insulæ (h) *Fanæ*, (i) *Mandæ*, & versus Austrum (k) *Silt*, *Fœra*, (l) *Amrœm*, quarum incolæ à cæteris in continenti lingua & moribus discreti sunt. In hac Diœcesi sunt arces regiæ decem, Nobilium centum, Parochiæ rurales 282. (m) *Coldinga* ad fretum *Mittelfahrt* habet arcem *Arnsburg*, à Christiano III exstructa. Inde versus Septemtrionem ad idem fretum est *Friederichsodda*, nova

(a) Daniæ fines. (b) Dania. (c) Aut insulis. (d) Aut terris continentibus. (e) Jutiæ Limites & Divisio. (f) Jutia Septemtrionalis. (g) Ripa. (h) Fanæ. (i) Mandæ. (k) Silt. (l) Amrœm. (m) Coldinga.


REGI DANIÆ Accuratissima delineatio
SINUS CODANUS Schager Rack
MARE GERMANICUM Or THE NORTH SEA
MARE BALTICUM Or THE EAST SEA
MEKLENBURG
POMEREN
Iutsche Riff
Anout
Lesoe
Anouts rif
Luysgronden
Arcona urbs olim munitissima destructa a Daniæ Reg: Woldemaeo Aº 1168
Milliaria Germanica communia



poſteà *Jutæ*, unde regioni nomen in hunc uſque diem, *Jüdlandt*, præter unum opidum γ *Flensborg* (1), nihil clarum habens. Jutæ. Flensburgum.

II. Alteram partem, trans ſinum ſitam, veteres inſulam putarunt eſſe, nomine *Scandinaviam*, ſive *Scandiam*; at continentem eſſe, una cum *Suedia* & *Norvagia*, ſatis nunc conſtat: Dividitur in tres partes; ♃ *Halland*, ♄ *Scanen*, & ♈ *Bleiking* (2). Urbes in ea, ſeu potius opidula litori prætenſa, ſunt *Elleboge*, *Landskroon*, *Elzenborg*, freto Danico, quod vulgò dicitur *der Sondt*, appoſitum. In Mediterraneis eſt *Londen*, Archiepiſcopali ſede decoratum (3). Scandia. Halland. Scanen. Bleicking. Ellebogen. Landskroon. Elzenborg der Sondt. Londen.

III. Tertia

nova urbs auſpiciis Friderici III condita, anno 1658 à Suecis occupata, & ſequenti anno exuſta & deſtructa. *Wela* ad fretum *Mittelfahrt*: *Warda*: *Rincopia*: *Halſterbroa*: & *Lemviga*. Epiſcopatus (a) *Arbuſienſis* caput eſt *Arbuſium* ad litus Orientale: è regione eſt inſula *Samſæ*: In hac Diœceſi ſunt arces quinque, Paroſchiæ rurales 304, & civitates ſeptem, *Arbuſen*, *Horſins*, *Randerſen*, *Ebeltud*, *Grinſtad*, *Oruntbuy*, & *Mariacker*. Inſulæ huc pertinentes ſunt *Samſæ*, *Grotholm*, *Tons*, *Melſa*, *Ramſoa*, *Endelavia*, *Hiarnoa*, *Kidtholmia*, *Jordholmia*: in Horſenſi ſinu *Aroa*, *Gernoa* & *Worſia*. Haud procul ab Arhuſio eſt arx *Scanderburg*, *Emecloſter*. (b) *Viburgenſis Epiſcopatus* caput eſt *Viburgium*, ubi Epiſcopi ſedes & tribunal triumvirorum jus dicentium. Habet civitates tres, arces totidem, & paroecias agrarias 218, reliqua opida ſunt *Nibe* & *Scheve*. Inſulæ huc referuntur *Sallingia*: *Leſſoa*: *Fafferland* inter Thyam & Sallingiam: *Niding* ſcopulus reſpiciens extremitatem Hallandiæ prope Elleborg: *Haſelina* & *Anout*, inſulæ naufragiis celebres. (c) *Alburgenſis Epiſcopatus* caput eſt *Alburgium*, in quò ſunt opida ſex, Nobilium Sedes centum, Parochiæ rurales ferè 180. Deinde opidum *Venſyſſel*, ubi *Ryaa* fl. qui in Lymicum ſinum, vulgò *Lynford*, labitur. (d) *Venſilia* (*Wenſyſſel*) à ſinu Lymico ad promontorium Scagenſe extenditur ad XIV milliaria, habetque præter *Venſiſſeliam* opidum *Seby* ad litus, quod Orientem reſpicit: *Hiorring*: inde verſus Septemtrionem ſequitur *Scagæ* promontorium. Inſulæ huc referuntur *Grysholm*, *Hertzholm*, *Tydsholm*, &c. Ad Occidentem eſt *Hanherret* tractus, & *Thya* tractus, ubi opidum *Thyſted*, *Orum* arx & *Wiſterwyck* cœnobium. Inſulæ ad hanc Diœceſin pertinent, *Hansholmia* in lacu Lymico: *Oſiholmia*: *Egholmia*: *Bodumma* peninſula: *Morſungia*, ubi opidum *Nicktobing*: *Aggeroa* inſula: *Tyrrholmia*, cui adjacet *Otheſundæ* fretum, ubi *Giby*. (e) *Jutiæ Auſtralis*, vulgo *Suder-judland*, Longitudo ab *Eidora* opidoque *Rensburgo* ad *Codingam* milliarium German. cenſetur 18. Latitudo alibi 6, alibi 8 milliar. Opida ejus præcipua ſunt, (f) *Sleſvicum* ad *Sham fl.* *Ducatus Sleſvicenſis* caput; haud procul inde abeſt arx Ducalis (g) *Gottorp*, Principis ſedes, artificioſis iiſque rariſſimis, & inſigni Bibliotheca quam hodiè curat *Adamus Olearius*, editis ſcriptis [e] celeber. (h) *Eckelnforda* in peninſula, ubi portus commodus ad mare Balticum.

HEKELII.

[b] *Juttia.*
[c] *Ptolemæo.*
[d] *S. Aelburgenſis.*
[e] *Perſico Itinerario* in primis.

BUNONIS.

γ (i) *Flensburgum* ad ſinum maris Baltici, qui *Flenus* dicitur. Inde occurrit inſula (k) *Alſa*, in qua *Sunderburgum*, *Nordburgum* & *Glucksburgum*. Ducum ſedes: *Oſterholmum*; *Holla* & *Gamelgarda*. Habet hæc inſula 4 milliaria in Longitudine & 2 in Latitudine. (l) *Harderſtebia* ad ſinum maris Baltici, incendiis deformatum opidum, ubi arx *Hansburg*: (m) *Huyſemum* ad mare Occidentale, cum arce: Inſula (n) *Strant* inde haud longe diſtat: (o) *Apenrade* eſt ad intimum maris receſſum. (p) *Tonninga* haud procul ab oſtio Eidoræ opidum valde munitum. (q) *Tondarium* majus & minus ad mare Occidentale. Intra Huyſemum & Tondarium interjacent (r) *Strant-Friſii*, antiqui Friſiorum cultus tenaces; vicos habent *Briſtedam*, *Langeborn*, *Borlum*, &c.

♂ (s) *Hallandia* ad Septemtrionem habet Norvegiam: ad Occaſum ſinum Codanum: ad Meridiem Scaniam: ad Ortum Gothiæ partem. Longitudo ejus à Promontorio *Kol* ad *Elſeborg* Suecorum eſt ferè milliar. Germanicorum 16. Opida hic ſunt (t) *Laholm*; (u) *Halmſtede* à Chriſtiano IV Rege egregiè munitum: (x) *Valckenborg* ad fluvium cognominem, (y) *Warburgum*, vulgo *Waerbergen* munitum opidum cum arce, Sueciæ tum oppoſitum propugnaculum, (z) *Consbak* opidum & portus *Consbacenſis* ad *Monſterſundam*, *Ulymenes*, *Goſewaer*, &c. At hæc provincia cum opidis & caſtris munitis Suecis tradita eſt anno 1645.

♂ (a) *Scania*, *Schonen*, à Septemtrione Sueciæ & Hallandiæ finitima eſt, aliàs mari alluitur, & per Oreſundam à Sialandia dirimitur. Longitudo ejus cenſetur 18, & Latitudo 12 milliarium, à Promontorio Scaniæ, cui nomen *Valſterboem* ad opidum Engelholm, Hallandiæ vicinum. Scaniæ primaria urbs eſt (b) *Lundia* [f]; (c) *Coronia* vulgò *Lands-Crone*, opidum maritimum cum arce à Chriſtiano III exſtructa. (d) *Malmogia*, vulgo Danis *Malmo*, exteris *Elleboge*, opidum cum arce probè munitum. (e) *Helſingoburgum* vulgo *Elſenborg*, ad Oreſuneæ fretum, cui ex oppoſito in Sialandia reſpondet *Cronenburg* arx regia.

HEKELII.

[f] Academiâ, ubi *Sam. Pufendorfius*, Juris Gentium Doctor clariſſimus, laudabiliter docuit, clara.

BUNONIS.

♈ (f) *Bleckingia* Scania, Sueciâ & mari Baltico circumdatur. Præcipua opida hic ſunt, *Drelborg*, *Vſtede*,

(1) *Dani ſecundum ab Hafnia locum oppido huic tribuunt. Portum capacem & tutum habet, & Arce munitur. Angli, qui una cum Saxonibus Britanniam Auſtralem ſubegerunt, a Vicinia hujus Urbis Originem ducunt.*
(2) *Nunc Suecis parent.*
(3) *Olim Urbs ampla, & 22 Templa numerabat; at hodie exigui momenti.*

(a) Arhuſienſis Epiſcopatus. (b) Viburgenſis Epiſcopatus. (c) Alburgenſis Epiſcopatus. (d) Wenſyſſel. (e) Jutia Auſtralis. (f) Sleſvicum, Ducatus Sleſvicenſis. (g) Gottorp. (h) Eckelnfordia. (i) Flenſburgum. (k) Alſa. (l) Harderſtebia. (m) Huyſemum. (n) Strant. (o) Apenrade. (p) Tonninga. (q) Tondarum. (r) Strand-Friſii. (s) Hallandiæ limites. (t) Laholm. (u) Halmſtede. (x) Valkenborg. (y) Warbergen. (z) Consback. (a) Scaniæ fines. (b) Lundia. (c) Coronia. (d) Malmogia. (e) Ellenborg. (f) Bleckingiæ fines.

Codanonia ſive Seelancia.

III. Tertia pars regni in inſulis diſperſa medium ſitum obſidet. In his *Codanonia*, ab ipſis incolis Codanis, qui alio nomine fuere Teutoni, veteribus ſic dicta, nunc ν *Seelandia*, ut magnitudine, ſic fœcunditate alias anteſtat. In

Hafnia.

hac totius regni caput ϑ *Hafnia*, vulgò incolis *Copenhafen*, & *Copinghafen*, German. *Copenhaven* & *Kopenhagen*, celebre Emporium Regumque ſedes (1).

Elſenore.

Elſenore celebris ad dictum fretum navium appulſu locus eſt: hic namque vectigal Regibus à tranſeuntibus navibus penditur. Contigua eſt ſplendidiſſima & munitiſſima arx ι *Cronenburg* contra vim ex Oceano vel ipſo ſinu irruentium exſtructa (2).

Cronenburg. Rotſchilda. Fredrichsborg.

In mediterraneis eſt κ *Rotſcild*, dives quondam urbs, nunc opidum, Regum ſepulchris clarum (3). λ *Frederichsborg*, arx in amœniſſimo agro condita, Regum ſeceſſibus frequentatur (4).

IV. Eſt

(1) *Urbs optime munita, Armamentario nobili in uſum belli terra marique decorata; portu tutiſſimo, capaciſſimo, & munitiſſimo gaudet*; 10 *Templa numerat, quorum Cathedrale S. Mariæ cæteris præcellit. Initium cepit hæc Civitas Seculo duodecimo. Sunt qui Briſtoniæ noſtræ propter amplitudinem æquiparant.*

(2) *At belli Calamitatibus multum perpeſſa; magni a Danis æſtimatur tanquam Sinus Codanici propugnaculum.*

(3) *Olim 27 Templa numerabat, ſed priſtinam dignitatem cum Reges inde demigrarint amiſit.*

(4) *Totius Daniæ Palatium ſplendidiſſimum, & ſupellectile ditiſſima ornatum.*

ſtede, *Chriſtianſtad*, à Chriſtiano IV condita; inde non procul abeſt *Abuſium*, vulgo *Abuys*, *Selsborg*, *Elchholm*; *Rottenbuy* & *Chriſtianopolis* à Chriſtiano IV contra Calmariam Suecorum munita. Verùm & hæ provinciæ per Pacem Rotſchildenſem regno Sueciæ adſcriptæ ſunt anno 1658. Sed hodiè à Daniæ Rege, Chriſtiano V, armis itur repetitum, Coronia & Chriſtianſtadio recuperatis.

ν (a) *Sialandia* inſula Longitudinem habet 16 milliar. German. Latitudinem 14 milliar.

ϑ (b) *Hafnia* ad Orientalem inſulæ partem ſita portum habet commodiſſimum; arcem, quæ Regum ſedes; & Academiam anno 1479 à Chriſtiano I conditam. Urbi huic ſublicio ponte jungitur opidum novum *Chriſtianshaven*; quod egreſſo in inſulam *Amagriam*, vulgo (c) *Amack*, aditus patet, quam colonia Hollandorum inhabitat & colit. Ipſa Hafnia quum pro Chriſtiano II, Rege captivo, per integrum annum obſidionem toleraſſet, An. 1536 Chriſtiano III deditionem fecit. Eandem fidem ſuam in Regem nuper denuo probârunt opidani; dum anno 1638 à Sueciæ Rege oppugnati obſidionem in alterum annum fortiter ſuſtinuerunt.

ι (d) *Cronenburgum* Sueci per deditionem ceperunt anno 1658, quod tamen per pacem anno 1660 initam redditum eſt Daniæ Regi.

κ (e) *Rotſchildia* ad ampliſſimum maris ſinum ſita, vulgo *Roskildtfiourd*.

λ (f) *Frederichsburgum* arx regia auſpiciis Frederici II Regis cœpta, ſed munificentia Chriſtiani IV perfecta eſt. Opida Sialandiæ præterea ſunt *Coagium*, vulgo (g) *Cœge* ad litus Orientale: (h) *Ringſtadium* vulgò *Ringſtede*, ubi tribunal, & Veterum Regum, Reginarumque monumenta. Noſtro ſeculo hunc locum inſtructiſſimâ ſuâ Bibliothecâ illuſtraverat *Georgius Seefeld* regni Senator, verùm illa per belli calamitatem poſtea direpta eſt. Ad Septemtrionem eſt *Nicopia*: *Slagels* à quo haud longè abeſt arx *Anderſchow*: (i) *Corſœra*, vulgo *Corſor*, ad fretum Balticum, quod vulgo *der Belt*, è regione Fioniæ, opidum cum portu commodo; ubi trajectus in Fioniam: *Schelſœra*: *Neſtweda*: *Preſtoa* ad Inſulæ latus Meridionale, ſinu maris cinctum: *Kallenburgum* in parte Inſulæ Occidentali, cum arce: *Slangendorpium* ad ſinum Rotſchildenſem: (k) *Sora*, ubi Academia Equeſtris, à Chriſtiano IV condita ad lacum aquæ dulcis. Inde tribus circiter milliaribus diſtat illuſtris Schola *Schoncloſter* ab *Herlefo Trolle*, regni olim Senatore & Admiralio, fundata; hinc etiam *Herleffsholmia* appellatur. Ad Sialandiam pertinent inſulæ *Amagria* & (l) *Mœna*, vulgo *Moneſland* in mari Baltico, candidis è creta montibus eminens; in ea eſt arx regia *Elmeland*, & opidum *Stega*. *Huenam* inſulam vulgò (m) *Ween*, intra Helſingoram & Hafniam ſitam ad Sialandiam quoque refert Abrahamus Gœlnizius, Secretarius regius; *Comp. Georg.* l. 11. c. x. Ejus inſulæ circuitus eſt duorum fere milliarium; Latitudo non ſupra ſeſquí milliare; Inſula illa Uraniburgo Tychonis Brahe erat nobilis.

Cæterùm Sialandiæ ad Occidentem jacens inſula (n) *Fionia*, vulgò *Funen*, à pulchritudine videtur nomen habere: ab Occaſu habet Jutiam, à qua per fretum *Mittelfabrſund*, diſterminatur. Caput inſulæ eſt opidum *Ottonia*, vulgò (o) *Ottenſee*, habens Epiſcopatum. In templo D. Franciſci, Chriſtianus II ſepultus eſt cum Patre Johanne. Porrò hic eſt *Neoburgum* vulgò (p) *Nyborg* cum arce, ubi trajectus in Sialandiam: Prælio quoque Sueci à Danis victi etiam nobilitatum A. 1659. *Svenoburgum*, vulgò *Schwynborg*, ex adverſo inſulæ Taſſingæ, ad litus inſulæ Orientale: (q) *Cartemunda*, ad litus inſulæ Septemtrionale; appulſu claſſis Danicæ in expeditione illa adverſus Suecorum copias nuper famam nacta. *Woburgum*, vulgò (r) *Voborg* ad Meridionale inſulæ latus: cujus ſinus aliquot inſulis minoribus ſeptus eſt: *Aſneſum*, vulgò (s) *Aſſens*, unde trajectus in Jutiam Meridionalem. *Bouſonia* vulgò (t) *Bowens*, ad Occaſum inſulæ verſus Jutiam Septemtrionalem: *Middelfortum*, vulgò (u) *Middelfar*, ad fretum, quod inde nomen habet. Arces hic ſunt *Hingsgagel*, *Hagenſchou*, & *Eſchebeborg*. Cæterùm inſulæ ad Epiſcopatum Fioniæ referuntur *Langelandia*, *Lalandia*, *Falſtria*, *Taſſinga*, *Arria*.

(x) *Langelandia* à longitudine, quæ ſeptem continet milliaria, nomen habet; quum Latitudo vix ſit duorum. In Occidentali inſulæ latere, eſt opidum *Rudkœping*; & ad Orientem arx regia *Tranckera*. (y) *Lalandia*, quaſi *Lageland* ab humili ſolo dicta, habet Longitudinem 8 milliar. & Latitudinem 5. Ad Occidentalem inſulæ partem in ſinu maris Baltici habet opidum (z) *Naſcoa* cum arce munitum, quod anno 1659 Suecorum miles poſt diuturnam obſidionem cepit. Porrò nobile hic eſt cœnobium *Maribow*, & opidum *Saſcoping*, *Ælholm* & *Rooby*. (a) *Falſtriæ* Lon-

(a) Sialandia. (b) Hafnia. (c) Amack inſ. (d) Cronenburgum. (e) Rotſchildia. (f) Frederichsburgum. (g) Cœge. (h) Ringſtede. (i) Corſor. (k) Sora. (l) Mœna inſ. (m) Weena inſ. (n) Funen inſ. (o) Ottenſee. (p) Nyborg. (q) Cartemunda. (r) Voburg. (s) Aſſens. (t) Bowens. (u) Middelfar. (x) Langelandia. (y) Lalandia. (z) Naſcoa. (a) Falſtria.


Tab 17
page 169
OCEANUS SEPTENTRIONALIS
SVECIA
DANIA et NORVEGIA.
GERMANICUM
MARE
MORIMARUSA MARE
commonly Call'd
THE
NORTH
SEA
LAPPI
DICKI LOPPI
Mare Album
RUSSI
RIPHÆI
FINNI
SINUS BOTNICUS
SINUS FINNICUS
MARE
BALTICUM
THE EAST SEA
commonly Call'd
DALECARLIA
GOTHIA
SMALANDIA
ESTONIA
LIVONIA
CURLANDIA
VENEDI
LITUANIA
PRUSSIA
Stockholm
Trondhem
Bergen
Scala Miliarium
German: et Smaland:

IV. Eſt præterea in hoc ſinu inſula μ *Bornholm*, hacque multo major ν *Gothia*, vulgo *Gottland*, ſaxo albo ad exſtruenda ædificia utilis, utraque Daniæ regno ſubmiſſa. Bornholm. Gothia.

Longitudo eſt 4 milliar. & Latitudo duorum: habet opida & arces, *Nikoping* ad Golberſundam; & *Stubbekoping* ad *Grœnſundam*. (a) *Taſſinga*, è regione Swenoburgi inſula anguſta; eſt unius milliaris longa. (b) *Arria*, vulgò *Arr* & *Arroe* inſula oblonga, habet arcem *Kopingam*. Refertur aliàs ad Ducatum Sleſvicenſem.

μ (c) *Bornholmia* inſula eſt ad Scaniam pertinens, à qua 4 circiter milliar. in mari jacet Baltico; ejus Longitudo eſt 4 milliar. Latitudo duorum. Opida in ea ſunt *Nex* ad Ortum, *Rattenby* ad Occaſum; *Svancke*, cum arcibus *Svandico* & *Hamerſhuſio*. Inſulam hanc ſuperiori ſeculo Lubecenſes occupatam, ac diu retentam, ultro demum Daniæ Regi reddiderunt. Nuper anno 1658 per pacem Rotſchildenſem Suecis tradita quidem erat: ſed incolæ interfecto præſidio Suecico paulo poſt ad Daniæ Regem ſe applicuerunt.

ν (d) *Gotlandia* inſula, vulgò *Gutland* [g], Suecico littori prætenſa, fertur habere Longitudinem milliarium 18, Latitudinem 5. In ea eſt urbs (e) *Visbuy* [b] olim mercatura nobilis, quæ in ruderibus ſuis antiquum oſtendit ſplendorem. Et hæc inſula anno 1645 Suecis tradita; ſed anno 77 à Danis recuperata eſt.

HEKELII.

[g] I. e. *bona terra*, quam nonnulli *Eningiam Plinii* fuiſſe volunt.

[b] S. *Vuisbi*, ſeu *Viſubi*.

(a) Taſſinga. (b) Arria. (c) Bornholm inſ. (d) Gotlandia. (e) Wisbuy.

CAP. XX.

Norvagia, Finnomarchia, Iſlandia, Gronlandia, Frieſlandia.

NORVAGIA. 1

I.

α NOrvagia, vulgò incolis *Norrige*, & contractè *Norge*; Germ. *Noortwegen*, & *Norwegen*, (Timæo apud Plinium *Nerigon*, qui inſulam omnium Septemtrionalium maximam falſo credidit) nomen à ſitu accepit: quippe *Nort* German. eſt quod Latinis Septemtrio. β *Sevone* monte Orientale ejus latus, Meridionale ſinus Codani faucibus & Oceano, Occiduum eodem Oceano clauditur: à Septemtrione γ *Finnomarchia* ei obtenditur. Terra ipſa vaſta Norvagia. Norvegiæ limites. Sevo mons. Finnomarchia.

BUNONIS.

α (a) *Norwegia* habet à Meridie Daniæ provincias: ab Occaſu & Septemtrione Oceanum.

β (b) Ab Ortu *Sevonem* montem; qui hodiè ab incolis 4 diſtinguitur nominibus, quæ ſunt *Fille Fiell*, *Dofre Fiell*, *Ruut Fiell*, *Skars Fiell*.

γ (c) *Finmarchia* [a] eſt provincia Norvegiæ cohærens, cum tractu maritimo (d) *Trunſolen*; quibus Præfectus Wardhuſienſis jus dicit; in illa eſt opidum *Jetaborg*. Ipſa vero * Norwegia in *quinque* dividitur *Præfecturas* & *arces* Regias, quæ ſunt, 1: (e) *Wardhuſia* verſus Septemtrionem in inſula *Warda* (1).

HEKELII.

[α] Ubi olim multos montes perpetuâ conflagratione corruiſſe, nonnulli affirmare audent.

REISKII.

1 (f) De Norwegia, quæ magnam Scandiæ aut Scandinaviæ priſcæ partem conſtituit, & hujus denominatione, Auctoris ſententiam plures comprobant. Scriptores vero domeſtici *Norum quempiam, ab eoque regnum & nomen* etiam terris ſeptemtrionalibus inducunt; neque tamen ex Edda Iſlandica, neque MStis Codd. rem ſuam ſatis planam faciunt, aut certam exhibent. De Noro ipſo & huic æquali, aut non multum poſteriori, Othyno Sturleſonius, Arngrimus, Svaningius, Ericuſque Olai quam diſſident? Norum enim Urbarii filium communiter produnt, eique duos adjungunt fratres, alterum Oſten, alterumque Danem; illum Suecia, hunc Dania potitum, ut ſtirps illa regia Othyno ne impoſterum deleatur. Sed origines illas nec ipſe Auctor, nec Jonas Romus, noviſſimus in Norwegia ethnica ſcriptor, vel prorſus expediunt, vel explanant. Id planius ex Eginhardo, Rheginone, Adamoque Bremenſe faciunt, (g) *Nordemanniam quoque dictam*, quam à Noro primum habuiſſe nomen volunt. Regna igitur ſeptemtrionalia multo ex ævo aut conjuncta, aut ſocia fuerunt: (h) *Norwegiam vero hodiernam* lignaria, metallica & piſcaria commercia tantum extollunt, ut juſſu regio viri metallicarum (1) *Alii* 4 *tantum numerant, ſcilicet, Aggerhuys, Bergen, Drontheim & Wardhuis.*

Z

Norvegiæ fines. (b) Sevo mons. (c) Finmarchia. (d) Trunſolen. * Norwegiæ præfecturæ. (e) 1: Wardhuſia. (f) Norwegia Nova. (g) Nordemannia. (h) Norwegia hodierna.

Natura ſoli. vaſta (1), ſed maximè aſpera, ſaxoque ſterili aut ſylvis ingentibus horrida.
Incolæ. Antiquiſſimi *Sitones* incoluiſſe traduntur. Poſtmodo potens *Norvagiorum* in Danos etiam & Friſios imperium fuit: ac nunc ipſi Daniæ regibus parent.
Drunthem. Urbes in ea ſunt, δ *Nidroſia*, vulgò *Drunthem*, caput regni Regumque quondam ſedes, ubi ſuperbiſſimi olim totius Septemtrionis templi rudera viſuntur (2).
Bergen. ε *Bergi*, vulgò *Bergen*, celeberrimum in his oris Emporium (3).
Anſlo. Prædicto *Timæo* pro inſula memoratur. Hinc eſt ζ *Anſlo* ſive *Opſlo*, haud ignobile Emporium.

Finnorum Marchia. II. Norvagiæ ab Septemtrionibus continuatur *Finnomarchia*, ſatis ampla & ipſa regio, duobus diverſis imperiis in duas partes diſtracta. Pars Meridionalis *Daniæ*, Septemtrionalis *Suediæ* regno ſubjecta eſt. η

III. A Norvagiæ litore in Occaſum verſus ad CL. mill. German. navigantibus occurrit in Oceano Hyperboreo inſula, Britannicarum olim ultima,
Iſlandia. *Thule* (4); vulgò nunc *Iſland*, ab immenſis frigoribus [b] & perpetua glacie, quibus damnata eſt, ſic dicta; magnitudine ſua, *Melitæis* catellis, & monte *Hecla*,

licarum rerum gnari è Saxonia noſtra & officinis Claufthalenſibus accerſerentur. Sed (a) Iſlandia, vetus Norwegorum colonia, regno eidem hodieque ſubeſt, rem tamen pecuariam ſolum atque piſcariam tractat, nec ſylvas niſi betulaceas, Heclamque ignivomum habet. An ſit Thule ultima incertum erit, ſi Danos Gothoſque recentiores audias; ſin Bochartum, Thule à Phœnicio nomine *Thule* תּוּלָה, i. e. Umbris, pro triplici veterum ſententia aut Scandinaviæ aut Schetlandiæ aut Iſlandiæ conveniet, lib. I. Chanaan c. 40. Gronlandia polo propior ac Iſlandorum colonia, donec cultior adhuc vigeret, Norwegiæ adhæſit matri: Nunc denique poſt A. Chr. 1406 inculta, navigationi omnium liberæ patet. In Feroenſes autem inſulas, itemque vicinam polo Americam jus ſibi Dania hodieque aſſeruit, tentatis toties navigationibus, & inde hominibus exportatis.

(1) *Longitudo* 1600 *mill. paſſuum, Latitudo* 300: *in æſtate diem continuum per menſes duos habent.*

(2) *Juriſdictio hujus Civitatis in* 500 *mill. paſſuum protenditur. Urbs, Anno* 1522, *una cum Cathedrali, igne deleta, ſplendorem priſtinum nunquam recuperavit; ædes ſimul ac focos ſtruunt ex piſcium Oſſibus, quia Lignum in Vicinia deficit.*

(3) *Commercium piſcibus vulgo* Stockfiſh *maximum habet. Arcem item munitiſſimam.*

BUNONIS.

δ 2. (b) *Nidroſia* [c] à *Nidero fl.* & *Roſa*, templi quod eſt nomen; vulgò *Druntheim*, ſub ſe plures & amplas habens præfecturas.

ε 3. (c) *Bergersbuſia* arx, cui ſubeſt *Berga*; à mercatu piſcis Bergenſis dives; portu gaudet eximio, qui navibus Belgarum contra Anglos nuper præſidio fuit. *Stafanger* opidum & inſula *Scutenes*. Ad hanc præfecturam quoque pertinent *Sundhornleen*, *Nordhornleen*, *Soghne*, *Sunfiorde*, *Nordfiorde*, *Sundmerleen*, &c. Bergæ etiam annumerantur opidula, *Walders*, *Eſterdal*, & *Rœmsdal*, in continenti ſita.

ζ 4. (d) *Aggersbuſia*, ſub cujus præfectura eſt (e) *Alſloa* ſedes Epiſcopalis: indigenis *Opſlo*, exteri *Anſlo*. Huic exuſtæ Chriſtianus IV reſtituit novam urbem (f) *Chriſtianiam*. Ei ſubſunt *Tonsberga*; *Friderichſtadt*, *Santzburg*, *Schin* vel *Schon*; ubi ferri, cupri & argenti fodinæ inventæ ſatis divites, ſi adeſſent artifices & cultores idonei: *Hammaria major* & *minor*, *Tillemarchia* & *Hedmarck*. 5. (g) *Bahuſia* arx in rupe excelſa ad Sueciæ fines; in hac præfectura eſt opidum *Maſterland* ſive (h) *Marſtrand* in ſcopuloſâ inſulâ ſitum; item *Congel* & *Odowal* opida. Ad eandem præfecturam quoque pertinet *Wichia*, vulgò *Wyck*. Verum & *Bahuſia* arx per pacem Rotſchildenſem, anno 1658 initam, Suecis conceſſa & tradita eſt. Ad (i) Norvagiam eſt vortex ſeu euripus omnium, qui ſunt, celeberrimus & maximus, vulgò *der Maelſtrohm* dictus; qui ſcribitur in circuitu decem habere milliaria. Medium petra obtinet, quam adjacentis terræ incolæ vocant *Mouske*. Vorago iſta ſex horis abſorbet omnia vicina, & quæ appropinquant, aquam, balænas, naves onerarias, & res alias: totidemque horis omnia illa, quæ abſorpſerat, eructat & evomit, magnâ cum violentiâ, ſtrepitu, & circumgyratione aquæ. Cauſam fluxus ac refluxus maris inde nonnulli accerſunt; verùm vix credibile videtur, tantam aquæ copiam ibi abſorberi ac eructari, quanta in tam vaſto mari abit ac refluit. Iſta memorantur ſine certo auctore. Quanquam *Liber Baro ab Herberſtein, rerum Moſcoviticarum commentariis cap. de navigatione per mare Glaciale*, hujus quoque Voraginis facit mentionem, traditque illam eſſe ſub ſaxo ingenti ſeu promontorio, quod *Sanctum Naſum* nautis appellatur. Verùm non viſa, ſed audita refert. Inter (k) Normanniam Galliæ & Angliam vorago eſt, ad quam feruntur naves mirâ celeritate; ſed jam vicinæ gurgiti repelluntur. De Euripo Chalcidio dicetur *lib.* IV. *c.* X.

η De Finnomarchia jam dictum eſt.

HEKELII.

[b] Cœlo rigente.
[c] Olim *Trondon*, ſ. *Trondum*, dicta.

(a) Iſlandia. (b) 2. Nidroſia ſive Druntheim. (c) 3. Bergershuſia. (d) 4. Aggershuſia. (e) Alſloa. (f) Chriſtiania. (g) 5. Bahuſia. (h) Marſtrand. (i) Vortex ad Norwagiam, der Maelſtrohm. (k) Euripus inter Galliam & Angliam.

(4) *De Thule adhuc lis ſub Judice; quidam enim Orcades, alii Hetblandicas, alii autem Oram Septemtrionalem Scotiæ Thulen eſſe ducunt, nec immerito; Tacitus enim de Romanorum Navigatione in Oram Britanniæ Septemtrionalis loquens, ait, deſpecta eſt & Thule, quam hactenus Nix & Hyems abdebant: Doctiſſimus etiam Cambdenus bene notat, Hetblandicas Inſulas Thylenſel a Nautis appellari, ubi manifeſtum Veſtigium Thules habemus.*

BUNO-

Hecla, perpetuum ignem eructante, maximè clara: De cætero Daniæ regibus subjecta. ϑ (1).

IV. Islandiæ ab occasu æstivo proximè objacet *Gronia*, vulgò *Groenland*, immenso terrarum spatio: incertum, insula an continens terra sit cum Americæ terris; quibus propinquior longè quam Europæ. Imperium in litora hactenus cognita sibi vendicarunt Daniæ Reges (2). Balænarum capturâ regio maximè nobilitatur. ι Gronia.

V. A Meridie eidem Islandiæ opposita est insula *Friesland*, & ipsa à frigoribus ac perpetua fere hyeme nomen habens, nulla re alia Regibus Angliæ, quibus paret, quam piscium captura utilis. κ (3). Friesiandia.

BUNONIS.

ϑ (a) *Islandia* à perpetuâ glacie nomen habet; aliàs & *Snelandia* dicitur à nive [d]. Longitudo ejus fertur 144, Latitudo 65 milliar. Germanicorum. Dividitur in Orientalem, Meridionalem, Occidentalem & Septemtrionalem. Opida præcipua sunt *Halar*, *Skalholt*, ubi Episcopi & Scholæ. *Bestede*, arx Regia, Præfecti Regii sedes ad sinum Hafna fuit [e]. Christianus IV, Rex Daniæ, Sacrum Codicem in Islandorum linguam transferri curavit, ejusque exemplaria ad Islandos deportari. Græcam linguam inter Islandos à multis annis cognitam fuisse, sunt qui ajunt.

ι (b) *Groenlandia* per fretum Davis ab Estotilandia Americæ separatur. Ibi sunt montes *Spitzbergen* balænarum captura inter nautas celebres. Incolas nonnullos ex hâc insulâ abreptos nuper vidimus Hamburgi. In mari isto est piscis *Nahuay* vulgò dictus, dentem habens septem cubitorum, qui pro unicornu sæpe venditur.

κ (c) *Friesiandia* insula ab omnibus ferè memoratur Geographis: Verùm, quum nullæ in eam leguntur navigationes; aut omnino non est; aut non est tantæ magnitudinis, quantæ prædicatur esse; aut alia pro ista accipitur & habetur insula. Gœlnizius eam Regi Norwegiæ adscribit. In eodem vero mari sunt (d) *Farræ* insulæ, ubi præcipuum opidum est *Farre*. Item (e) *Scetlandiæ* sive *Hetlandiæ* insulæ, quas idem Gœlnizius Regi Daniæ & Norwegiæ adscribit.

HEKELII.

[d] Hæc pro majore sui parte montosa & inculta est; quâ vero Parte plana est, plurimum compascua, ac graminis mirum in modum læta dicitur esse. Nullum fert frumentum, nec ullam fert arborem, præter *Betulam* & *Juniperum*. Hujus incolæ ex exsiccatis & contusis piscibus panem sibi parant, & potus olim illis aqua erat; nunc verò fruges aliundè allatas huic miscere inceperunt.

[e] In speluncis autem ac Montium cavernis ut plurimum degunt. Nam Montes habent pro Urbibus, ad quorum latera suas mansiunculas excavant, atque ut plurimum ex Ossibus Piscium Domos exstruunt ob lignorum penuriam. Linguâ utuntur adhuc plurimi *Cimbrica*, sive veteri *Germanica*.

(a) Islandia. (b) Groenlandia. (c) Friesiandia inf. (d) Farræ inf. (e) Hetlandiæ inf.

(1) *A Pirata Norvegensi An. 860 primum reperta, a Norvegis postea culta; Seculo undecimo Religionem Christianam, & An. 1550 Confessionem Augustanam amplexa est. Incolæ in Antris, aut Tentoriis ex Piscium ossibus fabricatis habitant. Commercium in Butyro, Sebo, Sulphure & Piscibus arefactis consistit; panem ex Piscium ossibus conficiunt, & Pabuli loco Pisces Bovibus hyeme ministrant.* (2) *Nescio quo jure tamen, Frobisher enim Davis, & Hudson Angli ulterius in hisce oris, quam Dani, navigarunt, & unusquisque nomen suum freto imposuit. Incolæ Ethnicam Idololatriam retinent. Ferarum, Piscium, ac Volucrum maximam copiam habent. In Antris sive Tentoriis ex Piscium vel Ferarum coriis confectis degunt: multis Principibus parent, sub quorum Auspiciis contra Norvegos bellum gesserunt. Circa Novilunium columna Ignis ex Septemtrione micat, radios undique emittens, quibus usque ad Ortum Solis Regio tota illuminatur, deinde fumum post se relinquens disparet.* (3) *Incolæ Populum Groenlandiæ in omnibus assimilant; sunt qui Christianos esse, & Principi, quem Lichamay vocant, Subditos esse putant.*

CAP. XXI.

Suedia, Botnia, Scrickfinnia, Lappia, Finnia.

SUEDIA. ι

I. At

REISKII.

ι Pars Scandinaviæ antiquæ magna & ultima restat, Sueonia nempe vel Suionia, nomen à Sueonibus adepta, quos Tacitus lib. de German. c. 44 memorat. Illos à masculâ virtute aut vigore juvenili dictos inquit *Loccenius* Antiquit. lib. 1. c. 1. Nam hodieque (a) *Suen* masculum juvenemque denotat: Hinc patria Sueonum Sueaod & Suenod καθ' ἐυχωλίαν Suede dicitur, & Latinè adhuc (b) Suedia, uti optimè Loccenius, Schefferus aliique. Ut verò Atlanticam priscam s. Manheimium, C. Plinio multisque veteribus memoratam, Sueciæ nunc accommodet Olaus Rudolphus

(a) Suen. (b) Suedia.

I

Suedia. Ejus limites.

AT in Continenti rursus Norvagiæ Daniæque regnis jungitur *Suedia* [a], continua certaque serie antiquissimum in orbe terrarum regnum; quod semper *Suiones* sive *Sueones* incoluêre (1) α. Clauditur ab Ortu Finnico sinu, Codanoque mari: à Meridie Daniæ confinio: ab Occasu Sevonis immensi montis jugo à Norvagia submovetur: à Septemtrione est *Botnia*. Pars regni Australis

(1) *De Antiquitate hujus Regni inter Scriptores non constat; Puffendorfius ipse de hoc nihil certi tradit, sed conjecturis incertis nititur; haud tamen a Veritate discrepat Nomen a Sueonibus ducere, quorum meminit Tacitus, & eos ultra Suevos qui Septemtrionalem Germaniam incoluere, collocat. Varie etiam disceptatur de Longit. ac Latitudine Sueciæ: quidam enim Longitud. ad 1000 mil. passuum extendunt, alii ad 660 contrabunt; Latit. aliis 780, aliis 840, sed omnes consentiunt Regionem hanc Lacubus, Sylvis, Rupibus ac Eremis esse impeditam.*

dolphus, strenuè laborat; multisque rationibus id agit; quod dubio vix unquam extricabitur; quanquam duo libri in hanc rem ipsi & copiosi Upsaliæ prodierunt A. 1680, & A. 1682 (a). Regio tota cupro ferroque dives, ærarium istud regni subterraneum jure continet; Sed cultui non ubique apta, & nivibus per hyemem contecta, quandoque octuplum, aut secuplum aut plus alicubi reddit. (b) Pars cultissima, 1° Gothia, cui Danicæ anno 1660 provinciæ nunc adhærent. 2° Sueonia aut Suedia specialiùs dicta cum suis regionibus & duabus urbibus primariis, *Stocholm* ac *Upsal*: Prior à palis, quibus condita, & holm, i. e. diviso spatio septoque, posterior ab *aula regum veteri* quasi *Up dem Zaal*, ubi reges adhuc inaugurationem suscipiunt. 3° Finnia vel Finlandia anno 1150 subjugata, quasi *Findes Land*, cum Finni Suecorum hostes fuerint. 4° Lappia quam Schefferus accuratam edidit Latino & Germanico sermone: Hanc Dani ex parte Russique tenent. 5° Esthonia, Ingria & Russis ademptæ provinciæ: Ut de Livonia tota, Gothia, Ocsaliaque insulis post annum 1645, Germanicisque multis ducatibus non denuò dicam. Regnum, donec cum cæteris quondam Septemtrionalibus conjunctum fuit, non ita vires exseruit, sed ab reliquis sejunctum post annum 1523, Trollis regnantibus, caput magis extulit: Hinc eorum posteros regia mansit successio, in Comitiis Arosiensibus anno 1544, regnumque ita hæreditarium factum. Hæc ad veterem Scandinaviam sufficiant, quæ vagina & officina gentium ab Jornande dicitur ob crebras hinc emissas colonias: Nunc non ampliùs tanto colonorum agmine scatet, ob leges forsitan Christianas, quibus polygamia tollitur.

BUNONIS.

α (c) *Suedia* à Septemtrione clauditur mari *Pietcaoriko*; ab Oriente Russia [b]: à Meridie mari Baltico, & Daniæ, quæ nuper erant, provinciis: ab Occidente Norwegia. Duo hic sunt maximi sinus, *Botnicus* & *Finnicus*. Bodnico seu Boddico sinu in duas quasi secatur partes. Præcipuæ vasti hujus regni provinciæ sunt *Gothicæ*, *Noricæ*, sive *Suedia* proprie dicta, *Bodnia*, *Finnlandia*, aliæque versus Septemtrionem provinciæ. *Carelia* & *Esthonia* Livoniæ. [c]

HEKELII.

[a] Hujus REGNI maximè potentis & omninò ampli *Descriptionem* edi curârunt *M. Heinricus Soterus* atque *Martinus Zeilerus*, quarum PRIOR *Lugd. Batavor.* anno 1633 in f. 16, POSTERIOR autem *Amstelod.* anno 1656 in f. 12 prodiit. Prodiit eod. loco, atque eâdem formâ quoque, immò & eod. ferme tempore, anno 1659, plane nova ejusdem REGNI Descriptio, quem Librum, quòd lectu jucundus ac utilis est, cuilibet Studii Geographici cultori non leviter commendandum censeo. Quod autem *Statum Ecclesiasticum* in hoc REGNO concernit, illustris *Claudius Arrhenius*, hodiè dictus *Oernhielm*, alter ille SLEIDANUS atque *Suecorum* TACITUS, Vir REGI suo gratissimus, MUSIS inserviendi promtissimus, ac mihi faventissimus, de eô ante biennium ♀ d. 14. *Jul.* meam ad tenuitatem *Holmia*, ubi tunc *Regis sui Clementissimi* jussu vivebat, *Rudolstadium* erudite ac lepidè sic scripsit: *Rogas etiam, ut participem te reddam eorum, quæ illustrare queant* Statum Regni hujus Ecclesiasticum, *cujus generis quidem aliqua dudum sunt edita, inter quæ* JOANNIS MAGNI, * Gothi, *Metropolis*, Romæ *superiori seculo evulgata*: JOANNIS BAZII *Inventarium* REGNI hujus Historiæ Ecclesiasticæ: JOANNIS MESSENII *Chronicon* Episcoporum SUECIÆ, *nuper recusum in* Germaniâ ** *ut Catalogi apud vos editi indicant. D. sideratissimi* SCHEFFERI *mei* Chronicon Archiepiscoporum Sacerdotumque UPSALIENSIUM. *Post quos summa cura a* me *confecta est* Historia SUEONUM GOTHORUMQUE Ecclesiastica, *inde a conspicua magis in his terris Christianæ Religionis origine, usque in nostra tempora, quæ quia nunc sub prælo est, pagellam ejus tantum unicam Speciminis loco his inclusam mittere potero. Seorsim etiam scripseram* Historiam Episcoporum SUECIÆ, GOTHIÆ ac FINLANDIÆ. *Editioni etiam paratam habeo* SUECIAM SANCTAM, *seu* veteres *eorum* Vitas, *qui ex* SUECIS GOTHISQUE *per* Romanos Pontifices *relati quondam fuere in* Sanctorum *numerum. Quibus postquam addidero* Historiam Monasteriorum SUEONIÆ, GOTHIÆ, ac FINLANDIÆ, *nescio quid ulterius expeti queat, quod concernat* rem REGNI *hujus* Ecclesiasticam. Extat & *Sacra Chronologia JOANNIS ELAITERSERI*, ab Ortu Mundi usque ad annum 1657 adornata, & *Upsaliæ* litteris *Paulinis* eodem anno in 8 maj. f. impressa, in quâ multa quoque sunt reperienda, quæ non solùm ad *Statum REGNI SUECICI Ecclesiasticum*, sed & ipsam *Academiam Upsaliensem*, cujus Professores ab anno MXCIII, & sic a *Concilio* UPSALIENSI usque ad jam denominatum annum 1657, circa finem *Appendicis* hujus CHRONOLOGIÆ (Litt. C c 3. fac. b. seq.) sunt denominati, spectant.

[b] S. *Finlandia*, *Bothnico* Sinu discreta, & *Livonia*, Mari etiam sejuncta.

[c] Terra *Suecia* inter Aquilonares est fertilissima,

* Ejusdem MAGNI Gothorum Suenonumque HISTORIA prodiit Wittebergæ A. 1617. in 8. f.

** Et quidem Lipsiæ A. 1685 in form. 12 editore Adamo Rechenberg, MISNENSIUM Musa decima, ex cujus quippe dono verè grato atque accepto Libellum hunccce utilem etiam, quod gratulor mihi, possideo.

(a) In fol. (b) Alicubi. (c) Suediæ limites.



The Draught of an Ancient Finlander.

Lappo antiquus.



1st. The Lapon Trees. for Landers houses fear of Wild Beasts.

Domus Laponica in Arbore. ad feras vitandas Structa.



Tugurium Lapponicum.

2d. their Cottages.



Lapponum Vestimenta Estiva.

The Laplanders Summer &



A Laplander travelling over the Snow.

Lappo supra Nivem itinerans.



Vestimenta hiberna.

Winter Garments.



A Laplander on his Sledge drawn by a Rain-Deer.

Lappo Vehiculo Sarracum nominata itinerans.



Lappo Migrans.

A Laplander removeing his Family.

Auſtralis antiquo nomine β *Guthia*, vulgò *Gutland* vocatur, reliquis partibus longè celebrior lætiorque. Caput regni univerſi Regumque ſedes eſt γ *Stockholm* (1), urbs poſita in ſtagnis marinis, palis ſuperſtructa; unde etiam nomen traxit, natura operibuſque munitiſſima, Emporiumque celeberrimum. Secunda eſt *Upſalia*, Academiâ Archiepiſcopatuque inſignis (2). *Calmar* in confiniis Daniæ, cum arce validiſſima, urbs eſt ſatis magna, portuſque celebris: Eſt item *Nicopen*, munitum opidum Emporiumque clarum. Guthia. Upſalia. Calmar. Nicopen.

II. *Botniam* ſinus Botnicus in duas ſecat partes, Orientalem & Occidentalem. Nihil in ea notatu dignum, præter emporium *Torniam* ad intimum ſinus receſſum ſitum. ♂ (3) Botnia. Tornia.

III. Supra Botniam *Scrikfinni* ſive *Scritfinni* incolunt, unà cum Botnis, Suediæ regibus ſubjecti. Scrikfinnia.

IV. Hinc verſus Orientem in extimo veteris Germaniæ angulo *Lappia*; vulgò *Lappenland*, & incolæ ejus Germanis *Lappen*, Ruſſis *Loppi*; in duo genera diſtincti. Occidentales Suediæ regibus parent; Orientales Ruſſico vocabulo *Dickiloppi*, id eſt, feri Lappones, magno Moſcoviæ Duci ſubjecti ſunt (4). Lappia.

V. Infra Lappiam Botniamque verſus Meridiem eſt *Finnia*, inter Botnicum Finnicumque ſinum poſita: Plinio *Fenningia*, (qui inſulam eſſe credidit) vulgò nunc *Finland*, dicta: haud parva Suedici Imperii portio, fertilis arvis, paſcuiſque læta. Urbium clariſſimæ ſunt; *Abo* Epiſcopalis ſedes (5), ac *Viburgum* intimo ſinus Finnici receſſu nobile emporium. ♀ (6) Finnia. Abo. Viburgum.

CAP.

ma, *Frugum*, *Mellis*; & *Argento*, *Ære*, *Plumbo*, *Chalybe*, & *Ferro* dives; præcipuè autem circa *Salburgam* Argentum purum nullo alio permixtum Metallo effoditur. Animalibus omnis generis, piſcibus Fluviorum, Lacuum & maritimis mirificè abundat. Eſt tamen multis in locis aſpera, montoſa, humida & paludoſa. Unde & diverſis in locis invia, & rarior ibi Frugum & Fructuum proventus.

BUNONIS.

β *Guthia*, (a) *Gothia* ſeu *Gothlandia* diſcriminatur in *Gothiam Occidentalem*, ſeu *W. ſtrogothiam Weſtergothland*; quæ ſola ex Sueciæ provinciis mare attingit Occidentale; habet *Nilœſiam*, *Scaram* ſeu *Scoram* & *Gothenburg*, cum arce propinqua *Elsburg*; & (b) *Orientalem*, *Oſtrogothiam Oſtergothland*; habet *Lincopiam* & *Vaſtenam* ſeu *Vadſtenam*; ubi S. Brigitta fuit culta; & *Gothiam Auſtralem*, quæ & (c) *Smalandia* dicitur, ubi *Wexo* & (d) *Calmaria* munitiſſima arcem habens & portum. Hoc opidum expugnavit Chriſtianus IV, anno 1611, quod tamen facta pace 1613, Sueciæ Regi reddidit.

γ (e) *Noricæ* provinciæ ſunt (f) *Uplandia*, cujus & totius regni caput eſt (g) *Stokholmia* in inſula ſinus *Meleri* multis & magnificis ædificiis aucta, ſuprà priſtinam ſortem jam longè evecta eſt. In ea quoque provincia eſt (h) *Upſalia* [d]. Hic porrò ſunt (i) *Sudermannia* Stregneſiam: (k) *Weſtmannia* Aroſiam: *Nericia Orebroam* habens: *Warmelandia*, *Geſtritia*, *Helſingia*, *Middelpadia*, *Dalecarlia*, provinciæ. E regione Calmariæ *Oelandia* inſula eſt, Suedis ſubjecta, inter quam & continentem ruit *fretum Calmarienſe*, *der Calmer Sund*.

♂ (l) Ad *Botniam* quoque referuntur *Angrimannia* & *Corelia* provincia, ubi *Corelenburg* & *Kexholm*.

♀ (m) *Finlandiam* Ericus rex Moſcovitis extorſit: figuram habet trianguli, in cujus apice ſunt *Alandiæ Inſulæ*, & *Abo* opidum: in fine ſinus Finnici eſt *Viburgum* [e]. Cæterum (n) *Eſtonia*, provincia Suediæ à Narva ſe extendit Parnoviam uſque, habet (o) *Revaliam* in *Harria*, cujus Epiſcopi ſedes eſt in *Borcholm*. *Dorpatum* in *Ocdenpoa* [f], *Hapſalia* Wichiæ Epiſcopi quondam ſedes, tranſlata Arensburgum in Oeſiliam. In *Jervia* eſt *Vellinum*: in Allentapia *Narva* eſt ad fluvium cognominem; trans quem in ulteriori ripa è regione Narvæ Livonicæ eſt *Ivanogrodum*, ſive *Ruſſorum Narva*, à qua Moſcovitici imperii incipiunt fines.

HEKELII.

[d] Singulari *Joannis Schafferi* doctrina ac fama immortali clara.

[e] Propugnaculum quippe totius Regionis adverſus *Ruthenos* & *Moſcos*.

[f] Clariſſimo *Andreæ Virginii* nomine clara.

BUNO-

(a) Gothia Occidentalis. (b) Orientalis. (c) Smalandia. (d) Calmaria. (e) Noricæ provinciæ. (f) Uplandia (g) Stockholmia. (h) Upſalia. (i) Sudermannia. (k) Weſtmannia. (l) Botnia. (m) Finlandia. (n) Eſtonia. (o) Revalia.

(1) *Civitas hæc inter ornatiſſimas Septemtrionis ducitur. 9 Templa numerat, inter quæ S. Nicolai præcellit. Incolarum numero Briſtoniæ noſtræ æquiparatur: portum tutiſſimum ac capaciſſimum habet, & Commercio cunctas Sueciæ urbes ſuperat. Sex Inſulis fundatur, quæ pontibus plurimis junguntur. Templa ac Palatium cupro teguntur, & Capellum Regum Crucifixo argenteo, ad juſtam hominis magnitudinem extenſo, decoratur. Reges Sueciæ eligebantur uſque ad An. 1683, quo, teſtate plane deſpotica, ordinum inſania inveſtiebantur. (2) Olim etiam regia Sedes, & Templo ditiſſimo Ethnicorum ornata; Antiquitatem enim fabulojam jactat. (3) Pellium Lappianarum & Muſcoviticarum Commercio celebris. (4) De Lappiæ finibus parum inter Scriptores conſtat. Regio & Populus barbariem prorſus ſapiunt. In æſtate Diem continuum per Menſem, & in hyeme Noctem æque longam habent, partibus ſcilicet Septemtrionem ſpectantibus. Qui plura velit, Hiſtoriam hujus regionis per Schefferum legat. (5) Academia etiam ornata. (6) Sæpius a Ruſſis obſidione fruſtra cincta. Sunt qui 100000 Ruſſos ab exigua Finnorum acie fuſos tradunt. Finni enim calceamentis ſibi propriis per Nives facile Iter facientes, & Ruſſos Nive impeditos adorti clade ingenti affecerunt.*

CAP. XXII.

De Italia, & variis ejus nominibus.

I.

Italiæ dignitas.

EXplicatis Veteris Novæque Germaniæ partibus, commodiſſimus nunc videtur locus, à Septemtrionibus verſus meridiem pedem referre, ac tranſgreſſis hinc Alpium jugis Italiam introſpicere. Quin pigeat, quæ omnium dignitate prima erat, eam poſteriore loco dici: quippe terra olim fuit omnium terrarum alumna ſimul & parens: divina providentia electa, quæ ſparſa congregaret imperia, rituſque molliret; & tot populorum diſcordes feraſque linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia; & humanitatem homini daret; breviterque unà cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Jam verò locorum ſalubritatem, cœli temperiem, aprica collium, opaca nemorum, tantam frugum & vitium olearumque fertilitatem, pecorum fœcunditatem, tam innoxios ſaltus, tot munifica ſylvarum genera, tot lacus, tot amnium fontiumque ubertatem, colonias tam frequenteis, tam aſſiduam novarum urbium gratiam, tam clarum decus veterum opidorum: virorum denique ingenia, mores ac ritus, linguaque ac manu res geſtas ſi reputes, nihil toto orbe terrarum commemores, quod huic conferri, nedum præferri, queat. 1

Italiæ nomina.

II. Nomen unde ſortita ſit, variè auctores tradunt: alii quippe à *bobus*, quorum magnitudine pulchritudineque fœcunda eſt, vocitatam Italiam exiſtimant: nam ἰταλὸς veteri ſua lingua dixiſſe Græcos, quos Latini *tauros*: alii veriùs ab *Italo*, rege Siculorum, qui primum agrum Sabinorum & Latium incoluêre, hanc terrarum partem appellatam tradunt *Italiam*: quod poſteà nomen in totam terram, inter Alpes & Siculum fretum, tranſiit. *Heſperia* etiam dicta fuit Græcis, à veſpertino ſidere Heſpero: quia illis in occaſum ſita erat. *Saturnia* (1), *Auſonia* (2), *Oenotria* (3), *Latium* (4), quanquam ab antiquiſſimis Græcis, poſteà etiam à Latinis Poetis pro univerſa Italia ponantur, partium duntaxat fuêre nomina. α

(1) *A Saturno ibidem latitante cum pulſus a Jove filio fuiſſet, & in Societatem Regni a Jano aſcitus, cui Agriculturam docuiſſet.*

Italiæ fines.

III. Cæterùm natura imperio Romano proſpiciens, mari Supero Inferoque, & altiſſimis Alpium jugis, ſeu firmiſſimo vallo, foſſaque altiſſima totam undique cinxit. *Terminos* igitur habet a Septemtrionibus Alpes: ab Ortu Arſiam

(2) *Ab Auſoniis primis Incolis.*

(3) *Ab Oenotro Duce Arcadio huc advecto, ut vult Dionyſius Halic.*

(4) *A Latino Rege Fauni Filio, poſt Æneæ tempora, uti idem Dionyſius, & pleriq; Rom. Scriptores.*

BUNONIS.

α A Scriptoribus Italiæ aliis præterea appellatur nominibus; diciturque *Argeſſa* [a], *Cameſene*, *Chone* ſive *Chonia* [b], *Tyrrhenia*, & *Græcia Magna*.

HEKELII.

[a] *Apennina*, *Saleumbrona*, *Vitullia*, aut *Vitalia*.
[b] S. *Chaonia*.

REISKII.

1 (a) Italia ſive originem ſive ſignificationem cogites, uſu æquivoco vel ambiguo non caret. Nec enim inter omnes veteres tenetur illa derivatio, qua Italiam ἀπὸ τοῦ Ἰτάλου, *i. e.* à tauro Apollodorus dictam voluit lib. 2. nec ex rege Italo: Apud novos item varia extat. Bochartus à punico vocabulo עיתריא *Iturgia*, *i. e.* pice voluit deduci, & pœnis ad Italiam inferiorem digreſſis auctoribus. (b) Brutia enim tellus picis multum progenuit, progenitumque aliis communicavit: Hinc eam veterum Italiam fuiſſe, multis ex locis aperte Bochartus comprobat lib. I. Chanaan cap. 33. Ergo Italia vel totam regionem pro uſu hodierno, vel partem regionis extimam, & freto Siculo vicinam pro uſu antiquiori ſignificat. (c) Sic multa ſolum parti nomina debentur, non toti congruunt niſi κατὰ συνεκδοχήν: Nec mirum eſt, adeo de finibus Italiæ inter veteres & novos; Item de variis diviſionibus adeo diſcordari. Confer Cluverium Ital. Antiq. lib. 1. Nec enim termini eidem antiquæ ac novæ Italiæ convenient, nec eædem pro diverſo tempore partitiones, ſi Geographiam veterem imperii Rom. notitiam conſulas, & quatuor præfecturæ Italicæ Diœceſes.

BUNO-

(a) Italia non à tauro. (b) Sed pice. (c) Nec tamen tota.


Tab 18
pa 174
ITALIA ANTIQUA
HELVETII
NORICI PARS
GALLIÆ PARS
MARE SUPERUM Sive HADRIATICUM
MARE LIGUSTICUM
MARE INFERUM Sive ETRUSCUM
MARE SICULUM
AFRICÆ PARS
LIGURIA
Tricorn
Albium Ingaunum
Forum Iuly
Heraclia
Ostrico
Metalla
Populum
Calatha I.
Stora
Hippen
Thabata
Apulia
Lucania
Sinus Callipolis
Promont Salentium sive Lapigium
Lametia
Pachimim pr.
Ioⁿ. Senex sculp



Arsiam Histriæ flumen & mare Superum, qui & *Hadriaticus sinus* dicitur: à Meridie mare Inferum sive Tuscum: ab Occasu iterum Alpes & Varum amnem. β (1)

IV. *Longitudo* ejus summa est ab Alpino fine *Augustæ Prætoriæ* quæ vulgo nunc *Aosta*, per urbem *Romam Capuamque* meante cursu ad *Rhegium* opidum & *Leucopetram* promontorium, quod vulgo *Capo de l' Arme*, millium passuum IↃCCCC, id est, mill. German. CCXXV. *Latitudo* varia est. At subter Alpes millium passuum, IↃLX, id est, mill. German CXL; medio cursu inter *Anconam* & *ostia Tiberina* millia passuum CXXXVI, id est, mill. German. XXXIV. Veteres *querno folio* eam assimilarunt: at nostri ævi homines γ *cruri humano* (2). Longitudo. Latitudo. Figura Italiæ.

BUNONIS.

β *Formio* amnis ultra Aquilejam VI millia passuum ab Ravenna CLXXXIX M. pass. antiquus auctæ Italiæ terminus est, nunc Istriæ. *Plin. l.* 3. *c.* 18.

γ *Cruris humani tibia* respicit mare Inferum, & *sura* Superum; *medium suræ* est in Cumerio promontorio apud Anconam; *poples* apud Ravennam; *genu* ad portum Liburnum. Inde *pars ima femoris* sese attollit ad Alpes usque. *Pes* Siculo Ionioque mari alluitur; duo sinus, Tarentinus & Scylacius, faciunt *Plantæ* cavitates. *Calcaneus* esse potest Japygium promontorium apud Hydruntum opidum, quod vulgò *Otranto*. Pro *calcari* erit mons Garganus. Digiti pedis erunt apud fretum Siculum, circa Rhegium & Leucopetram.

(1) *Ptolemæus Lib.* 3. *Cap.* 1. *etiam gentes nonnullas trans Alpes sitas in Italia censuit; in hoc autem ab aliis discrepat.*

(2) *La Forest Longit.* 700 *m. pass. & Latitud.* 280 *statuit.*

CAP. XXIII.

De divisione veteris Italiæ.

I.

DIvisa fuit olim Italia (1) aliter aliis subinde temporibus; prout gentium migrationes finiumque commutationes factæ sunt. Nos eam maximè divisionem sequemur, quæ sub primis Romanorum Imperatoribus fuit. Postquam Gallorum inter Oceanum, Rhenum, Alpes, Internum mare & Pyrenæos montes incolentium ingens multitudo, variæque nationes trans Alpes profectæ, eam Italiæ partem obsederunt, quæ inter Alpes & Apenninum ad Æsim usque flumen, prope Anconam porrecta est; GALLIA hæc Romanis dicta est ITALICA: item *Gallia Citerior*, & *Cisalpina*; *item Gallia Circumpadana*, & *Togata* à toga Romana, quia vestitum rituque Romanorum assumserat: quum trans Alpes *Ulterior Gallia* diceretur *Comata*, à coma seu cæsarie, quam incolæ ejus alebant: pars autem Transalpinæ Galliæ à braccis, femorum tegumento, *Braccata*, quæ eadem *Narbonensis provincia*. Sed sub eadem Galliæ Togatæ provincia comprehendebantur etiam alii populi; ut ad mare Inferum, *Ligures*: ad Superum, *Veneti*, *Carni*, *Histri*; in Alpibus, *Taurini*, *Salassi*, *Lepontii*, *Euganei*: & qui posteà provinciam per se una cum Transalpinis populis, Vindelicis atque Noricis conficiebant, *Rhæti*. Post Galliam Togatam primi sequebantur sub Apennino *Etrusci*, sive *Tusci*: ultra hos ad utrumque Apennini latus *Umbri*: Infra hos *Sabini* ac *Latini*, *Æqui*, *Volsci*, atque *Hernici*: Juxta Umbros ad mare Superum erant *Picentes*; dein *Marrucini*, *Vestini*, *Frentani*, *Peligni*, *Marsi*: ultra hos in mediterraneo *Samnites* & *Hirpini*: infra *Samnites* ad mare Inferum *Campani*: mox *Picentini*. Frentanis Hirpinisque jungebantur *Apuli*, Inde *Calabri* & *Salentini* lævum Italiæ cornu insidebant. Sub Apulis erant *Lucani*, ad utrumque mare. Sub his in dextro cornu & extimo Italiæ angulo erant *Brutii*. Divisio Italiæ.

(1) *Ab ipsa natura Italia per Apennini Juga, quæ omnem, a Liguria ad fretum usq; Siculum, transcurrunt, est divisa, indeque duo maria, Superum quod trans Apenninum est, & Inferum quod cis eundem Montem est, denominantur; inde quoque populi, & arbores, & aliæ res in Supernates & Infernates dividuntur, uti liquet ex Plinio & aliis. Superum Mare vulgo Hadriaticum sive Adriaticum, Inferum Mare autem Tyrrhenum vocatur.*

CAP.

CAP. XXIV.

Ligures, Taurini, Cottii & Ideonni regna, Salaſſi, Lepontii, Euganei, Rhæti, Veneti, Carni, Hiſtri.

I.

Ligoriæ termini.

α LIguria inter Varum & Macram amnes, mareque Liguſticum & Padum fluvium ad Placentiam uſque porrecta, caput gentis Ligurum habuit

Genua.

β *Genuam*, vulgo nunc *Genova*.

Nicæa. Portus Herculis Monœci.

Reliqua inde opida clara fuere in ora maritima, γ *Nicæa* & δ *portus Herculis Monœci* à Græcis Maſſilienſibus condita; inde

Albium Intemelium. Albium Ingaunum.

Liguſtica opida ε *Albium Intemelium*, & *Albium Ingaunum*, quæ vulgò contracte dicebantur *Albintemelium*, *Albinganum*, nunc *Vintimilia* & *Albenga*. Hinc

Vada Sabatia. Pollentia. Alba Pompeja. Aſta, Aquæ Statiellæ. Dertona. Iria.

ζ *Vada Sabatia*, nunc *Savona*. Intus fuêre η *Pollentia*, *Alba Pompeja*, ϑ *Aſta*, *Aquæ Statiellæ*, ι *Dertona*, *Iria*, quæ vulgò nunc dicuntur, *Polenza*, *Alba*, *Aſte*, *Acqui* ſive *Aich*, *Tortona*, *Voghera*. [1]

Taurini. Cottii. Seguſium.

II. Liguribus jungebantur *Taurini* inter Padi lævam ripam, Alpium radices & Orgum fluvium. Caput gentis olim κ *Auguſta Taurinorum*, nunc vulgo *Turino*.

III. His finitimi erant *Cottii* & *Ideonni* regulorum regna in Alpibus. Cottiani regni caput fuit λ *Seguſio*, ſive *Seguſium*, nunc *Suſa*.

IV. His

BUNONIS.

α (a) *Ligures* Celtici fuêre generis; quippe quibus Salyes Galli ſeu Celtæ ſimiles fuêre ſermone, moribus & cultu: fœminas hujus gentis ad operam locatas, ſi peperiſſent, ſtatim ad foſſionem & ſarculum rediiſſe tradunt auctores.

β (b) *Genuam* poſterioris ævi homines dixere *Januam*, quaſi à *Jano* conditam; Antiquiſſimis temporibus fuit præcipuum Liguſticæ oræ opidum & emporium, à Magone Carthaginienſi excitam Romani reſtituerunt.

γ (c) *Nicæa* hodie *Nizza* nomen habere videtur ἀπὸ τῆς νικᾶν à *vincendo* [a].

δ (d) *Herculis Monœci portus* hodiè *Monaca* dicitur. Heic *Mancino* Coſ. in Hiſpaniam ituro prodigia accidiſſe ſcribit *Valerius Max. lib. 1. cap. 6.*

ε *Albium* nomen traxiſſe videtur ab Alpibus, qui olim *Albii* montes dicti.

ζ Ad (e) *Vada* iſta fugiens conſtitit Antonius, *Cic. l. XI. Famil. Epiſt. 10. & 13.*

η (f) *Pollentia* ſub *Arcadio* & *Honorio* Imperatoribus mutua Romanorum Gothorumque clade nobilitata. *Oroſius l. 7. cap. 37. & Caſſiodorus in Chron.*

ϑ (g) *Aſta* hodie *Aſte* & *Aſti* dicta; urbs eſt magna, ſplendida & opulenta.

ι (h) *Dertona* olim urbs inſignis inter Genuam & Placentiam L millibus paſſuum ab utraque diſtans.

κ (i) *Auguſta Taurinorum* ad Padum ab Hannibale expugnata eſt. Hodie Sabaudiæ ducum ſedes caſtello munitiſſima.

λ (k) *Seguſium* dictum lingua Celtica *Segebuſen* ab amne *Sege*, qui nunc eſt *Semar*, in Duriam influens. Cæterum per Alpes Cottias ut plurimum utebantur via Romani ex Italia in Galliam commeantes: (l) *Cottii* regnum patuit inter Ortum & Occaſum à *Finibus*, uſque ad *Eborodunum* opidum: inter Septemtriones ac Meridiem à Grajis Alpibus ad maritimas uſque.

HEKELII.

[a] Concilio Œcumenico I clara eſt, ubi CCCXIIX Epiſcopi hæreſin *Arii* damnârunt, & Occidentalium ſententiam de *Paſchate celebrando die Dominica*, quæ incidat in Lunam 15, 16, 17, 18, 19, 20, vel 21, poſt æquinoctium vernum probârunt. Quo tempore autem id factum vid. *Joan. Henr. Alſtedii* Sect. XXXVI. *Theſauri Chronol.* p. 340. Edition. 2.

REISKII.

1 (m) Alpes heic pro diverſis gentium limitibus figuntur juga, nempe illa Europæa continua; unde montium Pyrenæorum, & omnium reliquorum, nec non fontium, fluminum ac fluviorum origines. Nomen ab albedine habent, ſi Feſtum audias, cum Sabini *quondam alpum pro albo dixerint*. Sin Bochartum audias, ex voce Punica אלבן *albon*, i. e. *albeſcendo*. Sunt autem vel maritimæ per Liguriam, vel Cottiæ, vel Grajæ; vel Rhæticæ, ſeu Tridentinæ; vel Noricæ, vel Carniæ, vel poſtremo Juliæ ſeu Pannoniæ: Iis vicinum eſt mare Superum à ſitu Boreali dictum; ſicut Inferum ab Auſtrali dicitur. Gentes hinc variæ, multæ nimium diffuſæ, uti vetera ſic ſenſa diverſa novis pariunt Auctoribus, ipſi Cluverio noſtro per antiquam Italiam progreſſo. Quid de urbibus nonnullis, præſertim deſitis aut everſis? Sic (n) *Aquilegia* totius Hiſtriæ prima urbs, in ſinu maris intimo

(a) Ligures. (b) Genua. (c) Nicæa. (d) Herculis Monœci portus. (e) Ad Vada. (f) Pollentia. (g) Aſta. (h) Dertona. (i) Auguſta Taur. (k) Seguſium. (l) Regni Cottii termini. (m) Alpes unde variæ. (n) Aquilegia.


ITALIÆ GALLICÆ
sive
GALLIÆ CISALPINÆ
Conterminarumque Terrarum
Vetus et nova Descriptio –
MARE LIGUSTICUM
MARIS SUPERI sive HADRIA
SINUS PARS
ET RURIA PARS
SABINORUM PARS
VINDELICIÆ PARS
NORICI PARS
PANNONIÆ PARS
Alpes Tridentinæ
Alpes Pennin
Alpes Graiæ
Alpes Cottiæ
Alpes Maritimæ
Appennini Mons
TRANSPADANA REGIO
CISPADANA
GALLIA
Sequani
Helvetii
Rhæti
Leponti
Idronj Regnum
Libicii
Ananes
Cenomani
Brixiani
Veronenses
Venetia
Istria
Carnia
Liburnia
Regnum
Ligures Apuani
Ligures Montani
Ligures Capilati
Vediantii
Epanterii
Ingauni
Statielli
Taurini
Insubres
Boji
Senones
Septemviri
Ravenna
Arretium
Perusia
Spoletium
Interamna
Narnia
Ameria
Reate
Tiber
Padus
Athesis
Brigantium
Vindelicia
Noricum
Pannonia
Alpes Tridentinæ
Alpes Pennin
Alpes Graiæ
Alpes Cottiæ
Alpes Maritimæ
Appennini Mons
Transpadana Regio
Cispadana
Gallia
Sequani
Helvetii
Rhæti
Leponti
Idronj Regnum
Libicii
Ananes
Cenomani
Brixiani
Veronenses
Venetia
Istria
Carnia
Liburnia
Regnum
Ligures Apuani
Ligures Montani
Ligures Capilati
Vediantii
Epanterii
Ingauni
Statielli
Taurini
Insubres
Boji
Senones
Septemviri
Ravenna
Arretium
Perusia
Spoletium
Interamna
Narnia
Ameria
Reate
Tiber
Padus
Athesis
Brigantium
Vindelicia
Noricum
Pannonia



IV. His iterum continuabantur *Salaſſi*, in valle quam *Duria* amnis mediam ſecat. Horum caput μ *Auguſta Prætoria*, nunc vulgò *Aoſta*; inde ν *Eporedia*, nunc *Invrea* & *Ivrea*. Salaſſi. Auguſta Prætoria. Eporedia.

V. Salaſſis contermini erant porro ξ *Lepontii*, circa lacum Verbanum, vulgo nunc *Lago Maggiore*, flumina, quæ is recipit. Caput fuit *Oſcela* ο, vulgo nunc ad *Teſam* amnem *Domo d' Oſcela*. Lepontii. Oſcela.

VI. Lepontios ſequebantur in Alpibus *Euganei* inter Larium ſive Comenſem Lacum & Atheſim fluvium. Horum opida fuêre π *Anaunia* ſive *Anonium*, *Sarraca* & ϱ *Vannia*, vulgò nunc *Caſtel Nân* ſive *Nôn*, *Sarca* & *Civida* ad Ollium fluvium, dein σ *Clavenna*; & item τ *Telium* in Valle Tellina. Nobiliſſimi Euganeorum populi fuêre *Sarunetes* in Vallibus Clavennenſi & Tellina; *Vennones*; ad Ortus Atheſis amnis; *Camuni*, nunc *Val Camonica*; ad Ollium fluvium *Trumplini*, ſive *Triumplini*, nunc *Val Troppia* ad Melam amnem. Euganei. Anaunia. Sarraca. Vannia. Clavenna. Telium. Sarunetes. Vennones. Camuni. Triumplini.

VII. Supra Euganeos fuêre *Rhæti*, duce *Rhæto* ex Tuſcis, quum hi pellerentur Circumpadanâ regione à Gallis, orti. Fines habuêre à Rheni fontibus, ad fontes uſque Dravi amnis in Danubium defluentis. Caput eorum υ *Tridentum*, nunc vulgò *Trento*. Reliqua opida clariora; *Curia* vulgo nunc *Chur*, Italis *Coira*, φ *Feltria*, *Belunum*, nunc *Feltre*, *Belluno*. At χ *Verona* celeberrima omni ævo urbs, ab Euganeis ſimul & Rhætis condita fuit. Rhæti. Tridentum. Curia. Feltria. Belunum. Verona.

VIII. *Rhætis* ab Ortu Solis proximi fuêre ↓ *Veneti* [b], quos fabuloſa Græcorum antiquitas ex Paphlagonum, ad Pontum Euxinum gente, duce *Antenore* à Trojæ excidio huc deduxit. Alii veriùs Illyricum fecêre populum. Veneti.

intimo emporiumque florentiſſimum, ubi Cæſarum ſedes temporaria, ſynodorum vero crebrior, & Patriarcharum aſſidua: Nunc nihil niſi nomen ſupereſt ab aquilegio, *i. e. ab aquarum copia* deductum, uti Voſſius Obſervat. ad Pomp. ex Codd. MStis, & inſcriptionibus contendit, non *ab aquila*, ceu *Julianus* in Orat. voluit. In locum urbis fata & tempora Venetias reſervaſſe, qui dixerit, non errâſſe videbitur: Portentoſa de Patavinis originibus narratio, nec non de *Livianis*, quos ibi repertos Itali crediderunt, cineribus atque oſſuariis fama, quam parum ſolidæ veritatis contineat, Morhofius libro ſingulari egregiè docet.

BUNONIS.

μ (a) Ab *Auguſto Cæſare* hæc urbs condita & dicta eſt; *Prætoria* cognominata, quia Prætorianorum colonia eò deducta eſt. Hodie Germanis dicitur *Augſt*.

ν (b) *Eporedia* C annis ante Chriſtum natum condita. (c) *Salaſſi* conterminos habuere ab Occidente Ideonni regnum & Centrones: à Septemtrionibus Veragros: ab Oriente Lepontios: à Meridie Taurinos & Libicios Gallos.

ξ (d) *Lepontii* habuere ab Occaſu hyberno Salaſſos: ab Occaſu æſtivo Penninam Vallem, quæ hodie *Valleſia*, Germ. *das Walliſer Land*: à Septemtrionibus Helvetios atque Rhætos: ab Ortu trans Larium lacum Euganeos: à Meridie Orobios Inſubres, & Libicios Gallos.

ο *Oſcela* Germanis hodiè dicitur (e) *Thum im Eſchenthal*, & ipſa Vallis *das Eſchthal*.

π (f) *Anaunium* ſupra Tridentum eſt. Vallis quam Noſius fluvius, in Atheſin defluens, ſecat, cognominatur *Val di Non*: at ſuperiori parte *Val del Sol*, Germ. *das Sultzthal*.

ϱ (g) *Vannia* etiam fuit in Carnis.

σ (h) *Clavenna* Germ. *Claven*, Italis *Chiavenna*.

τ (i) *Telium* Germ. *Tell*, Italis *Teglio*. Regio illa hodie maximè nobilitatur vino, quod ſuavitate reliqua omnia præſtare vina dicitur. *Vallis Tellina*, Germanis dicitur *das Beldlin*.

υ (k) *Tridentum* Atheſi amni appoſitum eſt. [c]

φ (l) *Feltria* in confiniis Carnorum & Venetorum poſita etiam nunc Epiſcopali ſede claret.

χ (m) *Veronam*, Germanicè *Dietericbs Bern*, Atheſis amnis fere mediam nunc ſecat; olim alluebat tantùm. Nullibi in tota Italia Gallica tot reperiuntur antiquitatum monumenta, quot hèic, tam in ipſa urbe, quàm in agro paſſim. *Catullo* Poetæ venuſtiſſimo patria eſt [d]. Æquiparatur hodiè Venetiis, Romæ, & Neapoli; illis lacu, illi nobilitate, huic tribus Caſtellis.

↓ (n) Limites *Venetiæ* fuerunt ab Ortu ſolis mare Hadriaticum, & Tilavemptus amnis: à Septemtrione idem amnis: ab Occaſu Liquentia fluvius. Hinc lineâ per Baſſianum & Brigantiam ad Delgæ fontem ductâ, mox ipſo Delga ad Atheſim uſque ab Euganeis & Rhætis diſterminabatur. Inde ipſo Atheſi uſque ad opidum Hoſtiliam: à Meridie ipſo Pado à Gallia Togata ſeparabatur.

HEKELII.

[b] Hi, Milites quippe intrepidi, (ut multa Loca alia illuſtria jam taceam) *Calamatam*, *Carnatam*, *Chifalam*, *Coronam*, *Portum Navarinum*, qui olim *Zonchio*, hodie verò *Germanis Alt-Navarin* dictus, ut & *Moream* Inſulam ante biennium ☉. d. XXX, *Maj.*

(a) Auguſta Prætoria. (b) Eporedia. (c) Salaſſorum termini. (d) Lepontiorum termini. (e) Thum im Eſchthal. (f) Anaunium. (g) Vannia. (h) Clavenna. (i) Telium. (k) Tridentum. (l) Feltria. (m) Verona Catulli patria. (n) Venetiæ regionis limites.

lum. Euganeorum, qui inde in Alpes ſeceſſerunt, occupârunt agrum ad mare Hadriaticum, inter Padum amnem & Timavi fonteis. Caput Venetorum ω *Patavium*, nunc *Padoua*, ab *Antenore* Trojano conditum, vel auctum. Inde opida celebria, α *Atria* ſive *Adria*, nunc *Adri*, à Tuſcis quondam conditum; unde mari ſeu ſinui Adriatico cognomen: tum *Ateſte*, nunc *Eſte*: *Vincentia*, nunc *Vincenza*; & β *Altinum*, ex quo, præter nomen & tenuia quædam ruinarum veſtigia apud Silim fluvium, nihil nunc reliquum eſt. Hinc ſequebantur *Tarviſium*, γ *Opitergium*; nunc *Treviſo* & *Oderzo*: & δ *Concordia*, cujus nomen manet.

Patavium.
Atria.
Ateſte.
Vincentia.
Altinum.
Tarviſium.
Opitergium.
Concordia.

IX. Reliquam hinc Euganeorum ſeu Venetorum oram ad Formionem uſque amnem, qui nunc *Riſano* eſt, apud opidum *Capo d' Iſtria*, *Carnorum* poſteà obtinuit populus. Urbs heic, quondam potens atque ingens inter primas Italiæ ε *Aquilegia*, nunc *Aquileja* deſerta planè. Inde clara opida, ζ *Forum Julii*,

Carni.
Aquileja.
Forum Julii.

Styl. vet. ſeu d. IX. *Jun.* Styl. novi; anno verò ſuperiori m. *Auguſt.* ipſum *Moreæ* Regnum, & in eo imprimis *Corinthum* Metropolin, eamque multis antiquis Rebus claram, & poſteà *Athenas*, omnium Artium atque Scientiarum Matrem, è *Turcica* tyrannide glorioſe eripuerunt, atque ubique contra hoſteis ac perſecutores *Chriſtiani* nominis maſculè ſeſe præſtiterunt. Ecquid dicam? Ipſam *Candiam* & *Caneam* à *VENETIS* excellenter animoſis, utpote quorum SERENISSIMA RESPUBLICA, *Carolo Patino*, illuſtriſſimo PATAVINORUM illuſtrium *Phœbo*, in litteris d. XVII *Junii* Styl. nov. anno 1682, humaniſſimè ad me datis, meritò conteſtante *Litteratorum eruditiſſimis venatrix* eſt *continua*, per ſupremum Militiæ navalis Prætorem, MOROSINIUM, aſſiſtente DEO, feliciter expugnatas eſſe, *Relationes* COLONIENSES *Latinæ extraordinariæ* in fol. Num. LXVII. ſub dato d. XIX huj. m. *Auguſt.* Styl. novi è *Tractu Rheni* (ſi aliter illis Fides eſt adhibenda) hoc confirmant modo: *Vehementiſſime anhelamus ad confirmationem eorum, quæ nuper ex* Italiâ *accepimus de* CANDIA & CANEA *expugnatis per* Generaliſſimum MOROSINIUM *abſque ullius viri internecione adminiculo domeſticæ rebellionis. Nuncium illud non ſolum ad nos, ſed & ad* Belgas, Hamburgenſeiſque *delatum. Si veritati fuerit conſentaneum, inter* Chriſtianos *omneis multum ſibi gratulabitur* MOROSINIUS, *ſe* Regnum CANDIACUM *abſque ſanguinis Chriſtiani profuſione recuperaſſe, quod olim ultra viginti annos obſeſſum a* Turcis, *& ab eodem cum internecione ultra centies mille* Turcarum *generoſe propugnatum fuit, uſque dum* 22 Septembris *anno* 1669 *ſubjugaretur, a quo tempore ſubjacuit jugo* Turcico. Hæc ex *Latinis* Colonienſium *Relationibus*. Quapropter meum votum eſt, ut DEUS noſter omnipotens VENETIS iſtis fortiſſimis atque feliciſſimis gratiâ atque auxilio ſuo valido ex gratiâ porrò adeſſe velit.

[c] Gaudet *Epiſcopatu*, & celebre eſt *Concilio* in Templo *della Madonna* ibi celebrato. Egregium eſt *Cathedrale* & ad *Div. Petri* Templum, in quo Infans à *Judæis* interfectus videtur.

[d] Atque etiam *Cottæ*; *Fracaſtorii* & utriuſque *Scaligeri*, Poëtarum eximiè inſignium ac venuſtorum Patria eſt.

BUNONIS.

α (a) *Patavium*, *T. Livii* hiſtorici Romani Patriam, *Mela* inter opulentiſſimas Italiæ urbes computat: hodiè floret Academiâ [e]. Ad Patavium pertinet Arquadum vicus, ubi *Petrarchæ* ædes & ſepulchrum.

α Nobilem ad *Hadriam*, ſive *Adriam* fuiſſe portum teſtis eſt Plinius.

β (b) *Altinum* in paludibus ſitum, & palis ſuperſtructum fuiſſe docet Strabo.

γ (c) *Opitergium* à Quadis & Marcomannis exciſum.

δ (d) *Concordia* Epiſcopatus titulo hodiè clara, ſed ædificiis & cultoribus deſerta eſt. *L. Annius Antoninus Verus* inter Concordiam & Altinum apoplexiâ exſtinctus eſt. Ad XXV lapidem à Patavio in mediis ſtagnis marinis regina nunc Italicarum urbium conſpicitur (e) *Venetia* ſive *Venetiæ* urbs; inſulis compluribus ſuperſtructa, ſubitis incrementis & imperio, quam antiquâ origine, clarior. Etenim *Theodorici* Gothorum Regis & *Caſſiodori* tempeſtate nulla ibidem fuit opidi forma; ſed Cycladum ſimilitudine per æquora longè patentia domicilia, quæ tamen poſteà, quum *Longobardi Alboino* duce Venetiam regionem invaderent, in opidi formam congregata fuerunt. Ex tam tenuibus principiis, intra paucorum ſeculorum ſpatium, tam potens facta eſt civitas.

ε (f) *Aquilegia* ad Natiſonis ripam, haud procul à litore maris Adriatici olim fuit urbs opulenta, quam ditem reddidit ſitus negotiationibus maximè opportunus. Clauſtrum & propugnaculum Italiæ fuit ab ea parte. Quare eam duo Conſulares viri contra Maximinum præoccupârunt. Sic poſteà Conſtantinus contra Conſtantium fratrem; ſic deinde Maximus contra Theodoſium Imperatorem eandem præoccupare ſtuduerunt. Caput fuit totius Venetiæ ſub poſterioribus Imperatoribus. Eam urbem Hunnorum Avarumque Rex Attila expugnavit ac diruit. Hodiè ad exiguas reliquias redacta à paucis habitatur piſcatoribus. *Ruffinus*, qui Joſephi Scriptoris Judaici quædam in Latinum convertit ſermonem, fuit Aquilejenſis.

ζ (g) *Forum Julii* montibus undique cinctum inſtar Theatri eſſe docent, quæſitum ejus pingunt.

HEKELII.

[e] A FRIDERICO I fundatâ, ubi inſigni cum laude quàm diutiſſimè docuit *Octavius Ferrarius*, Orator celeberrimus, in cujus locum *Carolus Patinus* Philo-

(a) Patavium. (b) Altinum. (c) Opitergium. (d) Concordia. (e) Venetiæ urbs. (f) Aquileja Ruffini patria. (g) Forum Julii.

lii, nunc vulgo *Cividad di Friuli*; ν *Julium Carnicum*, nunc *Zuglio*, in ruinis inter Tilavemptum fluvium & Alpes: *Vedinum*, vulgo Germanis nunc *Weiden*, Italis *Udene*. Circa Venzonum ϑ *Noreia* fuit Tauriſcorum urbs, qui inde poſteà *Norici* trans Alpes dicti. *Tergeſte* item, vulgò nunc *Trieſte*, clara olim Hiſtrorum primùm urbs, poſt Romanorum fuit colonia, Carnorum provinciæ attributa. ι Sed in primis celebratus in hac ora fuit Græcis pariter ac Latinis monumentis *Timavus* amnis, inter Aquilejam & Tergeſte, ſeptem capitibus exoriens, uno oſtio poſt mille haud amplius paſſus in mare emiſſus.

Julium Carnicum. Vedinum. Noreia. Tergeſte. Timavus fl.

X. Poſt Carnos igitur eſt κ *Hiſtria*, & populi Hiſtri. Regio ſeu Peninſula inter Formionem & Arſiam amneis in mare procurrit. Caput gentis fuit *Pola*, à Colchis, Jaſonem & Medeam perſequentibus, olim condita. Inde celebria opida, *Parentium* & *Ægida*, nunc *Parenzo* & *Cabo d' Iſtria*: item λ *Neſactium* ad Arſiam fluvium, nunc *Caſtel Nuovo*.

Hiſtria. Pola. Parentium. Ægida. Neſactium.

Philologorum ac Medicorum illuſtriſſimus & Antiquitatum nobiliorum Stator incomparabilis, tenuitatem meam Ann. M DC LXXXII, d. 17. *Jun.* Styl. nov. præter meritum, quod mente agnoſcam perpetuò gratiſſimâ, promiſſis uberioribus additis, erat provecturus. Clarent inter Medicos quoque ibidem *Antonius* & *Dominicus de Marchettis*, *Jo. Fortis* & *Jacob. de Pighi*.

BUNONIS.

ν *Julii Carnici* veſtigia exigua nunc exſtant, inter Crucis montem Tilavemptum Deamque ad Butim amnes ſita, III millia paſſuum ſuprà Tolmetium opidum.

ϑ (a) *Noreia* fuit olim circa opidum *Venzonem*.

ι In Carnis eſt vicus vulgò *S. Canzan* dictus: apud quem ex montis excelſi radicibus magna vis aquarum per complures fontes magno cum ſtrepitu erumpit; moxque cuniculo ſubterraneo tota conditur ita, uti nuſquam ampliùs appareat, donec poſt XIV milliaria apud vicum vulgò *S. Giovanni di Cherſo* dictum, iterum cum pluribus ingentibuſque eructetur fontibus eâ naturâ præditis quam Timavi fontibus aſſcripſerunt veteres. (b) *Timavus lacus* à mari abeſt III milliaribus, de quo apud *Livium l.* 41.

κ (c) *Hiſtriæ* termini habentur ab Ortu Arſia amnis Italiæ finis: à Septemtrionibus Alpium juga: ab Occaſu à Venetiis Timavo flumine, à Carnis Formione ſubmovebantur. *Formionem* fluvium Iſtriæ terminum tamen ſtatuit Plinius *l.* 3. *c.* 18. Iſthmus ejus eſt inter Arſiæ fontem & proximam Formionis ripam.

λ *Neſactium*, quod Italiæ finem facit Ptolemæus, fuit ad oſtium Arſiæ fluminis dextra ripa.

(a) Noreia, Venzon. (b) Timavus lacus. (c) Hiſtriæ termini.

CAP. XXV.

De Gallis Ciſalpinis. ι

I.

GAllicæ gentes trans Padum fuêre, *Libici*, *Lævi*, *Inſubres*, *Orobii*, *Cenomani*. α *Libicorum* caput fuêre β *Vercellæ*, nunc *Vercelli*; γ *Lævorum* δ *Tici*.

Libici. Vercellæ. Lævi.

BUNONIS.

α (a) *Libici* ſeu *Lebecii* & *Libecii* terminos ab Occaſu habuerunt Orgum flumen: à Septemtrionibus Alpium radices: ab Ortu Guniam fluvium: à Meridie Padum inter Guniæ & Orgi confluentes.

β In Campis *Vercellenſium* cum *Cimbris* pugnârunt, & cruenta victoria potiti, *C. Marius* & *Q. Catulus*.

γ (b) *Lævi* ab Occaſu habuerunt Guniam fluvium; à Meridie Padum; ab Ortu Lambrum fl. à Septemtrionibus lineam ſuper Novariam à Gunia ad Biagraſſum oppidum ducendam: Inde minor Ticinus qui in Lambrum confluit: ab hoc confluente alia rurſus linea ducenda eſt ad Adduæ Padique confluentes.

REISKII.

ι Hæc Ciſalpina Gallia quàm primùm Italiæ acceſſit, vel *nova* Italia, vel *acceſſoria* vocabatur, & ab Octavii Aug. Cæſaris ætate regiones octavam, nonam, decimam atque undecimam comprehendebat, Vicario Præfecto prætorio commiſſas. Caput inter reliquas Mediolanum extitit, quam Μητρόπολιν Ιταλίας Athanaſius Parreſque Sardicenſes nuncupant, nec ab Rom. Epiſcopo dependentem Salmaſius, Blondellus, Petruſque de Marca lib. I, cap. VI, comprobant. Huic toties obſeſſæ pro Lombardia coercenda, toties captæ ac funditus everſæ, dum Germanici Cæſares incumbunt, Italia æque tota ſenſim noſtro imperio ſubdu-

(a) Libicorum termini. (b) Lævorum fines.

Ticinum. Novaria. Insubres. Mediolanum. Laus Pompeja. ForumDiug. Moguntiacum. Orobii. Comum. Bergomum. Forum Licinii. Cenomani. Brixia. Cremona. Mantua. Ananes. Placentia.

δ *Ticinum*, nunc *Pavia* : eorundem fuit ε *Novaria*, nunc *Novara*.

II. ζ *Insubres* omnium Gallicarum in Italia gentium fuêre validissimi. Caput eorum η *Mediolanum*, vulgò nunc Italis *Milan*, German. *Meyland*. Opida hinc clara; ϑ *Laus Pompeja*, nunc *Lodi*; *Forum Diuguntorum*, nunc *Crema*; *Moguntiacum* sive *Modicia*, nunc *Monza*.

III. ι *Orobiorum* fuêre κ *Comum*, λ *Bergomum*, *Forum Licinii*, nunc vulgo *Como*, *Bergamo*, *Berlasina*.

IV. Ultra Insubres Orobiosque incoluêre ad Venetiam usque μ *Cenomani*; quorum caput *Brixia*; nunc *Brescia*, sive *Bressa*. Præterea celeberrimæ urbes, ν *Cremona*, & ξ *Mantua*, à Tuscis quondam condita.

V. At cis Padum Gallici populi fuêre *Ananes*, *Boji*, *Senones*. ο *Ananes* Liguriæ continuabantur circa π *Placentiam* Romanorum coloniam, vulgo nunc *Placenza*.

VI. Inde

subducitur. Sed res illæ medii fuerunt ævi; Ultimi sunt gentes illæ quarum hoc sit mentio, Boji permultis etiam migrationibus famosi: Horum tria genera Velserus, Golzius, Spanheimius numerârunt; *unum Vindelicos inter Bavarosque, alterum in Bojæmia vel Bojohæmia; Tertiumque in Allemannia, sive Suevia hodierna.*

BUNONIS.

δ (a) *Ticinum* à flumine nomen accepit [*a*]. Bello Punico secundo vicus tantùm fuit, cùm inter *Hannibalem* & *P. Cornelium Scipionem* Africani patrem apud Ticinum amnem, haud ita procul à Pado, prælium fieret. Ea pugna Scipio victus in hostium venisset potestatem; nisi protectum eum prætextatus filius ab ipsâ morte rapuisset. Gothorum Duces sedem regiam hîc posuerunt. An. 1525, *Franciscus* I Galliæ Rex à *Caroli* V Imperatoris copiis ad hanc urbem acie superatus, captus, & in Hispaniam abductus est.

ε *Novaria* à flumine nomen habet.

ζ (b) *Insubribus* à Meridie finitimi fuere Lævi: à Septemtrionibus Lepontii & Orobii: ab Occasu suprema parte Novariæ fluvii, vulgò *la Gogna* dicti, à Libiciis submovebantur: ab Ortu habuerunt Cenomanos.

η (c) *Mediolanum* [*b*] jam inde 222 annis ante Christum natum magna & frequens exstitit urbs: splendorem & dignitatem perpetuò custodivit; licet maximis bellis sæpe petita. *Ausonius* Poeta eam versibus celebravit. *D. Ambrosius* Episcopatum urbis olim tenuit, à civili Administratione Liguriæ ad munus Ecclesiasticum vocatus. [*c*]

ϑ (d) *Laus Pompeja* à Bojis Gallis condita, cum primùm in Italiam venissent; Fridericus Imperator eam urbem à Mediolanensibus destructam in tutiori loco restruxit; quod est opidum *Lodi* tribus millibus passuum à *Laude veteri* dissitum.

ι (e) *Orobii* ab Occasu habuere Lepontios: à Septemtrione eosdem Lepontios: deinde Euganeos: & à Meridie Insubres.

κ (f) *Comum* Lario lacui appositum. Posteà *Novum Comum* dictum, originem dedit *Plinio Juniori*, qui Bibliothecam illic dedicavit, & pecunias in alimenta ingenuorum puerorum submiuistravit; ut ipse scribit *lib.* 1. *Ep.* 8. *Paulus Jovius* quoque fuit Novocomensis. In agro Comensi, ad Lacus Larii Orientale litus, fons est mirandæ naturæ, quem ter in die statis auctibus ac diminutionibus crescere & decrescere, tradit idem *Plin. l.* 4. *epist. ult.*

λ *Bergomum* olim videtur fuisse caput gentis.

μ Insubribus ab Ortu solis continuabantur (g) *Cenomani* inter Padum & Alpium radices ad Venetos usque porrecti.

ν (h) *Cremona* à Gallis Cenomanis olim videtur condita. Sub initium imperii Vespasiani ab hujus militibus igni tota absumta est, sed confestim restaurata. Ejus urbis cives, quod *Antonii* partes fuissent secuti, ab *Augusto* agro multati sunt.

ξ (i) *Mantua* nomen & ortum dedit (k) *Baptistæ Mantuano* monacho. (l) *Virgilius* ad Mantuam in pago, qui (m) *Andes* dictus, natus est. Quo vero situ locus ille fuerit, incertum est: quanquam Mantuani nunc eum esse contendant, qui II millia passuum ab urbe dissitus vulgò nunc dicitur *Petolo*. Ipsa urbs *Mantua* licet in paludibus sita natura & arte munitissima sit, nuper tamen anno 1630, à Cæsarianis militibus intercepta est.

ο (n) *Ananes* sive *Anamani* fuere inter Ligures, Bojos, Cenomanos & Lævos.

π (o) *Placentia* ad Padum sita nomen sortita à *placendo*; pulcherrimum habuit amphitheatrum extra urbem, quod eam oppugnante *Cæcina* conflagravit. Haud longè infrà Placentiam fuit (p) *Vicumviæ* seu *Vicumniæ* emporium sive castellum; ad quod quum incondita turba XXXV millium Hannibali occurrisset, à paucis Pœnis fusi sunt. Cæterum apud Placentiam *Trebia fl.* in Padum confluens nobilitatus est Romanorum clade, quam à Pœnis Hannibale duce acceperunt. Tunc enim ipsi, quum se ignibus & oleo fovissent, Sempronium Col. & Romanos suâ hyeme vicerunt. *Placentia* à Pœnis Amilcare duce direpta & incensa est. Placentinus ager vellere & pecoribus ditissimus est; unde *Casei Parmenses* proveniunt.

HEKELII.

[*a*] In hac Urbe est Academia, quæ à *Carolo M.* non diu post Parisiensem erecta esse creditur. Is enim Imperator ad conservandam, propagandamque veram doctrinam Christianæ Religionis, quosdam Sapientiam profitentes *Ticinum* misit, ut illam ibi in animos hominum infunderent. *Jason* celeberrimus JCtorum

(a) Ticinum. (b) Fines Insubr. (c) Mediolanum. (d) Laus Pomp. (e) Orobiorum fines. (f) Comum. (g) Cenomanorum fines. (h) Cremona. (i) Mantua. (k) Baptista. (l) Virgilii patria. (m) Andes. (n) Ananes. (o) Placentia. (p) Vicumniæ.


Tab. 20.
P. 181.
ETRURIÆ
LATII
UMBRIÆ
PICENI
SABINORUM
et
MARSORUM
Vetus et Nova
Descriptio
MARE TUSCUM sive ETRUSCUM
BOII
LINGONES
UMBRIA
SENONES
ETRURIA
LATIUM
ANTIQUUM
VOLSCI
MARSI
VESTINI
Vallis Mugiello
Apuani
Sapinia tribus
Ager Vetere
Ager Romanus
Stellatinus
Volsini
Herculis portus
Cumerium Promont.
Circæum Promont.
Iohan. Senex sculpt.

VI. Inde ſequebantur ρ *Boji*, ſecundum Inſubres maxima potentiſſimaque Gallorum Italicorum gens. Caput eorum fuit σ *Bononia*, nunc vulgo *Bologna*; *Felſina* ante dicta, cum caput Hetruſcorum eſſet. Inde opida nobilia τ *Parma*, υ *Brixellum*, φ *Regium Lepidi*, χ *Mutina*, ↓ *Forum Cornelii*, ω *Faventia*, α *Forum Livii*; quæ nunc vulgo *Parma*, *Briſello*, *Reggio*, *Modena*, *Imola*, *Faenza*, *Forli*. Boji. Bononia. Parma. Brixellum, &c.

VII. Poſtremi Gallorum in Italia fuêre β *Senones*, inter Ravennam & Æſim flumen, quod nunc *Feſi*, prope *Anconam*, partem Umbrorum agri incolentes. Caput heic gentis conſtituêre γ *Senam Gallicam*, ſive *Senogalliam*, vulgo *Sinigaglia*. Reliqua hujus oræ opida in Umbris dicemus. Senones. Senogallia.

rum multos annos in ea eſt profeſſus. *Baldus* eorum Anteſignanus heic poſtremam ſuam doctrinam effudit, moritur denique, & in Conventu *Minorum* ſepelitur. Unde *felix Academia* dicitur. Leg. *Franciſci Schotti* Itinerarium nobiliorum Italiæ Regionum Part. I. p. 131, Seq.

[*b*] Præclara olim Imperii Sedes.

[*c*] Hujus Vita elegantiſſimè deſcripta eſt à celeberrimo Theologo atque Polyhiſtore, *Theophilo Spizelio*, Evergeta meo magno, in ita dicta *Vet. Academ.* JESU CHRISTI p. 129. ſeqq.

BUNONIS.

ρ (a) *Boji* conterminos habuerunt Anamanos, Cenomanos, Venetos, Senones & Ligures.

σ (b) *Bononiam* prima nobilitavit Academia Italiæ: in via Æmilia poſt Mutinam inter Rhenum & Idicem amnes ſita eſt.

τ (c) *Parma* ad fl. cognominem; unde ortus *Caſſius Severus*, qui Elegias & Epigrammata conſcripſit.

υ (d) *Brixellum* ad Padum eſt, nobilitatum interitu *Othonis* Imperatoris, qui exitum pugnæ Bedriacenſis hic exſpectans, quum cladem ſuorum accepiſſet, pugioni incubuit.

φ (e) *Regium Lepidi*, anteà *Forum Lepidi*, etiam ſimpliciter *Regium* dictum, in via Æmilia ſitum eſt. *M. Brutus* à *Cn. Pompejo* interfectus eſt apud *Regium*.

χ In eadem via Æmilia (f) *Mutina* nobilitata maximè fuit civilibus inter *Auguſtum* & *Antonium* bellis; quum illic *Antonius Brutum* obſideret: Auguſtus verò cum *Hirtio*, & *Panſa*, coſſ. ea obſidione Brutum liberarent. Inter Mutinam & Bononiam eſt illa (g) *Rheni Inſula*, in qua bello Mutinenſi depoſito, provinciarumque partitione, *Triumviratus* inter *Auguſtum*, *Antonium* & *Lepidum* conſtitutus eſt.

↓ (h) *Forum Cornelii* in medio Faventiæ & Claternæ ſitum eſt. Hic *S. Caſſianus* natus, qui Brixiano Epiſcopatu pulſus, ſcholam in patria ſua aperuit, & Martyrium conſummavit.

ω Ad (i) *Faventiam*, in eadem via Æmilia ſitam, *Carbo* à Syllanis victus Italiaque pulſus eſt.

α *Forum Livii* in via Æmilia ad Utenſis fl. ripas ſitum eſt. Hic *Athaulfus* Gothorum rex Honorii Imperatoris ſororem germanam *Placidiam* matrimonio ſibi copulavit.

β *Senonum gens* ſedibus ſuis ad mare Hadriaticum à M. Curio Dentato pulſa; ac demum à P. Cornelio Dolabella planè omnis deleta fuit.

γ *Seno-Gallia* ad Miſi fl. oſtium, maritima Umbriæ urbs, poſt exactos à M. Curio Dentato ex his locis Gallos, facta eſt Romanorum colonia Anno Urbis conditæ 463. *Pompejus* ad hanc urbem vicit *Marium*, eamque diripuit.

(a) Boji. (b) Bononia. (c) Parma. (d) Brixellum. (e) Regium Lepidi. (f) Mutina. (g) Inſula Rheni. (h) Forum Cornelii. (i) Faventia.

CAP. XXVI.

Etruria & Umbria.

I.

GAlliæ Togatæ jungebatur à meridie α *Etruria*, ſub Apennino monte. Ejus incolæ *Etruſci* ſive *Tuſci*; Græcis *Tyrrheni* dicti. Sed horum prima ſedes fuit, ut antè dictum, trans Apenninum, ab utraque Padi ripa; unde à Gallis expulſi, intra Apenninum, mare Inferum & Tiberim Macramque amnes conſederunt, *duodecim urbibus totidemque Principatibus* inter ſe conſtitutis. Urbium Etruria. XII Urbes & Principatus Etruſcorum.

BUNONIS.

α *Etruria* (a) *Vetus* ſeu *Circumpadana* iiſdem finibus incluſa fuit, quibus deinde Gallia Circumpadana. Nempe trans Padum ab Occaſu fuit *Orgus* amnis, à Septemtrionibus fuere radices *Alpium*, ad Veronam uſque; hinc *Atheſis* ad oſtium uſque: ab Ortu *mare Hadriaticum* & cuncta Padi oſtia accolebant Tuſci Ravennam uſque. At (b) *poſterior Etruria* cingebatur

(a) Veteris Etruriæ fines. (b) Poſterioris Etruriæ fines.

Urbium nomina hæc ſunt; *Vetii*; β *Volſinii*, γ *Cluſium*, δ *Peruſia*, ε *Cortona*, ζ *Aretium*, η *Falerii*, θ *Volaterræ*, *Vetulonii*, *Ruſellæ*, *Tarquinii*, ι *Cære*. Ex his hodieque exſtant, nominaque vulgaria habent iſta; *Bolſena*, *Chiuſi*, *Perugia*, *Cortona*, *Arezzo*, *Civita Caſtellana*, *Volterra*, *Groſſeto*, *Cerveteri*. Reliquarum κ *Veji* ad XII lapidem ab urbe Româ fuêre, circa opidum nunc *Scrofano*; λ *Vetu-*

tur à Septemtrionibus *Apennino monte*; ab Ortu *Tiberi flumine*; à Meridie *Mari Infero*; quod de ejus nomine *Tuſcum*, *Etruſcum*, & *Tyrrhenum* appellatum eſt. *Tiberi* & montium jugo ab Umbris fuere ſubmoti Tuſci; & *Macra fl.* à Ligaribus.

β (a) *Volſinii* ſive *Vulſinii*, ad lacum Volſinienſem: olim potentiſſimi Etruſcorum Volſinienſes, in luxuriam demum prolapſi reip. adminiſtrationem & bella gerenda ſervis commiſerunt; qui dominis ſuis oppreſſis remp. occupârunt. Sed domini à Romanis adjuti, ſubactis denuo ſervis, in libertatem reſtituti ſunt.

γ (b) *Cluſium*, ad paludem Cluſianam, in longitudine ſpatioſam, in latitudine anguſtam, per quam Clanis fl. ad Tiberim fertur; urbs pervetuſta, olim *Camers* dicta, Volſiniis XXV millia paſſuum diſtans; *Porſennæ* fuit regia; qui Tarquinios Româ ejectos reducturus, *Mutii Scævolæ*, *Horatii Coclitis*, & *Cloliæ virginis* deterritus virtute, pacem cum Romanis iniit. Ad Cluſium fuit (c) *Labyrinthus Porſennæ*, de quo Plinius lib. 36. cap. 13.

δ (d) *Peruſia* à Cortona XX millia paſſuum in Ortum eſt, & ipſa urbs antiquiſſima; calamitate illâ nobilis, quam experta eſt, quum *Octavius Auguſtus* L. *Antonium*, *Marci* fratrem, intra Peruſiæ muros redegiſſet, & ad deditionem compuliſſet: Antonium inviolatum dimiſit, & militibus ignovit; ſed magis irâ militum, quam voluntate ducis ſævitum eſt, non tantùm in Peruſinos, verùm etiam in Romanos, eoſque viros primarios, quorum plurimi equites & ſenatores ad aram D. Julii Cæſaris mactati ſunt inſtar victimarum. Quidam opidanorum rebus & penatibus ſuis ignem ſubjecit, & ſe gladio transfixum intulit flammæ; quæ ventis agitata totam corripuit urbem; adeoque concremata ſunt omnia; excepto uno Vulcani templo. Sed poſt tantam calamitatem ſtatim reſurrexit, & ab hac nova inſtauratione dicta eſt *Auguſta Peruſia*. Cæterùm Peruſini fuerunt *Baldus*, ejuſque frater *Angelus de Ubaldis*, JCti. *Bartolus* etiam in hac urbe jus civile didiciſſe ſcribitur. Inter Peruſiam & Cortonam magnus conſpicitur lacus, (e) *Thraſymenus*: propius Peruſiam eſt, quam Arretium, unde etiam *Peruſinus* dictus. Inſignitus eſt ingenti illa *clade*, quam hîc bello Punico II ab *Hannibale* acceperunt Romani *Flaminio* Coſ. Tantus fuit pugnantium ardor, ut graviſſimum terræ motum non ſenſerint.

ε (f) *Cortona*, Græcis *Croto* dicta, ab Arretio eſt XIV millia paſſuum, urbs pervetuſta, quippe quæ longè ante bellum Trojanum exſtitit. Pelaſgi enim, *Tarcone* Duce, hanc tum Umbrorum urbem magnam & florentem ceperunt, eaque pro belli arce contra Umbros uſi ſunt. *Herodotus* ſuâ adhuc ætate Pelaſgicâ linguâ uſos Cortonenſes teſtatur *lib.* I.

ζ (g) *Arretium* ſive *Aretium* ad Arnum amnem eſt [*a*].

η (h) *Falerii* iterum memorantur *hujus capitis f.* 6.

θ (i) *Volaterræ* urbs ab Arno & Piſis ad triceſimum circiter lapidem, haud procul dextrâ Cecinæ ripâ, in valle profunda ſupra collem excelſum ſita eſt. Huc confluxerunt à Sylla proſcriptorum quidam; qui quatuor cohortibus armatorum conſtitutis, per biennium tolerata oppugnatione, tandem publicam fidem ſecuti, loco ceſſerunt. Hodiè antiquitatum monumentis clara eſt. Ad mare uſque pertinuiſſe ejus agrum indicio ſunt (k) *Vada Volaterrana*: quibus contiguæ ſunt (l) *Salinæ Volaterranæ*. Ab hac urbe XIV millia paſſuum ſunt (m) *Aquæ Volaterranæ*; prope quas lacus quidam exigui, ſed profundi admodum, aquarum ſcaturigine ſemper ebullientes; unde odor ſulphuris tam pravus exit, ut volucres ſupervolitantes illicò mortuæ decidant. Aquæ, voraginibus veluti ſubjecto igni perpetuò æſtuantibus, ad IX pedes cum ſtrepitu ingenti & horrendo fragore in altum egeruntur, rurſumque in ſeſe recidunt. Fervor tantus eſt, ut injecta animalia ſtatim decoquantur, oſſaque carnibus nudata emergant.

ι (n) *Cere* opidum, Pelaſgis *Argylla* dictum, IV millia paſſuum à mari in ſaxeo tumulo ſitum eſt. In magna fuit apud Græcos exiſtimatione ob juſtitiam ſimul & fortitudinem: quippe abſtinuit latrociniis, quanquam potentiſſima foret: & apud Delphos theſaurum conſecravit, qui *Argyllanorum* vocatus. Rex Cæretanorum fuit *Mezentius*, qui Turno auxilia tuliſſe fertur. Cæretani Gallos, qui Romam ceperant, debellârunt & Romanos ad ſe confugientes, æternumque ignem & Veſtales Virgines conſervârunt. (o) *Aquæ Cæretanæ* opido vicinæ fuere celebres, propter eos, qui valetudinis cauſâ eò commeabant: plerique nunc interpretantur *Aquas Stilianas* VI millia paſſuum ab opido Cære diſſitas. (p) *Cæretanus amnis* is fuerit, qui huic opido proximus eſt, vulgò nunc *Vacina fiume*.

κ (q) *Veji* urbs in excelſo & undique abrupto ſaxo ſita, cum Romanis grave & diuturnum geſſit bellum, ac decennem ſuſtinuit Romanorum obſidionem. Quum Romani ad Alliam fl. à Gallis fuſi fugatique eſſent, multi eorum, trajecto Tiberi huc incolumes evaſerunt: quumque Roma ab iiſdem Gallis capta & incenſa eſſet, agitârunt tribuni plebem, ut relictis ruinis, in urbem Vejos migrarent: cui tamen rei obſtitit Camillus.

HEKELII.

[*a*] Situm eſt in planitie gratioſa, & inter duodecim *Hetruriæ* Urbes relatum. Romanis in triginta millibus aureorum auxilio fuit, & *Scipioni* in *Africam* ituro frumenti modios centum viginti millia dedit. Viciſſitudine ſuorum Principum multum detrimenti perpeſſum eſt, & diutinum *Hetruriæ* Spectaculum miſerabile extitit, quoad Coſmus, Dux *Florentiæ*, ejus admi-

(a) Volſinii. (b) Cluſium, Camers. (c) Porſennæ Labyrinthus. (d) Peruſia. (e) Lacus Thraſymenus qui & Peruſinus. (f) Cortona. (g) Arretium. (h) Falerii. (i) Volaterræ. (k) Vada Volaterrana. (l) Salinæ Volaterr. (m) Aquæ Volaterr. (n) Cære. (o) Aquæ Cæretanæ. (p) Cæretanus amnis. (q) Veji.

λ *Vetulonii* fuêre prope litus inter *Plombinum* & *Maſſam* opida; *Ruſella* vulgò nunc dicitur *Bagni di Roſelle*, id eſt, μ *Aqua Roſellarum*. ν *Tarquiniorum* veſtigia jacent ſupra Cornetum opidum.

II. Celebres prætereà urbes in Etruria fuêrunt, ξ in littore; ο *Luna* trans Macram fluv. ſed Etruſcorum tamen opidum, portu nobile, nunc *P Erici*; inde π *Piſæ*, nunc *Piſa*; ρ *Portus Liburnus*, ſive *Hercules Liburnus*, nunc *Livorno*: σ *Populonia*, cujus veſtigia extant prope *Plombinum*. τ *Telamon*, nunc *Telamone*; υ *Coſa*, nunc *Anſidonia*: φ *Graviſcæ*, quondam infra Cornetum; χ *Centum Cellæ*, nunc *Civita Vecchia*; & ψ *Alſium*, nunc *Palo*.

Luna. Piſæ. Portus Liburnus. Populonia. Telamon. Coſa. Graviſcæ. Centum Cellæ. Alſium.

III. Intus in mediterraneo, ω *Nepete*, α *Sutrium*, β *Falerii Faliſcorum*, γ *Fanum Voltumnæ*,

Nepete. Sutrium. Falerii F. F. Fanum Voltumnæ.

adminiſtrationem recepit, ab eo enim tempore reſtitui cœpta eſt.

BUNONIS.

λ (a) *Vetulonii* & *Vetulonium* urbs fuit inter Populonium & Turrim S. Vincentii, III millibus paſſuum à mari, circa Linceum amnem, qui hodiè *Cornia* dicitur, & *Caldanas paludes*.

μ Haud longè à litore & Prile lacu ſunt (b) *Aquæ Roſellarum*, juxta quas in colle conſpiciuntur inſignes ruinæ præclari quondam opidi, quod paſtoribus nunc & pecudibus habitatum, vulgò *Moſcona* dicitur; rudera illa ſunt antiquæ illius urbis, quæ *Ruſellæ* dicitur.

ν *Tarquiniis L. Tarquinius Priſcus* Romam migravit & Rex ibi factus eſt. A Tarquinio Superbo exſulante perſuaſi Tarquinienſes Romam legatos miſerunt, & pro eo ſenatum populumque deprecati ſunt; quin aperta vi reditum Tarquiniis conficere conati ſunt. *Faliſci* & *Tarquinienſes*, compluribus ſuorum habitu ſacerdotum ſubornatis, faces & angues furiali habitu præferentes, aciem Romanam turbârunt. *Frontin.*

ξ Primum Etruriæ opidum ab amne Macra fuit.

ο (c) *Luna* opidum cum portu maximo & pulcherrimo, & promontorio. Opidum hoc poſteà *Portus Ericis* appellatus eſt. Quum totum hoc litus Ligusticum, adeoque omnis Alpium maritimarum tractus, marmore ſcateat; præcipuæ lapicidinæ in portu & ſinu Lunæ fuerunt; Hinc *Lunenſe* & *Ligusticum marmor* celebratur. Plinius *Lunenſem caſeum* prædicat magnitudine, qui ad ſingula millia pondo prematur: idem Plinius ex Etruriæ *vinis Lunenſi* palmam tribuit.

π (d) *Piſæ* ſeu *Piſa* urbs ad Arni fl. oſtium aliquot ſeculis ante Trojanum bellum condita eſt. Mare, quod inter *Populonium Promontorium* ſive *Plumbinum* opidum & Lunæ promontorium curvo litore recipit Arnum fl. (e) *Piſanus* appellatur *ſinus*. Ad ipſum Arni oſtium fuit (f) *Portus Piſanus*. Tria millia paſſuum à Piſis, qua Lucam itur, conſpiciuntur (g) *Aquæ* calidæ *Piſanæ*.

ρ *Livorno* hodiè emporium cum portu nobile eſt. *Liburni* olim navibus citis & levitate præcipuis inſignes memorantur: unde Romani naves levitate & celeritate præſtantes *Liburnicas* appellarunt.

σ (h) *Populonia* ſive *Populonium* ſitum fuit in promontorio ſublimi, quod præruptum in mare excurrit, in ſpeciem peninſulæ. Rudera ejus conſpiciuntur III millibus paſſuum à *Plumbino* opido, quod ex ruinis ejus originem traxit. Ex illo loco *Æthalia*, *Corſica* & *Sardinia* inſulæ conſpiciuntur. *Navale Populoniæ* hodiè vocatur *Porto Baratto*. (i) *Promontorium Populonium* extimo ſuo in mari excurſu, quo opidum *Plumbinum* ei impoſitum eſt, vocatur nunc *Capo di Campana*.

τ Inter Umbronis oſtium & promontorium Coſanum eſt (k) *Telamon* opidum. In exiguo illo promontorio, quo *Portus Telamon* clauditur, circa Telamonem victi ſunt *Galli Ciſalpini* à *Coſ. Æmilio Papo*, XL millia cæſi & X millia capti cum Rege *Congolitano*. *Polyb.* l. 2.

υ (l) *Coſa*, *Coſæ*, ſive *Coſſæ* urbs paulùm à mari recedit. Subjacet ei (m) *Portus Herculis*. Ab urbe illa (n) *Promontorium* dictum eſt *Coſanum*: quod etiam *Promontorium Argentarium*. Inter Martam & Minionem amnes fuit.

φ *Graviſca* ſeu *Graviſcæ* urbs à gravitate ſoli & aëris appellata, funditùs interiit; nec fuit eo loco, ubi hodie eſt opidum, vulgò *Corneto* dictum.

χ (o) *Centumcellæ* opidum vulgò *Cincellæ*, & *Civita Vecchia*, id eſt *civitas vetus* dictum, nobiliſſimum inter Neapolim & Liburnum portum, vulgo *Livorno* ſeu *Ligorno*, habet in litore portum, Ptolemæo dicitur (p) *Portus Trajani*.

ψ *Palo* eſt villa gentis Farneſianæ, quo loco olim fuit *Alſium* opidum.

ω (q) *Nepete* opidum inter Sutrium & Falerios jacet, à Sutrio abeſt ad IV millia paſſuum.

α (r) *Sutrium* Roma diſtat circiter XXV millia paſſuum. *Camillus*, Etruſcis victis, Sutrinis urbem, quam iſti occupaverant, reſtituit. Proverbium eſt apud Plautum; *Quaſi Sutrium eant*.

β Romani, XXX circiter millia paſſuum diſtantes à *Faleriis*, urbem appellarunt (s) *Falerios*, & gentem atque agros *Faliſcos*. Camillus hanc urbem obſidens principum liberos, à ludimagiſtro proditos, non accepit; ſed verberibus proditorem in opidum redigendum pueris illis tradidit. Quo facto opidani permoti Romanis ſeſe dedidere. Sita fuit urbs illa ad viam Flaminiam inter Ocriculos & Romam, in arduo monte, adeóque loco natura munito. Ad hanc urbem fuit (t) *Junonis Faliſcæ lucus & fanum*.

γ (u) *Fanum Voltumnæ* haud longè à Volſinienſi lacu in Cimini montis jugo ſitum, publicis univerſæ Etruriæ conventibus olim celebratiſſimum fuit. Fuiſſe

(a) Vetulonii. (b) Aquæ Roſellarum. (c) Luna op. cum portu & promontorio. (d) Piſæ. (e) Sinus Piſanus. (f) Portus Piſanus. (g) Aquæ Piſanæ. (h) Populonia. (i) Promont. Populonium. (k) Telamon opidum, portus & promontorium. (l) Coſa. (m) Portus Herculis. (n) Promont. Coſanum ſeu Argentarium. (o) Centumcellæ. (p) Portus Trajani. (q) Nepete. (r) Sutrium. (s) Falerii, & Faliſci. (t) Junonis Faliſcæ lucus. (u) Fanum Voltumnæ.

Hortanum. Herbanum. *Voltumnæ*, δ *Hortanum*: quæ vulgò nunc *Nepe*, *Sutri*, *Civita Caſtellana*, *Viterbo* & *Orti*. Inde ε *Herbanum*; quæ poſteà Urbs vetus, nunc *Orvieto*. ζ *Suana* & η *Saturnia*, *Senæ*, *Florentia*, *Piſtoria*, *Luca*, nomina antiqua retinent.

Saturnia, &c

Umbria antiquior.

IV. Tuſcis jungebantur ad Tiberim fluv. *Umbri*. [1] Sed hi ab initio ad utrumque mare latè incoluerunt, unde fluvius, mediam poſteà Etruriam ſecans, *Umbro* olim, nunc *Umbrone*. Ab Infero mari eos rejecerunt *Etruſci*; à Supero *Senones Galli*, at his à Romanis deletis, *Umbriæ fines* fuere in Romano Imperio ab Auſtro *Nar* amnis, vulgo *Nera*, in Tiberim confluens; ab Occaſu *Tiberis*, & trans Apenninum *Bedeſis*, nunc *Ronco*, apud Ravennam mare Hadriaticum petens; à Septemtrionibus ipſum hoc *mare*; ab Ortu *Æſis* fluvius, & inde linea ducta ad Naris fontes.

Umbro fl.

Umbriæ poſteriores fines.

Umbriæ opida maritima.

V. Urbes in ora Hadriatici ſinus; ϑ *Ravenna*, ι *Ariminum*, κ *Piſaurum*, λ *Fanum Fortunæ*, & *Sena Gallica*, ſupra dicta: nomina vulgaria nunc ſunt, *Ravenna*, *Rimino*, *Peſaro*, *Fano*, *Sinigaglia*. Intus μ *Cæſena*, ν *Sarſina*, ξ *Urbinum*,

Opida mediterranea.

iſſe creditur, ubi nunc eſt *Viterbium*, Patria *Johannis Annii* monachi, qui *Beroſi*, *Manethonis*, *Xenophontis*, *Fabii Pictoris*, *M. Catonis*, aliorumque Scriptorum fragmenta, flagitioſum in modum confinxit, civibuſque Viterbienſibus improbè impoſuit.

δ (a) *Hortanum* apud Tiberis Nariſque confluentes *Horta* dicitur Paulo Diacono.

ε (b) *Herbanum* ad Clanis Palliæque confluentes naturâ loci olim fuit munitiſſimum in prærupto tumulo ſitum.

ζ (c) *Suana* eſt ad Ariminum fl.

η Haud longè à Suana ruinæ (d) *Saturniæ* conſpiciuntur, ad Albinam fl. De *Senis*, *Florentia*, *Piſtoria* & *Luca* infrà dicetur hujus lib. cap. 37.

ϑ (e) *Ravenna*, totius Romandiolæ urbs nobiliſſima, inter Utenſem & Bedeſin amnes in paludibus ſita fuit urbs trigemina: cujus partes, *Civitas vetus*, *Via Cæſarea*, & *Portus novus* ſive *Claſſis* aquis perfluæ; indeque ſalubritas aëris loco conciliata; ut ibi gladiatores ali atque exerceri juſſerint Romani [*b*]. Tota autem ligneis conſtabat ædificiis. Hic *claſſem* iidem Romani habebant continuè paratam, quæ immineret Græciæ; ſicuti *Miſenatium* claſſis alterum tutabatur mare; & Galliæ, Hiſpaniæ, Mauritaniæ, Africæ, Ægypto, Sardiniæ atque Siciliæ incubabat. Deſtructa eſt claſſis à *Luitprando* Longobardorum Rege. Cæterùm hic eſt *Candidianus* fluvius vulgo *Candidiano* dictus, in portum Auguſti defluens, ad cujus pontem *Odoacer* Herulorum Rex à *Theodorico* Gothorum Rege victus & fugatus eſt. Cæterùm Ravenna ſedes *Exarchorum* fuit: & patria *Thomæ Ravennatis*, cujus exſtat liber de vita hominis ultra annos 120 producenda.

ι (f) *Ariminum* nomen habet ab amne, quo occidentale ejus latus abluitur, qui olim *Ariminus* appellatus, hodiè vulgo *Marrechia* dicitur. Is hodie urbi jungitur marmoreo ponte antiqui operis. Urbs antiqua eſt, ab Umbris habitata, antequam Galli Senones hæc loca occuparent. *Conſtantii* Imperatoris temporibus hic concilium celebratum eſt prope CCCC epiſcoporum, qui Synodi Nicenæ Symbolum magna cum offenſa Imperatoris ſuis ſententiis comprobârunt.

κ Arimino XXII millia paſſuum abeſt (g) *Piſaurum*, quod ab Occidente *Piſaurus* amnis præterfluit, hodie *Foglia* dictus: unde urbi nomen quæſitum [*c*].

λ Ultrà Piſaurum ad VII millia paſſuum jacet (h) *Fanum Fortunæ* opidum; ejus opidani auctoribus dicuntur *Faneſtres*.

μ (i) *Cæſena* apud Sapin & Rubiconem amnes, Arimino propinquior eſt.

ν (k) *Sarſina* in confinio Galliæ Togatæ, apud lævam Sapis fluvii ripam, Umbricarum extrema, *Plauti* Patria eſt.

ξ (l) *Urbinum Metaurenſe* ab amne *Metauro*, cui impoſitum, dictum eſt. Hodiè vulgo dicitur *Caſtel Durante*, eſtque ſedes hodie *Ducum Urbinatium*. Quod enim hodiè *Urbinum* exſtat, non magis *Metaurenſe* poterat appellari, quàm *Piſaurenſe*, quippe in medio utriuſque amnis ſitum eſt.

HEKELII.

[*b*] Celebris eſt magis antiquitate, quàm ædificiorum pulchritudine.

[*c*] *Schottus* dicit, hanc urbem ædificiis atque plateis eſſe perelegantem, mercimoniis divitem, emporiumque *Italiæ* celebre, ad cujus nundinas frequens Mercatorum ſit concurſus ex variis Provinciis certis anni temporibus.

REISKII.

[1] Hetruria & Umbria aut diſtinctæ fuerunt provinciæ tum ſitu tum terminis ſuis; aut junctæ unitæque ſaltem ab *Hadriani* temporibus: Utraque autem ſuburbicaria fuit, uni vel Correctori (quem ætas Conſtantiniana dixerat) vel uni Conſulari ſub Valentiniano iterum commiſſa. Hetruria Tuſcis vel Hetruſcis appellationem debuit, genti pervetuſtæ ac indigenæ, cui *nec lingua nec mores aliis nationibus æquales obtigerint*, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo, Lib. I. qui οὐδενὶ ἄλλῳ γένει ὅτι ὁμογλωσσον ὅτι ὁμοδίαιτον vocat. Tyrrheni poſtea Pelaſgorum genus ex Lemno Imbroque maris Ægei Thraciæque vicinis inſulis huc novas per colonias delati, & ſacra & inſtituta extera ſecum intulerunt, neque Tyria tantum aut Punica, quæ Fullerus voluit, ſed Græca, hinc porrò in Umbriam tradueta. Inde tamen Thuſcia & Hetruria non duplex, ſed una extitit: Sin viri docti cum Salmaſio duplicem conſtituant, alteram *Italicam ſive annonariam*, & *alteram ſuburbicariam*: (m) Duæ in una Provincia partes

(a) Hortanum. (b) Herbanum. (c) Suana. (d) Saturniæ ruinæ. (e) Ravenna cum portu. (f) Ariminum op. & Ariminus fl. (g) Piſaurus op. & Piſaurus fl. (h) Fanum Fortunæ. (i) Cæſena. (k) Sarſina. (l) Urbinum. (m) Tuſcia duplex.

num, ο *Sentinum*, π *Æſis*, ϱ *Camerinum*; vulgo nunc *Ceſena*, *Sarſina*, *Urbino*, *Sentino*, *Jeſi*, *Camerino*. Cis Apenninum, σ *Iguvium*, τ *Mevania*, υ *Spoletium*, φ *Tifernum*, χ *Nuceria Camellaria*, ↓ *Aſiſium*, ω *Hiſpellum*, α *Fulginium*, β *Tuder*, γ *Interamnium*, δ *Narnia*, ε *Ameria*, & citra Narem ζ *Ocriculi*: quæ vulgo nunc, *Angubio*, *Bavagna*, *Spoleti*, *Citta di Caſtello*, *Nocera*, *Aſſiſi*, *Iſpello*, *Fuligno*, *Todi*, *Terani* ſive *Terni*, *Narni*, *Amelia*, *Ocricoli*.

CAP.

partes erunt, Italicæ quidem, præfecturæ tamen urbicariæ annumerata altera. Quicunque autem cum Fallero, Viro doctiſſimo, Tyrrhenos à Tyriis ortos volunt, & in Thuſciam delatos, hi ab antiqua hiſtoria nimium recedunt. Denique quo plura de urbibus heic offeruntur, eò pauciora noſtro congruunt ſcripto.

BUNONIS.

ε Ultra Camerinum & Matilicam, verſus Urbinum, in Apennini valle eſt (a) *Sentinum*. In Sentinatium agro pugnam illam Romani pugnârunt contra Gallos Senones, Etruſcos, Umbros atque Samnites: in qua *Decius* diis devotus occubuit.

π (b) *Æſis* opidum ad *Æſis* fluminis ripam poſitum eſt. Æſinatem caſeum probat Plinius. Supra Æſim opidum in Apennini radicibus ſitum eſt opidum (c) *Matilica*.

ρ (d) *Camerinum* ſive *Camers* opidum ſitum eſt in montibus illis, qui Picenum ab Umbria diſterminant. Verùm & *Cluſium* Etruriæ opidum, anteà appellatum fuit *Camers*.

σ (e) *Iguvium* opidum fuit in Apennini radicibus, Tiferno proximum. Non eodem fuiſſe olim ſitu, quo nunc conſpicitur, teſtantur reliquiæ templorum ac theatri haud procul diſſitæ.

τ (f) *Mevania* ad Tiniæ Clitumnique confluentes eſt, infra Fulginium. Adventante exercitu *Veſpaſiani*, exercitus *Vitellii* opidum hoc, ceu arcem belli, occupavit. Fuit ſublimibus *bobus* ac *tauris* inſignis Mevania. Apud eandem in villa Agrippinæ Auguſtæ *Androgynus* olim natus eſt. Patens circa Fulginium, Mevaniam & Clitumnum amnem campus eſt; in quo Umbrorum fuit exercitus, adverſus quem Q. Fabius Maximus Rullianus III, & P. Decius Mus II, coſſ. profecti ſunt, Liv. lib. IX.

υ (g) *Spoletium* firmitudinem ſuam Hannibali probavit: Is enim à Traſimeno lacu veniens opidum oppugnavit; ſed magna ſuorum clade repulſus, ex unius coloniæ viribus collegit, quanta moles eſſet Romanæ urbis. Spoleti ex muliere virum factum eſſe tradit *Livius l.* XXIV.

φ (h) *Tifernum*, primum cis Apenninum à Tiberi opidum, (i) *Tiberinum* dictum eſt, ad diſcrimen *Tiferni Metaurenſis*; *Villæ Plinianæ* vicinum fuit. *Plinium juniorem*, pœne adhuc puerum, patronum cooptavit; in quo ille ſua pecunia poſteà templum exſtruxit.

χ (k) *Nuceria*, cognomine (l) *Camellaria*, in via Flaminia, apud tranſitum Apennini, haud procul fonte *Tiniæ* fluminis jacet. Inter Nuceriam & Fulginium eſt (m) *Forum Flaminii*, ad quod *Gallus* & *Voluſianus*, quum adverſus *Æmilianum*, qui in Mœſia res novas moliebatur, proficiſcerentur, interfecti ſunt. Pons, in quo cæſi, poſteà *pons ſanguinarius* appellatus eſt.

↓ (n) *Aſiſium* ab Arno verſus Orientem jacet; *S. Franciſci* Monachi patria.

ω Et ab Aſiſio verſus Spoletium euntibus (o) *Hiſpellum*.

α Haud procul Hiſpello, verſus Meridiem, ad Tiniam amnem (p) *Fulginium* eſt.

β Et à Spoletio verſus Occaſum Solis haud procul Tiberis ripa (q) *Tuder*.

γ Ab Ameria verſus Orientem eſt (r) *Interamna* ſive *Interamnium* opidum, Nare flumine circumfluum. III millia paſſuum ab Interamna fuere (s) *Tres Tabernæ* eo loco, qui vulgò dicitur *Ponte Confino*: hic Maxentii inſidiis periiſſe videtur *Severus Imperator*. Zoſ. II. Sed tamen alii Auctores Tabernas, ubi iſtud commiſſum eſt parricidium, interpretantur illas, quæ ſunt in Pomptino Campo.

δ (t) *Narnia* in aſpero, arduo & prærupto monte ſita eſt, cujus præruptam rupem *Nar* abluit: unde urbi nomen. Hic inter duos præruptos montes *Cæſar Auguſtus olim pontem* exſtruxit, cujus *fornices omnium celſiſſimi* exſtitere; teſte Procopio. Ejus pontis rudera etiam nunc ſuperſunt [d].

ε (u) *Ameria* municipem habuit *Roſcii* patrem.

ζ (x) *Ocriculi* ſive *Ocriculum* Umbricarum verſus Meridiem Romæque proxima urbs eſt. *Ocricoli* hodiernum II ferme millia à Tiberis ripa diſtat: at prope ipſam ripam in lata planitie ingentia conſpiciuntur multorum magnorumque ædificiorum rudera; unde colligitur hoc fuiſſe *Ocriculum antiquum*.

HEKELII.

[d] Hodiè Civitas oblonga, ædificiiſque ſatis elegans eſt, ac rerum copia lauta ob Agri vicini fertilitatem, licet aliquando Bellorum Calamitatibus involuta clades ingentes Patrum memoria acceperit.

(a) Sentinum. (b) Æſis op. & fl. (c) Matilica. (d) Camers ſive Camerinum. (e) Iguvium. (f) Mevania. (g) Spoletium. (h) Tifernum. (i) Tiberinum. (k) Nuceria, (l) Camellaria. (m) Forum Flaminii. (n) Aſiſium. (o) Hiſpellum. (p) Fulginium. (q) Tuder. (r) Interamnium. (s) Tres Tabernæ. (t) Narnia. (u) Ameria. (x) Ocriculum, Ocricoli.

CAP. XXVII.

De Sabinis & Latio. 1

I.

Siculi. Italia. Saturnia. Latium. Sabini. Reate. Cures.

INfra Umbros ad mare usque antiquissimis temporibus incoluere *Siculi*; à quorum Rege *Italo*, hæc regio primùm dicta est *Italia*; quæ deinde ab Aboriginibus, pulsis inde Siculis, *Saturnia*, vocata est, & mox item *Latium*: unde Aboriginibus novum nomen *Latini*. Sed in partem Antiqui Latii posteà succcesserunt α *Sabini*, inter Narem & Anienem, quorum hic *Teverone* dicitur. Caput Sabinorum fuit β *Reate*, nunc *Rieti*; & ante hanc γ *Cures*, nunc *il Vecovio de Sabina*, cœnobium, cum ingentibus veteris urbis reliquiis, hinc Romani dicti fuere δ *Quirites*. Reliqua opida celebria sunt, ε *Nursia*, nunc *Norcia*; ζ *Cutiliæ*, cujus ruinæ prope opidum *Civita Ducale*; η *Amiternum*; cujus vestigia prope *Aquilam*. Inde ϑ *Eretum* & ι *Nomentum*, prope Anienem, vulgò nunc *Monte Ritondo* & *Lamentario*.

II. Sub

BUNONIS.

α (a) Sabini à Meridie jungebantur Latinis; terminus inter utrosque fuit Anio fl. Ab Occasu illis fuit Tiberis ad Ocriculos usque. A Septemtrione habuerunt Umbros Nare amne diiterminatos. Ab Ortu solis contermini illis fuerunt Piceni, Vestini, ac inde Meridiem versus Marsi. Non autem fuere *Sabini* Græci generis, sed Opici sive Osci.

β (b) *Reate* urbs antiqua, nulla alia re magis celebratur, quàm asinorum eximio genere. *Reatinæ* etiam auctoribus memorantur *paludes*, in quibus ungulæ jumentorum indurantur: quibus propinquus est *Velinus lacus*, in quo lignum dejectum lapideo cortice obducitur.

γ (c) *Curibus* orti sunt *T. Tatius*, & *Numa Pompilius*.

δ Non omnis Sabinorum gens primùm dicta fuit *Quirites*, sed Curium tantùm incolæ.

ε (d) *Nursia* Sabinarum urbium versus Septemtriones & Picenum extrema est: Ex *Polla*, & Sabino patre, Nursinis natus est *Vespasianus* Imperator, in vico Phalacrine, educatusque in prædiis Cosanis. Circa Nursiam (e) *Vespasiorum* fuit *prædium*: ubi complura extitêre Vespasiorum monumenta. *Sueton.*

ζ Ad Cutiliam (f) *lacus est Cutiliensis*, umbilicus Italiæ, in quo insula fluitans.

η (g) *Amiternum* nobilitavit *Crispus Sallustius*, qui hic, anno post natum Veronæ Catullum, in lucem editus est.

ϑ (h) *Eretum* haud procul Tiberis ripâ, in edito colle, XLII passuum millibus Roma distat.

ι Ab Ereto mille ampliùs passus versus Orientem abest opidum (i) *Nomentum*.

REISKII.

1 Sabini à Sabo Rege vel Deo, quem Samium Semonem prisci cognominant, nomen quin deduxerint, nullum erit dubium, si quidem ille Sabus extitit. Ipsa gens Straboni Lib. V. *antiquissima censetur, & indigena*, cui ortum Picentes atque Samnites debeant, his vero Lucani, ultimo Lucanis Brutii. Adeò Sabinis primæ per Italiam inferiorem coloniæ assignabuntur, si gravissimo Strabonis testimonio standum erit. Interim Pelasgos atque Tyrrhenos advenas Sabinorum sedibus & migrationibus sese socios admiscuisse, nemo negabit, uti suspicor, nisi antiquæ historiæ geographicæ ignarus. De Curetibus autem & Latio, primisque hujus incolis quam dissident Græci Romanique, quotquot veterum extant, Scriptores? Ut chaos quoddam confusum hinc oriatur, si omnia paulò accuratiùs examinare velis. Id unum e sacro Codice, multisque hujus locis probabilius datur, ut primos Italiæ Latiique incolas כתיים *Chitim*, græce κιτιεις vel κιτιεες vindicemus. Loca id quatuor confirmant, Bocharto etiam citata Lib. III. Phal. c. 5. Urbes item Chitheis cognomines duæ, nec non aperta Julii Africani, Eusebii, Cedreni & Geographi Nubiensis testimonia. Hinc Chronicum Alexandrinum clarissime; Κιτιοι ἐξ ὧν Ῥωμαῖοι καὶ Λατῖνοι. Adde Latii nomen, quod ab *latendo* veteres deducunt: Ut vel ita cum Arabico Punicoque כחם *Chetema*, quod est abscondere, satis congruat. Kircherus in Latio quidem Lib. I. c. 1. eadem tuetur origines; In capitibus verò sequentibus Janigenas, Aborigines, Sicanos, Oenotrios, Pelasgos, Umbros, Latii colonos veteres admiscet, longamque regum seriem, terminosque regionis antiquæ varios producit. Ex his tamen omnibus liquet, quod in præfat. confitebatur, *disparer Historicorum fere omnium opiniones reperiri*. Sed quis heic observata omnia de Romanis originibus depromat? quæ in tertium vel quartum annum Olympiadis sextæ incidunt, Trojano excidio longè posteriores. Ne dicam de urbibus Sabinorum Latiique antiquissimis, harum templis, monumentis, villis, prædiis, quæ Remo etiam Romuloque apud Janum Jacobum Boissardum auctoribus attribuuntur.

BUNO-

(a) Sabinorum Termini & Origo. (b) Reate, Reatinæ paludes. (c) Cures. (d) Nursia. (e) Vespasiorum prædium. (f) Lacus Cutiliensis. (g) Amiternum Sallustii patria. (h) Eretum. (i) Nomentum.

II. Sub Sabinis itaque juxta Tuſcos fuere ϰ *Latini*, non totius Italiæ ſolùm, ſed & orbis univerſi gens nobiliſſima. λ Terra eorum *Latium* dicta, arctis initio finibus incluſa, ab Aniene ac Tiberi ad Circæum uſque promontorium, quod vulgò nunc eſt *Circelli*. μ At poſtquam finitimi etiam populi *Æqui*, *Hernici*, *Volſci* & *Auſones* ſub eodem Latinorum nomine computati ſunt, finis *novi Latii* fuit Liris amnis, vulgò nunc *Garigliano*. Latii Veteris & Novi fines.

III. *Caput Latii* omni ævo fuit ν *Roma*, urbs, ab Aboriginibus, qui anteà *Oenotri* dicebantur, cum ex Græcia in Italiam adveniſſent, condita; ab Æneæ poſteris, ut tradunt, aucta: urbium ſanè Regina, orbiſque terrarum caput ac domina. Reliqua opida, antiquitate & claritudine præcipua fuere, *Tibur*, ξ nunc *Trivoli*; ο *Præneſte*, nunc *Pilaſtrina*; *Gabii* medio inter Prænefte & Romam itinere quondam; π *Tuſculum*, nunc *Fraſcati*; ϱ *Aricia*, nunc *L. Aricia*; σ *Lanuvium*, nunc *Citta Lavina*; τ *Alba longa*, inter Albanum quondam montem & Lacum; & Albæ mater υ *Lavinium*, prope litus, nunc *Patricia*; inde φ *Laurentum*, nunc *Paterno*: & tandem χ *Oſtia* ab Oſtiis Tiberinis nomen Roma. Tibur. Præneſte. Gabii. Tuſculum. Aricia. Lanuvium. Alba longa. Lavinium. Laurentum. Oſtia.

BUNONIS.

ϰ *Latini* Siculos ex regione illa inter Narem & Anienem, quæ poſteà Sabinorum fuit, primùm ejecerunt, eamque appellârunt (a) *Latium*: quamdiu verò primi illi Latini hoc *primum* inter Narem & Anienem *Latium* tenuerint, incertum eſt. Inde à Sabinis pulſi Latini regionem trans-Anienem occupârunt & de ſuo nomine appellârunt *Latium*. Duplex autem fuit Latium.

λ (b) *Antiquum*, *Vetus* ſeu *Priſcum* inter Anienem, Tiberim & Mare Inferum, ad Circæum uſque promontorium.

μ Et *Novum* ad Lirim uſque ſe extendens [*a*].

ν (c) *Romam* diu ante bellum Trojanum conditam primi omnium tenuerunt Siculi; eaque jam ante adventum Evandri *Valentia* vocata, poſt Græco nomine dicta eſt Ῥώμη, *Roma*. Cluverius in Ital. Antiq. l. 2. cap. 2. *De hac ipſa urbe* [*b*] *plura cogniturus legat vel hanc ipſam Cluverii Italiam*; *vel Fabricii Romam Antiquam*.

ξ (d) *Tibur* apud Anienem poſitum maximè nobilitatum eſt templo Herculis. Hic frequentes fuerunt villæ; ut *Manlii Voſiſci* villa *Tiburtina*; villa *Hadriani*; *Zenobiæ* poſſeſſio.

ο (e) *Præneſte* opidum, in alto monte ſitum, naturâ & opere munitum, multos habuit cuniculos ſubterraneos: per quos, quum (f) *C. Marius*, à *Lucretio Aſella*, Syllanarum partium viro, obſeſſus, evadere non poſſet, cum *Pontio Teleſino*, fugæ comite, ſtricto utrimque gladio concurrit, eumque occidit, ipſe ſaucius à ſervo impetravit, ut ſe occideret [*c*]; Liv. Prænefte habuit (g) *Fortunæ Primigeniæ* templum celebre & in eo ſortes.

π (h) *Tuſculum* XII millibus paſſuum ab urbe Roma verſus Orientem ultra Lanuvium, Ariciamque & Albanum montem fuit ſupra *Fraſcatium*; ubi hodiè ingentes murorum reliquiæ ſuperſunt. In Tuſculano agro celeberrima fuit *villa Ciceroniana*, quod (i) *Tuſculanum Ciceronis* dictum, eo ſitu, ubi nunc eſt cœnobium, quod vulgò *Santa Maria di Grotta Ferrata* appellatur.

ϱ (k) *Aricia* eſt in via Appia, mille paſſus ultra Albanum opidum, XIII millia paſſuum Româ diſtans. In agro ejus fuit (l) *Nemus Aricinum*, & *Lucus Dianæ Ariciæ*. Nemus iſtud Dianæ dictum quoque eſt *Nemus* ſive (m) *Lucus Egeriæ*, ab Egeria nympha, quam conjugem Numæ finxerunt.

σ (n) *Lanuvium* ultra Ariciam & Dianæ nemus apud eandem viam Appiam fuit. *M. Aurelius Antoninus Pius* Imperator apud hoc opidum in villa Lanuvina natus eſt. Apud Lanuvium quoque fuit *templum* & (o) *lucus Junonis Soſpitæ*.

τ (p) *Alba longa* fuit ad Orientalem lacus Albani ripam, in iis tumulis, qui medii inter montem & lacum intercedunt ad XX fere millia paſſuum Româ diſtans. A ſitu porrectæ in dorſo urbis *Longa Alba* appellata eſt, ut diſcerneretur ab altera *Alba* in *Marſis*, cujus opidani dicebantur *Albenſes* diſcriminis ergò, quum *Albæ longæ* incolæ *Albani* dicerentur. A Tullo Hoſtilio deſtructa eſt Alba iſta, & tota interiit ſine veſtigiis.

υ (q) *Lavinium* ad Numicii fontem poſitum fuit, in eo colle, in quo nunc conſpicitur fanum *S. Petronellæ*, à quo III millia paſſuum ſunt ad oſtium amnis & mare. In Numicio fl. periit (r) *Æneas* cum hoſtibus dimicans, cui Acanius templum hic conſtituit, quod (s) *Dei Indigetis*, ſeu *Patris Indigetis* appellavit. Fons Numicii & antrum, unde is exit, ſacrum erat (t) *Annæ Perennæ*.

φ (u) *Laurentum* haud procul fuit à Tiberi ad mare.

χ (x) *Oſtia* ab Anco Martio condita vulgò creditur, tria ferè millia paſſuum à litore hodie abeſt apud flexum amnis, cum ingentibus veterum murorum veſtigiis.

HEKELII.

[*a*] *Servius* ponit *Antiquum Latium* à *Tiberi* ad *Fundos*; & *Novum* inde uſque ad *Vulturnum Fluvium*, qui juxta *Cumas* in mare labitur, & *Natarone* hodie *Leandro* vocatur.

[*b*] Clariſſimo Viri incomparabilis, *Athanaſii Kircheri*, nomine hactenùs magis clarâ.

(a) Latium primum. (b) Latium Vetus & Novum. (c) Roma. (d) Tibur. (e) Præneſte. (f) C. Marii mors. (g) Fortunæ Primigeniæ templum. (h) Tuſculum. (i) Tuſculanum Ciceronis. (k) Aricia. (l) Nemus Aricinum. (m) Et Lucus Egeriæ. (n) Lanuvium. (o) Junonis Soſpitæ templum & lucus. (p) Alba longa. (q) Lavinium. (r) Æneæ mors. (s) Templum Dei Indigetis. (t) Fons Annæ Perennæ. (u) Laurentum. (x) Oſtia.

Antemnæ. Collatia. Fidenæ. Rutuli. Ardea. Æqui. Carſula. Varia. Sublaqueum. Algidum. Hernici. Anagnia. Alatrium. Verulæ. Ferentinum. Volſcorum opida. Antium. Circæi. Tarracina ſive Anxur.

nomen habens. Circa Anienis Tiberiſque confluentes opida ↓ *Antemnæ*, ω *Collatia*, α *Fidenæ*, in tenuibus incertiſque veſtigiis oſtenduntur. β *Rutuli* pars fuere Latinorum; caput eorum γ *Ardea*.

IV. δ In *Æquis* fuere ε *Carſeoli* ſive *Carſula*, nunc *Arſuli*, & *Valeria*, quæ & *Varia*, nunc *Vico Varo*; tum ζ *Sublaqueum*, nunc *Suliaca*; η *Algidum* in Algido monte & nemore; nunc *Selva d'Algieri*.

V. ϑ *Hernicorum* fuere, ι *Anagnia*, κ *Alatrium*, λ *Verulæ*, μ *Ferentinum*, nunc *Anagni*, *Alatri*, *Veroli*, *Ferentino*, dicta.

VI. Sub Hernicis ad mare fuerunt ν *Volſci*, opida eorum in litore ξ *Antium*, ο *Circæi*, π *Tarracina*, quod anteà *Anxur*: intus ſtatim celeberrimus *Pomptinus*

[c] *Livius*. Hoc Oppidum tantæ eſt antiquitatis, ut de ejus exordio & conditore non conſentiant autores, & diverſi propterea diverſa tradant.

BUNONIS.

↓ (a) *Antemnæ* ſive *Antemna* fuit inter Nomentanam, Tiburtinamque vias, apud lævam Anienis ripam.

ω (b) *Collatia* in iis collibus ſeu tumulis fuit, qui inter viam Prænestinam ſternuntur & lævam *Anienis* ripam; qua pars aquæ *Crabræ*, quæ hodiè vulgo *La Marana* dicitur, Anieni miſcetur, ad ſextum ferè ab urbe lapidem.

α (c) *Fidenæ* urbs quinque millia paſſuum Româ abfuit; ad *Caſtellum Jubileum* ejus viſuntur rudera. Accidit apud Fidenas anno Tiberii Imperatoris XII res admodum miſeranda. Nam amphitheatri cavea, populo gladiatorum munus ſpectante, collapſa eſt; & pluſquam L hominum millia occidit.

β (d) *Rutuli* Lanuviorum, Laurentium, & Volſcorum finibus claudebantur.

γ (e) *Ardea* quinque circiter millia paſſuum à mari recedit, XX millia paſſuum Roma diſtans; hodiè vicus eſt; Ardeatium ager Paluſtris & morboſus eſſe perhibetur.

δ (f) *Æqui*, qui & *Æquani* & *Æquicoli*, & item *Æquiculani* dicti ſunt, unde originem duxerint, incertum eſt. Incoluerunt ad utramque Anienis ripam inter Sabinos, Marſos, Volſcos, Hernicos atque Latinos.

ε (g) *Carſeoli* opidum ad Anienem fuit media ferè regione inter Vicum (h) Varum & Sublaqueum. Romani uſi ſunt hoc opido ad nobiliores captivos aſſervandos.

ζ (i) *Sublaqueum* nomen habet à tribus lacubus, quos *Anio* in Tiberim defert. Eò, relictis literarum ſtudiis, clam fugiens devenit *S. Benedictus*.

η (k) *Algidum* nobilitârunt Æqui clade à Q. Fabio Vibulano coſ. accepta. Item *Lucius Virginius* Centurio, cujus filiam *Virginiam Appius Claudius* corrumpere volebat, in *Algido* militabat.

ϑ In Novo Latio (l) *Hernici* inter Latinos, Æquos, Marſos & Volſcos fuere medii.

ι (m) *Anagnia* fuit caput gentis.

κ (n) *Alatrium* XI circiter millia paſſuum in Orientem æſtivum fuit ab Anagnia.

λ (o) *Verulæ* infrà Alatrium jacent in Auſtrum verſus, ad quinque circiter millia paſſuum.

μ *Ferentinum* infra illa opida eſt in via Latina.

ν (p) *Volſcorum* ſermo à reliquis Italiæ linguis fuit diſcretus. Oſce [d] & Volſci fabulantur, qui Latinè neſciunt. *Feſtus*. Ipſa gens magna, potens & bellicoſa. Incoluere autem *Volſci* inter Rutulos, Latinos, Æquos, Hernicos, Marſos, Samnites, Campanos, Auruncos, Auſones & mare. At ſecundo illi Latio antiquo, jam inde ſub regibus Romanis adjecta fuit magna pars agri Volſci: adeoque omne litus ad Tarracinam uſque urbem.

ξ (q) *Antium* haud amplius exſtat; at nomen ejus reliquum eſt in promontorio, quod vulgò *Capo d'Anzo* dicitur. Fuit olim urbs valida, & totius gentis caput. Piratica veteres Antiates fuere inſignes. *C. Mænius* in ſuggeſtu (r) roſtra, devictis Antiatibus, fixit.

ο (s) *Circæi* ſeu *Circæum* opidum olim fuit inclytum: ejus veſtigia aliqua etiam nunc viſuntur in monte, vulgò *La Citta Vecchia* dicta.

π (t) *Tarracinæ* arx præcipuè condita fuit in ſcopuloſo ac præcipiti vertice candidi montis; in quo nunc quoque ingentes conſpiciuntur antiquæ fabricæ reliquiæ figura quadrata. Partem urbis jam olim ſub monte in plano fuiſſe ſitam, ubi hodierna viſitur urbs *Tarracina*, diſcimus ex Livii *lib.* IV. In vertice iſto haud dubie fuit (u) *Jovis Anxuris templum*. *Inſulam* quondam fuiſſe Tarracinam falſò arbitrati ſunt Solinus & Martianus Capella. (x) Portus Tarracini veſtigium in mari hodieque conſpicitur. *Calidæ* etiam memorantur (y) *aquæ Tarracinenſes* ſalutiferæ; & (z) *fons Neptunius* mortiferus, ex quo qui imprudentes biberant, vita privabantur. *Vitruvius*. Tota iſta planities, quæ Velitris, Coræ, Norbæ, Sulmoni, Setiæ, atque Priverno ſubjacet, ad Tarracinam uſque, quà Pomptina erat palus, (a) *Campus* ſive *ager Pomptinus* appellatus fuit; in quo *Mutianus*, Plinio teſte, urbes XXIII fuiſſe prodidit; earumque caput fuiſſe (b) *Pometiam*.

HEKELII.

[d] S. *Oſce* nonnulli,

BUNO-

(a) Antemnæ. (b) Collatia. (c) Fidenæ. (d) Rutulorum fines. (e) Ardea. (f) Æqui. (g) Carſeoli. (h) Varia. (i) Sublaqueum. (k) Algidum. (l) Hernici. (m) Anagnia. (n) Alatrium. (o) Verulæ. (p) Volſcorum fines. (q) Antium. (r) Roſtra R. (s) Circæi ſive Circæum op. (t) Tarracina. (u) Jovis Anxuris templum. (x) Portus Tarracinenſis. (y) Aquæ Tarracinenſes. (z) Fons Neptunius. (a) Pomptinus Campus. (b) Pometia.

ptinus Ager, & ρ *Pomptinæ paludes*, à capite olim Volſcorum σ *Sueſſa Pometia* dictæ, inde τ *Velitræ*, υ *Cora*, φ *Norba*, χ *Privernum*, ψ *Setia*, ω *Signia*, α *Sulmo*, β *Fruſino*, γ *Fabrateria*, δ *Aquinum*, ε *Caſinum*, ζ *Atina*, η *Arpinum*, ϑ *Arx*, ι *Sora*: vulgo nunc dicuntur; *Belitri*, *Cora*, *Norma*, *Piperno*, *Sezza*, *Segni*, *Sarmonetta*, *Fraſelona*, *Falvatera*, *Aquino*, *Monte Caſino*, *Atina*, *Arpino*, *Arce*, *Sora*. At κ *Fregellæ*, nunc *Ponto Corvo* eſt; & λ *Interamna*, *l'Iſola* nunc dicta.

Pomptinus ager & paludes.
Sueſſa Pometia.
Velitræ.
Cora.
Norba.
Privernum.
Setia.
Signia.
Sulmo.
Fruſino.
Fabrateria.
Aquinum.
Caſinum.
Atina.
Arpinum.
Arx.
Sora.

VII. μ *Au-*

BUNONIS.

ρ (a) *Pomptina palus* dicta eſt, quia in *Pomptino*, ſive *Pometino* erat agro, à *Sueſſa Pometia* urbe: etiam (b) *Satura palus* appellata. Has paludes *Julius Cæſar* ſiccare deſtinârat; quod opus perfecit *Auguſtus*. Appius coſ. Rom. injecto paludibus aggere *viam* ſtravit, quæ (c) *Appia* dicta, in eaque opidulum condidit (d) *Forum Appii*, Actorum cap. 28. memoratum. Propter viam iſtam Appiam poſt Auguſti ſiccationem foſſa deducta eſt, à Foro Appii ad Feroniæ uſque fanum prope Tarracinam; per quam navigantes iter faciebant; mulis naves trahentibus. Et quum paludes iſtæ reſtagnarent; denuo ſiccatæ ſunt; ac præcipuè à *Theodorico Gothorum Rege*. Caſſiodorus.

σ (e) *Sueſſa Pometia*, ad diſcrimen *Sueſſæ Auruntæ* dicta, ſita fuit circa Velitras & Coram.

τ (f) *Velitræ* urbs, vulgò etiam *Velitri*, Roma diſtat XXIV millibus paſſuum [e]. Livius lib. II. tradit eam urbem peſtilentia adeò exhauſtam fuiſſe, ut decima tantum incolarum pars reliqua manſerit [f]. Furio Camillo & C. Mœnio Nepote coſſ. quod toties rebellâſſent, muri dejecti, juſſique ſunt trans Tiberim habitare.

υ (g) *Cora* verſus ortum Solis Velitris proxima eſt.

φ Ultra Coram, verſus Signiam euntibus, erat (h) *Norba*. Plinii ætate in ruinis jacuit. Ea ab Æmilio Lepido per proditionem capta, opidani mutuis vulneribus ceciderunt, aliique ignem tectis ſubdiderunt: quod contigit Coſſ. C. Mario juniore, & Cn. Papirio Carbone tertium.

χ A *Piperno* quod hodiè appellatur, ad duo circiter millia paſſuum, circa Amaſenum amnem, qua itur Anagniam, veteris (i) *Priverni* ruinæ conſpiciuntur.

ψ (k) *Setia* in montium jugo, quod juxta Pomptinos campos ad Aſturam uſque protenditur, ſita eſt. Auguſtus Cæſar (l) *Setinum vinum* cunctis prætulit, *quod non temere cruditatibus noxiis ab eo ſaliva moveatur*. Plin.

ω (m) *Signia* ultrà Norbam verſus Orientem eſt: à *ſignis*, quæ illic in caſtris fixerant Romani milites, nomen accepit opidum: nam quum in eo campo milites hybernantes caſtra ita communiſſent, uti nihil ab opido differrent, Tarquinius coloniam eo deduxit. Dion. Hal. l. IV. (n) Vinum Signium alvum maximè ſiſtere tradidit Strabo.

α (o) *Sulmo* in eodem jugi dorſo eſt, qua Velitras itur à Setia [g].

β (p) *Fruſino* antiquum opidum in via Latina VII millia paſſuum ab Hernicorum opido Ferentino eſt.

γ (q) *Fabraterni* miſſis Romam legatis ſeſe in fidem populi R. dediderunt, ut à Samnitium armis defenderentur. Liv. *lib.* 8.

δ (r) *Aquinum* nunc tenue opidum eſt; Epiſcopali tamen dignitate inſigne; *Thomæ Aquinatis*, Scholaſtici doctoris, Thomiſtarumque conditoris patria.

ε (s) *Caſinum* ſive *Caſſinum* in eo fuit monte, qui opido *S. Germani* imminet, & habet cœnobium S. Benedicti, quod vulgò dicitur *Monte Caſino*. Sub Caſino illo fuit (t) *M. Terentii villa*, Ciceroni in Philippica II, memorata. In Caſinate quoque eſt (u) *Scatebra* fluvius frigidus, æſtate abundantior. *Plin.*

ζ Suprà Caſinum Aquinumque verſus Septemtriones circa Melſis fl. fontes apud montem Apenninum in primis Volſcorum urbs (x) *Atina*.

η Ab Atina verſus Solis Occaſum, inter Melſem & Lirim eſt (y) *Arpinum* opidum antiquum. Hic (z) *Cicero* matre Helvia, patre equeſtris ordinis, ex regio Volſcorum genere natus eſt. *Hieronymus in Euſebii Chron.* Fibernus fl. apud Liris confluentem *inſulam* efficit, quæ hodiè vulgò dicitur *Il Fiume della Poſta*, in ea fuit (a) *Ciceronis prædium*.

ϑ Inter Arpinum & Aquinum eſt (b) *Arx* opidum, Ducatus titulo nobile, ad quod fuit (c) *Arcanum*, Quincti Ciceronis, Marci fratris, prædium.

ι (d) *Sora* opidum ſuprà Apinum & Ciceronis villam Fibernique confluentem apud dextram Liris ripam ſitum eſt.

κ (e) *Fregellas* opidum fuiſſe apud dextram Liris ripam, ubi nunc eſt *Ceperano* opidum, probat ipſe Auctor in Italiæ *Ant. lib.* 3. *cap.* 8.

λ (f) *Interamna Lirinas* cognominata à *Liri* amne, ad diſcrimen *Interamnæ in Umbria*: ſitum enim fuit id opidum ad Lirim amnem. Ex adverſo *Pontis Curvi* in lævam Liris ripam influit amnis; à Caſino & S. Eliæ opido delatus; inter quem & Lirim antiquæ urbis veſtigia nonnulla hodieque viſuntur; quas veteris *Interamnæ Lirinatis* reliquias eſſe, Livii & Strabonis deſcriptio docet. Quæ verò inſula illa fuerit, quam Auctor dicit eſſe *Interamnum*, in Arpini deſcriptione ex *ipſius Cluverii Italia* jam dictum eſt.

HEKELII.

[e] Oppidum olim *Volſcorum* erat antiquitate & potentia clarum, cujus in *Romana* Hiſtoria eſt mentio. Nam ab *Anco Martio*, Rege *Romanorum*, obſidione gravi ad deditionem compulſas *Velitras Dionyſius Halicarnaſſeus* ſcribit.

[f] Hanc urbem nutrimentorum *Auguſti* locum extitiſſe ſuo tempore, Autor eſt *Suetonius*.

[g] *P. Ovidii Naſonis*, Poëtæ ingenioſiſſimi, patria eſt.

BUNO-

(a) Pomptina palus. (b) Satura palus. (c) Via Appia. (d) Forum Appii. (e) Sueſſa Pometia. (f) Velitræ. (g) Cora. (h) Norba. (i) Privernum. (k) Setia. (l) Setinum vinum. (m) Signia. (n) Vinum Signium. (o) Sulmo. (p) Fruſino. (q) Fabrateria. (r) Aquinum, Thomæ patria. (s) Caſinum. (t) Terentii villa. (u) Scatebra fl. (x) Atina. (y) Arpinum. (z) Ciceronis patria. (a) Prædium Ciceronis. (b) Arx. (c) Arcanum, prædium. (d) Sora. (e) Fregellæ. (f) Interamna Lirinas.

Auſonum opida. Cajeta. Fundi. Formiæ.

VII. μ *Auſonum* fuere ν *Cajeta*, ξ *Fundi*, ο *Formiæ*; nunc vulgò dicuntur *Gaeta*, *Fondi*, *Mola*.

BUNONIS.

μ A Volſcis ad fretum uſque Siculum, apud Inferum juxta & Superum mare, tenuere antiquiſſimis temporibus (a) *Auſones* gens, Græcorum etiam ſententia, totius Italiæ antiquiſſima, à qua illi omne reliquum etiam terrarum ſpatium à freto ad Alpes appellavere *Auſoniam*. Ejus gentis magna pars (b) *Opici* & *Oſci* appellati ſunt; atq; iterum horum pars, inter Campaniam Sidicinorum & Volſcorum fines mareque, (c) *Aurunci* dicti ſunt.

ν (d) *Cajeta* promontorium, opidum & portus eſt [*b*]: (e) *Sinus Cajetanus* olim etiam dicebatur *Amyclanus*. In medio Cajetæ & Formiarum poſita fuit *villa Ciceronis*, & *Cajeta* & (f) *Formianum* appellata. Hic *Cicero* ab Antonio immiſſis percuſſoribus, *Herennio* centurione, & *Popilio* tribuno, quem parricidii reum quondam defenderat, occiſus eſt ſexageſimo quarto ætatis anno.

ξ Inter Formianos Fundanoſque montes erat *Cæcubus ager*, & in ipſo opidum (g) *Fundi*: Juxtà *Lacus Fundanus*.

ο (h) *Formiæ*, olim *Hormiæ* dictæ, habuerunt (i) *portum Formianum*.

HEKELII.

[*b*] Arcem illius loci in angulo Promontorii verſus Orientem poſuit olim *Ferdinandus*, *Arragonum* Rex, pulſis ex Regno *Neapolitano Gallis*. Noſtra memoria *Carolus* V, Imper. & Rex adjecit rupem vicinam, Ponteque ſublicio junxit Arci ſuperiori. Atque ita moles turribus ac propugnaculis adauctas duplicavit, & Promontorio toto ſimul incluſo Urbi foſſa muriſque connexuit.

(a) Auſones. (b) Opici ſive Oſci. (c) Aurunci. (d) Cajeta. (e) Cajetanus ſ. (f) Formianum, Ciceronis villa. (g) Fundi & lacus Fundanus. (h) Formiæ. (i) Portus Formianus.

CAP. XXVIII.

Picentes, Veſtini, Marrucini, Peligni, Marſi, Frentani, Samnites, Hirpini. ι

I.

Picentes.

ULtra Apenninum rurſus, juxta Sabinos & Umbros, fuêre α *Picentes* inter Æſim & Aternum amnes: quorum hic nunc *Peſcara* dicitur. Regio eorum vocabatur β *Picenum*, gens à Sabinis fertur orta. Opida in littore; γ *Ancona*; Græcorum colonia, à Syracuſanis condita: δ *Caſtrum novum*, nunc *Flaviano*, ε *Caſtellum Truentinum*, ad Truentum amnem. Intus ζ *Auximum*, nunc *Oſmo*; η *Septempeda*, nunc *S. Severino*; ϑ *Tollentinum*, ι *Firmum Picenum*, & κ *Aſculum Picenum*, λ *Interamnium*, μ *Atria*: quæ nunc, *Tollentino*, *Formo*, *Aſcoli*, *Teramo*, *Atri*.

Ancona. Caſtrum novum. Caſtellum. Auximum. Septempeda. Tollentinum. Firmum. Aſculum. Interamnium. Atria.

II. Pi-

BUNONIS.

α (a) *Picentes* ſeu *Picentini*, fuerunt Sabinorum pars, à quibus progreſſi novam remp. conſtituerunt.

β (b) *Picenum* copia & omnis generis frugibus abundans tradunt auctores.

γ Ab Æſi flumine ad mare Picentium opidum primum eſt (c) *Ancona*, ubi *Cumerium promontorium*, ab iis Syracuſanis condita, qui Dionyſii fugerant tyrannidem. Nomen habet à cubito, qui Græcis eſt ἀγκών.

δ Ad oſtium Batini amnis dextra ripa (d) *Caſtri novi* viſuntur veſtigia.

ε Ad Truenti fl. oſtium fuit *Truentum*, ſive ut alii habent (e) *Truentinum Caſtrum*.

ζ Ab Ancona XI ferme millia paſſuum abeſt (f) *Auximum*, apud Miſenonem amnem.

η (g) *Septempeda* ad Potentiæ amnis ripam eſt.

ϑ Et (h) *Tollentinum* ad Fluſoris amnis ripam, nunc *Tollentine*.

ι (i) *Firmum Picenum*, tria millia paſſuum à litore diſſitum, navale habuit *Caſtellum Firmanorum*.

κ (k) *Aſculum* cognomine dicitur *Picenum*, ad diſcrimen *Aſculi Apuli*, apud Truentum fl. eſt.

λ (l) *Interamnia* ſive *Interamnium* inter confluentes Turdini ac Viciolæ amnium poſitum eſt; unde ei nomen quæſitum.

μ (m) *Atria* ſive *Hadria* inter Vomanum Matrinumque amnes in edito colle ſita eſt.

REISKII.

ι (n) Picentum & Picentina regio nomen à Picentibus; ipſi autem à Pico rege vel ave, quam ille auguria capturus domi aluit, habuiſſe dicuntur: Idq; duplex fuit, *vel ſuperius*, quod hoc deſcribitur, mari Hadriatico vicinum; *vel inferius* Campaniam inter Luca-

(a) Picentes. (b) Picenum. (c) Ancona. (d) Caſtrum novum. (e) Truentum. (f) Auximum. (g) Septempeda. (h) Tollentinum. (i) Firmum Picenum. (k) Aſculum Picenum. (l) Interamnium. (m) Atria ſive Hadria. (n) Picentum duplex.

II. Picentibus continuabantur ν *Veſtini*, quorum opida ξ *Angulus* & ο *Pinna*; vulgò nunc *Civita di Sant Angelo*, *& Civita di Penna*; π *Avia* ſive *Avella*, nunc eſt *Aquila*. Veſtini. Angulus. Pinna. Avia.

III. Veſtinis ad mare contermini erant ρ *Marrucini*, quorum opidum σ *Teate*, nunc *Tieti* & *Chieti*. Marrucini. Teate.

IV. Marrucinis ſimul & Veſtinis finitimi erant τ *Peligni*, quorum caput olim υ *Corfinium*, nunc deſtructum; deinde φ *Sulmo*, nunc *Sulmona*, & *Surmona* ſive *Sermona*. Peligni. Corfinium. Sulmo.

V. Pelignis & Veſtinis in mediterraneo continuabantur χ *Marſi*, quorum ↓ *Alba Fucentis*, ad Fucinum lacum, quæ hodieque nomen antiquum in ruinis retinet; vulgò *Albe* & *Alba* dicta, & *Marrubium*, nunc *Morréa*. Marſi. Alba Fucentis. Marrubium.

VI. Rurſus in littore ultra Marrucinos & Pelignos incolebant ω *Frentani*; quorum opida α *Ortona*, β *Anxanum*, γ *Hiſtonium*; nunc *Ortona*, *Lanzano*, *Guaſto d'Amone*. Frentani. Ortona. Auxanum. Hiſtonium.

VII. Infra Frentanos fuêre δ *Samnites*, *Sabelli* etiam dicti, à Sabinis orti: & Samnites.

Lucaniamque mari Tyrrheno propius, quod Picentes Romanis victoribus ceſſuri occupaverant. In Notitia vero imperii Romani diſtinctius habetur, aliud quidem *urbicarium vel ſuburbicarium*, nempe provincia, urbis Præfecto & vicario commiſſa; aliudque *annonarium*, unde in uſum Cæſaris annona rediit. Proxima Piceno Valeria fuit ex Imp. Conſtantini tempore, alias Marſorum, Æquorum & Pelignorum regio, ad viam Valeriam ſita, ipſaque ſuburbicaria. Samnium autem provinciis præſidialibus in Notitia Imper. accenſetur, poſt Valeriam diminutam modo arctius modo majus.

BUNONIS.

ν Inter Matrinum & Aternum amnes fuere (a) *Veſtini*, qui videntur Sabini ſive Samnitici fuiſſe generis: niſi ex Illyrico in has oras venerint.

ξ (b) *Angulus* haud procul lævâ Salini ripâ, infra Pinnam, in edito colle poſitum eſt.

ο (c) *Pinna* ſupra Angulum inter Matrinum & Suinum amnes, ſed Suino propior eſt.

π (d) *Avia* haud longè abeſt à fontibus Aterni.

ρ (e) *Marrucini* angulſos admodum incoluere fines, inter Veſtinos, Pelignos & Frentanos. Eorum genus Cato à Marſis deductum voluiſſe videtur.

σ In tam arctis finibus unum tantum refertur opidum (f) *Teate* [a]. In agro Teatino prodigium accidit anno Neronis ſupremo; oliveto univerſo publicam viam tranſgreſſo; arviſque inde è contrario in locum oliveti profectis. Plin. l. 2. cap. 83.

τ (g) *Peligni* inter Veſtinos, Marrucinos, Frentanos, Samnites, & Marſos incoluerunt; Aterno & Sagro amnibus, Apennino monte & Frentanorum finibus incluſi, gens parva. Ex Illyrico profectos Pelignos tradit Feſtus: alii tamen auctores eos à Sabinis ortos eſſe contendunt.

υ (h) *Corfinium* à dextrâ Aterni fl. ripâ III millia paſſuum diſſitum fuit, & VII à Sulmone; quo loco antiquæ urbis ruinæ viſuntur. Ab Italicis populis opidum hoc *Arx belli*, quod & *Italicum* & *Sociale* appellatum, contra Romanos conſtitutum erat.

φ (i) *Sulmo* opidum *Ovidii* [b] *patria* inter duorum amnium, qui hinc uno alveo in Aternum apud Populium opidum defluunt, confluentes poſitum eſt; unde ipſi Ovidio appellatur *Sulmo gelidus*, *humidus*, *irriguis aquis ſaluber*. Hanc urbem in bello civili deleri juſſit Sylla.

χ (k) *Marſorum* lingua eadem fuit, quæ Sabinorum; unde colligitur, eos ejuſdem cum his fuiſſe generis. Sedes ſuas habuerunt inter Veſtinos, Pelignos, Volſcos, Hernicos, Æquos & Sabinos.

↓ (l) *Alba Fucentis* à lacu *Fucino* ſic cognominata fuit. Opidani dicti ſunt Albenſes. *Alba*, quod in interioribus ſita, atque optimè munita eſſet, ſæpenumero cuſtodiæ loco fuit à Romanis data: in quam dederent, quos aſſervari vellent. *Strabo* l. v. Huc *Syphax* Numidarum rex, *Perſeus* Macedo cum filio *Alexandro*, & *Bituitus* Arvernorum rex, aliique in cuſtodiam miſſi ſunt.

ω (m) *Frentani*, Samnitium progenies, ad mare Superum, à Marrucinis ad Frentonem amnem porrecti, à tergo conterminos habuere Pelignos & Samnites.

α (n) *Ortona* primum opidum eſt à Marrucinis.

β (o) *Anxanum* haud ita procul Sagri lævâ ripâ jacet.

γ Poſt Sagrum ad XIV millia paſſuum ſequitur (p) *Hiſtonium*.

δ (q) *Samnites* incoluêre regionem, quæ eſt intra fines Daunorum, Apulorum, Hirpinorum, Campanorum, Pelignorum & Frentanorum [c]; ita appellati à *Samnio* opido, quod cum cæteris adeo everſum, ut Samnium requiratur in ipſo Samnio, nec inveniri poſſit. [d]

HEKELII.

[a] Antiqua Urbs, quæ edito in colle jacet 7 milliaribus à Mari diſtans, ac loci amœnitate mire gaudens.

[b] Omnium Elegiacorum Poëtarum, *Dempſtero* teſte, principis.

[c] *Caracenorum*, *Marratinorum*, *Veſtinorum*.

[d] Unde autem Regioni huic *Aprutii* appellatio ſit enata, non eſt facile judicare propter *Autorum* diſſenſiones.

BUNO-

(a) Veſtini. (b) Angulus. (c) Pinna. (d) Avia. (e) Marrucinorum fines. (f) Teate. (g) Pelignorum fines. (h) Corfinium. (i) Sulmo. (k) Marſorum fines. (l) Alba Fucentis. (m) Frentanorum fines. (n) Ortona. (o) Anxanum. (p) Hiſtonium. (q) Samnitium.

Bovianum. Æsernia. Sepinum. Allifæ. Telesia. Beneventum. Equus Tuticus. Abellinum. Compsa. Hirpini.

& a Samnitibus orti ε *Hirpini*. Illorum regio *Samnium*; in quo opida, ζ *Bovianum*, η *Æsernia*, ϑ *Sepinum*, ι *Allifæ*, κ *Telesia*; nunc vulgò *Bojano*, *Isernia*, *Sepino*, *Alisi*, *Telese*. Horum opida, λ *Beneventum*, μ *Equus Tuticus*, ν *Abellinum*, ξ *Compsa*; nunc *Benivento*, *Ariano*, *Avellino*, *Conza*.

BUNONIS.

ε (a) *Hirpini* tenuerunt agros, qui continentur finibus Apulorum, Lucanorum, Picentinorum, Campanorum & Samnitium.

ζ (b) *Bovianum* ad Apennini montis radices & Tiferni fontes est; caput olim Samnitium longè ditissimum, ex quo à C. Petilio Dictatore capto plus prædæ pæne egestum, quam ex omni Samnio.

η (c) *Æsernia* citra Apenninum est, apud lævam Vulturni amnis ripam.

ϑ (d) *Sepinum* apud Tamari fontes situm, Ptolemæo scribitur *Sæpinum*.

ι (e) *Allifæ* opidum infra Æserniam, prope Vulturni ripam est.

κ *Telesia* haud procul confluentes Vulturni Sabatique fluminum jacet.

λ (f) *Beneventum*, antè *Maleventum*, inter Sabati Caloriſque confluentes situm, auctor in descriptione Italiæ antiq. l. 4. c. 7. asscribit Samnitibus. Inter Beneventum & Calatiam Campaniæ opidum, fuit (g) *Caudium* opidum; eique contiguæ (h) *Furculæ Caudinæ* sive *Saltus Caudini*, Romanorum ignominiâ celebres. *Furcæ* autem sive *angustiæ* illæ sunt, quas Iselerus amnis apud opidum S. Agathæ medias secat, in Vulturnum flumen versus Calatiam contendens. Hic exercitus Rom. ipsique coss. *T. Veturius Calvinus & Sp. Postumius* insidiis Samnitium circumventi, armis relictis, sub jugum missi sunt seminudi. (i) *Ærola* opidum positum in extremo jugi, quod *Caudinas Furcas* à sinistrâ Iseleri ripâ claudit, *vetus Caudium* est.

μ (k) *Equus Tuticus* sive *Magnus* ultra Fricentum versus Septemtriones in edito colle situm est.

ν (l) *Abellinum* opidum ad Sabatum fl. est.

ξ (m) *Compsa* opidum haud procul fontibus Aufidi fl. jacet. Cæterùm ad Caloris fl. dextram ripam est opidum perantiquum (n) *Taurasium*; circa quod (o) *ager Taurasinus*, in quem *Ligures Apuani*, qui se Romanis dediderant, data etiam pecunia unde novas ædes compararent, sumptu publico traducti sunt P. Cornelio & M. Bæbio Coss. ne reditus spes esset: quod nullum alium antè finem fore belli Ligustici putarent Romani. Circa utramque Caloris ripam latissimi illi *Campi* sunt *Taurasini*, in quibus Romani *Pyrrhum*, Epirotarum regem, acie victum profligârunt.

(a) Hirpinorum fines. (b) Bovianum. (c) Æsernia. (d) Sepinum. (e) Allifæ. (f) Beneventum. (g) Caudium. (h) Furcæ Caudinæ. (i) Ærola. (k) Equus Tuticus. (l) Abellinum. (m) Compsa. (n) Taurasium. (o) Taurasinus ager, sive Taurasini Campi.

CAP. XXIX.

De Campania & Picentinis, Apulia, Calabria. 1

I.

Campania. Liternum. Bajæ.

JUxta Samnites Hirpinosque ad mare Inferum erat α *Campania*, vulgò nunc *Terra di Lavoro*: in qua summum *Liberi* patris cum *Cerere* certamen. Opida in litore β *Liternum*, Scipionis Africani voluntario exilio clarum; nunc vulgo *la Torre di Patria*: γ *Bajæ*, deliciæ, an corruptelæ populi Romani: ϑ *Mise-*

BUNONIS.

α (a) *Campani*, Opica sive Osca gens, è Samnitibus profecti, regionem incoluerunt ad Mare Inferum, finibus Novi Latii, Samnitium, Hirpinorum, & Picentinorum comprehensam. Mirandam Campaniæ fertilitatem, amœnitatemque præ omnibus aliis Orbis terrarum agris prædicârunt auctores. [a]

β (b) *Liternum* ad ostium Literni fl. situm fuit. Scipio hic moriens, sepulchro suo inscribi jussit, *Ingrata patria, ne ossa quidem mea habeas*. Prope Liternum fuit (c) *Scipionis villa*, in qua olim *ara* & *sepulchrum* ejus.

γ In litore eo situ, quo olim fuerunt (d) *Bajæ*, hodie castellum est quod vulgò vocatur *Il Castel di Baja*. *Fontes calidi*, qui magno numero hic scaturiunt, Bajas reddiderunt celebres. Bajas continuò sequebantur (e) *Lucrinus* & *Avernus lacus*; ex quibus *Avernus* hodiè extat; *Lucrinus* vero interiit Cineribus oppletus. Sinus, in quo erant Bajæ, vocabatur *Sinus* (f) *Bajanus*.

HEKELII.

[a] Sic enim scribit *Leander*: *Mirabilis* profectò *Campaniæ* est fertilitas non solùm omnium rerum ad humanæ vitæ necessitatem utilium, sed etiam ad voluptatem atque delicias, incredibili quadam abundantia fœcundissimæ. Unde non immeritò à *Plinio* FELIX dicitur.

REISKII.

1 Campania sedes Campaniorum, à campis locisque campestribus nomen adscivit, Plinio, Eustathio, &

(a) Campaniæ fines. (b) Liternum. (c) Scipionis villa, ara, sepulchrum. (d) Bajæ. (e) Avernus & Lucrinus lacus. (f) Bajanus sinus.


Tab. 21.
P192.
MARE SUPERUM sive HADRIATICUM
MARE TYRRHENUM vel TUSCUM
MARE AUSONIUM vel SICULUM
Cupra Maritima
Truentinum et Truentum
Castrum Novum n Flaviano
Hadria n Atria f.
Angulus f Angelo
Aternus fl n Pescara
Ortona
Epidaurus
VESTINI
PELIGNI
MARRUCINI
FRENTANI
Histonium n d' Amone
Buca
Cliternia
Frento n Fortore
Monfredonia
Sinus Urias
Sulmona
Sulmon
Fucinus lacus
Trivium
Trivertinum
Tifernum
Aufidena
Aesernia n Iserni
SAMNIUM
Apenninus
Venafrum
Venafro
Sepinum n Sepino
Lucerina n Lucera
DAUNIA
Arpi
Salapia n Salapi
Salapia
Cannae
Turenum
Barium n Bari
Rubi n Ruzzo Bitonto
Bitonto
Canusium n Canosa
Asculum
Aquilonia
Aeclanum n Ariano
Abellinum n Avella
Avella
Nola
Nocera
Acerra
Pompeii
Herculanea
Caudium
Telesia
Beneventum
Surpinum
Aquinum
Fundi n Fondi
Sinuessa n Sessa
Minturnae
Caieta
Formiae
Liternum
Literni
Cumae
Puteoli
Baiae
Misenum
Misenus
Inf. Pithecusa n Aenaria
Surrentum n Surrento
Capreae I
Sarnus fl
Vulturnum
Liturnum n Torre di Patria
Volturnus fl
Minerva Prom
Pestum Posidonium n Pesto
Leucasia I
Posidium prom
Pontia I.
Iscia I.
Eleates Sinus
Portus Palinurus
Palinurum prom.
Velia
Helian
Piscatta
Buxentum n Polidastro
Laus
Laus fl n Launa
Cerilla n Cirella
Clampetia n Amantea
Terina n Nocera
Tempsa
Lametum prom.
Lametinus Sinus n Golfo Eufemia
Porta Herculis
Metaurum
Metaurus fl.
Taurianum
Pelorus prom.
Æoliæ Insu.
Sicilia Pars
Regium n Rigio
Rhegium
Zephyrium prom.
Herculis prom.
Leucopetra Brutium prom.
Locri Epizephyry n Girace
Sinus Locrensis
Cocintum prom.
Scylacium n Squillaci
Sylacus
Sinus
Lacinium prom.
Iapygumbria Promontoria
Æsarus fl
Crimisa prom.
Crimisa
Crimisa fl.
Brustaclato
Consentia
Tarentum
Sinus
Heraclea n Policore
Electris vel Febra Inf.
Callipolis n Gallipoli
TARNTINUS
Sybaris fl n Cochile
Sybaris
Thurium
Pandasia
Prom. Sallentinum f Iapygium
Leuca
Basta
Minervae Templ n Castro
Hydrus et Hydruntum n Otranto
Veretum n Narda
Aletium n Lezze
Brundisium n Brindisi
Turres Julianae
Matzola
Egnatia Torre d Anazzo
Venusia n Venosa
Pons Ausidi
Acherontia n Acerenza
Vulturis M.
Opynium
Genusium
Patentia n Potenza
Forentum
Rudiae
Salentini
Calabria
APULIA
PEUCETIA
IAPYGIA
GRAECIA MEDIA
HIRPINI
LUCANIA
Picentini
Compsa n Conza
Rufae
Aquilonia
Ebur
Salernum
Picentia
Alburnus Mons
Alburnus fl
Silarus fl
Siris
Acalandra
Abellinum
Galandrum fl
Marsicum
Mons Pontius
Acirus fl
Frumentum n Clarmonte
Buxentum
Polidastro
Campaniæ, Samnii, Apuliæ, Lucaniæ, Brutiorum Vetus et Nova Descriptio.
Iohañ. Senex sculpt.

ϛ *Miſenum*: nunc *Monte Miſeno*; ſtatio quondam claſſis Romanæ ad Inferum mare: ϵ *Puteoli*, *Puzzuolo*, portus ad hoc mare totius Italiæ celeberrimus: ζ *Neapolis*, *Parthenope* antè dicta, nunc *Napoli*, literarum ſtudiis Ciceronis, Virgiliique ætate clara. η *Herculaneum*, vulgò *Torre di Greco*; & ϑ *Pompeji*, vulgo *Scafati*, Veſuvii montis incendio nota opida. Inde ι *Surrentum*, nunc *Sorrento*. Intus in mediterraneo, unde Campaniæ nomen, ϰ *Capua*, à Tuſcis condita; æmula quondam Romæ, atque ob id ipſum perdita, nunc ruinæ ejus viſuntur duobus amplius millibus paſſuum à *Nova Capua*. λ *Sueſſa Aurunca*, nunc *Seſſa*; μ *Venafrum*, nunc *Venafri*; ν *Caſilinum*, nunc *Nova Capua* ad Vulturnum

Miſenum. Puteoli. Neapolis. Herculaneum. Opidum Pompeji. Surrentum. Capua. Sueſſa Aurunca. Venafrum. Caſilinum.

& Scholiaſte Horatii teſtante: Gens illa *Oſca* ſive *Opica* inſederat, & huic admiſta, Samnitum natio A. U. C. 332, Capuam occupâſſe apud Livium Lib. IV. legitur. (a) Ipſa Campania vero apud antiquos duplex, una latius nempe dicta, & altera ſtrictius ſive anguſtius: Illa utrumque Latium vetus novumque continuit & Campania hodieque Romana dicitur, vulgò Campagna di Roma Italis, & ipſa regio quondam ſuburbicaria: ſed Campania ſtrictius dicta felix fuit; & Latio utrique oppoſita. Picentum ergo inferius de quo hic agitur, ex novis coloniis, quas ſupra commemoravimus, coaluit. Unum heic addimus de punico vocabulo פִּכֵּחַ *picceah*, i. e. *vate vel augure*, unde picum picenteſque Bochartus appellari voluit: Idem Calabriam de Punico כַּלְבָּא *Kalaba*, i. e. *pice*, Peucetiam ἀπὸ τῆ πίνκων, i. e. *piceis arboribus* denominatam ſtatuit Lib. I. Chan. c. 33.

BUNONIS.

ϑ (b) *Miſenum promontorium*, hodiè dicitur *Monte Miſeno* & *Capo Miſeno*. *Portus* hic fuit *Miſenus* pulcher & profundus, in quo Auguſtus Cæſar claſſem collocavit ad tutelam Interi maris. Ad hunc portum opidum fuit celebre *Miſenum*, cujus rudera quædam hodiè exſtant, cum conſpicuis theatri reliquiis, à Saracenis everſum. Inter Miſenum promontorium & Cumas eſt (c) *Acheruſius lacus*, ſive *Acheruſia palus*. Inter Acheruſium lacum & Liternum ad litus fuerunt (d) *Cumæ* [*b*], quarum reliquiæ hoc loco ſuperſunt [*c*]. Fuit olim opidum munitiſſimum, & veluti ſpecula maris Hetruſci: (e) *Sibylla* hic domicilium ſuum olim habuit, quæ inde *Cumana* dicta eſt.

ι (f) *Puteolos* Cumanorum fuiſſe navale docet Strabo: hinc totus ille *ſinus*, qui nunc *Neapolitanus* cognominatur, dictus fuit *Cumanus*. Puteolos dictos putant à *puteis*, quorum ibi magnus numerus: vel ab aquæ calidæ *putore*. (g) *Portus* hic fuit totius Inferi maris celeberrimus; maximè annona & mercibus ex Ægypto eò convectis, *Puteolanus* dictus. Inter Gaurum montem & Puteolos fuit (h) *Ciceronis villa*, in litore; quod ille *Puteolanum* appellavit, & poſteà *Academiam*; quum aliam villam ad Lucrinum lacum in collibus ſitam, *Cumanum*, vocaret.

ζ (i) *Neapolis* Cumanorum colonia, quum portum habeat capaciſſimum; ejus opportunitatem captavit Hannibal. Ab altera parte Neapolis; trans Sebethum amnem fuit (k) *Palæpolis* opidum, in quo *Virgilii Maronis* fuiſſe *monumentum* Statius docet. Perierat autem (l) *Virgilius* Tarenti, contracto ex ardore ſolis morbo, dum Metapontum cuperet videre.

η Ultra Maronis monumentum in eodem litore fuit (m) *Herculanium* opidum.

ϑ Ultra Herculanium paulum à mari remotum fuit opidum (n) *Pompeji*. Ad hoc opidum *Ciceronis villa* erat (o) *Pompejanum*.

ι (p) *Surrentum*, extremum in Campano litore opidum à Sirenis, quæ circa hæc loca ſedem habuiſſe feruntur, nomen habere videtur. *Surrentini colles* vini præſtantia maximè celebrabantur.

ϰ (q) *Capua* ex Campaniæ urbibus olim prima fuit. Samnitium quidam in ſocietatem urbis agrorumque recepti feſto die gravatos ſomno epuliſque incolas veteres novi coloni occiderunt, urbemque occupârunt: *Livius* l. 4. Superbiæ Campanorum haud poſtremum exemplum refert *Val. Max.* l. 9. c. 1. Quum bello Punico II ad Hannibalem [*d*] defciviſſet Capua, & poſteà à Romanis acerrima obſidione expugnaretur, 80 principes ſenatus interfecti ſunt; 300 nobiles in carcerem conjecti; ac multitudo civium venundata. At propter agri fertilitatem urbs ſervata eſt, ut eſſet aratorum ſedes. Demum tamen Romani coloniam eò deduxerunt.

λ (r) *Sueſſa* cognomine *Aurunca*, ad diſcrimen *Sueſſæ Pometiæ* dicta, haud procul à finibus Auruncorum eſt.

μ Extremum Septemtriones verſus Campaniæ opidum fuit *Venafrum*, in dextra Vulturni ripa.

ν (s) *Caſilinum* in conſpectu Capuæ fuit ad Vulturnum fl. Caſilinenſes, quum gravi obſidione ab *Hannibale* premerentur, ſumma virtute eam ſuſtinuerunt, licet fames adeo invaleſceret, donec modius frumenti drachmis ducentis venderetur. Caſilinum quo fato exſtinctum ſit, neſcitur; *Pons* tamen ſuper Vulturnum manſit *Caſilinus* dictus: & quum vetus (t) Capua ob commorantium facinora ſæpius cremaretur, *Lando* comes & *Landolfus* epiſcopus illam apud pontem Caſilini, ſicut hodie cernitur, condiderunt.

HEKELII.

[*b*] Templorum, Turrium, Aquæductuum, aliorumque Operum ampliſſimorum.

[*c*] Superſunt quoque veſtigia in alto Montis vertice Templi *Apollinis* longè conſpicui atque celeberrimi, & paſſim a *Poetis* decantati.

[*d*] *Capuam* SUPERBIÆ DOMICILIUM ATQ. LUXURIÆ SEDEM quotidie appellitantem.

(a) Campania duplex. (b) Miſenum promontorium & op. portus. (c) Acheruſius lacus. (d) Cumæ. (e) Sibyll. Cumana. (f) Puteoli. (g) Portus Puteolanus, Puteolanum. (h) Ciceronis villa, l. Academia, Cumanum. (i) Neapolis. (k) Palæpolis. (l) Virgilii monumentum. (m) Herculanium. (n) Opidum Pompeji. (o) Pompejanum Ciceronis. (p) Surrentum. (q) Capua. (r) Sueſſa Aurunca. (s) Caſilinum. (t) Capua nova.

Teanum Sid. turnum amnem: ξ *Teanum Sidicinum*, nunc *Tiano*: ο *Calatia*, nunc *Cajazzo*;
Calatia. π *Cales*, *Calvi*; ρ *Atella*, nunc *Aversa*: σ *Acerræ*, nunc *Acerra*: τ *Nola*, no-
Cales. men retinens: υ *Nuceria*, nunc *Nocera*.
Atella.
Acerræ. II. Juxta Campanos fuêre *Picentini*, à Surrento, sive Minervæ Promonto-
Nola. rio, ad Silarum usque amnem, pars quondam Picentium, huc à Romanis à
Nuceria. Supero mari traducti, caput eorum φ *Salernum*, vulgò *Salerno*.
Picentini.
Minervæ III. Juxta Frentanos, Samnites atque Hirpinos fuêre χ *Apuli*, quorum regio
prom. *Apulia*, longissimo tractu à Frentone fluvio, vulgò nunc *Fortore*, ad fauces
Salernum. usque Hadriatici maris excurrens. Divisa fuit in tres partes. *Daunia* dice-
Apulia. batur à Frentone ad Ausidum amnem, vulgò nunc *Lofanto*: inde ad Brundisi-
Calabria. um, & Tarentum, *Peucetia*; cujus partem *Pædiculi* incoluêre. Hinc reli-
Daunia. quum sub peninsulæ forma tenuêre *Messapii*. Sed ↓ *Messapia* post dicta fuit
Peucetia. *Calabria*, & incolæ *Calabri*. Calabriæ rursus dimidia pars Tarentino sinui
Pœdiculi. contermina, *Salentinorum* fuit regio. Atque tum *Apulia* propriè dicta consi-
Messapii. stebat inter Frentanos & Calabriam. Opida in *Apulia* fuêre clara, ω *Teanum*
Calabri. *Apulum*; nunc exiguum murorum vestigium dicitur *Civitate* vulgò: α *Gerion*,
Salentini. nunc *Tragonara*; β *Sipuntum*, nunc *Siponto*; γ *Luceria*, nunc *Lucera*: δ *Æqui-*
Apulia pro- *lanum*, nunc *Troja*; ε *Arpi*, cujus ruinæ apud *Foggiam* opidum, ζ *Asculum Apu-*
priè dicta. *lum*,
Teanum
Apulum.
Gerion.
Sipuntum.
Luceria.
Æquulanum.
Arpi.
Asculum
Apul.

BUNONIS.

ξ (a) *Teanum Sidicinum*, à populis Sidicinis, qui quondam tenuerunt, ad discrimen *Teani Apuli* dictum est. Fuit in via Latina ultra *Cales*, haud procul à Latinorum finibus.

ο (b) *Calatia* à Calibus versus Ortum opidum perantiquum est episcopali dignitate hodie clarum.

π (c) *Cales* opidum ultra Casilinum & Stellatem agrum est, episcopali sede nobile.

ρ (d) *Atella* medio itinere fuit inter Capuam & Neapolim.

σ (e) *Acerræ* opidum ad Clanim sive Clanium fl qui & *Liternus* dicitur, situm est.

τ Ab Atella Neapolim euntibus occurrit (f) *Nola* urbs, quæ hodiè fere omnis deserta, sine mœnibus est.

υ (g) *Nuceria* ultima Campanarum urbs est, trans Vesuvium montem in valle, quam Sarnus amnis inter Vesuvium & Lactarium montem efficit, sita. Cognominata fuit *Nuceria* (h) *Alfaterna*: ad discrimen *Nuceriæ Camellariæ*, quæ in Umbria est.

φ *Salernum*, hodiè in litore positum est; quum olim remotum esset à mari, in montibus, qui hodiernæ urbi imminent.

χ Illa Italiæ pars, quæ Frentone amne, Hirpinorumque finibus & flumine Bradano, marique cincta est, Græcis (i) *Japygia* vocabatur, eaque à Romanis in tria distinguebatur nomina, *Apuliam*, (k) *Calabriam*, & (l) *Salentini*. Sed (m) *Japygia* illa iisdem Græcis in tres divisa fuit partes; scilicet in *Dauniam*, *Peucetiam* & *Messapiam*. (n) *Apulia universa* continebatur Frentone amne; mari Supero ad Brundusium usque; Isthmo inter Brundisium & Tarentum; Sinu Tarentino ad Bradanum usque amnem; hinc ipso Bradano, Lucanorum Hirpinorumque finibus.

↓ (o) *Messapiam* incolæ divisêrunt in *Salentinos* & *Calabros*.

ω Decem millia passuum ab ostio Frentonis visuntur rudera (p) *Teani*, quod *Apulum* cognomine dictum, ad discrimen *Teani Sidicini*.

α Eodem tractu fuit (q) *Gerion* opidum.

β (r) *Sipontum*, ad Cerbali fl. ostium, à Sepiis, qui hic ejiciuntur, dictum est.

γ (s) *Luceria* infra Teanum, versus Austrum est, quod nomen sæpe mutatum legitur cum *Nuceria*: & hinc dicta est cognomento *Apula*, ad discrimen Campaniæ, Umbriæ, & Galliæ Cispadanæ Nuceriarum. Luceriæ huic, quam à Samnitibus obsideri putabant, opem laturi Romani, per insidias ad *Furculas Caudinas* inclusi sunt. Hinc capta à Samnitibus Luceria, à Papyrio Rom. cos. recuperatur. Pompejus in bello adversus Cæsarem sibi hanc urbem belli sedem delegerat.

δ (t) *Æculanum* Cluverius memorat in Hirpinis, idque dicit esse opidum Episcopale *Fricento* Ital. antiq. l. 4. c. 9. *Troja* verò, quæ hodiè dicitur, ad Apemum montis radices est. [*e*]

ε (u) *Arpi* ad Cerbalum fl. opidum ab initio *Lampe*; deinde (x) *Argos Hippium*; mox *Argurippa*, ac tandem *Arpi* appellatum est. A *Foggia* VI millia passuum versus Manfredoniam ejus urbis conspiciuntur ruinæ.

ζ (y) *Asculum* [*f*] cognomento *Apulum*, ad discrimen *Asculi Picenti*, dictum est: *Ascoli* quod hodiè opidum est, haud procul à sinistra Ausidi ripa jacet. Ad Asculum istud *Curius* & *Fabricius* coss. cum *Pyrrho* feliciter pugnârunt.

HEKELII.

[*e*] Hoc Oppidum est dives, titulo Ducatus insignis, & gaudet Episcopatu atque fœcundo Agro.

[*f*] *L. Floro* præeunte.

BUNO-

(a) Teanum Sidicinum. (b) Calatia. (c) Cales. (d) Atella. (e) Acerræ. (f) Nola. (g) Nuceria. (h) Alfaterna. (i) Japygia. (k) Calabria. (l) Salentini, (m) Japygia. (n) Apuliæ fines. (o) Messapia. (p) Teanum, Apul. (q) Gerion. (r) Sipontum. (s) Luceria. (t) Æculanum. (u) Arpi, f. Lampe. (x) Argos Hippium & Argurippa. (y) Asculum Apulum.

lum, nunc *Aſcoli*; ν *Venuſia* Horatio alumno nobilis, nunc *Venoſa*; ϑ *Acherontia*, nunc *Acirenza*: ι *Canuſium*, nunc *Canoſa*; & clade Romanorum inſignis vicus, κ *Cannæ*, nunc *Canna*; λ *Salapia*, *Salpe*: μ *Rubi*, *Ruvo*. ν *Butunti*, nunc *Bitonio*; ξ *Barium*, *Bari*; ο *Egnatia*, nunc *Terre d' Anazzo*.

IV. In Calabria π *Brundiſium*, trajectu in Græciam olim clara, nunc *Brindiſi*; ρ *Hydruntum*, *Otranto*; σ *Caſtrum Minervæ*, *Caſtro*; τ *Callipolis*, *Gallipoli*; & omnium clariſſima υ *Tarentum*, *Taranto*. Intus in peninſula, φ *Neritum*, *Nardo*; χ *Aletium*, *Lezze*: & prope hanc quondam ↓ *Rudiæ*; Ennio cive nobile opidum.

Venuſia. Acherontia. Canuſium. Cannæ. Salapia. Rubi. Butunti. Barium. Egnatia. Brundiſium. Hydruntum. Caſtrum Minervæ. Callipolis. Tarentum. Neritum. Aletium. Rudiæ.

CAP.

BUNONIS.

ν (a) *Venuſia* [g] in Hirpinorum finibus eſt. [b]

ϑ Circa Venuſiam eſt (b) *Acherontia*.

ι (c) *Canuſium* fuit ad Aufidi ripam. Eò ex Cannenſi clade pauci profugerunt, quò & Varro reliquas copias traduxit mœnibus ſe defenſurus XXV ſtadia intra Canuſium.

κ (d) *Cannarum* rudera viſuntur: opidum erat ante pugnam illam memorabilem.

λ (e) *Salapiæ* rudera ſuperſunt inter *Salapinam paludem* & Aufidum flumen.

μ A Canuſio verſus Ortum Brumalem eſt (f) *Rubi* opidum.

ν Et inde porrò (g) *Butunti*.

ξ (h) *Barium* opidum maritimum erat (i) *Pœdiculorum*: hodiè emporium celebre eſt.

ο *Egnatia* maritimum opidum inter Barium & Brunduſium ſervat antiquum nomen in turri ſpeculatrice, vulgò *Torre d' Anazzo*. Porrò in Daunia inter Sipontum & montem Garganum, circa urbem Manfredoniam erat (k) *Uria* opidum; contra quod *Sinus Urias*, in quem Cerbalus amnis effunditur.

π (l) *Brunduſium* ſive *Brundiſium* [i] à cervini capitis figura ita dictum, quod Meſſapiorum lingua Βρεντέσιον fuerit, tradunt; quia portum haberet in multos ſinus reductum, ut cornua cervina referre videretur [k]. Ad hoc opidum *Cæſar Octavius* & *M. Antonius* caſtra habuere; ſed hic propiora, ut qui Brunduſium circumſidebat. Hinc quum *Servilius* cum 7000 equitibus ad Cæſarem tranſire pararet, eis cum 400 equitibus occurrit *Antonius*, & adhuc cubantes oppreſſit ad *Uriam*. (m) *Portus Brunduſini* deſcriptio exſtat apud Cæſarem *Comment. belli civil. l.* 1. Ipſe *Cæſar* & *Pompejus* initio civilis belli etiam circa hunc portum opera inſtituerunt magnitudine Romæ & ipſorum non indigna.

ρ (n) *Hydrus* ſive *Hydruntum* opidum portum habet, unde breviſſimus tranſitus erat in Græciam, ex adverſo Apolloniæ opidi, latitudine intercurrentis freti L millium non amplius. [l]

σ Inde porrò in litore ſequitur (o) *Caſtrum* ſive *Arx Minervæ*, ab Idomeneo Cretenſi conditum.

τ (p) *Callipolis*, quaſi *pulchra urbs* dicta, eſt ad ſinum Tarentinum.

υ (q) *Tarentum* urbs [m] à Lacedæmoniorum partheniis, hoc eſt, ſpuriis, Phalantho duce, veteribus Meſſapiis ejectis, intercepta eſt; In iplò (r) *ſinus Tarentini* angulo peninſulæ erat inædificata [n]. *Portum* habebat pulcherrimum; arcemque munitiſſimam, & *Gymnaſium* elegantiſſimum, & *forum*, in eoque *coloſſum Jovis*, poſt Rhodium cæteris magnitudine omnibus ſuperiorem. Romani urbe potiti ſunt victo *Pyrrho*, quem in Italiam Tarentini accerſiêrant. Poſt, quum in *Annibalis* poteſtatem bello Punico II veniſſet, à Q. *Fabio Max.* recepta eſt; qui Coloſſum Herculis æreum, *Lyſippi* opus, inde Romam deportatum in Capitolio dedicavit. *Luxuria* & deliciis enervatum eſt Tarentum nonminus, quam vicina Sybaris; ita ut plures publicas feſtivitates per annum celebrarent Tarentini, quam reliqui eſſent dies, cujus luxus merito inter tres Italiæ urbes connumeratur, quarum reliquæ duæ *Capua* & *Sybaris*. Cæterùm Philoſophiam amplexi erant Tarentini *Pythagoream*, in eaque cumprimis excelluit (s) *Archytas* [o], qui reip. eorum præfuit.

φ (t) *Neretum* ſive *Neritum* opidum à Tarento XLV millia paſſuum diſſitum eſt.

χ (u) *Aletium* Salentinorum opidum VIII millia paſſuum à mari & Lupiis ſitum eſt.

↓ (x) *Rhudia* vel *Rhudiæ* opidum erat inter Tarentum & Uriam.

HEKELII.

[g] S. *Venuſium*.

[b] Q. *Horatii Flacci*, Lyricorum Phœnicis, patria.

[i] Antiqua Urbs, & olim *Salentinorum* Caput.

[k] Eum jampridem adeò eſſe repletum, ut vix per eum triremes adhuc poſſint percurrere.

[l] Alioquin Civitas eſt veterrima, quæ, licet quidem *Strabonis* ætate fuerit exigua, attamen hodiè ſatis frequens eſt. Potitur inprimis Cœlo clementiſſimo. Inde fit, ut ager ejus amœnus, fertilis & hortis probè cultis ſit exornatus.

[m] Antiquiſſima nobiliſſimaque.

[n] Hujus Urbis ager fertilis & amœnus eſt, ac Salem mittit candidiſſimum, & ſuaviſſimum, quod *Plinio* commendatur.

[o] Civis eorum.

(a) Venuſia. (b) Acherontia. (c) Canuſium. (d) Cannæ. (e) Salapia, Salapina palus. (f) Rubi. (g) Butunti. (h) Barium. (i) Pœdiculi. (k) Uria op. Sinus Urias. (l) Brundiſium. (m) Portus Brunduſinus.. (n) Hydrus ſive Hydruntum. (o) Caſtrum Minervæ. (p) Callipolis. (q) Tarentum. (r) Sinus Tarentinus, (s) Archytas Philoſophus, (t) Neretum. (u) Aletium. (x) Rhudia.

CAP. XXX.

De Lucanis, Brutiis & Magna Græcia. 1

I.

Lucani.

INfra Apulos, Hirpinos atque Picentinos ad utrumque mare fuère *Lucani*, & ipſi à Samnitibus orti, duce *Lucio*: fines habuere ad *Laum* & *Sybarim* uſque amneis; quorum hic in Tarentino ſinu nunc vulgò dicitur *Cochile*; ille ad mare Inferum, *Laino*. Opida in littore hæc; α *Pæſtum*, Græcis *Poſidonia* appellatum, nunc in ruinis *Peſto*: β *Velia*, nunc *Piſciotta*, celebris quondam portus: γ *Buxentum*, nunc *Policaſtro*; à Tarentino ſinu δ *Metapontum*, nunc *Torre di mare*; ε *Heraclea*, antè *Siris* dicta, nunc in veſtigio ruinarum, *Policore*; ζ *Sybaris*, poſteà *Thurii*, ac tandem *Copiæ*, urbs dicta, inter *Sybarim*

Pæſtum ſ. Poſidonia. Velia. Buxentum. Metapontum. Heraclea. Siris. Sybaris ſ. Thurii vel Copiæ.

BUNONIS.

α (a) *Pæſtum* opidum fuit ad *Salſum flumen*, cujus fontes oriuntur ſub monte *Calamatio*, qui vulgò *Cappacio* dicitur; ad hunc montem *M. Licinius Craſſus* fugitivos profligavit. Inde in Petelinos colles conceſſit *Spartacus*.

β (b) *Velia* anteà *Helia*, *Elea*, *Hela* & *Hyela* dicta, poſt (c) *Poſſidonium promontorium* prima eſt, XXV millia pedum Pæſto diſtans; & III millia ab *Halete* amne. Ante dictum flumen opidumque duæ conſpiciuntur inſulæ (d) *OEnotrides*; *Pontia*: *In hanc Flavia Domicilla, Flavii Clementis, Domitiani patruelis uxor, propter Chriſtianam fidem deportata eſt, marito ejus anteà occiſo.* Euſeb. Hieron. *Huic inſulæ vicina eſt Pandataria*; *deinde eſt* (e) *Iſchia & Iſcia.* (f) *Sinus Velinus* à *Velia* dictus eſt.

γ Poſt Palinurum promontorium & flumen Melfen erat *Pyxus* ſive (g) *Buxentum* opidum & flumen.

δ A Caſuenti fl. oſtio ad III millia paſſuum fuit clara illa urbs (h) *Metapontum*, ubi hodiè ſpecula *Torre di Mare*. Adeò fortunati ab agricultura fuiſſe perhibentur Metapontii; ut Delphis famoſiſſimam illam *auream meſſem* dedicârint. Metaponti *Pythagoras* mortuus, monumentum habuiſſe ſcribitur. Tanta fuit hujus viri admiratio, ut ex domo ejus templum facerent, ipſumque pro Deo colerent.

ε (i) Ad *Siris* amnis oſtium fuit opidum *Siris*, quod poſtea (k) *Heraclea* appellatum eſt. Apud id opidum & Sirim fl. primo Romanorum pugna *Livino conſule* cum *Pyrrho* commiſſa eſt tam atrox, ut Frentanæ turmæ præfectus *Obſidius* invectus in Regem eumq; turbaret cogeretque, projectis inſignibus, prælio excedere.

REISKII.

1 Lucania, Græcè Λευκανία, Lucanorum regio, qui duce Luco aut Lucio è Samnitibus huc conceſſerant: Duplex (l) etiam ipſa ex veterum uſu, aut *latius nempe producta* Brutios comprehendit, aut *arctius contracta* Brutiis opponitur. Nam Olympiade CVI laſcivorum in Lucania latronumq; colluvies occupatis quibuſdam urbibus, novum Brutiorum nomen recepit: Illos Strabo Lib. VI. ἀνδράτας, i. e. *deſertores*; Lib. XVI. δρπίτας, i. e. *fugitivos* nominat: Idque nomen ex lingua Sabina, quæ βρυττίαν nuncupat picem, Heſychio auctore. Pix enim Brutia inter veteres plurimum commendatur à Dioſcoride, Plinio, Columella, pluribus. Quo factum eſt, ut Brutiis primo ſolis denominatio Italiæ imponeretur. De magna Græcia, multiſque Pelaſgorum coloniis eò deductis confer Golzium in Numiſmat. de urbibus à Cluverio non bene diſtinctis aut expoſitis Voſſium in Obſervationibus ad Pomponium Melam, Lib. III. c. 4.

BUNONIS.

ζ (m) *Sybaris*, in hoc Lucanorum litore opibus & potentia urbs illuſtris [a], inter duos amnes *Crathin* & *Sybarim* ſita fuit; ſed quum primùm conderetur, hujus appoſita fuit ripæ ſiniſtræ; unde & nomen accepit. Poſtmodum in tantum crevit, uti ad Crathis quoque dextram ripam pertingeret, ambitum comprehendens VI amplius millium. (n) *Thurium* poſteà paulò ſupra veteris Sybaris ſitum conditum fuit. Deleta eſt *Sybaris* à Crotoniatis, *Milone* duce, tempeſtate *Pythagoræ*. Una illa urbs *Sybaris* ſoli fœcunditate eo provecta erat, ut CCC millia hominum contineret. Sed quum Prætor quidam, nomine Telys opulentiſſimos urbe ejiceret, bonis eorum publicatis, Crotonem confugerunt, quos Telys ſibi dedi poſtulavit, niſi vellent bellum exſpectare. Crotoniatæ igitur, Pythagora philoſopho ſupplices protegendos ſuadente, bellum decreverunt. Sybaritis CCC armatorum millia ducentibus, Crotoniatæ C millibus inſtructi occurrunt. Fuſis Sybaritis, quum nulli parcerent, fugaque comprehenſos omnes occiderent, major exercitus pars conciſa interiit. Urbs poſt direptionem ad ſolitudinem redacta eſt. Captam enim immiſſo flumine Crathi aquis obruerunt. Sed reliqui Sybaritarum iterum ejecti reditus adjutores ab Athenienſibus impetrant, inter quos ipſe quoque erat *Herodotus*. Hi ſcaturigine haud procul à Sybari inventa, cui nomen *Thuriæ*, opidum ibi ſtatuunt, quod de fontis nomine *Thurium* appellârunt. Seditione verò orta, omnes Sybaritæ priſci deleti ſunt. Coloniam quum *P. Scipione Africano* iterum & *T. Sempronio Longo* coſſ. eo deducerent Romani, urbem mutato nomine

(a) Pæſtum. (b) Velia, ſ. Helia. (c) Poſidonium prom. (d) OEnotrides inſ. Pontia. (e) Iſcia. (f) Sinus Velinus. (g) Buxentum op. & fl. (h) Metapontum. (i) Siris amnis & op. ſ. (k) Heraclea. (l) Lucania duplex. (m) Sybaris fl. & op. (n) Thurium.

Sybarim Crathimque amnes, nunc non exſtat. Intus η *Potentia*, nunc *Potenza*; ϑ *Grumentum*, nunc *Clarimonte*. Potentia. Grumentum.

ι II. Poſt Lucanos extimum Italiæ, ad fretum uſque Siculum, angulum tenuêre ι *Brutii* à Lucanis orti. Opida in litore verſus Occaſum, κ *Cerilli*, nunc *Cirella*; λ *Clampetia*, nunc *Amantea*; μ *Temſa*, ſive *Tempſa*, cujus ſitus fuit prope ſpeculam maritimam, cui nomen vulgare *Torre Loppa*; ν *Terina*, nunc *Nocera*; ξ *Lametia*, nunc *Santa Eufemia*; ο *Scyllæum* in cervice Scyllæ ſcopuli, nunc *Sciglio*; & ultra fretum, π *Rhegium*, nunc *Reggio*: ab altero mari ρ *Locri* cognomine *Epizephyrii*, nunc *Gerace*; σ *Caulonia*, nunc *Caſtel Veteri*; τ *Scylacium*, Brutii. Cerilli. Clampetia. Temſa. Terina. Lametia. Scyllæum. Rhegium. Locri. Caulonia. Scylacium.

nomine (a) *Copias* appellârunt. (b) De *luxu* & *mollitie* Sybaritarum quæ auctores prodiderunt, incredibilia ferme videntur. (c) *Myndirides* mille coquos, totidem aucupes, totidem piſcatores gulæ artifices Sicyonem adduxit; idem ſæpius queſtus, quod foliis roſæ duplicatis incubuiſſet; & quum vidiſſet fodientem quendam, altiùs raſtrum allevantem, laſſum ſe fieri dixit, vetuitque opus in conſpectu ſuo facere. *Suid. Sybaritica menſa*; item *Sybaritica per plateas*; in proverbium abiêre. [b]

HEKELII.

[a] *Crotoni* vicina, ut teſtis eſt *Herodotus* Lib. v.

[b] De quibus videndus *Def. Eraſmus Roterod.* Chil. II. Cent. II. *Adag.* LXV. & LXVII. q. 431. Seq. Edition. *Colonienſ.* & ex eo *Pauli Manutii Adagia* p. 508. col. a. & 510. col. b. *Urſellis* A° 1603. in 8. maj. exc.

BUNONIS.

η (d) *Potentia* ad Apennini montis radices haud longe abeſt à Caſuenti fl. fontibus.

ϑ (e) *Grumentum* haud procul lævâ Siris fl. ripâ ſitum erat. Ad hoc opidum *T. Sempronius* cum *Hannone Pœno* proſperè pugnavit.

ι (f) *Brutii* à Lucanis orti, quorum fuerant paſtores, alteram Italiæ peninſulam incoluêre; à Lucanis Lao flumine ad Hetruſcum mare, & Sybari amne ad ſinum Tarentinum diſterminati [c]. In hunc Italiæ angulum cum LX millibus armatorum compulſus (g) *Spartacus*, quum fugam in Siciliam fruſtrà tentâſſet, tandem eruptione facta, dignam viris mortem obiere. (h) *L. Craſſus* enim iſthmum muro & foſſa ſepſerat. (i) *Annibal* quoque in extremum hunc agri Brutii angulum compulſus, nihil jam majus precatus eſt deos, quâm ut incolumi cedere atq; abire ex hoſtium terra liceat.

κ (k) *Cerilli* opidum ad Mare Inferum VII millia paſſuum à Lao amne ſitum eſt.

λ (l) *Clampetia* in eodem litore XL millia paſſuum Cerillis abeſt.

μ (m) *Temſa* poſt X millia paſſuum in hoc litore ſequitur Clampetiam. *Æs Temeſæum*, & *Vinum Temeſani agri* celebrantur.

ν (n) *Terina* ad mare ſita fuit; unde (o) *ſinus Terinæus* appellatus; qui hodiè vulgò *Golfo di S. Eufemia* dicitur.

ξ Poſt Terinam fuit OEnotrorum opidum (p) *Lampetia*, quod & *Lametia* & *Lametus* dictum eſt à fl. *Lameto*. Ab hoc opido ingens ille ſinus, qui nunc *Golfo di S. Eufemia* dicitur, antiquitus *ſinus* (q) *Lametinus* vocabatur.

ο (r) *Scyllæum* opidum nomen habuit à *Scylla*, quæ Saxum ſive Scopulus eſt ad ipſum fretum Siculum.

π (s) *Rhegium* cognomine *Julium* dicitur Ptolemæo: à dehiſcendi argumento, quod vi maris & terræ motu ab Italia fuerit avulſa, Sicilia propinqua, appellatum, antiquiſſimi prodiderunt ſcriptores. Alii quaſi *Regiam* dictam urbem volunt, propter ejus excellentiam.

ρ Poſt Zephyrium promontorium ſequitur celeberrima urbs (t) *Locri Epizephyrii*, à promontorio cognominata. In illo ipſo Zephyrio promontorio quondam collocata, poſteaque in eum locum creditur tranſlata, ubi nunc conſpicitur opidum *Gierazo*. *Locris & Crotone peſtilentiam nunquam fuiſſe; nec ullo terræ motu* laboratum, *adnotatum eſſe tradit* Plinius l. 2. c. 96. Creditum eſt, Locrenſes omnium primos *ſcriptis legibus* uſos fuiſſe, quas (u) *Zaleucus* compoſuerat [d]. A (x) *Dionyſio Juniore*, regno pulſo & apud Locrenſes exſulante, graviſſimo dominatu oppreſſi ſunt; quem tamen ipſi poſteà acerbiſſimè ulti ſunt.

σ (y) *Caulonia*, quæ anteà *Aulonia*, inter Sagrum fuit flumen & Cocintum promontorium. Caulonienſes hi à Brutiis opido ſuo ejecti in Siciliam ſeſe tranſtulerunt, ibique urbem priſcæ patriæ cognominem condiderunt.

τ (z) A *Scylacio*, Athenienſium, qui Meneſtheum erant ſecuti, colonia, *ſinus* appellatus eſt (a) *Scylacius*. Inde ſequuntur (b) *tria Japygum promontoria*, quæ vulgò *Capo delle Caſtelle*, *Capo Rizzuto* & *Capo della Nave*. (c) Promontorium *Lacinium* templo *Junonis Laciniæ* clarum fuit.

HEKELII.

[c] Horum Regio hodiè vocatur *Calabria Inferior*, ubi circa Littus *D. Euphemiæ* Corallium probatiſſimum olim inveniebatur, abundeque proveniebat Saccharum in Oppido Adamantio, atque in Convalle quadam à Regione *Altomontii* Manna colligebatur è frondibus & arborum truncis, quæ noctu rorabat.

[d] Vid. *Ubbo Emmius* Part. II. *Rerumpp. Græcor.* in Specie de *Republica Locrenſium* in *Italia* p. 295. Edition. *Lugdun. Batviniano-Elſevirianæ* in 16. f.

BUNO-

(s) Copiæ. (b) Sybaritarum luxus. (c) Myndirides. (d) Potentia. (e) Grumentum. (f) Brutiorum ortus & fines. (g) Spartacus. (h) L. Craſſus, Spartaci victor. (i) Annibal. (k) Cerilli. (l) Clampetia. (m) Temſa. (n) Terina. (o) Sinus Terinæus. (p) Lametia, ſ. Lampetia. (q) Sinus Lametinus. (r) Scyllæum. (s) Rhegium. (t) Locri. (u) Zaleucus. (x) Dionyſius Junior. (y) Caulonia, ſ. Aulonia. (z) Scylacium. (a) Sinus Scylacius. (b) Tria Japygum promontoria. (c) Lacinium prom.

Croto. Petelia. Ruſcianum. Conſentia. Pandoſia.

um, nunc *Squillaci* ; υ *Croto*, nunc *Crotone* ; φ *Petelia*, nunc *Belicaſtro* ; χ *Ruſcianum*, nunc *Roſſano*. Intus caput Brutiorum ↓ *Conſentia*, nunc *Conſenza* : & haud procul inde verſus Septemtrionem, quondam ω *Pandoſia*, cum *Acheronte* fluv. quæ duo nomina cum *Alexander Epirotarum* Rex in Epiro, ancipiti oraculo monitus, fatalia evitare vellet, heic in eadem incidit atque periit. Fuit

Hipponium. Vibo Valentia.

prætereà potens quondam civitas α *Hipponium*, Romanis *Vibo Valentia* dictum, nunc *Monte Leone*.

III Atque hactenus populos enarravimus, qui univerſam Italiam olim incoluerunt, præcipuaſque eorum urbes recenſuimus. Cæterùm quum Græci omnem ferè oram maritimam, coloniis ſuis è Græcia deductis, obſiderent,

Magna Græcia.

ipſa hæc terra unà cum Sicilia dicta eſt β *Magna Græcia*, duravitque hoc nomen multis ſæculis, donec *inter fretum Siculum* conſtitit & *Tarentum* ; quæ pars Italici littoris poſteà propriè eo nomine indigitata eſt, teſtibus Cicerone, Plinio, Ptolemæo & aliis.

CAP.

BUNONIS.

υ (a) A Junonis Laciniæ fano vel VI millia paſſuum ſequebatur *Croton* ſive (b) *Croto* urbs olim celeberrima [e], quam *Æſarus* amnis mediam olim interfluxerat, præterfluebat poſteà procul extra muros. Mœnia urbis XII millium ambitum continebant ante Pyrrhi in Italiam adventum ; poſt tamen adeò cladibus afflicta multis, ut omnis ætatis minus XX millia civium ſupereſſent [f]. Salubritas loci in proverbium abiit : *Sanior Crotone*. Hinc oriundus (c) *Milo*, cui robur corporis immenſum fraudi tandem fuit. *Crotoniatis Zeuxis* Heracleotes pictor *Venerem* illam aliaque inſignia opera adornavit. Crotoniata quoque fuit (d) *Democedes* Medicus, qui Darium conjugis opera impulit, ut Græcis bellum inferret. (e) *Pythagoras* Philoſophus Crotone diu multumque eſt verſatus, atque Crotonienſes luxuria corruptos ad bonam frugem & in viam virtutis revocavit. Ad oſtium Æſaris fl. (f) *portus* erat *Crotonienſis*.

φ (g) *Petelia* ſive *Petilia* opidum, inter Crotonem & Scylacium fuit in edito colle, VI millia paſſuum à mari, XXX à promontorio *Crimiſa*. Sub tumulo Petiliæ ab Annibale aliquot Romanorum millia cæſa tradit *Livius l.* 27.

χ (h) *Ruſcianum* ſive *Roſcianum* medio fermè ſitu fuit inter Crathim & Traenta amnes.

↓ (i) *Conſentia* olim Brutiorum caput erat.

ω (k) *Pandoſia* & *Acheron* fluvius ad ipſum fuerunt iſthmum in Brutiorum agris. *Alexander* iſte Dodonæo oraculo juſſus erat *Acherontem Pandoſiamque* vitare. Quum in Theſprotia iiſdem vocabulis ei loca oſtenſa fuiſſent : hic in Brutiis in eadem incidit, à Brutiis cum omni ſuo exercitu deletus ; ipſe à Lucano exule veruto transfixus eſt.

α (l) *Hipponium* opidum, anteà *Hippo*, item *Vibon* & *Vibo*, ac demum *Vibona Valentia* dictum, non fuit ad mare ſitum : *Agathocles* enim Rex Siciliæ ei navale exſtruxit ad ſinum Lametinum. Contra Vibonem ſunt parvæ inſulæ, quæ vocantur (m) *Ithaceſiæ*, *Ulyſſis Specula*.

β (n) *Frons Italiæ*, quæ & (o) *Magna Græcia* & *Græciæ ara* appellatur, per (p) *Auſonium mare*, atque *tres* ejus *ſinus* inter *Salentinum* & *Zephyrium*, vel *Leucopetram* promontoria agnoſcere eſt. *Auſonium* autem *mare* à Sicilia ad Salentinum uſque promontorium extenditur. Sunt itaque ejus maris tres iſti ſinus : *Primus* inter promontoria Salentinum & Lacinium (q) *Tarentinus*. *Secundus* inter Lacinium & Cocintum promontoria (r) *Scylacius*. *Tertius* ſinus inter *Cocintum* ſive (ex Plinio circa hunc terminum variante) Leucopetram, (s) *Locrenſis*. Scinditur itaque Italiæ frons in (t) *duo* cornua, *Leucopetram* & *Salentinum* promontoria. Apenninus itidem in *duo* ; quorum unum eſt *Leucopetra* : alterum autem *Lacinium*.

HEKELII.

[e] Et antiquiſſima.

[f] Hodiè titulo Marchionatus eſt exornata.

BUNO-

(a) Junonis Laciniæ fanum. (b) Croto. (c) Milo. (d) Democedes. (e) Pythagoras. (f) Portus Crotonienſis. (g) Petilia. (h) Roſcianum. (i) Conſentia. (k) Pandoſia & Acheron fl. (l) Hipponium, ſ. Hippo & Vibona Valentia. (m) Ithaceſiæ inſ. (n) Frons Italiæ. (o) Græcia magna. (p) Auſonii maris tres ſinus, (q) 1, Tarentinus, (r) 2, Scylacius, (s) 3. Locrenſis, (t) Duo Italiæ cornua.

CAP. XXXI.

De Fluviis Italiæ. 1

I.

FLuviorum princeps Italiæ eſt *Padus*, vulgo *Po*, nulli amnium claritate inferior, Græcis *Eridanus* dictus; ac Phaethontis, ut fabulata eſt antiquitas, pœna illuſtratus. E gremio α *Veſuli*, celſiſſimi inter Alpium juga montis, profluens, *triginta* amplius *flumina*, lacuſque immenſos, *ſeptem oſtiis*, quæ *ſeptem maria* perhibebantur, in mare *Adriaticum* defert. Fluminum nobiliora ſunt ex Alpibus orta; β *Duria*, nunc *Dora*; *Seſſites*, *Seſſia*; γ *Ticinum*, *Teſino*, lacum *Verbanum*, nunc *Lago Maggiore*, tranſiens; δ *Addua*, nunc *Adda*, *Larium* lacum, nunc *Lago di Come*, perfluens: ε *Ollius*, nunc *Oglio*, lacum *Sebinum*, nunc *Lago d'Iſeo*, tranſiens: ζ *Mincius*, nunc *Menzo*, lacum *Benacum*, nunc *Lago di Garda*, tranſmittens. At à dextra ripa recipit idem Padus ex Apenninis jugis, η *Tanarum*, nunc *Tanaro*; ϑ *Trebiam* qui Nomen ſervat, Romanorum clade illuſtrem: & ι *Rhenum* Bononienſem, vulgo *Reno*.

II. Ex Alpibus item profluit κ *Atheſis*, Italis nunc *Adeſe*; German. autem *Etſch*. Reliqua quæ ſequuntur, cuncta Apenninus fundit: quorum λ *Arnus*, vulgo

Padus fl.
Padi fontes.
Duria fl.
Seſſites fl.
Ticinum fl.
Verbanus lacus.
Addua fl.
Larius lacus.
Ollius fl.
Sebinus lacus.
Mincius fl.
Benacus lacus.
Tanarus fl.
Trebia fl.
Rhenus fl.
Atheſis fl.
Arnus fl.

BUNONIS.

α In ſummo *Veſulo* lacus eſt, cujus occulta origo, qui neque digitum ripas ſuas excedit; ſub eo lacu tres ſunt Padi fontes, qui per ſubterraneos cuniculos ex hoc lacu oriri creduntur. Ab hoc Veſuli lacu L circiter millia paſſuum in *Ceniſii* montis vertice etiam lacus eſt, ex quo itidem per cuniculos ſubterraneos fluvius ille oriri creditur, qui apud Seguſium in Duriam minorem influit.

β (a) *Duriæ* amnes *duo* ſunt: *Minor*, qui ſupra Seguſium opidum ex Alpibus Cottiis exortus III millia paſſuum infra Auguſtam Taurinorum Pado miſcetur, diminutivo vocabulo accolis *La Dorietta* dictus. *Major Duria* ſupra Auguſtam Prætoriam ex ſummis Grajis Alpibus profluens, ipſa Auguſta Prætoria & Eporedia ablutis, XVIII circiter millia paſſuum infra minorem Duriam eidem Pado redditur.

γ (b) *Ticinus* ex ſummo Alpium jugo, quod *D. Gothardi* mons cognominatur, ortus, *Verbanum lacum* tranſit [a]. Celebritatem fluvius hic debet pugnæ inter Romanos & Pœnos ſub introitum Hannibalis in Italiam circa eum commiſſæ, ubi P. Cornelius Scipio, Africani pater, ab Hannibale prælio victus & vulneratus, in hoſtium veniſſet poteſtatem, niſi eum protectum prætextatus filius ab ipſa morte rapuiſſet.

δ (c) *Addua* [b] fontem habet in excelſo Rhæticarum Alpium jugo, quod vulgò *Monte Braulo* [c] appellatur. Per *vallem Tellinam* lapſus, *lacum* tranſit *Larium*, qui hodiè *Comenſis* dicitur.

ε (d) *Ollius* eodem cum Alpium tractu oritur in monte *Mortavolo*. Per *vallem Camucinam* delapſus *Sebino* ſive *Sevino lacu* excipitur, qui ab opido *Sebo* ſive *Sevo* nomen habet, quod hodie vulgò *Iſeo* dicitur: unde lacus cognomen habet [d].

ζ (e) *Mincius fl.* ſuperiori ſui parte, quâ lacum ingreditur, olim idem cum opido *Sarraca* nomen habuiſſe ex eo colligitur, quòd illa pars hodiè etiam vocetur *Sarca* [e].

η (f) *Tanarus* fluviorum iſtorum maximus eſt.

ϑ Ad (g) *Trebiam Hannibal Sempronium* Coſ. & Romanos ſuos hyeme vicit.

ι Nullum ſagittis aptiorem eſſe calamum, quàm qui in (h) *Rheno Bononienſi*, cui plurima inſit medulla, ponduſque volucre, tradit *Plinius lib.* 16. *c.* 36.

κ (i) *Atheſis* poſt Padum totius Italiæ maximus eſt.

λ Strabo & Ariſtoteles tradunt, (k) *Arnum Auſaremque*, ubi in unum confluant; alterum alterius violento incurſu adeò ſe invicem attollere, ut qui utrimque in ripis conſiſtant homines, alter alterum conſpicere nequeat.

HEKELII.

[a] Hic Fluvius aquis eſt perlucidus, & piſcium nobilitate, præſertim laudatiſſimis *Thymallis* clarus. Ejus arena *Aurum* & *Argentum* præbere dicitur.

[b] Vel *Abdua*.

[c] Mons *Braulii*.

[d] Hic Fluvius piſcium bonorum eſt refertiſſimus, in quo præſertim prope *Palatiolum* Caſtrum innumeræ piſcantur anguillæ, quæ poſtea ſaliuntur.

[e] Profluit aliàs ex Lacu *Benaco* præcipuâ claritate, & ad *Mantuam* decurrens eam inſigni Stagno circumfundit, atque hinc eadem claritate pergens in *Padum* exoneratur.

REISKII.

1 Hæc Italiæ Hydrographia eſt, non tamen tota, ſed quoad partem lacus & fluvios, tum majores, tum etiam minores; neque ſic omnes, quod præcipui ſufficiant, deque mari mediterraneo ſupra expoſitum ſit.

(a) Ti-

(a) Duria Major & Minor amnis. (b) Ticinus fl. (c) Addua fl. (d) Ollius fl. (e) Mincius fl. (f) Tanarus fl. (g) Trebia fl. (h) Rhenus Bononienſis fl. (i) Atheſis fl. (k) Arnus fl.

vulgo *Arno*, Florentiam ac Piſas perfluit; μ *Tiberis*, quem urbs Roma, Romæque conditor *Romulus*, totius terrarum Orbis illuſtriſſimum fecerunt, à dextra ripa ν *Clanim*, vulgo *Chiana*; à ſiniſtra ξ *Narem*, vulgo *Nera*, atque ο *Anienem*, nunc *Teverone*, in Mare Inferum defert.

Clanis fl. Nar fl. Anio fl.

III. Inter Latium & Campaniam eſt π *Liris*, nunc *Garigliano*; in ipſa Campania ρ *Vulturnus*, *Volturno*: inter Picentinos ac Lucanos σ *Silarus*, *Silaro*. In magna Græcia τ *Sybaris*, nunc *Cochile*, & υ *Crathis*, *Crati*: In Apulia φ *Aufidus*, nunc *Lofanto*, Romanorum ſiniſtrâ pugnâ adverſus *Annibalem* nobilitatus. Inter Præcutios & Picenum χ *Aternus*, nunc *Peſcára*. In Gallis Senonibus ↓ *Metaurus*, nunc *Metro*, *Haſdrubalis*, fratris Annibalis, clade atque interitu inſignitus.

Liris fl. Vulturnus fl. Silarus fl. Sybaris fl. Aufidus fl. Aternus fl. Metaurus fl.

(a) Tiberis ex Apennino & Aretinorum finibus, nec procul ab Arni fonte naſcitur, auctuſque XLII rivis & amnibus, per duo in mare Hetruſcum oſtia effunditur. Sed portus Oſtienſis ad hæc oſtia quondam maximis impenſis conditus, nunc juſſu Rom. Pontificis diruius plane jacet deletuſque, ideo ne Turcis ad Italiam appetendam aut invadendam inſerviat. Vid. Ricciolus in Geog. refor. & Fourner. in Hydrog.

BUNONIS.

μ (b) *Tiberis* ex imis Apennini jugis [*f*] oritur in Tuſcia [*g*].

ν (c) *Clanis* ex Etruria in Tiberim confluit, per *Cluſinam paludem* derivatus.

ξ (d) *Nar* è Fiſcello monte labens odore ſulfureo vitiatus eſt.

ο (e) *Anio* amnis omnium in Tiberim defluentium celebratiſſimus in monte Trebanorum ortus, tres lacus, qui ſubjecto opido Sublaqueo nomen dedere, in Tiberim defert.

π (f) *Liris* amnis anteà dictus eſt *Clanis* atque *Glanis*. In eum à dextra ripa influunt *Coſa* & *Trerus*; à ſiniſtra *Fibrenus* & *Melfes*.

ρ (g) *Volturnus* ſive *Vulturnus* anteà dictus eſt *Athurnus*. *Domitianus* Imperator quum viam novam inter *Sinueſſam* & *Cumas* ſterneret; pontem magnifici operis, una cum arcu triumphali, hic ſtruxit in Vulturno amne.

σ Falſum eſt quod *Silius l.* 8. de (h) *Silaro* ſcribit; *Duritiem lapidum merſis inoleſcere remis*.

τ (i) *Sybaris* ab Achaico fonte *Sybari* nomen accepit. Conſternatos reddit illos, qui ex eo bibunt.

υ (k) *Crathis* nomen habere videtur à *Crathi* flumine Achaico Ægæo. Hominum, qui in eo abluuntur, crines flavos reddit. Ariſtoteles in admirandis & Strabo l. 8.

φ Clades illa Romanorum ad (l) *Aufidum* erat *Cannenſis*.

χ (m) *Aternum* aliquando ſanguine fluxiſſe tradunt Cicero de divinat. & Liv. l. 24.

↓ Quo loco ad *Metaurum* Haſdrubal à Nerone Livioque Coſſ. acie victus ſit, incertum nobis eſt.

HEKELII.

[*f*] Tenuis primò ad inſtar exigui Rivuli.

[*g*] Et augetur Fluminibus ac Torrentibus 42 ſpatio CL Mill. qui, *Plinio* teſte, rerum omnium in toto Orbe naſcentium mercator eſt placidiſſimus; *Romam* autem in duas partes dividit, & *Tuſciam* ab *Umbris* & *Sabinis* devellit, neque unquam alveum egreditur, *Romamque* inundat, quin malum aliquod illi portendat, quod pluries obſervatum fuit.

(a) Tiberis. (b) Tiberis fl. (c) Clanis fl. (d) Nar fl. (e) Anio fl. (f) Liris fl. (g) Vulturnus fl. (h) Silarus fl. (i) Sybaris fl. (k) Crathis fl. (l) Aufidus fl. (m) Aternus fl.

CAP. XXXII.

De montibus Italiæ.

I.

Alpes,

ALpes Italiam à Gallia, Vindelicia, Norico ac Pannonia ſubmovent. *Initium* earum à vadis Sabatiis, *finis* ad Flanaticum ſinum, vulgo *Golfo di Carnaro*, & *Colapis*, vulgo *di Kulpe*, fluminis fonteis. Dividuntur in varias parteis atque nomina. A vadis Sabatiis ad Vari amnis fonteis, qua Liguſtico mari objacent, *maritimæ* cognominantur: hinc ad Seguſium uſque, vulgo *Suſa*, *Cottiæ*: inde ad S. Bernardum minorem *Grajæ*: dein ad uſque S. Gothardum *Penninæ*: his continuantur *Rhæticæ*, ad Plavis uſque fontem; quarum pars *Tridentinæ* perhibentur, ſupra Tridentum. His junguntur ad Doblacum uſque *Noricæ*, ſupra Tilavemptum amnem, vulgo *Tajamento*: inde jam *Carnicæ* ſupra Carnos, uſque ad Savi fontes: moxque *Ultimæ*, ad Colapis fonteis uſque, *Pannonicæ*, eædem & *Juliæ* dictæ. Sunt tamen qui ſupra Dalma-

Maritimæ. Cottiæ. Grajæ. Penninæ. Rhæticæ. Tridentinæ. Noricæ. Carnicæ. Ultimæ. Pannonicæ & Juliæ.

Dalmatiam Alpium nomen protendant, ubi *Dalmaticas* dici volunt: aliique in Thraciam & Pontum usque. Sed prior finis ad Colapis fontes à plerisque receptus est. [1] Dalmaticæ.

II. Cæterùm intus in Italia *Apenninus mons* amplissimus Alpibus ad Vada Sabatia annexus, perpetuis jugis lunatoque cursu, ad Siculum fretum *Leucopetramque* promontorium tendens, Italiam quasi mediam secat. Prope Suessam, Liris fluminis sinistræ ripæ prætexitur α *Massicus mons*: hinc inter Bajas & Puteolos est β *Gaurus*: supra Capuam est *Tifata* mons, vulgo *monte di Capua*. Ultra Neapolim *Nolæ* vicinus est *Vesuvius*, nunc *monte di Somma*, ignium eruptione ac Plinii interitu clarus. In Apulia est *Garganus*, in mare Superum ingenti promontorio excurrens, nunc *monte di S. Angelo*. Montes Apenninus, Massicus. Gaurus. Tifata. Vesuvius. Garganus.

BUNONIS.

α (a) *Massicus mons* Savonis fl. dextram ripam prosequitur, generoso vino nobilis [a]. Quomodo hic in Romanorum exercitu, quum Pœni sub eorum oculis *Sinuessam Falernumque agrum* exurerent, adversus *Fabium* prope orta esset seditio, *Livius* scribit l. 22. (b) *Falernus ager* Massico monti conterminus est, & ad *Vulturnum* usque flumen protenditur. Ad extremum Massici montis versus mare fuit (c) *Sinuessa* illa, cujus rudera hodieque conspiciuntur sub marinis undis ad *Montis Draconis* castellum. (d) *Aquas Sinuessanas* sterilitatem fœminarum, & virorum insaniam abolere prodit *Plinius l.* 31. *c.* 2.

β (e) *Gaurus mons* medio itinere inter Puteolos & Lucrinum lacum celso vertice paulùm à mari remotus, hodiè vulgò dicitur *Monte Barbaro*. Ad hunc montem aquam, amaram cum odore, tum potu profluere, quam usurpent medicandis oculis, ex Heliodoro tradit Stobæus.

HEKELII.

[a] Unde *Massicus Bacchi humor*, & *Massica Bacchi munera* à *Virgilio* Lib. II. *Georg.* v. 143. & Lib. III. *eorund.* v. 526. optimè commendantur.

REISKII.

1 De Alpibus supra explicatum & ostensum fuit quæ his Hydrophylacia subsint, quæque subterraneæ cavernæ, primæ fluviorum, amnium & fontium origines. Apennino ab jugo mons Pausilypus (f) Basilipo procurrit, inter Neapolin Puteolosque medius, viâ per imas radices artificiosissimè ductâ mirabilis: Hanc Strabo speluncam, Seneca cryptam Neapolitanam nominat epist. LVII. Braunius in Theat. urb. Tom. VI. illam exhibuit Tab. singul. Vesuvio Pyrophylacium subterraneum fovet, unde fumi nonnunquam & cineres cum impetu protruduntur. Vid. Kircher. Mund. Subter. Tom. I.

(a) Massicus mons. (b) Falernus ager. (c) Sinuessa op. (d) Aquæ Sinuessanæ. (e) Gaurus mons, ejusque aquæ amaræ. (f) Basilipo.

CAP. XXXIII.

De variis Italiæ incolis.

I.

TErram Italicam, à freto Siculo ad Alpes usque porrectam, qui ab initio habuerint mortales, parum in tanta temporum longinquitate compertum est: nec constat, unus post inundationem terrarum ab urbe Babylonica profectus in dispersione gentium populus hanc regionem occupaverit omnem, unumque universæ nomen imposuerit; an aliæ subinde atque aliæ in terras cultoribus vacuas invectæ gentes, suis quæque sedibus vocabula dederint diversa. [1] Prisci Italiæ incolæ.

II. Sa-

REISKII.

1 De uno post Babylonicam dispersionem populo huc ad terras Italicas digresso non equidem distinctè constat: De posteris tamen Japheti & Gomeri per colonias Græcorum antiquissimas casu an fortuito huc delapsis constare liquidò videtur: Item de Cittim vel Cittæis, quorum mentio cap. XXVII, ad vetus Latium fiebat. Unum Suidam audiamus, qui vera ipse incertis adfuit: Τήλεφος γὰρ υἱὸς Ἡρακλέους, οὐ ποκληθεὶς λατεῖνος μετωνόμασε τοὺς πάλαι Κητίους λεγομένους

Ausones. Opici. Osci. Siculi. Umbri. Tusci. Ligures. Veneti.

II. Sanè varii atque genere plane diversi in ea memorantur auctoribus populi, quorum antiquissimi sunt isti: α *Ausones*, Brutiorum Lucanorumque agrum quondam tenentes; hinc *Opici* sive *Osci*, in Samnio atque Campania; *Siculi* in Sabinis & Latio; *Umbri* ad utrumque mare; ad Inferum, in parte Tusciæ inter Tiberim & Umbrorum amneis. Inde β *Tusci* ad Alpes usque; juxta hos γ *Ligures* in Galliam usque ad Rhodanum extensi. Ultra Tuscos δ *Veneti*: quos alii à proximo Illyrico, alii ab *Henetis*, Paphlagonica gente, ortos tradiderunt.

Galli. Tusci. OEnotrii. Aborigines. Latini. Sabini.

III. Tuscos expulerunt inter Alpes & Apenninum suprà dicti *Galli*: Umbros ab Infero mari removerunt *Tusci*; ε Græca gens, ex Arcadia *Duce OEnotro* profecti, unde dicti *OEnotrii*, primùm *Ausones*, suprà dictis sedibus pepulerunt, ulterioraque versus Septemtrionem Italiæ, circa Vulturnum Lirimque amneis, petere coegerunt; nec ea terrarum parte contenti, mox ζ *Siculos* etiam sedibus ejecerunt, jam tum mutato nomine *Aborigines* dicti: Sed cum solum, quod tum occupaverant, *Latium* vocaretur, mutato jam iterum vocabulo, *Latinos* inde sese appellârunt. *Sabini* Opicorum fuêre progenies, genueruntque ipsi ex sese *Picentes*, *Vestinos*, *Marsos*, *Pelignos*, *Prentanos*, *Marrucinos*, *Samnites*; quorum hi posteà *Hirpinos*, *Campanos*, *Lucanos* atque *Brutios* condiderunt.

Coloniæ Græcorum. Magna Græcia. Lucani. Brutii.

IV. Interim *Græcorum nationes*, aliæ aliis temporibus in Italiam invectæ, urbes in ea passim condiderunt, suisque coloniis, ut suprà dictum est, omnem oram maritimam Superi Inferique maris impleverunt. Hinc *Italia* unà cum *Sicilia*, ut ex Strabone & Trogo liquet, *Magna Græcia* appellata fuit. At cum alii populi aliis ex locis Græcos expellerent, maximè vero *Lucani* eam partem, quam de suo nomine *Lucaniam* dixerunt, oppressis illis, occuparent, & ab his orti *Brutii Brutiam*, paulatim Græcum nomen per Italiam imminui cœpit; donec in ea parte consisteret, quæ tum *Magna Græcia*, nunc *Calabria superior* dicitur.

Romani.

V. At postquam *Romanorum* crevit potentia, tota tandem Italia horum armis subjugata est; stetitque sub Romæ urbis imperio, regionibus ac populis

ὑπὸ τοῦ Λατίνου· *Telephus enim Herculis filius cognomento Latinus eos, qui olim Ketii vocabantur, alio Latinos nomine dixit.* De coloniis Græcorum Italicis monumenta contestantur vetera; itemque de migrationibus gentium Germanicarum, & septemtrionalium irruptionibus. Una series harum chronologica luculentius constitui posset digerique, patria item unde prodierint, & nova Respubl. copiosius explicari, nisi brevitas nobis obstaret.

BUNONIS.

α (a) *Tres* tantum in omni Italia fuerunt *populi indigenæ*: (b) *Umbri*, (c) *Siculi*, & ingens (d) *Ausonum* sive *Opicorum* corpus. Ab his orti sunt *Sabini*; à Sabinis porrò fuerunt *Picentes*, *Frentani*, *Marrucini*, *Peligni*, *Vestini*, *Marsi*, *Æqui*, *Hernici*, & *Samnites*. A *Samnitibus* orti *Hirpini* atque *Lucani*; & ab his *Brutii*. Ab iisdem *Samnitibus* posteà orti *Campani*, Opicos atque Auruncos totâ pepulere Campaniâ. Inter hos & Lucanos *Picentini* Picentium fuere pars; à Romanis à Supero ad Inferum mare traducti.

β *Tuscorum* stirpem omnes auctores antiqui, uno excepto Dionysio Halicarnassensi, ex Asia à Lydorum gente deducunt.

γ Alpini populi fuere (e) *Ligures* [a] Celtici generis, in varia nomina divisi; *Taurinorum*, *Salassorum*, *Lepontiorum* & *Euganeorum*. *Rhæti* quoque fuere Alpini, & ipsi in plura cognomenta distincti; Hinc *Carni* Inalpinæ sive Celticæ originis gens.

δ (f) *Venetorum* verò gens ex Asia, *duce Agenore*, post excidium Trojæ deducta creditur. Alii tamen, in quibus Herodotus, Venetos *Illyrici* generis pronunciârunt.

ε Græci isti, trajecto sinu Ionio, domicilium in Italia statuerunt, deducti ab (g) *OEnotro* Arcade, *Lycaonis* filio, XVII ætatibus ante, quam ad Trojam bellatum est; *Dionys. Hal. l.* 1. id est, annis 479, ante bellum Trojanum; & ante Christum natum 1650. OEnotrorum regia sedes tum fuit *Pandosia*; & fluvius, cui imposita urbs illa, Græco nomine *Acheron* iis dictus est.

ζ *Siculi* isti ejecti, peragrata inferiori Italia, ab Opicis porro, sive Ausonibus pulsi, *Sicaniam* insulam occupârunt.

HEKELII.

[a] *Romanos* Populos hosce nunc *Tuscos*, nunc *Etruscos*, *Græcos* verò *Tyrrhenos* dixisse, *Maginus* sæpe laudatus autor est, dicens, *Tusciam* appellatam fuisse

(a) Populi Italiæ indigenæ, (b) Umbri, (c) Siculi, (d) Ausones, (e) Ligures, (f) Veneti, (g) OEnotrii.




GERMANIÆ PARS
CARINTHIE PARS
HELVETIÆ PARS
CILLEI COM
CROATIA
DALMATIÆ PARS
ITALIA NOVA
VENETIA
GOLFO VENETICUS
SINUS
MARE TIRRENO
MARE DI SARDEGNA
PARTÆ DI FRANCE
MARE IONIO
SICILIÆ PARS
Golfo di Spetia
Elba
Golfo di Napoli
Golfo di Tarranto
Golfo di Squillaceo
Golfo di Eufemia
Bocca del Golfo
Strongolo
Mesina
Palermo
Porto Farina
Carulitanus Sinus
Fossa Fretum
Stromboli
I Ligaree ol' vero di Volcanogia Eolie
Volcano ol' Diera
Isola Rosa
Isola Longa
Isola Piana
Isola Tavolata
Isola Asinara
Isola Rossa
Isola Maddalena
Isola Caprera
Isola Pantalaria
Isola Lampedosa
Isola Malta
Isola Gozo
Isola Corfu
Isola Cefalonia
Isola Zante
Isola Candia
Isola Cerigo
Isola Cerigotto
Isola Stampalia
Isola Scarpanto
Isola Rodi
Isola Cipro
Isola Negroponte
Isola Metelino
Isola Lemno
Isola Samotracia
Isola Tenedo
Isola Mitilene
Isola Scio
Isola Nixia
Isola Paros
Isola Andro
Isola Micone
Isola Tine
Isola Serpho
Isola Cerigo
Isola Milo
Isola Santorino
Isola Policandro
Isola Nio
Isola Stampalia
Isola Lango
Isola Calimno
Isola Coo
Isola Rodi
Isola Scarpanto
Isola Candia
Isola Cerigotto
Isola Cerigo
Isola Cipro
Isola Negroponte
Isola Metelino
Isola Lemno
Isola Samotracia
Isola Tenedo
Isola Mitilene
Isola Scio
Isola Nixia
Isola Paros
Isola Andro
Isola Micone
Isola Tine
Isola Serpho

pulis ſuprà explicatis diſtincta, ad *Honorii Imperatoris* uſque tempeſtatem. Ex hinc alii aliique ſubinde, ν *Gothi*, ϑ *Vandali*, ι *Heruli*, Germanicæ gentes, κ *Hunni*, ſuperatis Alpium jugis, totam invadentes, in varia regna atque imperia diſtribuerunt. His tandem à ducibus *Juſtiniani Imp.* pulſis, *Exarchatus* in Italia magiſtratus conſtitutus eſt, cujus ſedes *Ravenna*, Româ tum in ruinis jacente, λ Ultimi hinc *Longobardi*, expugnata *Ravenna*, regnum in Togata Gallia conſtituerunt, quod etiam nunc de gentis vocabulo corruptè *Lombardia*, quaſi *Longobardia*, appellatur. Hos tandem debellavit *Pipinus Franciæ Rex*, à Pontifice Romano contra eos in Italiam vocatus.

Gothi. Vandali. Heruli. Hunni. Exarchatus. Longobardi.

fuiſſe vel à *Sacrificiis*, quoniam in hac re hæ Gentes præ cæteris excelluere; vel etiam à *thure*, cujus in *Sacrificiis* ſingularis atque præcipuus uſus eſt.

BUNONIS.

ν Italiam primis annis Honorii invaſerunt *Radagaiſus* & *Alaricus* (a) *Gothorum* Principes magna cum multitudine hominum. Sed *Radagaiſus* Feſulanis incluſus montibus cum omnibus ſuis copiis deletur à *Stilicone*: quod anno Chr. 405 *Proſper*, & ſequenti *Marcellinus* aſſignat. *Alaricus* deinde Romam cepit anno C. 410. Inde in Latium, Campaniam, Apuliam, Lucaniam & Calabriam profectus, ea quoque loca depopulatus eſt. Quum *Conſentiam* expugnâſſet Alaricus, mortuus eſt: & à militibus in Regem electus *Athulphus*, qui cum omni Gothorum exercitu in Galliam conceſſit.

ϑ Interim (b) *Vandali* & *Suevi*, vaſtatis Gallis, Pyrenæos montes tranſgreſſi, Hiſpanias occupârunt. Inde partim à Gothis pulſi, partim à *Bonifacio* Comite & Præfecto Africæ, cui diſſidia erant cum *Caſtino* militiæ duce, invitati, trajecto in Africam exercitu, Romanos profligant, captâque Carthagine regnum ibi condunt ſub Rege Genſerico; Quum verò *Valentinianus* III Imperator fraude *Anicii Maximi*, cujus uxorem ſtupraverat, interiiſſet, ipſeque Maximus hanc cædem *Eudoxiæ Auguſtæ*, quam in matrimonium pellexerat, per imprudentiam aperuiſſet, mulier iſta vindictæ cupida Genſericum ad ulciſcendum ſcelus occultè excitat; qui Italiam ingreſſus, Romam captam diripuit, & Eudoxiam cum filiabus Placidiâ & Galbâ, multiſque millibus captivorum in Africam ſecum abduxit, quod contigit an. C. 455.

ι *Odoacer Turcilingorum* Rex, cum *Scyris* & (c) *Herulis* auxiliaribus Italiam occupavit A. C. 476. eamque regio nomine tenuit annis circiter 17. Anno verò 489, *Theodoricus* (d) *Gothorum* Rex, *Zenonis* hortatu Italiam adiens, *Odoacrem* tribus præliis ſuperatum Ravennæ obſedit, ac tandem fraudulenta pactione circumventum interfecit, Heruliſque ſedes inter Subalpinos conceſſit, anno C. 493, quo ipſo initium habuit Gothorum in Italia regnum, à *Theodorico* ſapientiſſimè conſtitutum: quod cum *Tega a Narſete* victo deſiit anno 554.

κ *Attila* virtute *Aetii* in Galliis repreſſus, reparato exercitu Italiam invaſit anno C. 454. Aquilejam [b] captam ſolo æquavit, multiſque opidis vaſtatis Romam petens, Leonis Epiſcopi Romani oratione commotus in patriam abſceſſit.

λ *Alboinus* à Narſete excitatus cum (e) Longobardis ſuis Italiam ingreſſus, anno C. 568, ab exercitu ſuo Italiæ Rex proclamatur anno C. 571. Regnum iſtud ſtetit ad annum uſque C. 772, quo *Deſiderius*, Longobardorum Rex ultimus, à Carolo M. captus & in Franciam abductus eſt. Deletum igitur eſt hoc regnum non à *Pipino* ſed *Carolo*, ab ipſo Longobardorum in Italiam ingreſſu annis 206.

HEKELII.

[b] Urbem olim ditiſſimam atque populoſiſſimam ſplendidiſſimamque Imperatorum Sedem.

(a) Gothi. (b) Vandali. (c) Heruli. (d) Gothorum in Italia regnum. (e) Longobardi.

CAP. XXXIV.

De noviſſima Italiæ diviſione. 1

I.

POſtquam imperii Romani dignitas atque ſedes in Germaniam delata eſt, Italia varie ab aliis aliiſque divexata, atque in varios titulos atque dominia diſcerpta eſt. Hinc noviſſimæ diviſionis regiones nunc ſunt: *Hiſtriæ* Marchionatus,

REISKII.

1 Italia quin Carolingis aut Francicis, & poſthac Germanicis Impp. Heinricis, Ottonibus, Fridericis, aliiſque ſubjecta fuerit, nullum eſt dubium: Sed arcanis Rom. Pontificum conſiliis ea demum turbata & divulſa, tot Principes ac Dominos recepit hodieque fovet; ut tamen Impp. Romano-Germanicis jus ſuum integrum ſuperſit. (a) Interim ſtatus per Italiam nunc triplices vigent: 1° *Regna*, 2° *Reſpublicæ liberæ*, 3° *Principatus*. Regna illa Regi Hiſpanico ſubſunt potiſſima, Neapolitanum, Siciliæ ac Sardiniæ, cum Ducatu Mediolanenſi, & agro Tuſciæ ad littus proximo:

(a) Status Italiæ triplices.

chionatus, *Fori Julii* Ducatus; & haud exigua Italiæ portio *Lombardia*, ſub qua Marchia *Tarviſiana*, Ducatus *Mantuanus*, Ducatus *Mediolanenſis*, *Tirolis* Comitatus dimidia pars, *Griſones* in ipſis Alpibus; & his contermini *Helvetiorum ſtipendiarii*, *Pedemontium*, Ducatus *Montis-Ferrati*, *Parmenſis* Ducatus, *Romania* ſive *Romaniola*, Marchia *Anconitana*; jamque extra Lombardiam, *Ager Genuenſis*, *Tuſcia*, in qua *patrimonium D. Petri*, Tiberis dextræ ripæ adfixum; *Ducatus Spoletanus*, *Ager Romanus*; inde *Regnum Neapolitanum*, inque eo Regiones *Aprutium*, *Apulia*, *Laborinus ager*, *Baſilicata*, *Calabriæ duæ*, *Ager Baritanus*, & *Ager Hydruntinus*.

Dominia.

II. At eandem Italiam in partes ſingulis *Dominiis* diſtinxeris hoc modo:

Hiſpani ditiones in Italia.

1. *Dominium eſt Hiſpaniarum Regis*; ſub quo Regnum *Neapolitanum*, α Ducatus *Mediolanenſis* (1), ac quædam *opida in Tuſciæ* litore, *Inſulæque* Italiæ adjacentes, *Sicilia* & *Sardinia*.

Pontificis R. ditiones.

2. *Pontificis Romani*; ſub quo *ager Romanus* (2), *Patrimonium D. Petri*, Ducatus *Spoletanus*, Marchia *Anconitana*, *Romaniola*, & urbs in agro Neapolitano *Beneventum*. β

Venetorum dit.

3. *Venetæ* Reipublicæ; ſub qua γ *Hiſtria*, *Forum Julii*: δ Marchia *Tarviſiana*, & inde ε *Lombardiæ pars* ad uſque Bergomum.

Tuſciæ dit.

4. *Magni Ducis Tuſciæ*, in Tuſcia. ζ

Genuenſium ditiones.

5. *Genuenſis Reipublicæ*; ſub qua *Liguria* intra Apenninum & Liguſticum mare, ac *portiuncula Tuſciæ* Liguriæ proxima, cum *Inſula Corſica*. η

Ducis Parmenſis dit.

6. Ducis *Parmenſis*, in Lombardia *Ciſpadana*. ϑ

7. Ducis

(1) *Marchionatus Finarii in Liguria*

(2) *Sabina ac.*

proximo: Reſpublicas cum Europa ſub initium recenſuimus, item Principatus, Rom. æque Pontificis Eccleſiaſticum, atque politicos ſive ſeculares; Quos heic loci repetere ſupervacuum erit, etſi auctor noſter in ſuo Catalogo quoſdam omiſerit, quoſdam claſſi juſtæ non inſerat, quoſdam nec amplius ſuperſtites addat, Ducatum utpote Urbinatem, Rom. Pontifici ſubjectum. De ſingulis infra obſervabitur, quod loco præſenti vix congruit. Vid. Supplementa lib. II. cap. I. Sect. 2. tractat. de Principat. Italiæ, lingua ex Italica tranſlati, & Thom. Segeti notis illuſtrati: Reſpublicæ item Elzevirianæ.

BUNONIS.

α Ad Ducatum Mediolanenſem [*a*] pertinent, ager *Novarienſis*, *Laudenſis*, *Cremonenſis*, *Comenſis*, *Ticinenſis*, *Vigevanus*, *Alexandrinus*, *Tortonenſis*, *Bobienſis*; item *Comitatus Angherianus* ſeu regio circa Verbanum lacum [*b*]. Illa Tuſciæ opida ſunt, quæ hodiè vulgò appellantur, *Piombino*, *Telamone*, *Orbitello* & *Porto Hercule*.

β Ditioni Pontificiæ, quæ vulgò *Stato della Chieſa*, præter iſtas provincias, adſcribuntur, *Ager Sabinus*, *Ager Orivetanus*, *Ducatus Urbinas*, *Ager Bononienſis*; *Ducatus Ferrarienſis*; *Com. civitatis Caſtellanæ*; *Ceneda in agro Forojulienſi*; *Montaldo in Pedemontio*. In Gallia *Comitatus Avenionenſis*, & *Vindaſcinus*. Supremum jus Pontifex ſibi tribuit in *regnum Neapolitanum*, *Siciliam*, *Sardiniam* & *Corſicam*, itemque in *Ducatum Parmenſem*, *Ronciolionæum* & *Placentinum*. Hunc tamen ad Ducatum Mediolanenſem pertinere Hiſpaniæ Rex contendit. *Ducatum Caſtrenſem* hodie repetit Parmenſis Dux.

γ In Iſtria Auſtriæ Archiduces multa etiam tenent loca: Maritima pleraque ſunt in ditione Venetorum. [*c*]

ϑ In Marchia Tarviſiana ſunt *territorium Cadorinum*, *Epiſcopatus Bellunenſis* & *Feltrenſis*, *territorium Tarviſianum*, & *Ducatus Venetus*.

ε In Lombardia ad Venetorum ditionem pertinent territoria iſta; *Paduanum*, *Veronenſe*, *Vicentinum*, *Brixianum*, *Cremenſe*, & *Bergomenſe*. Poſſident quoque *Veneti Agrum Polеſinum*, *Rhodiginum*, & nonnihil in *Albania*: Itemque *Cretam* & *Corcyram inſulas*.

ζ *Magnus Hetruriæ Dux* habet ditionem *Florentinam*, *Piſanam*, *Senenſem*, & *Elbæ* inſulam, cum nonnullis inſulis minoribus ad oram iſtam jacentibus.

η Ad Genuenſium ditionem pertinent ſeptem dynaſtiæ præcipuæ; *Monachii* & *Oneliæ Principatus*; *Comitatus Marri*; *Finalii dynaſtia*; *Territorium Pontremolienſe*; *Marchionatus Toreliæ*; *Comeſque Ovenſis*.

ϑ (a) In ditione Parmenſi ſunt *Ducatus Parmenſis*, *Placentinus*, & *Caſtrenſis*; *Comitatus Roncilionenſis*; & *Pinnenſis Comitatus* in regno Neapolitano; itemque *ditio Palavicinorum*, *Principatus Landenſis*, & *Comitatus Roſſenenſis*.

HEKELII.

[*a*] Ambitu ſuo 300 Mill. juxta nonnullos *Geographorum* complectentem.

[*b*] In hunc *Ducatum* mittit Rex *Hiſpaniæ* GUBERNATOREM, ſplendidiſſimo CAPITANEI GENERALIS titulo exornatum, qui continuò in loco permanens tam *equitibus* quam *peditibus* præeſt militibus. *Maginus* loc. cit. fol. 139. fac. b. & 140. fac. a. dicit, Regem *Hiſpaniæ* ex hoc Ducatu proventum habere 80000 aureorum; ſed adminiſtrationem Cauſarum Civilium & Criminalium pendere à *Mediolanenſi* Senatu, eoque ex XVI Doctoribus atque nonnullis Prælatis, Patritiiſque *Mediolanenſibus*

(a) Parmenſis dit.


IMPERIUM
ROMANUM
M. Moll Sculp.
OCEANUS
OCCIDENTALIS
MARE
MEDITERRANEUM
AFRICA
GERMANIA
OCEANUS
MARIS INFERI seu TYRRHENI PARS.
PONTUS EUXINUS.
DACIA.
ARABIA FŒLIX.
ÆGYPTUS.
MINOR.
MAIOR.



7. Ducis *Sabaudiæ*, ſub quo *Pedemontium*. ι — Sabaudi ditiones.
8. *Helvetiorum*, ſupra lacum Verbanum & Larium. κ — Helvetiorum.
9. *Rhætorum* ſive Griſonum in Alpibus. λ — Rhætorum.
10. Archiducum *Auſtriæ* in Comitatu *Tirolenſi*, ubi Tridentum, & in partibus Alpinis *Fori Julii* ac *Hiſtriæ*. (1). — Auſtriacorum.
11. Ducis *Mantuani*, in Ducatibus *Mantuæ* ac *Montis-Ferrati*. — Mantuani.
12. Ducis *Mutinenſis*. μ — Mutinenſis.
13. Ducis *Urbinatis*. ν — Urbinatis.
14. Civitatis *Lucenſis*, in urbe *Luca*. — Lucenſium.
15. Comitis *Mirandulani*. ξ — Mirandulani.

lanenſibus conſtante. Plura vid. infra Cap. xxxvi. Sect. ii.

[c] Olim *Venetorum Ditio*, vel *Regio*, erat totus ille Tractus, à *Liquentia* amne & ſinus *Adriatici* intimo angulo uſque ad *Mincium* amnem & *Benacum* lacum, quæ ampliores quondam Fines poſſederat, nimir. ad *Adduam* uſque Fluvium.

BUNONIS.

ι Sabaudia olim dicta fuit *Marchia Italiæ* [d]. Totus ille tractus ſecundum Boterum uno nomine vocatur *Pedemontium*; quoniam ad pedem ſeu radices Alpium extenditur [e]. In Sabaudi ditione ſunt *Principatus Pedemontii proprie dicti*; *Marchionatus Seguſinus & Eporediæ*; *Vercellenſe Dominium*; *Marchionatus Saluttiarum*; *Comitatus Aſtenſis*, & *Marchionatus Ceræſis*; *Montferatus Sabaudicus*, & *Comitatus Nicææ* cum *Comitatu Tendæ*.

κ *Helvetiorum* ſunt *quatuor* juriſdictiones *Helveticæ*.

λ *Griſonum* & *Vallis Tellina*, & Comitatus *Clavennenſis*.

μ Sub *Mutinenſi* quoque eſt Ducatus *Regienſis* & Principatus *Carpenſis*, *Friniana & Groſiniana* ditiones; *Corregii & Saxulli* Dominia, & Comitatus *Rolienſis*.

ν In Marca Anconitana.

ξ Mirandulanus quoque tenet *Comitatum Concordiæ*. Cæterùm omnem *Italiam*, præter Remp. *Venetorum*, & *Helvetiorum Cantones*, *regnumque Neapolitanum* ad jus imperii R. pertinere, oſtendit celeberrimus *Conringius L.* de Finibus Imperii Germanici.

HEKELII.

[d] Cujus Duces è *Saxonum* Ducibus ac ſtirpe auguſta originem ducunt annos prope quingentos.

[e] Ad ipſam *Sabaudiam* ſpectat quoque Regio illa in plano ſitu poſita, BRESSE, omni *Tritici* genere, *Canuabe*, *Piſcibus*, *Fluminibus*, ac *Stagnis* abundans.

(1) *Imperatori etiam parent Aquileja, Comitatus Goritiæ, cum Tergeſte Pedena & Piſino in Iſtria; Helvetii etiam in Italia poſſident quatuor Præfecturas; nempe Lugarnenſem, Locarnenſem, Mendriſianam, & Madianam, una cum Belitione, quæ antea partes erant Ducatus Mediolanenſis; at Helvetiis parent ab Anno 1512, Baudrand. Alii etiam Principes in Italia numerantur, viz. Dux Maſſæ, Dux Sabulonetæ, Principes Caſtilionis, Sulphurini, Monæci, Maſſerani, & Plumbini, Comes Novellariæ, Reſpublica Sti. Marini, Marchio Foſdinovi, & Marchio Montinenſis.*

CAP. XXXV.

Hiſtria, Forum Julium, Marchia Tarviſiana, Griſones, Helvetiorum ſtipendiarii, & Pedemontium. ι

I.

NOviſſima *Italiæ* diviſione tradita, ſingulas partes inſpicere haud pigeat. Prima ab Arſia amne eſt α *Hiſtria*, German. *Iſterreich* dicta. Opida nunc — Hiſtria.

BUNONIS.

α (a) *Iſtria* vel *Hiſtria* [a] peninſulæ inſtar ſeſe extendit, à *Formione fl.* qui Italis *Riſano*, & Germanis *Alben*, vocatur, & *Tergeſto* ſive *Trieſt*, quod Auſtriacorum eſt, inter ejus ſinum, qui *Tergeſtinus*, vulgò *Golfo di Trieſte* & ſinum *Flanaticum*; qui hodiè Italis *Golfo di Quernero* ſive *Carnero* dicitur; aliiſque, ob crebra quæ ibidem contingunt naufragia, *Carnivorus*. *Flanaticus ſinus* nomen habet à *Flanone* opido, quod hodiè Italis *Fianone* eſt.

HEKELII.

[a] *Japygia* olim dicta.

REISKII.

ι Petrus du Val (b) tres Italiæ partes majores conſtituit, nempe in Lombardia *ſuperiorem*, *mediam* in Ducatu Florentino, Lucenſi Republica & ſtatu Eccleſiaſtico, *inferiorem* in regno Neapolitano: Sed ipſe Auſtriaca Italiæ dominia, Principatus, & quaſdam Reſpublicas omiſit. Hiſtria enim atque Forum Julii ex parte domui Auſtriacæ, pluraque his vicina dominia ſubſunt: Pars altera Venetæ Reipubl. paret, cum (c) *nova Palma*, quæ Fori Julii & Italiæ & Chriſtianæ fidei propugnaculum in nummis fundamento ſuppoſitis jure vocatur, tanquam unicum totius Europæ regulare

(a) Iſtria. (b) Tres Italiæ partes. (c) Palma nova.

Pola. Parentium. Caput Hiſtriæ. Forum Julium, ſ. Friuli, & Patria di Friuli. Vedinum. Tergeſtum.

nunc clariora ſunt: β *Pola* (1), γ *Parentium* (2): & δ *Caput Hiſtriæ*, vulgò *Capo d'Iſtria*.

Forum Julium, vulgo Friuli, & Patria di Friuli.

II. ε *Fori Julii* caput eſt ζ *Vedinum*, nunc *Udene* (3). Reliqua opida clara ſunt; η *Cividad di Friuli* (4), ϑ *Tergeſtum*, ι *Gradiſcia*, ac nuper à Venetis condita

(1) *Venetis paret, a Colchis olim condita, at nunc exigui momenti.*
(2) *Venetis etiam ſubeſt, at infrequens propter aeris inſalubritatem.*
(3) *Olim Epiſcopalis & Patriarchæ Aquileienſis Sedes.*
(4) *Venetis paret.*

regulare fortalitium, ac tuendo maris Adriatici oſtio neceſſarium. Marchia Tarviſina Reipublicæ ſubjecta, huic ſedem atque domicilium præſtat (a) *Venetias* urbem Europæ Italiæque maximam, ex inſulis circiter LX A. 456 natam, nunc templo D. Marci, theſauro publico, armamentario, ædibuſque publicis permultis magnificentiſſimam. Ipſa Reſpubl. inter regias in conclavi Pontificio habetur, ob regnum Dalmatiæ, quod adhuc tenet, utut Candiam ereptam Turci teneant. (b) *Patavium* urbis fundamenta in rivo alto poſuiſſe dicitur: Ipſum Patavium cive *Livio* effertur ac hujus cineribus, quos tamen in dubium Morhoffius vocavit Libello ad Patavinit. Livian. edito. *Reſpublicæ Rhæticæ tres* uno quidem fœdere, non Magiſtratu tamen uno aut eodem junctæ ſunt. (c) *Pedemontium* Petro du Val, urbs quaſi continua 400 milliaribus Italicis patet, cultu, frugibus, vino, & omni proventu ditiſſima, quam Dux Sabaudiæ cum Marchionatu Saluzzarum pluribuſque dominiis tenet: Item Rex Cypri titulo: Nunc ſedes belli Gallici hæc extat, Pignarolâ per Gallos iterum vindicatâ, quam Sabaudi acerrime obſeſſam, fulminalibus machinis quaſſârunt. Vercella itidem Duci ſuo Sabaudico paret: Turinum hujus ſedes, arce fermè regiâ & munitiſſimâ, ſeſe commendat. Linteum vero Chriſti ſepulchrale, quod Turinenſes religioſiſſimè oſtentant, quam ſit dubium incertumque illud noſtris in Exercitat. de Imag. Chriſti publice oſtendimus.

BUNONIS.

β (d) *Pola* urbs maritima antiqua in excelſo monte ſita eſt, olim etiam *Pietas Julia* dicta; habet rudera amphitheatri [b]. Ab Attila olim fuit diruta; quiſnam vero illam reſtaurârit, compertum non habemus [c]. Portu gaudet pulcherrimo, quem inſula *Brioni*, vulgò *Brioni*, claudit.

γ (e) *Parentium*, vulgò *Parenzo*, in peninſula ſitum, & egregiè munitum, portum habet capaciſſimum, quem inſula S. Nicolai efficit; ubi olim Pharus fuit. Urbs illa à Genuenſibus direpta eſt anno 1354.

δ (f) *Caput Hiſtriæ*, urbs olim (g) *Ægida*, deinde (h) *Juſtinopolis*, à *Juſtino* Imperatore, qui eam reſtituit, dicta, *P. Pauli Vergerii* patria eſt; in parvâ Inſulâ [d] exſtructa, pontibus verſatilibus, continenti annectitur; Germanis vulgò dicitur (i) *Gafers*. Cæterùm (k) *Albona*, Matthiæ Flacii patria, ad ſinum Flanaticum eſt. (l) *Citta Nuova*, ſive *Civitas Nova*, ad litus eſt inter *Parenzo* & *Humago*, ſ. *Omago* opida, in ſcopulis marinis jacens. Mediterranea verò loca Auſtriacorum ſunt. Habet Iſtria montem præceſſum, qui vulgò *Major* dicitur, herbis medicatis celebrem. Eademque regio præſtantiſſimo etiam marmore dives eſt. Præter iſta loca ad litus eſt *Rovinium*, vulgò (m) *Rovigno*: aliis *Aurupina* dicitur, ab antiqua illa urbe, cujus rudera haud procul in monte, qui vulgo *Monti di Auro*, conſpiciuntur. Leander *inſulam* vocat; ponte lapideo continenti juncta eſt. Duos habet portus, ad Auſtrum unum, alterum ad Septemtrionem. In agro ejus cæditur marmor Iſtricum. In Mediterraneis Veneti tenent (n) *Petram Piloſam*, quæ in rupe ſita Marchionatus caput eſt. (o) *Fanum S. Laurentii* ultrò ſe ſubmiſit Venetis. (p) *Montona* olim libera in Venetorum quoque poteſtate eſt. Cætera opida quæ hic Venetis parent, non ſunt adeo clara. (q) *Auſtriæ Archiduces* in Iſtria ſub ſua poteſtate tenent *Pedenam*, Epiſcopalem urbem; *Piſinum, Vetus & Novum*, reditibus dives; *Lupolianum*; *Coſſiacum*; *Cominum*; *Dorum*; *Vipæum*; *Fanum S. Angeli*.

ε *Forum Julii*, vulgo *Friuli & Patria di Friuli*, limitibus continetur *Marchiæ Tarviſianæ, Norici & Hiſtriæ*; fluminibuſque *Formione*, qui Italis *Riſano* & Germanis *Alben* vocatur: & *Liquentia*, qui vulgo *Livenza*. [e]

ζ (r) *Vedinum*, Germanis *Weiden*, Italis (s) *Udene*, urbs ampla & magnifica, cujus ambitus cenſetur quinque milliarium Italicorum, ſub poteſtatem Venetorum redacta eſt anno 1420.

η (t) *Cividad di Friuli*, olim *Forum Julii* ad Natiſonem ſita provinciæ nomen dedit, natura loci munita urbs, à Theodorico primum everſa; deinde à Cagana Pannone: poſteà reſtaurata *Civitas Auſtriæ* dicta eſt.

ϑ (u) *Tergeſtum* vulgo *Trieſte* Epiſcopatûs dignitate claret. Ad mare ſitum tempore Henrici Danduli à Venetis fuit occupatum. Poſt tamen Archiducibus Auſtriæ ceſſit. Anno 1507, iterum à Venetis capitur, ſed à Maximiliano receptum, hactenus Auſtriacis paret. Ager circa Tergeſtum & Juſtinopolin vinum illud fert, quod Germanis vocatur Reinfal.

ι (x) *Gradiſcia* regionis propugnaculum eſt à Venetis contra Irruptiones Turcarum anno 1472 condita.

HEKELII.

[b] Et Sepulchra vetuſtis litteris inſcripta.

[c] Hodie Urbs, à *Colchis* quippe in plano Solo condita, dicitur eſſe Epiſcopalis.

[d] A *Colchis* æque ac *Pola*.

[e] Hæc Regio *Carnorum* Populorum Terra eſt, olim, *Blondo* teſtante, *Liburnia* appellata. Sed *Fori* nomen *Julii* ideò ei dicitur eſſe inditum, quod *Julius Cæſar* Legiones hàc trans *Alpes* duxerit.

BUNO-

(a) Venetia. (b) Patavium. (c) Pedemontium. (d) Pola. (e) Parentium. (f) Caput Hiſtriæ, ſ. (g) Ægida, ſ. (h) Juſtinopolis. (i) Gafers. (k) Albona. (l) Civitas Nova. (m) Rovinium. (n) Petra Piloſa. (o) Fanum S. Laurentii. (p) Montona. (q) Opida Iſtriæ mediterranea quæ Auſtriæ Archiducibus parent. (r) Vedinum. (s) Udene. (t) Cividad di Friuli. (u) Tergeſtum. (x) Gradiſcia.

dita κ *Palma*, egregium Fori Julii atque Italiæ ab hac parte propugnaculum. Cæterum eſt in Foro Julio Auſtriacæ ditionis *Palatinatus Goricienſis*, cujus caput *Goricia* (1), opidum ſatis nobile. Palma. Goricia.

Marchia Tarviſiana.

Marchia Tarviſiana.

III. Cognominatur *Marchia* hæc ab λ *Tarviſio*, vulgò *Treviſo*, ſplendida urbe (2). At Princeps non modò Marchiæ Tarviſianæ, ſed totius facilè Italiæ urbs eſt μ *Venetiæ*, in ipſo ſalo, palis ſuperſtructa, Emporium toto Orbe terrarum celeberrimum, ac Reſpubl. potentiſſima, magnificis ædificiis ſplendens, ac templo *D. Marci*, atque *armamentario*, maximè conſpicua (3). ν *Patavium* (4), urbs ſpatioſa magis quam populoſa, *Academia* totius Europæ celeberrima maximè gloriatur: de cætero munitiſſima. ξ *Verona* ampla, ſplendida, magnifica ac populoſa, amphitheatri reliquiis nota eſt (5). ο *Vicentia* Equeſtris ordinis viris gratiſſimum domicilium (6). Tarviſium. Venetiæ. Patavium. Verona. Vicentia.

Rhæti,

BUNONIS.

κ (a) *Palma* anno C. 1593 in Italiæ tutelam condita, & novem propugnaculis munita eſt, & arce, quæ totam urbem facile tuetur. Totius orbis habetur firmiſſima. Tormenta in propugnaculis diſpoſita ſunt 80, & ſepoſita 600. Cæterum in hac regione ſunt, (b) *Aquileja*, *Ruffini* patria, urbs antiqua ab *Attila* olim everſa, quum eam triennio obſediſſet, & deſperâſſet, niſi per ciconiam pullos ſuos exportantem fuiſſet confirmatus; ſed à *Narſete* reſtaurata; hodiè vicus eſt. *Concordia*. (c) *Montefalcone*. *Goritia* dives, &c.

λ (d) *Tarviſium* Silì amne dividitur, urbs magnifica & munitiſſima, quæ tamen à Maximiliano I, Imperatore, unà cum *Verona*, *Vicentia* & *Patavio*, in bello adverſus Venetos, expugnata eſt [*f*]. Tarviſium patria eſt *Benedicti* XI, qui matrem ſplendidè veſtitam rejecit, inopem agnovit.

μ Urbs hæc ex 60 amplius inſulis conflata eſt. Quum Attila Aquilejam obſideret, eo confluxerunt vicini, circa annum 422, ac poſt, circa annum 456, exules, quorum urbes Hunnus everterat. Crevit deinde, quum Longobardi & Gothi per Italiam ſævirent. Tandem anno C. 1292, ea Reip. forma conſtituta eſt quæ hodiè viget [*g*]. *Gauricus Aſtrologus* pollicetur urbem hanc duraturam annis 1880, ac tum ex inſulis futuram continentem. Prudentes ſunt Veneti, ac pœne infantes de Rep. diſſerunt, quaſi omnem ætatem in Senatu contriviſſent. Ad rem nauticam cum primis idonei. Quicunque hic excellit in aliqua arte, dives erit: unde omnis generis hic reperiuntur artifices optimi & experientiſſimi. Veſtium formam ſæpe mutant tam viri, quam fœminæ. Serica hic ſingulari elaborantur artificio. (e) In epularum luxum effunderentur Veneti, niſi leges & cenſores obſiſterent. Ducis defuncti funus Senatores in purpurea veſte comitantur; non in pulla: quoniam Reſp. innuit, ſe plures habere defuncto pares; ac proinde indignum eſſe dolorem ſuum publicè profiteri. Ultionis Veneti ſunt cupidiſſimi, quod vitium Italis ferè familiare eſt.

ν (f) *Patavium* vulgò *Padoua* ad Medoacum [*b*] fl, à Venetiis XXIV millia paſſuum jacet [*i*]. Monſtrantur ibi oſſa S. Lucæ [*k*]. Prætorium habet magnificum, in quo *Titi Livii cineres* perhibentur repoſiti. Ab Academia cognomen Doctæ obtinuit [*l*].

ξ (g) *Verona* Atheſi flumine munitur. Arcem habet benè munitam, duo caſtella [*m*], & *Scaligerorum*, qui rerum ibi potiti ſunt, monumenta.

ο (h) *Vicentia*, vulgò *Vicenza*, inter Renonem & Bachilionem amnes jacet: Spinam ex corona Chriſti Servatoris ibidem aſſervari tradunt. Ejus ager vini frugumque feraciſſimus eſt.

HEKELII.

[*f*] Hæc urbs, *Leandro* affirmante, inprimis eſt affluens rebus ad uſum humanum utilibus. Maximè enim abundat *Frumenti*, *Vini*, cæterarumque *Frugum* copiâ & re *pecuaria*, eſique *Vini* ibidem ſumma nobilitas.

[*g*] Ædificia omnino ſunt magnifica, ac marmoreis Parietibus, Columnis, Statuis, Picturiſque pulcherrimis undique clara ac ſplendida; nobilium Familiarum ac Principum Senatorum Palatia divitiis, ornamentiſque omnibus affatim inſtructa.

[*b*] Seu *Meduacum*.

[*i*] Ejus circuitus conſtat milliaribus ſeptem, & habet formam qs. orbicularem, triplices muros, atq; Foveas, immiſſo *Medoaco* Flumine, profundas & navigabiles. Muris cingentibus & propugnaculis *Veneti* inexpugnabilem reddiderunt.

[*k*] *Lon-*

(a) Palma. (b) Aquileja. (c) Montefalcone. (d) Tarviſium. (e) Venetorum mores. (f) Patavium. (g) Verona. (h) Vicentia.

(1) *Parva, ſed optime munita.* (2) *Venetis paret.* (3) *Plura Templa ſplendidiſſima jactat; Armamentarium etiam totius Europæ ampliſſimum ac refertiſſimum, ubi quotidie plus minus* 2000 *Opifices in* 44 *Cameris magnis aluntur, & variis Armorum generibus operam dant. Fundata eſt hæc Civitas ſupra* 72 *Inſulas: tot Curias Parochiales jactat: Inſulæ hæ pontibus pene innumeris junguntur: Pons de Rialto qui uno arcu canalem, uti vocant, ſeu alveum maximum jungit, ubique celebratur;* 500 *alii numerantur. Urbs in* 6 *partes diſtribuitur; Circuitus* 9 *mill. paſſ. & merito inter Orbis miranda locum habet.* (4) *Antiquitatem pene fabuloſam jactat, conditam fuiſſe ſcilicet An.* 439 *ante Romam, ab Antenore, Æneæ Socio; ab Hunnis An.* 435 *deleta; a Narſe, Imperatorum Orientalium Duce, centum An. poſtea reſtaurata; multis fortunæ procellis, & rerum vicibus agitata; nunc Venetis paret, urbs optime munita, at parum culta. Academia Urbis hujus ſummum decus Carolum Mag. An.* 775 *Conditorem jactat.* (5) La Forreſt, *qui urbem hanc vidit, haud adeo magnifice de ſplendore ejus loquitur. Commercio pene nullo gaudet. Catulli autem ac Plinii patria eſt, de quo merito gloriatur, & ſitum amœniſſimum jactat. Venetis paret, & Antiquitate celebratur.* (6) *Inter antiquiſſimas Europæ urbes numeratur; olim Gallis Senonibus, poſtea Romanis, Lombardis & aliis, at nunc Venetis ſubdita.*

Rhæti vulgo Griſones.

Rhæti, vulgò *Griſones.*

IV. *Griſones*, quos Latini vulgato nomine *Rhætos*, German. *die Graupunter*, vocant, *Rheni*, *Oeni*, *Atheſis* ac *Adduæ* fontes accolunt. Opida habent tenuia; quorum caput π *Curia* (1), German. *Chur*, Ital. *Coira*: *Meyenfeld*, *Ilandz*. Sub Rhætis eſt *vallis Tellina*, & *Comitatus Clavennenſis*; cujus caput ρ *Clavenna*, German. *Claven*, Ital. *Chiavenna*. In valle Tellina ſunt σ *Sundrium*, τ *Tiranum*, υ *Peſclavium*, φ *Morbenium*.

Curia. Tellina vallis. Clavenna. Sundrium. Tiranum. Peſclavium. Morbenium.

Helvetiorum Stipendiarii.

Helveriorum ſtipendiarii.

V. Griſonibus contermini ſunt χ *Helvetiorum ſtipendiarii*; quorum opida haud illepida, ↓ *Lucanum*, *Locanum* & *Belliſona*. ω

Pedemontium.

Pedemontium.

VI. α *Pedemontii* Dominus eſt *Dux Sabaudiæ*. Caput Provinciæ ac Ducum Sabaudicorum ſedes eſt β *Auguſta Taurinorum* (2), vulgo *Turino*: Reliqua opida clara ſunt: γ *Vercellæ* (3), δ *Eporedia* (4), ε *Auguſta Prætoria* (5), ζ *Aſta* (6), η *Alba*,

Auguſta Taurinorum. Vercellæ. Eporedia. Auguſta Prætoria. Aſta. Alba.

[k] *Longolii*; aliorumque plurium.

[l] *Joan. Antonii Magini*, Geographi clariſſimi, mellea verè patria fuit.

[m] *Cottæ.*

BUNONIS.

π (a) *Curia* ad Rhenum eſt: Inde haud procul abeſt *lacus Herodis* impetuoſiſſimus. Ibidemque incipit venuſta vallis *das Winſgau*. Nec longè abſunt *Thermæ Piperinæ*, *das Pfefferbad*.

ρ (b) *Clavenna* à Lario lacu 16 millia paſſuum in Boream; inter Comum & Curiam, ad Maira fl. ſita, Germaniæ Italiæque Clavis perhibetur.

σ (c) *Sundrium* Italis *Sondrio* juxta Adduam jacet.

τ (d) *Tiranum* Italis dicitur *Tyran*.

υ *Peſclavium*, vulgò *Puſtlap* & *Puſchlau*, Italis *Puſchiavo*, ad Adduæ fontes eſt.

φ (e) *Morbenium*, Italis *Morbegno*, inter *Larium* lacum & *Sondrium* opidum interjacet. Ad finem Vallis, quo Addua fl. in lacum Larium ſe exonerat, *munitum Caſtrum*, Fuentes eſt.

χ Verbenum & Cereſium lacus accolunt.

↓ (f) *Lucanum*, ad Cereſium lacum, Italis *Lugano* dicitur.

ω (g) *Belliſona* ad Ticinum ſupra Verbanum lacum eſt, olim *Bilitio* dicta.

α (h) *Pedemontium* nomen habere videtur, quod ad pedes ſive radices Alpium eſt. Ad mare Inferum, ſi à Varo fl. qui terminus Galliæ eſt, incipias, reperies in Italia Pedemontium.

β (i) *Taurinum* ſive *Turino*, ad Duriæ oſtium eſt, quo in Padum confluit. Urbs pulcherrima & munitiſſima, cum arce ſplendida, in qua puteus mirandi operis [n]. Habet Academiam: ibique aſſervatur linteum, quo Chriſti defuncti corpus fuit involutum. Sabaudiæ Principes locum hunc habent in deliciis: ibique ferè ſemper commorantur.

γ (k) *Vercellæ*, vulgo Italis *Vercelli* ſ. *Verſelli*, ad Seſitem fl. eſt. Sabaudiæ Dux urbem iſtam ex Ducatu Mediolanenſi decerpſerat, ſed Hiſpanus eam recepit [o]. Munitiſſima eſt: arcem habens firmiſſimam. Concilium ibi celebratum eſt, in quo damnatus *Berengarius Andegavenſis*.

δ (l) *Eporedia* [p], vulgo *Jurea*, ſeu *Hiurea* [q], ad Duriam. Ejus laudantur caſei *Salaſſi* dicti.

ε *Auguſta Prætoria*, vulgo Italis *Aoſta*, ad eundem Duriam [r].

ζ (m) *Aſta*, vulgo *Aſti*, ad *Tanarum* eſt. Urbs lauta, dives & frequens eſt: quæ olim xxx armatorum millia eduxit. Arcem habet *S. Chriſtinæ*, in gratiam Ludovici XIII ſororis, quæ eadem Sabaudi uxor, conditam.

η (n) *Alba Pompeja* ad eundem Tanarum fl.

HEKELII.

[n] Cives habet nobilitate maximè claros ac ſplendidis ædificiis utentes, potiturque agro perbono atque fertili: Olim *Romanorum* erat Colonia, & *Longobardorum* in *Italia* Sedes.

[o] Alioquin Urbs antiqua, honeſta, nobilis, rebuſque

(1) *Olim Imperialis, at nunc exempta.* (2) *Inter ſplendidiſſimas & magnificentiſſimas Italiæ urbes numeratur; ſitu amœniſſimo gaudet. Cives morum ſuavitate celebrantur, arcem habet munitiſſimam, Palatium Ducale inprimis nobile, & Supellectile lautiſſima decoratum. In poſteros nomen ejus celeberrimum futurum, propter Gallorum cladem qui cum urbem hanc obſidione cinxerant, fuſi fugatique erant, ſub Auſpiciis Ducis Sabaudiæ & Principis Eugenii An. 1706.* (3) *Pluries capta ſeculo ſuperiori, & D. Sabaudiæ reſtituta An. 1660, iterum a Gallis expugnata An. 1704, at nunc Duci reddita, munimentis a Gallis pene deletis.* (4) *Sunt qui conditum putant 100 ante Chriſtum natum annos: A Gallis An. 1704 capta, nunc Sabaudo reſtituta: Munimenta autem Galli diruerunt.* (5) *Nomen a Colonia Rom. ibi per Auguſtum ſtabilita, ducit, propter Victoriam ibi contra gentes Alpinas ſub ejuſdem Imperatoris auſpiciis clara, & inde Arcu Triumphali, Alpium Tropheum nominato, qui hucuſque integer manet, decorata, a Gallis An. 1704 expugnata, nunc a Sabaudo recepta.* (6) *A Gallis An. 1703 capta, nunc etiam Sabaudo reſtituta, & bene munita.*

(a) Curia. (b) Clavenna. (c) Sundrium. (d) Tiranum. (e) Morbenium. (f) Lucanum. (g) Locanum & Belliſona. (h) Pedemontium. (i) Taurinum. (k) Vercellæ. (l) Eporedia. (m) Aſta. (n) Alba.

ba, & Salutium, & Nicæa (1), licet non magna, at incolis valida. Prope eſt Nicæenſium portus, *Villa Franca*, triremium Ducis ſtatio (2). Salutium. Nicæa, Villa Franca.

buſque omnibus dives eſt, uberrimo, ac Frumenti, Vini, cæterarumque Frugum maximè fertili agro fruens. Auriſodinam olim habuiſſe ex *Euſebio* conſtat.

[p] *Straboni, Ptolemæo & Tacito* nempe; indoctis vero *Hipporegia* dicta.

[q] Aliis *Lamporegium.*

[r] *Salaſſorum* Colonia eſt & Metropolis, *Germanice Augſt* dicta.

BUNONIS.

(a) *Salutium*, vulgo *Saluzzo*, Marchiæ Salutienſis caput, ad Alpium radices. Cæterùm in *Principatu Pedemontano* nobiliora opida ſunt (b) *Pinarolium*, vulgo *Pignerol*, ad Chiſonium fl. opidum ita munitum & firmatum, ut provinciæ propugnaculum ſit; (c) *Cavortium*, (d) *Carinianum*, (e) *Briqueraſcum*, ex quo *Carolus Immanuel* Gallos ejecit, hyemali tempore callidè uſus; (f) *Savilianum*, (g) *Cuneum*, à Franciſco I, fruſtrà tentatum; (h) *Mons Regalis*, &c. *Sabaudiæ* etiam aſſcribuntur (i) *Seguſium* à Friderico Barbaroſſa olim exciſum; poſt, verò reſtitutum, hodiè dives & frequens eſt ad Duriam fl. ſitum: (k) *Rhodum*; (l) *Tenda*. Pedemontium pleraſque Italiæ partes fertilitate ſuperat. (m) Abundat frumento, vino, frugibus, domeſticis ac feris animalibus, &c. Fertilitatis argumentum eſt, quod quum in eo Galli & Hiſpani XXIII annis bellum geſſiſſent, nunquam tamen annonæ caritate laboraret. Habet equidem Comitatus Nicææ ſolum aſperum; ita tamen excolitur, ut nulla re indigeat. (n) Subalpini iſti Principem ſuum impenſè amant & colunt: delicias ſectantur, ad militiam tamen & mercaturam aptiſſimi.

(a) Salutium. (b) Pinarolium. (c) Cavortium. (d) Carinianum. (e) Briqueraſcum. (f) Savilianum. (g) Cuneum. (h) Mons Regalis. (i) Seguſium. (k) Rhodum. (l) Tenda. (m) Pedemontii fertilitas. (n) Mores Sabaudorum.

(1) *Concilio Oecumenico, uti antea dictum, clara, a Maſſilienſibus poſt Ligures debellatos condita, Monumentis Romanis nobilitata, a Gallis An.* 1691 *expugnata, uti A.* 1705, *at nunc Sabaudo reſtituta.*

(2) *Pluries a Gallis capta ſeculo ſuperiori, iterum An.* 1704, *nunc autem a Sabaudo recuperata, cui ſolus eſt portus maritimus, iſque tutiſſimus.*

CAP. XXXVI.

Lombardia, & Genuenſis ager. [1]

I.

Lombardia Tranſpadana.

EA quæ nunc *Lombardia* propriè dicitur, pars eſt Italiæ, urbium ſplendore, agrorumque cultu lætiſſima: Dividitur autem Pado amne in *Ciſpadanam & Tranſpadanam*. Tranſpadana rurſus diſpertitur in Ducatum *Mediolanenſem, Mantuanum, & Venetorum ditionem.* Lombardia. Tranſpadana.

II. *Mediolanenſis Ducatus* caput eſt *a Mediolanum*, unde Ducatui nomen ac dignitas; urbs magnitudine ſua, Arcis munitione, atque incolarum numeroſitate Ducatus Mediolanenſis. Mediolanum.

BUNONIS.

a Mediolanum, vulgo *Milano*, cæteras Italiæ urbes incolarum multitudine, unâ exceptâ Neapoli, longè ſuperat [a].

HEKELII.

[a] Vid. ſuprà Cap. XXXIV. Sect. II.

REISKII.

1 (a) *Lombardiæ* nomen Lombardi aut Longobardi gens Germanica indiderunt, qui anno C. 526 per Pannoniam, anno 552 per Italiam irruperunt, Gothiſque profligatis anno 572, Alboino rege regnum conſtituunt novum, idque annos 206 ſtetit, donec Carolus M. An. 773 Deſiderium exturbavit, fecitque ut Lombardia primum Francico, poſthac Germanico Imperio ſubeſſet. Denique principatus alios admiſit aut Respublicas: Hinc (b) *Mediolanum* anno 1395. Vice Comites, ſequenti ſeculo duces, horumque familia exſtincta Carolum V Imp. ſuſcepit, cumque illo Reges Hiſpanicos, quibus adhuc paret. (c) *Mantua* Gonzagas primo Marchiones anno 1431, poſteà Duces an. 1530 à Carolo V Imp. creatos habuit. (d) *Parma & Placentia* Duces Farneſios a Papa Paulo III A. 1544 impoſitos recepit. (e) *Mutina* Marchiones ſeren. Ateſtinæ familiæ antiquiſſimæ, item Ferrariæ Rhegiique Duces diu protulit ex anno 1190; ſed Papa Clemens VIII anno 1597 Ferrarienſem Urbinatemque Ducatus ſibi tanquam feuda aſſeruit. (f) *Reſpubl. Genuenſis* & ipſa regiam dignitatem & regnum Corſicæ ſibi tuetur, regi tamen Hiſpaniæ quam Gallo addictior, ob Finalium Hiſpanis ſubditum & Genuenſibus vicinum, nec non propter commercia per Hiſpanicas provincias liberius tractanda. Amplius

(a) Lombardia. (b) Mediolanum. (c) Mantua. (d) Parma. (e) Mutina. (f) Genua.

sitate clarissima; armorum bellicorum officina tota Europa celeberrima (1). Cremona. Secunda à Mediolano est β *Cremona*, magnificis ædificiis superba (2). Sequuntur γ *Comum* (3), δ *Papia*, ε *Novaria*; & in Cispadana Lombardia sub eadem ditione ζ *Alexandria* ac η *Dertona*.

Comum. Papia. Novaria. Alexandria. Dertona.

Mantuanus Ducatus.

Ducatus Mantuanus.

III. ϑ *Mantua*, quæ nomen Ducatui dedit, in palude vel lacu sita est, urbs amœnissima, sedes & domicilium nobilissimæ *Gonzagarum* familiæ (4).

Veneta

exstant duo Lombardiæ Liguriæque vicini admodum Principatus: (a) *Monacensis* nempe unus in Grimaldorum stirpe, & (b) *Mirandulanus* in vetusta *Picorum* familia ob eruditionem variam perillustri. Confer Principatus Italiæ in Elzevier. rebusp. item Introduct. Puffendorf. ad Stat. Europæ hod.

BUNONIS.

β (c) *Cremona* à Pado abest 1500 passibus: cujus tamen inundationes experitur [*b*]. Arx ejus turrim habet admirandæ altitudinis: unde natum proverbium, *Unus Petrus Romæ*; *Unus Portus Anconæ*; & *Una Turris Cremonæ* [*c*].

γ (d) *comum* ad *Larium* lacum est, qui inde *Comensis*, vulgo *Lago di Como* dicitur. Est verò *Comum* ab Anshelmo Pulterulo Archiepiscopo Mediolanensi excisum: quod antistitem, quem ipse obtulerat, recipere noluisset. Fuit tum in edito loco positum, post eo restauratum, quo nunc visitur. Castellum habet, quod *Turris Rotunda* dicitur. Ipsâ urbs dives deliciis affluit. Incolæ ejus sunt industrii. *Pauli Jovii* Historici patria est.

δ (e) *Papia*, olim *Ticinum*, vulgo *Pavia*, ad Ticinum fluvium, qui hodie vulgo *Tesino* dicitur, habet *Therotrophium* muro cinctum, in quo *Franciscus* I, Galliæ rex, victus in Cæsarianorum venit potestatem, (f) *Picighitone*, quod olim *Forum Diuguntorum* ad Humatiam fl. in custodia detentus; donec Madritium in Hispaniam abduceretur.

ε (g) *Novaria* vulgo *Novare* & *Navara*, ad flumen ejus nominis est, quod hodiè vulgo *La Gogna* dicitur, *Petri Lombardi* & *Comestoris* patria. Ad Novariam *Ludovicus Sforzia* captus est anno 1500.

ζ (h) *Alexandria* vulgo *Alessandria della Paglia* ad Tanarum fl. ab Alexandro III pontifice nomen habet, cum anteà *Cæsarea* appellaretur. Condita est anno 1178 contra Fridericum Barbarossam.

η (i) *Dertona*, vulgo *Tortona*, à *Friderico Ænobarbo* eversa, à Mediolanensibus restaurata, nunquam ad pristinam rediit dignitatem. Ad Ducatum istum porrò quæ referuntur, nobiliora sunt, (k) *Caravacium*, ad quod Veneti à Francisco Sforzia Mediolanensis exercitus præfecto profligati sunt, (l) *Bicoca*, ubi Galli à Prospero Columna anno 1522 victi sunt. (m) *Angleria* Comitatus caput; unde Principes Mediolanenses orti. Joh. Galeatius III, à Wenceslao Imperatore creatus est Comes Angleriæ, & regionum Verbano adjacentium anno 1397. Olim mille passibus aberat à lacu: (n) *Mortaria*, ad quam Carolus M. Longobardos magna clade affecit; unde nomen nacta est: quum anteà *Silva bella* vocaretur: (o) *Lauda*, vulgo *Lodi*, ad Adduam fl. sita; à Mediolanensibus 1158 eversa: sed auspiciis Friderici I restituta: (p) *Soncinum* à Friderico I eversum, & restauratum; à Mediolanensibus incensum, & reparatum. Actiolinus tyrannus ibi mortuus est. (q) Ducatus ille Mediolanensis feracissimus est. Ad Mediolanum tanta oryzæ copia provenit; ut per universam Italiam & Galliam deportetur. Cremonensis ager vino & fructibus dives est: sicuti Ticinensis lino, & Laudensis pascuis. (r) Mediolanenses ingenio valent, artibusque mechanicis sunt deditissimi: unde proverbium; *Evertendum esse Mediolanum, ut universæ Italiæ provideatur.* In vestitu splendidi sunt ac lauti; unde plerique, veluti *Biantis* sectatores, *omnia sua secum portant.* Minus Zelotypi sunt, minusque vindictæ cupidi, quàm reliqui Itali: mulieres operis Phrygii perhibentur peritissimæ.

HEKELII.

[*b*] *Faerni*, *Lampridii*, ac *Vidæ*, Poëtarum lepidissimorum, patria est sat clara.

[*c*] *Cremonæ* Territorium, in quo non sunt Montes nec Loca Sylvestria, est fertilissimum & granis abundat, *Vino*, *Uvis*, *Pomis*, *Oleribus*, *Lacticiniis*, *Melle*, *Lino*, *Lana*, *Fœno*, *Lignis*, ac multis aliis, quæ sunt ad esum & usum cunctis hominibus atque animalibus. Vid. *Fr. Schotti* Pars I. *Itinerar. Italiæ* p. 199.

BUNONIS.

ϑ (s) *Mantua* vulgo *Mantova* in medio stagni, quod Mincius facit, non procul inde in Padum influens, sita est [*d*]. Quanquam verò natura & arte esset

(a) Monaco. (b) Mirandula. (c) Cremona. (d) Comum. (e) Papia. (f) Picighiton. (g) Novaria. (h) Alexandria. (i) Dertona. (k) Caravacium. (l) Bicoca. (m) Angleria. (n) Mortaria. (o) Lauda. (p) Soncinum. (q) Mediolanensis Ducatus fertilitas. (r) Mediolanensium mores. (s) Mantua.

(1) *Annò ab V. C.* 170, *a Gallis uti dicitur condita, quadragies obsessam, vicies & bis expugnatam, & quater deletam fuisse traditur. Postremo a Cæsare Friderico* I *propter Ignominiam Imperatrici inustam, quam Asino impositam, facie versus caudam, nudam per plateas duxerunt. Templum Cathedrale superbissimum jactat, in quo ædificando plus minus* 300 *Annos occupati, nondum Colophonem addidere,* ait La Forest. *Imago B. Virginis ibi asservatur, secundum Catagraphen S. Lucæ delineata, si adsit Fides, quam Gallus* 500000 *l. Francicis, emere conatus est. Civitas hæc* 200 *Templa,* 72 *Monasteria,* 30 *mill. pass. in circuitu &* 300000 *Incolas numerat; diu a Gallis post obitum Caroli* II *Hispani detenta; nunc Carolo* III *Austriaco restituta; Gallis ex Italia Fœderatorum Armis feliciter pulsis.* (2) *A Gallis An. ab V. C.* 445 *condita, a Lombardis An. C.* 630 *deleta, a Fred.* I *Cæsare restaurata, a Gallis post obitum Caroli* II *Hisp. possessa, ab Eugenio Sabaudo An.* 1702 *oppressa, ubi Gallorum Ducem Villeregium cepit, & Gallis frustra impedire nitentibus Captivum abduxit; sed Gallorum numero impar, ex urbe discedere coactus est; at Gallis in Italia profligatis, Civitas Carolo* III *Hispano restituta est.* (3) *Urbs munita & bene culta; Innocentis* XI *Pontificis, Cecilii Poetæ, Plinii Junioris, & Pauli Jovii, Virorum clarissimorum patria.* (4) *Et Poetarum Principis, Virgilii, patria. Stirps Gonzagana Mantuensis in nupero Duce sine prole mortuo defecit. Oppidum hoc* 430 *An. ante Romam conditum fertur; frequens, amplum ac opulentum, plateis latis ac rectis, & ædificiis splendidissimis ornatum, inter quæ præ cæteris eminet S. Andreæ Templum Cathedrale, ubi, si credere fas sit, guttulæ Sanguinis Jes. Christi Salvatoris asservantur. Terræ firmæ, via strata* 300 *passuum, Civitas hæc jungitur. Gallis a nupero Duce prodita; at nunc Fœderatorum Armis Imperio vendicata. Aer insalubris propter paludes vicinas tempore æstivo habetur.*

Veneta ditio in Lombardia.

Ditio Veneta.

IV. Venetæ ditionis ſunt in Lombardia ι *Brixia* (1), κ *Bergomum* (2), λ *Crema* & μ. *Peſchiera*, urbes celeberrimæ: quarum duæ poſteriores munimina habent validiſſima.

Brixia. Bergomum. Crema. Peſchiera.

Lombardia Ciſpadana.

Lombardia Ciſpadana.

V. In *Lombardia Ciſpadana* ſunt Ducatus tres: *Parmenſis*, *Mutinenſis*, & *Montiſferratenſis Ferrarienſiſque* ditionis loca.

Parmenſis Ducatus.

Ducatus Parmenſis.

VI. *Parmenſis Ducatus* caput eſt ν *Parma* (3), urbs egregia, illuſtriſſimæ *Farneſiorum* familiæ domicilium. Secunda eſt ξ *Placentia*, illi nulla re, niſi dignitate inferior (4). *Muti-*

eſſet munitiſſima, à Cæſarianis copiis tamen intercepta & expugnata eſt anno 1630, ac facta pace Duci ſuo reddita. *Palatium Ducis* adeo magnificum & amplum eſt, ut quinq; Reges poſſit hoſpitio excipere, ipſo Duce haud excluſo. In eo enim 550 numerantur conclavia, pretioſis ſtragulis & aulæis ornata. Ipſam Mantuam in lacu tres veluti urbes ſepiunt, *il The* Palatium magnificum; *Borgo di S. Georgio*, & *Porte Fortere*. Hoc Ducatu porrò continentur (a) *Caſtellum Gubernium*, vulgo *Gauvernolo*, ad Mincium fl. ad quod Leo Pontifex Attilæ occurriſſe traditur. Habet locus hic Cataractam, cujus vi circumjacens regio inundari poteſt. (b) *Guardiſtallum* ſive *Guaſtalla* duobus Conciliis ſub Urbano II & Paſchali II, nobilis. (c) *Sabionetta* cum arce firmiſſima: (d) *Caſtilio Stiverorum*, vulgo *Caſtiglione della Stivere*, urbs permunita cum arce; unde Ludovicus Gonzaga ortus: in Montisferrato Mantuano (e) *Caſale S. Evaſii*, vulgo *Caſal S. Vas*, urbs totius Europæ munitiſſima, cum arce hexagona: (f) *Pons Sturæ*, ubi Arx munita, ad quam Ludovicus Sforcia, Mediolanenſium Dux, à Gallis captus primùm deductus eſt: (g) *Aquæ*, vulgo *Acqui*, Georgii Merulæ patria; qui ſe Statiellatem appellat ab antiquo urbis nomine, quo *Aquæ Statiellorum* fuit dicta. Thermæ hic reſtant pulcherrimæ. Ipſa vero civitas civilibus diſcordiis attrita pæne concidit. (h) *Mantuana regio* abundat frumento, pecoribus & piſcibus. Vinum tamen ejus non laudatur; quoniam ferè auſterum eſt. Pannus Mantuanus & Tapetes in pretio ſunt. (i) *Mantuani* ad domandos equos à natura videntur facti; unde illi equites ſunt peritiſſimi. Habentur tamen ingenii hebetioris ob aëris gravitatem & craſſitiem. Ad bonas literas percipiendas minus creduntur idonei, quàm ad alia negotia, & familiam curandam.

HEKELII.

[d] Urbs eſt inſignis ac pervetuſta, antiquior ſeliicet 670 annis, quàm *Roma*. Dicitur enim annis 60 ante bellum *Trojanum* eſſe condita.

BUNONIS.

ι (k) *Brixia*, Italis *Breſcia*, Bergamo ad 30 millia paſſuum diſtat, ad Garziam amnem validis muris & caſtello, quod egredi gubernator nunquam audet, munita, opibus florens, Venetæ urbis *Sponſa* appellatur [e].

κ (l) *Bergomum* vulgo *Bergamo* inter Mediolanum & Brixiam ſitum, ambitum cum IV ſuburbiis adjacentibus non minorem Mediolano habet, cujus incolæ faceti à moribus & ingenio audiunt.

λ (m) *Crema* à Laude Pompeja X millia paſſuum diſtans in pulchra & fœcunda jacet planitie.

μ (n) *Peſchiera* ad lacum Benacum eſt, qui vulgo *lago di Garda*.

ν (o) *Parma* ad fluvium cognominem eſt, qui inde haud longè in Padum ſe effundit.

HEKELII.

[e] *T. Livius*, aliique magni Autores tradunt, hanc Civitatem *Regum Romanorum* tempore à *Gallis Cenomannis* eſſe conditam, quam poſteà *Romani*, *Tranſpadana Gallia* in poteſtatem redactâ, ſuæ ditionis item fecerunt. Conſtat ex eodem *Livio*, fidem Populo *Romano* conſtantiſſimè quondam & quidem præcipuè difficillimis *Hannibalici* Belli temporibus, præſtitiſſe.

BUNONIS.

ξ (p) *Placentia*, vulgo *Piacenza*, haud longè à Trebiæ & Padi confluentibus, egregiè munita, Academia nobilitatur, & obſidione illa, quam à Totila oppugnata pertulit; qua opidani etiam carnibus humanis victitârunt. Ad hunc Ducatum porrò pertinent (q) *Burgus S. Donini*, *Gibellum* à Gibellinis olim exſtructum contra *Caſtrum Guelphum*. (r) *Burgus vallis Tarenſis* ad Taurum fl. opidum ditionis Parmenſis firmiſſimum. (s) *Roſſena* Corregiani quondam Principis, hodiè munitiſſima, & (t) *Florentiola* in via Æmilia ad Lurdam opidum ſatis lautum.

(1) *Ampla, frequens & Commercio celebris: Conditores Gallos Cænomanos habuit, & clades quas ab Hunnis, Lombardis, Guelphorum ac Gibbellinorum factionibus perpeſſa eſt, nunc feliciter ſuperavit.*

(2) *A Gallis Cænomanis condita, a Gothis deleta, a Lombardis reſtaurata, a Carolo Mag. amplificata, & multum a Dominis propriis perpeſſa: Venetorum Ditioni annexa eſt A. 1447, a Gallis An. 1509 capta, Venetis 1516 reddita.*

(3) *Ampla, Ducis Palatio magnifico & ornatiſſimo decorata. Theatrum etiam nobiliſſimum, Academiam, Sedem Epiſcopalem, Nobilium Collegium, & Literatorum Societatem qui Innominati vocantur, haud immerito jactat. Urbs optime munita, a Cæſare Fred. I per duos Annos fruſtra oppugnata.*

(4) *A ſitus Amœnitate denominata; urbs antiqua, ab Amilcare Carthaginenſi An. ab V. C. 550 deleta. Circuitus 5000 paſſ. eſt, urbs bene munita, Sedes Epiſcopi, Academiæ & Greg. X, Pontificis, patria.*

(a) Caſtellum Gubernium. (b) Guardiſtallum. (c) Sabionetta. (d) Caſtilio Stiverorum. (e) Caſale. (f) Pons Sturæ. (g) Aquæ. (h) Mantuanæ regionis fertilitas. (i) Mantuanorum mores. (k) Brixia. (l) Bergomum. (m) Crema. (n) Peſchiera. (o) Parma. (p) Placentia. (q) Gibellum, Burgus S. Donini. (r) Burgus Vallis Tarenſis. (s) Roſſena. (t) Florentiola.

Mutinenſis Ducatus.

Mutina. Regium Lepidi.

VII. Hujus caput eſt o *Mutina* (1). Alterum ejus clarum opidum eſt π *Regium Lepidum.*

Ager Genuenſis, vulgo *Riviera di Genova* (2).

Ager Genuenſis, vulgo Riviera di Genova. Genua.

VIII. Caput regionis eſt ρ *Genua* (3), urbs omnium Italicarum ædificiorum ſplendore ac magnificentiâ ſuperbiſſima, quippe in eo vico, qui novus, vulgo *Strada nuova*, dicitur, nulla eſt domus, quin digna regem vel potentiſſimum excipere. Hujuſmodi autem plures paſſim in urbe, maximeque in ſuburbiis invenias, omni deliciarum genere, ut ſunt Italorum ingenia, inſtructiſſimus [*f*]. Cæterum Genuenſes in Regis Hiſpaniarum clientela ſunt. Secunda à Genua eſt σ *Savona*, lepida ſanè ac lauta. Sequuntur, τ *Vintimiglia*, υ *Albenga*, & *Serezzana*, in Tuſco ſolo ſita, egregio munimento, ac militum præſidio.

Savona. Vintimiglia. Albenga. Serezzana.

CAP.

(a) *Parmenſis Ducatus* cœlo gaudet ſaluberrimo; unde indigenæ plerique ſunt μακρόβιοι. Nihil hic, quod ad vitam & delicias pertinet, deeſt. Caſei Parmenſes in pretio ſunt. Placentinus ager præter illa abundat ferro ac ære: habet quoque ſalinas. Cùm *Parmenſes*, tum *Placentini* habentur bellicoſi [*g*]. (b) *Parmenſes* tamen moribus ſunt ſuavioribus; *Placentini* vero ſunt auſteri & moroſi. Utrique ſunt ſolertes & ſagaces. Injuriarum ultores acerbiſſimi, ac præcipuè tori nuptialis.

HEKELII.

[*f*] Unde non mirum, ſi nomen GENUÆ SUPERBÆ vulgo eſt adepta.

[*g*] Et nobiles, litterati, animoſi.

BUNONIS.

o (c) *Mutina* vulgo *Modena* in viâ Æmiliâ inter Regium Lepidi, quod vulgo *Reggio*, & Bononiam, quod Italis *Bologne*, ſita eſt: non tamen eodem planè loco, quo Mutina antiqua, cujus rudera ad Novam conſpiciuntur. Antiqua illa à Gothis & Longobardis eſt everſa: Nova autem, Longobardis oppreſſis, reſtituta eſt. Libera olim fuit civitas, quæ magna cum Bononienſibus geſſit bella [*b*].

π (d) *Regium Lepidum* in eâdem viâ eſt inter Parmam & Modenam. Et hæc urbs poſt Longobardos ejectos videtur reparata. Cæterùm huic Ducatui aſſcribuntur (e) *Aquaria*, aquis medicatis nobile opidum; (f) *Carpi*, urbs antiqua, & hodiè bene munita; (g) *Caſtrum Novum*, cognomine *Graſinianum*, urbi Arx munitiſſima: (h) *Corregium*, opidum perlautum ac ſatis munitum, *Spina Ducis Mutinenſis* dictum: (i) *Saxulum*, vulgo *Saſſuvolo*. *Mutinenſis* Ager Frumento, Oryza, ac Leguminibus abundat: vinumque habet bonum. Sed *Regienſis* Ager, cœlum habens gravius, infelicior eſt: Sues tamen pingues habet: ſicut *Corregianus* multa pecora; & *Carſinianus* fodinas metallicas. (k) *Mutinenſes* habentur bellicoſi, & ſingulari in Principem ſuum fide, cauti & ſolertes. Sed *Rhegienſes* parum cauti judicantur. (l) *Ducatus Mirandulani* caput eſt *Mirandula* olim exigua. Probe munita eſt, quum eam Julius III Pontifex obſideret. (m) *Concordiæ Comitatus* in Mirandulorum Ducum eſt ditione. Ejus caput à Sigiſmundo Imp. conſtitutum eſt *Concordia* olim munita: cujus munitiones à Galeatio II disjectæ: poſt tamen urbs reparata indies lautior evadit ad Secium fl. poſita. (n) Ipſa regio Frumenti, Oryzæ & vini ferax eſt: & magnos pecorum alit greges. (o) Mirandulani habentur bellicoſi, hoſpitales, liberales, faceti, bonæque indolis.

ρ (p) *Genua*, vulgo *Genova* [*i*] ad litus maris Liguſtici, anno C. 935 à Saracenis incenſa, ac opidani aut occiſi aut abrepti: ſed Venetorum Ducis ope reducti ſunt, ac urbs magnificentius reparata. Hodiè ambitu ſuo continere dicitur ſex millia paſſuum, Portus clauditur mole ſexcentorum paſſuum; habetque in promontorio Pharum elegantiſſimi operis. Præ cæteris urbis palatiis illud eminet, quod eſt Auriacum *des Doria*, planè regium. Viæ urbis pleræque anguſtæ ſunt, & obſcuræ; quoniam ædes excelſæ officiunt lumini.

σ (q) *Savona* ad Vada Sabatia cultiſſima urbs, olim libera: cujus portum obſtruxère Genuenſes. *Gregorii* VII & *Julii* II *patria eſt.*

τ (r) *Vintimiglia* olim *Albium Intemelium*, ad Rutubam fl. oſtium eſt.

HEKELII.

[*b*] *Mutinenſis* Schola, Anno poſt nat. CHRISTI M CC *Alſtedio* teſte, erecta magnum lumen atque ſplendorem ab *Azone* olim accepit, qui *Bononia Mutinam* eſt vocatus munere centum Marcarum Auri.

[*i*] Antiqua Civitas & amœniſſima.

BUNONIS.

υ (s) *Albenga*, olim *Albium Ingaunum* dictum, urbs maritima, & elegans, è cujus regione inſula eſt, vulgo *Iſola d'Albengo*, olim *Gallinaria*, à gallinis ſylveſtribus

(1) *A M. Antonio Ann. ab V.C. 710 fruſtra oppugnata, at An. ſequenti expugnata, fuſis fugatiſque ſub ejus Mœniis Hirtio & Panſa, unde Excidium Reipubl. Romanæ, Senatus populique Authoritatis Initium cepit.*

(2) *Vix datur Regio quæ dominos ſæpius mutaverit: nunc ſuo Duci paret.*

(3) *Miſere a Gallis Machinis æneis An. 1684 vaſtata, quia Ludovico XIV offendiculum aliquod præbuerat; at pars illa Civitatis lautius quam antea reædificata eſt. Tyrannus iſte immaniſſimus nullas pacis conditiones auſcultare voluit, niſi Dux Genoenſis Lutetiam petiiſſet, & ſeſe Reipublicæ nomine Gallo herbam porrexiſſet.*

(a) Ducatus Parmenſis felicitas. (b) Parmenſium mores. (c) Mutina. (d) Regium Lepidum. (e) Aquaria. (f) Carpi. (g) Caſtrum Novum. (h) Corregium. (i) Saxulum. (k) Mutinenſium mores. (l) Ducatus Mirandulanus, Mirandula. (m) Concordia. (n) Agri Mirandulani fertilitas. (o) Mirandulanorum mores. (p) Genua. (q) Savona. (r) Vintimiglia (s) Albenga.

veſtribus dicta, quibus etiamnum abundat. Reipublicæ Genuenſis loca *maritima* porrò ſunt, (a) *Naulum*, urbs olim opulenta: ſed poſt attrita; fortè quod prælulis ſui minas contempſiſſet, qui cives reprehendebat, quod ferrum ad Barbaros deferrent. *Portus Delphini* vulgo (b) *Porto Fino*, (c) *Rapalum*, (d) *Portus Veneris*, Genuenſium colonia, ab iiſdem bello Piſano disjecta. (e) *Spetia*, (f) *Lerice*. *Mediterranea* loca; *Tabia*, vulgo *Taggia*, *Gavium*, opidum lautum ac permunitum: *Claverinum*, vulgo *Chiavari*. Genuenſibus præterea aſſcribuntur *Monachium*, vulgo *Monaco*, portu gaudens commodiſſimo: *Onilia*, vulgo *Oneglia*, ad Imperialem fl. in valle feraciſſima ab Hiſpanis occupata; ſed jam Sabaudo reddita; *Marrum*, vulgo *Marro*; Comitatus caput; *Finarium*, vulgo *Final*; *Torelia*, vulgo *Toreglia* non procul à monte Bruno; & *Pontremulum*, vulgo *Pontremoli*, ab Henrico Imp. dirutum, quod Romam eunti tranſitum denegâſſet; ſed reſtitutum. In ditione erat Ducatus Mediolanenſis: Ab Hiſpanis occupata eſt. *Liguria* olim ſterilis credita, quam tamen incolarum induſtria reddit fertiliſſimam. (g) Celebratur vinum Tabianum & Taggianum, quod Apianum *Muſcat* dicitur. Omnis tractus inter Genuam & Nervium amœnus eſt: cultuſque tot prædiis magnificis. (h) Habentur Genuenſes parum hoſpitales, & lucro inhiantes; foris ſplendidi, domi tenaces. Fœminæ ſplendidè veſtiuntur: juniores in luxum profuſæ, vergente ætate, ad pietatem feruntur [k]. Galli perfidiæ eos haud obſcurè inſimulant: Quare, quum ſeſe obtuliſſent in tutelam Ludovici XI, Regis Galliæ, ipſe eos Dæmoni addixit, tanquam tali domino dignos.

HEKELII.

[k] Alioquin multa egregia priſcis temporibus effecerunt, ſemperque mari eos viguiſſe, inſigneſque victorias obtinuiſſe conſtat. Mercaturâ & negotiationibus maximum ſibi nomen comparârunt, cùm in his reliquas Nationes ſolertiâ & diligentiâ ſuperent, neque ullum omninò adinveniatur Exterorum Emporium, quod ipſi non adeant.

(a) Naulum. (b) Porto Fino. (c) Rapalum. (d) Portus Veneris. (e) Spetia. (f) Lerice. (g) Agri Genuenſis fertilitas. (h) Genuenſium mores.

CAP. XXXVII.

Tuſcia, Romaniola, Marchia Anconitana, Romanus Ager, & Ducatus Spoletanus.

I.

Tuſcia, vulgo Toſcana. 1

Tuſcia, ſ. Toſcana. Florentia.

TUſcia, *Magni Ducatus* titulo ad ſublimem inter Italicas regiones dignitatem elata, caput habet ac Ducum ſedem α *Florentiam* (1), vulgò *Fiorenza*, vel *Firenze*, urbem, ſi unam *Antverpiam* excipias, totius Europæ pulcherrimam, templorum ſplendore maximè conſpicuam. Libera atque opulenta fuit civitas, antequam *Medicæorum* familia Principatum occuparet.

(1) *Sunt qui Syllam Conditorem An. ab V. C. 671 volunt. Cunctas fere Europeæ Civitates ſitus Amœnitate ſuperat, patriam eſſe Americi Veſpucii, Bocacii & Machiavelli jactat.*

II. *Luca*

BUNONIS.

α (a) *Florentia* arcem habet firmiſſimam & propugnacula, quibus opidani in officio continentur. Eam ad Apennini radices ſitam *Arnus fl.* interluit: ibi epilepſia magis familiaris eſt, quàm alibi in Italia [a]. Ex ea civitate orti *Clemens* VII *Leo* X & XI pontifices, *Americus Veſputius*, *Johannes Bocatius*, *Marſilius Ficinus*, *Picus Mirandula*, *Angelus Politianus* & *Hieron. Savonarola*, *Accurſius*, &c. Magni iſtius Ducis dominium commode dividitur in (b) *Antiquum* & *Novum*. Ad antiquum referuntur, præter *Florentiam*, *Piſæ*, *Aretium*, *Piſtoria*, *Peſcia*, *Monte Pulciano*, *Cortona*, *Pratum*, *Volterra*, *Fieſole*, *Colle*, *Ilborgo*, *S. Sepolchro*. In *Novo* ſunt *Senæ*, *Montealcino*, *Chiuci*, *Groſſeto*, *Savona*, *Pienza*, *in Elba* inſula *Coſmopolis* à Coſmo duce, qui eam communivit, dicta, &c.

HEKELII.

[a] Aër heic eſt tenuis & ſalubris & maximè acrium ingeniorum ferax, & quoniam præter *Romam* nulla exſtat in *Europa* Civitas, quæ tot *Architectos*, *Pictores* & *Anaglyptas* emiſerit, quàm hæc Civitas, hinc profecta ſunt tot Palatia, tot templa, tot Picturæ, tot Statuæ, quæ ſummâ admiratione afficiunt. Claret heic *Antonius Magliabechius*, Coſmi III, Magni *Hetruriæ* Ducis, Herois ſapientis, magnanimi, benigni, atque incomparabilis, Bibliothecarius dexterrimus ac maximè curioſus, Vir excellenter eruditus, modeſtus & manſuetus.

REISKII.

1 (c) *Tuſcia* familiæ Mediceorum ſereniſſ. ſubjecta Ducatus titulum à Carolo V Imp. anno 1530, ſed magni elogium à Pontifice Rom. IV additum ſuſcepit. Urbes verò tres præcipuas & liberas quondam reſpubl. complectitur, *nempe Florentiam*, (d) *Senam*, *Piſaſque*, amplas admodum, frequentes nitidaſque; ſed elegantiſſimam Ducum ſedem, palatio planè regio ſuperbam. Sena & vicina huic regio in fidem à Carolo V, anno 1555, recepta, & in filium Philippum tranſlata, denique anno 1557 ad Ducem rediit, exceptis urbibus, quæ adhuc regno Hiſpanico ſubſunt. (e) *Luca* liberam remp. ſibi tuetur ſuis munitionibus & propugnaculis, itemque Principum vicinorum æmulationibus

(a) Florentia. (b) Hetruriæ Ducatus Antiquus & Novus. (c) Tuſciæ magnus Duc. (d) Sena. (e) Luca.

Luca.

II. β *Luca* ſui juris civitas opulenta ac maximè ſplendida munitaque: Imperiali libertate gaudet. Haud procul *marmora* magnâ copiâ cæduntur, totius Italiæ nobiliſſima (1).

Piſæ.

III. γ *Piſæ*, libera quondam ac potens terrâ marique civitas, nunc propemodum incolis deſerta, Magno Etruriæ Duci paret (2).

Liburno.

δ *Liburno* portui, vulgo *Livorno*, ſive *Ligorno*, & *Liorno*, ad antiquam claritatem hoc novum decus accedit, quod recens à Magno Duce in ſummum ſplendorem reſtaurata eſt. Portus eſt in celeberrimis Italiæ haud poſtremus, Magni Ducis ſeceſſu ac triremium ſtatione inſignis (3).

Hiſpani opida in Hetruria maritima.

IV. ε *Plombinum*, ζ *Telamon*, η *Orbitellum*, & ϑ *Portus Herculis*, Hiſpani Regis imperio ſubjecta opida, validis Hiſpanorum præſidiis cuſtodiuntur.

Senæ.

V. ι *Senæ*, vulgò *Siena* (4), in medio fermè Tuſciæ ſita urbs, meritò inter Principes Italiæ connumeratur. Libera quondam ac latiſſimo territorio potens civitas, nunc Etruriæ Ducis dicto audiens eſt.

Reliqua Tuſciæ opida.

VI. Reliqua Tuſciæ opida ſunt κ *Aretium*, λ *Cortona*, μ *Volatterræ*, ν *Piſtoria*:

(1) *Ditio hujus oppidi 25 mill. paſſ. in Lat. & 27 in Lon. protenditur. Dominos ſæpe mutavit, at nunc libera ſub Cæſaris protectione. Regimine Ariſtocratico fruitur ſub Principe Gonfalonier denominato, qui menſes duos tantum regit & Locum alteri cedit. Senatus ex 240 honeſto loco natis conſtat, quorum 120 per ſemeſtrem curam Reipub. gerunt.*

(2) *Templum Cathedrale ſuperbiſſimum adhuc reſtat, januis æneis Hiſtoria Redemptionis cælatis clarum.*

(3) *Commercio floret, unde maximus Ducis Toſcani Reditus.*

(4) *Gallos Senones Conditores habuit. Templum Cathedrale ſplendidiſſimum, marmore exſtructum, & Architectura celeberrimum oſtentat; aream Cochleæ formam referentem, ubi Aqua ex fontibus immiſſa, pugnæ Navales repræſentari poſſunt, etiam jactat: de ædibus ac palatiis ſplendidiſſimis etiam gloriatur. Urbs deinceps munitiſſima,*

nibus ſub ſenatu & Cefalerio ſecura & quieta. (a) Status Rom. Pontificis comprehendit, 1° *Ducatum Ferrarienſem*, Mutinenſibus ereptum, 2° *Agrum Bononienſem*, 3° *Umbriam*, in eaque *Marchiam Anconitanam*, *Ducatum Spoletanum* & *Urbinatem*, hunc ultimum ex anno 1624, 4° *Rom. ditionem* cujus altera pars Florentino Ducatui propior *Patrimonium D. Petri*, altera verſus Neapolin *Campagna di Roma* dicitur, 5° *Ducatum* regni Neapolitani *Beneventanum*, quem Pontifex feudo ex ampliſſimo ſibi reſervavit. De poſſeſſionibus Gallicis, quas Pontifex hodieque tenet, ſuprà expoſitum fuit. De Artibus & Arcanis, quibus ad tantum Italiæ dominatum, quibuſque ad Monarchiam Eccleſiaſticam aut OEcumenicum Epiſcopatum Rom. Pontifices adſpirârunt, alibi explicatur in benè multis itemque doctis ad hoc Argumentum Operibus & Opuſculis. Confer Anonymum de med. ad Stat. Papæum & Arcanis neceſſariis, itemque Marc. Anton. de Dominis in Republ. Eccleſ. De (b) *Caſtello S. Angeli*, quod Alexander VI ex mole Imp. Hadriani vetere conſtruxit munitiſſimum, freno civitatis, & Pontificum Rom. refugio, Romaque hodierna, breviter ediſſeri non poteſt.

BUNONIS.

β (c) *Luca* ad Auſarem, qui vulgo *Serchio* dicitur ſita, *Xantis Pagnini* patria eſt.

γ (d) Piſæ ad Arnum olim potentiſſimæ Reip. caput multa præclare geſſit. Sardiniam Saracenis extorſit: Carthaginem domuit, ejuſque Regem vinctum abduxit: Majorcæ Regem interfecit; Genuenſes ſæpe vicit, & Pontifices reſtituit. Ab Ugolino tyranno male excepta eſt. Florentinis quum fuiſſet prodita, à Carolo VIII, Franciæ Rege, libertatem recepit. Sed tamen in Hetruriæ Ducis venit poteſtatem. Illuſtrem habet Academiam [b], & ſedes eſt Equitum S. Stephani.

δ (e) *Liburnus portus* olim fuit Piſanorum, quum florerent: ſed urbs à Genuenſibus everſa, pace conſtituta, ad Piſanos rediit. Inde à Carolo VIII Galliæ Rege vindicata paruit Florentinis, ac ita demum in Magni Ducis poteſtatem venit. Portui præjacet Pharus, jactaque moles, quæ portum claudit. Ipſe locus olim cœli graviſſimi; nunc, paludibus exſiccatis, gaudet gratiſſimo. Quinque præcingitur aggeribus, & duplici propugnaculo.

ε (f) *Plombinum* ſeu *Piobenum* Hiſpanis ereptum hodiè tenent Galli.

ζ (g) *Telamon* portum antiquitùs habuit, qui defecit: Novus autem munitus eſt.

η (h) *Orbitellum* opidum in lacu cognomine munitiſſimum, Gallorum clade hoc ſeculo nobilitatum eſt.

ϑ (i) *Portus Herculis* urbs permunita eſt, cui imminet Mons Philippi: (k) *Portum Longonis*, vulgo *Porto Longone*, à longitudine ita dictum nupero bello Galli eripuerunt Hiſpanis.

ι (l) *Senæ* vulgo *Siena*, in colle jacens, urbs *Æneæ Silvii* [c], *Alexandri* VII [d] pontif. & *Catharinæ Senenſis* patria, Academiâ nobilis eſt. Fanum habet B. Virginis celebre, à qua literas miſſas jactitant Senenſes. Urbi Arx impoſita pentagona. Lingua Italica nullibi puriùs colitur, quàm in hac urbe; adeò ut ruſtici etiam eleganter loquantur [e].

κ (m) *Aretium* olim potens, in amœna valle ſitum, *Guidonis* monachi patria, qui voces Muſicales, *ut*, *re*, *mi*, *fa*, *ſol*, *la*, invenit; à vini præſtantiâ etiam commendatur.

λ (n) *Cortonæ* mœnia ab Aretinis everſa ſunt.

HEKELII.

[b] Juxta *Alſtedium* An. CHR. M CCC XXXIX inſtitutam; An. vero M CCCC LXXXVII ſub *Laurentio Medice*, & iterum An. M D XLIII ſub *Coſmo Medice* reſtauratam.

[c] Seu Pii II.

[d] Sive *Fabii Chiſii*.

[e] Unde non inepte *Thomas Edwardus Anglus*, in *Urbium Italicarum* Deſcriptione v. 11. *Illuſtrat* Senas *Patriæ facundia linguæ*.

BUNONIS.

μ (o) *Volaterræ* [f] *Raphaelis Volaterrani* [g] patria

(a) Status Eccleſiaſticus. (b) Caſtellum S. Angeli. (c) Luca. (d) Piſæ. (e) Livorno ſeu portus Liburnus. (f) Plombino. (g) Telamon. (h) Orbitellum. (i) Portus Herculis. (k) Portus Longonis. (l) Senæ. (m) Aretium. (n) Cortona. (o) Volaterra.

γ *Piſtoria*: quarum hæc inter amœniſſimas Italiæ cenſetur, ξ *Pratum* item & *Poggium*, ſummarum deliciarum ſunt loca.

VII. *Maſſa*, olim *Herculis fanum*, nunc novum Genuenſis familiæ *Ciborum* opus, *Principatus* titulo cenſetur: opidum feſtivum ac amœnum. Maſſa.

Patrimonium Petri.

VIII. Etruriæ pars eſt *Patrimonium D. Petri*, â ο *Mathilde* illuſtri muliere Eccleſiæ Romanæ legatum: hinc vulgò *Lo ſtato della Chieſa* indigitatur. Urbium in eo clariſſimæ, π *Peruſia*, ρ *Orvietum*, σ *Aquapendens*, *Horti*, τ *Viterbium* (1). Opidum in litore vetuſtiſſimum, quod quondam *Centumcellæ*, nunc *Civita Vecchia*, id eſt, *Vetus Civitas*, dicitur, portu egregio ac triremium Pontificiarum ſtatione nobile eſt (2). *Braccianum* ad Sabatinum lacum, illuſtriſſimæ *Urſinorum* familiæ *Ducatus* eſt. Patrimonium Petri. Peruſia. Orvietum. Aquapendens. Horti. Viterbium. Centumcellæ. Braccianum.

Roma-

patria [b], ubi ſunt ſalinæ, fodinæ æris, alabaſtri & lapidis Lazuli. Urbs hæc [i] ab Hunnis olim everſa, Othonis I Imperatoris auſpiciis reſtituta, tandem ceſſit Florentinis & magno Duci. In agro Volaterrano aquæ tanto ſtrepitu, tantaque violentia ebulliunt, ut ad decimum uſque pedem exiliant, nec ſine ſonitu decidant; adeo fervent, ut injectæ carnis oſſa nuda ſtatim emergant. Aquæ iſtæ, ſi denſos emittunt vapores, pluviam prænunciant.

HEKELII.

[f] Seu *Volaterra*.
[g] Viri de Re litteraria bene meriti.
[h] Et *A. Perſii* Poëtæ.
[i] Annis quippe 500 ante *Romam* in ſublimi Monte ædificata.

BUNONIS.

γ (a) *Piſtoria* haud procul à Stella fl. ſita, à Deſiderio Longobardorum Rege mœnibus cincta, quæ à Florentinis poſt disjecta ſunt. Nunc poſt varias calamitates videntur reſpirare [k].

ξ (b) *Pratum* in numero eſt quatuor caſtrorum in Italia munitiſſimorum, à Friderico II conditum; B. Virginis cingulum hic oſtenditur. (c) *Hetruriæ* ſolum fœcundiſſimum eſt, fert quippe oleum, frumentum, vinum, legumina. *Senenſis* ager ferax non ſatis excolitur; unde ſqualet. Aër purus eſt, niſi in partibus maritimis, quem iſtis in locis vix perferunt exteri. Magnus eſt præprimis circa Radicofanum, ob crebras moros, ſerici proventus. Argentum, ferrum, æs, alumen, & varii generis marmora illa habet regio. *Lucenſis* Ager abundat oleo, vino, caſtaneis; verùm frumentum non ſatis feliciter profert. Univerſa illorum regio incolarum induſtria & prædiis pulcherrimis amœniſſima facta eſt. (d) *Florentini* perhibentur callidiſſimi & mercaturæ dediti, in quam avidè feruntur & ipſi nobiles. Parci ſunt & tenaces. In præliis ſtrenui, & exploratores ſagaces. In pugna de præda parum ſoliciti, de victoria tantum cogitant; quæ res eis ſæpe ſaluti fuit. Ægrè condonant injurias, Zelotypiâ laborant: Ipſorumque dialectus cæteris Italiæ ob ſuavitatem anteponitur. (e) *Piſani* olim fortes & vitæ prodigi; unde magnarum opum habuerunt Remp. quæ diſcordia civium defecit. Jam plerique literis vacant, & docto perfruuntur otio. (f) *Senenſes* ad rem minus ſunt attenti quàm reliqui Tuſci: liberales, philoxeni, ſplendidi. Libertatem acrius propugnârunt non ſolùm viri, ſed etiam fœminæ. Servitutem impatientiùs tulere; donec Magni Ducis liberalitate, dum eis in annonæ caritate ſubveniret, permoti ſeſe ſubmiſerunt. (g) *Lucenſes* habentur ingenioſi, ſolertes, philoxeni, prudentes ac libertatis amantes. Ita ſeſe gerunt, ut vicinus Princeps ſine manifeſta injuria ipſos invadere non poſſit. Vulgus nobiles impenſè colit. Parci domi, magnifici foris.

ο De *Mathildis* donatione videatur celeberrimi Conringii lib. I. de finibus Imperii *c.* X.

π (h) *Peruſiam* quæ vulgò *Perugia* dicitur ad lacum cognominem ſitam nobilitârunt *Bartholus*, ejuſque auditor *Baldus* JCti. Urbs illa probe munita eſt, cum Arce. Eam Totila, Gothorum Rex, poſt Obſidionem X annorum cepit ac evertit: deinde Longobardis, qui eam occupârant, extorſit Carolus M. A factionibus Gibellinorum & Guelforum multum eſt vexata [l].

ρ (i) *Orvietum*, Procopio Urbetana, & *Urbibentum*, undique præcipitiis & rupibus circumdatum, unde munitiſſimum eſt.

σ (k) *Aquapendens*, ſeu *Aquula* nomen habet ab irruentibus aquis; ejus Ager egregiè irriguus eſt.

τ (l) *Viterbium* vulgò *Viterbo*, *Annii Viterbienſis*, Impoſtoris iſtius, patria. Cæterùm, præter iſta loca ad hoc patrimonium Petri referuntur *Bolſena* olim *Volſinium*, ubi S. Chriſtinæ ſervatur corpus: *Tuſcanella*, opidum vetuſtum ac nobile; de quo multa fabulantur Annius & Leander: *Montefiaſcone* urbs vino ſuo nobilis, &c.

HEKELII.

[k] Et quamvis anguſtis includatur finibus; tamen copia omnium rerum abundat. Fuit & *Romanorum* Colonia, & propterea adhuc ſingulari gloriatur Antiquitate.

[l] Clarent heic hoc tempore Sacræ *Angelorum* Ædes & *S. Franciſci* Templum, ubi ejus Corpus religioſè adoratur.

BUNO-

(1) *Patrimonii S. Petri urbs Capitalis, & probe munita.*

(2) *At propter Cœlum inſalubre infrequens, unde Cives alias ſibi domicilium quærunt.*

(a) Piſtoria. (b) Pratum. (c) Fertilitas Hetruriæ. (d) Mores Florentinorum. (e) Piſanorum mores. (f) Senenſium mores. (g) Lucenſium mores. (h) Peruſia. (i) Orvietum. (k) Aquapendens. (l) Viterbium.

Romaniola vulgo Romagna. Bononia. Ravenna. Ferraria. Ariminum. Ceſena. Faventia. Imola. Marchia Anconitana. Ducatus Urbinas.

Romaniola, vulgo Romagna.

IX. *Romaniolæ* fines ſunt intra *Foliam* amnem, montem Apenninum, *Panarum* flumen & *Padi* extremum verſus Septentriones alveum. Urbium clariſſima ac celeberrima eſt υ *Bononia* (1), ædificiorum ſplendore ac magnificentia inprimis cenſenda. Sequuntur φ *Ravenna* (2) ac χ *Ferraria* (3). Hæc ſuum nuper habuit Ducem: at nunc Romanæ Eccleſiæ ſubjecta. Inde ↓ *Ariminum*, ω *Ceſena*, α *Faventia*, β *Imola*, egregia atque haud ignobilia opida.

Marchia Anconitana, Ducatus Urbinas.

X. Urbium in *Anconitana* regione opulentiſſima eſt γ *Firmum*. At portu celebri notiſſima δ *Ancona* (4). Cætera loca notatu digna, ε *Æſis*, vulgò *Jeſi*, ζ *Macerata*. Hinc in *Ducatu Urbinati*, η *Urbinum*, ϑ *Fanum*, ι *Senogallia*, κ *S. Leo*, λ *Forum Sempronii*.

Roma-

(1) *Inter ampliſſimas, frequentiſſimas & nitidiſſimas Italiæ Civitates numeratur. Varias rerum vices ſæpenumero ſubiit & dominos mutavit; commercio pannorum, ſericorum imprimis, celebratur. Legati etiam Pontificii Sedes.*

(2) *Tantum priſtini decoris amiſit, quod in dubium vocetur, an ſit illa Ravenna quæ in deliciis Honorio Cæſari & Aſylum fuit, aut Exarchatus Sedes. Mari Adriatico receptum inde canens, merito etiam dubitari poſſit ſi Portus Romanorum celeberrimus in Mari Adriatico fuiſſet, niſi Annuli ferrei muris hucuſque affixi quibus Naves alligatæ fuere fidem feciſſent.*

(3) *Templa ac Palatium Ducis, nunc Legati Pontificii hucuſque ſplendida.* (4) *A Syracuſis qui Tyrannidem Dionyſii evaſerunt condita; rudera antiquæ magnificentiæ adhuc reſtant, inter alia Arcus Triumphalis marmoreus a Trajano exſtructus.*

BUNONIS.

υ (a) *Bononia*, vulgò *Bologna* [m], Rheno amni appoſita, amœniſſima, pulcherrima & ditiſſima habetur: antiquiſſima totius Italiæ gaudet Academia [n]: hinc *mater & parens literarum* [o] appellari meruit. Hæc XVI ſeculo Carolum V, & Clementem VII amicè congreſſos ſuſcepit. *Aldrovandus* Medicus hìc docuit [p].

φ (b) *Ravenna* [q] olim inter paludes, quæ nunc exſiccatæ ſunt, ſita, à Gallis ſub Ludovico XII direpta eſt.

χ (c) *Ferraria*, vulgò *Ferrara*, ad Padi ripam in paluſtri loco ſita, habet Academiam [r]. Arx ejus Clementi VIII duobus millionibus Auri conſtitit. Olim urbs fuit ſplendida, ſed hodiè ſplendor ejus paulatim remittit.

↓ (d) *Ariminum*, vulgò nunc *Rimini*, urbs maritima, Concilio, quo Orbis ſe pœne Arianum factum ingemuit, nobilis. A Gothis oppugnata, à Vitalliano Juſtini præfecto fortiter defenſa eſt. Jacet in planitie, imminentibus ei à meridie collibus.

ω (e) *Ceſena* vino gaudet optimo, urbs admodum frequens eſt. Arx, quæ ei imminet, à Friderico II fuit condita.

α (f) *Faventia*, vulgò *Faenza*, à Lamone fl. in duas ſecatur partes. Arx ejus à Friderico II exſtructa eſt. Hìc ex creta parantur vaſa totius Italiæ pulcherrima.

β (g) *Imola*, olim *Forum Cornelii* dicta. Huc quoque pertinent *Forum Livii* vulgò (h) *Forli*, (i) *Sarſina* Plauti patria, &c.

γ (k) *Firmium* ſeu *Firmum*, Lactantii [s] patria, vulgò *Fermo*, ad litus jacet.

δ (l) *Ancona* [t] hodiè Judæorum receptaculum eſt: olim in ea urbe veluti in altera Tyro *Purpura* fuit tincta [v]. Portus ille [x] hodiè ferè obſtructus eſt.

ε *Æſis* jacet ad Æſim fl. nunc *Fiumecino*.

ζ (m) *Macerata* gubernatoris ſedes eſt. Erat urbs Comitatus Feltrenſis. In Marchia illa præterea ſunt (n) *Civitas Nova*, vulgò *Citta Nuova*, nobile & frequens opidum in monte haud procul à mari ſitum. (o) *Fabrianum*, ubi chartæ in maxima copia parantur laudatiſſimæ, lautè ædificatum & dives: Principatus caput eſt. (p) *Lauretum*, vulgò *Loreto*, ubi cubiculum B. Virginis viſitur, in quo illi facta annunciatio; tranſlatum creditur ab Angelo primùm ex Nazareth in Illyricum, inde Venetias, ac porrò Loretum. Templum hoc ingentibus theſauris refertum eſt. Opidum egregiè munitum, magnificas & ſplendidas habet Ædes.

η (q) *Urbinum*, vulgò *Urbino* dicitur; *Raphaelis* pictoris patria, Beliſario olim dedita, cum fons urbis exaruiſſet.

ϑ (r) *Fanum* vulgò *Fano* à Fortunæ *fano* ita dictum: à Totila everſum; reſtauratum à Beliſario.

ι (s) *Senogallia* Aquæ dulcis penuria laborat.

κ (t) *Fanum S. Leonis*, vulgò *S. Leo*, eſt opidum adeò munitum, ut nulla vi expugnari poſſit: ideo Duces Urbini theſauros ſuos hic aſſervabant. Captum tamen eſt à Copiis Leonis Pontificis, & traditum Florentinis. Luitprandus vocat *Montem Feretratum*. Inde Comitatus *de Montfeltre* nomen accepit.

λ (u) *Forum Sempronii*, vulgò *Foſſumbruno* dicitur, ex ruinis *Fori Sempronii antiqui*, quod V millibus paſſuum à Metauri fl. ripa diſtabat, excitatum. Ad mare eſt (x) *Piſaurum*, vulgo *Peſaro*, cujus incolæ perpauci quinquageſimum ætatis annum attingunt; quod fieri exiſtimant partim ex cœli gravitate [y], qua æſtivis præcipuè menſibus premuntur, partim ex immodico uſu ficuum, aliorumque fructuum dulcium, quibus Ager iſte [z] abundat. Urbs illa putatur nomen accepiſſe à Piſauro fl. cui adjacet. A Totila diruta eſt: ac à Beliſario reſtituta. Eſt ſatis lauta ac elegans [a]. At portus ejus adeo obſtructus eſt, ut exiguas naviculas tantum admittat.

HEKELII.

[m] Primùm à *Felſino*, *Hetruſcorum* Rege, FELSINA, poſteà BONONIA, à BONO illius Succeſſore dicta.

[n] Au-

(a) Bononia. (b) Ravenna. (c) Ferraria. (d) Ariminum. (e) Ceſena. (f) Faventia. (g) Imola (h) Forli (i) Sarſina. (k) Firmum. (l) Ancona. (m) Macerata. (n) Civitas nova. (o) Fabrianum. (p) Lauretum. (q) Urbinum. (r) Fanum. (s) Senogallia. (t) S. Leo. (u) Forum Sempronii. (x) Piſaurum.

Romanus ager, vulgo Campagna di Roma.

Romanus ager, vulgo Campagna di Roma.

XI. Princeps agri Romani eſt *Roma*; Orbis terræ quondam caput, at nunc ob *Pontificis maximi* ſedem, omnium illuſtriſſima atque celeberrima; de qua præſtat tacere, quam pauca dicere (1).

Tibur.

XII. Reliqua opida agri Romani, alioquin nobilia ſatis, Romanæ urbis propinquo ſplendore obſcurantur. In his μ *Tibur*, nunc *Tivoli*, *hortus Ateſtini Cardinalis* multiplici amœnitate, ac vario genere deliciarum, clarum per totam Italiam reddit; ſed ipſum opidum longe ante-eunt ν *Tarracina* & ξ *Præneste*.

Tarracina. Præneste.

Ducatus Spoletanus.

Ducatus Spoletanus.

XIII. In ο *Ducatu Spoletano* ſunt π *Spoletum*, ϱ *Augubium*, σ *Fulginium*, τ *Interamnia*, υ *Narnia*.

CAP.

[n] Auſpiciis THEODOSII II, Anno CHRISTI CCCCXLVII inſtituta, & à CAROLO M. cùm eſſet collapſa, inſtaurata.

[o] Seu, ut *Reſcriptum* THEODOSII habet, *Omnium Scientiarum fons.*

[p] Docuerunt hèic quondam ſummâ cum laude, *Azo*, *Accurſius*, *Bartholus*, *Maginus*, *Salicetus*, & alii Viri clariſſimi, quibus hodiè annumerandus *Malpighius*, Medicus excellentiſſimus & omnino felix. Senatus *Bononienſis* fertur quotannis quadraginta Coronatorum millia in ſuos profeſſores exponere. Eſt ibi quoque Bibliotheca inſtructiſſima, quæ inter alia *Biblia Eſdræ* contineat.

[q] Antiquitate magis quàm Ædificiorum pulchritudine, celebris.

[r] A FRIDERICO II, Imperatore in *Bononienſium* contumeliam, ut *Schottus* loc. ſæpe cit. p. 206, ſcribit, inſtitutam, ubi docuerunt *Andreas Alciatus* & *Theodorus Gaza*.

[s] Lactei *Chriſtianorum Tullii*.

[t] S. *Ancon*.

[u] De ejus Origine conſentiunt Autores vetuſti ac fide digni, *Strabo* inprimis, *Plinius* atque *Solinus*, *Græcam urbem* eſſe, eamque *Syracuſios* ob *Dionyſii Siculi* tyrannidem profugos condidiſſe.

[x] Quo olim erat celebris.

[y] Atque inclementia.

[z] Vinum quoq; optimum atq; ſuaviſſimum ferens.

[a] Ac mœnibus firmis percincta, ſplendidiſſimiſq; ædibus regiis ac Arce munita exornata.

BUNONIS.

μ (a) *Tibur* ad Anienem, qui vulgo *Tevarone* dicitur, jacet: ubi præceps Anienis fluvii viſitur lapſus [b].

ν (b) *Tarracina* ſive *Terricina*, olim *Anxur* dicta, in ora maritima ad Uſentis ripas eſt.

ξ (c) *Præneste* [c], vulgo *Pilaſtrina* dicitur, opidum anguſtum, nec ſatis munitum, eſt in ditione Barberinorum [d]. Reliqua opida clariora hic ſunt (d) *Fraſcati* olim *Tuſculum*. Prædia hodie habet magnifica: in quibus illud, quod erat Pauli III, elegantiſſimum eſt. (e) *Alba* agrum habet fœcundum, vineis & arboribus ad delicias conſitum. (f) *Oſtia* à Saracenis everſa, à Leone IV reſtituta, adductis ex Corſica colonis. Arx ei appoſita eſt à Martino V ad litoris tutelam, quam Julius II fecit firmiorem. Habet Oſtia cœlum gravius.

ο (g) *Ducatum Spoletanum*, inter Apenninum montem & Tiberim ſitum, tenet Pontifex Romanus.

π A (h) *Spoleto* [e] Ducatui nomen eſt. Urbs illa adeo placuit Theodorico, ut prætorium in ea ædificaret. A Gothis poſt everſa, à Narſete reſtituta eſt: Deinde à Friderico Barbaroſſa deſtructa eſt; atque iterum à Peruſinis. Hodiè tamen lauta eſt, & probè munita.

ϱ (i) *Augubium* vel *Igubium* olim *Iguvium* dictum eſt.

σ (k) *Fulginium* hodiè *Fuligno* vocatur. In valle amœna, quam Tinna ſeu Topinus fl. eluit ac dividit, ſitum. Anno 1281 à Peruſinis fuit direptum, qui ea de cauſa à Martino V Anathematis fulmine petiti. Condimenta Fulginenſia in pretio ſunt.

τ (l) *Interamnia*, hodiè *Terani* vel *Terni* dicitur, rupibus altiſſimis clauſa; in valle jacet lapidoſa ad Narem fl. ex quo aqua deducta urbem ambit.

HEKELII.

[b] Urbs eſt antiqua & pervetuſta, & licet olim collapſa fuerit; Arcem tamen adhuc munitiſſimam habet, & cœlo valdè temperato gaudet.

[c] Vel *Prænestis*.

[d] A *Prænestio* Conditore, *Latini* filio, atq; *Ulyſſis* & *Circes* nepote, ſi *Stephano* credimus, ita appellatum.

[e] *Longobardorum* quondam Sede.

BUNONIS.

υ (m) Et *Narnia* vulgo *Narni* in colle ſita, cujus radices

(1) *Pauca tamen notatu digna, Lectori exhibemus. Palatia* 118 *numerat, quæ una cum locis ubi monumenta antiqua ſteterunt,* 310 *viſu haud indigna Viatori præbent. Horum rudera octo, & Veſtigia quinque huc uſq; reſtant, decem Collegia, Hortos ſupra modum celebratos* 18, *& Areas Ædibus magnificis circumdatas,* 300 *Templa quorum* 26 *imprimis magnifica gloriatur. Portas* 20, *Regiones quas Londinenſes* Wards *dicunt* 14, *& Pontes ad Tiberim fluvium* 5 *numerat. Baſilica S. Petri in Vaticano totius Orbis facile pulcherrima habetur, a Conſtantino Magno primum Sumptibus immenſis exſtructa, & vetuſtate pæne exciſa a Pontifice Julio* II, *ab ipſis Fundamentis renovari cæpta, a Pontificibus ſuccedaneis proſecuta, & a Paulo* V *abſoluta. Circuitus Urbis* 13 *mill. paſſ. conſtat, & in Mœnibus ultra* 300 *Turres haud ita pridem cernebantur, quarum multæ nunc vetuſtate collapſæ. Capta fuit hæc Civitas a Gallis Senonibus, An. ab U. C.* 362; *ab Alarico Gotho An. Dom.* 410; *a Genſerico Vandalo An.* 455; *ab Herulis An.* 437; *ab Oſtrogothis* 451; *ab iiſdem An.* 499, *& An.* 1527 *ab Exercitu Car.* V *Cæſaris, qui miſere urbem vaſtavit.*

(a) Tibur. (b) Tarracina. (c) Præneste, ſ. Pilaſtrina, &c. (d) Fraſcati. (e) Alba. (f) Oſtia. (g) Ducatus Spoletani opida. (h) Spoletum. (i) Augubium. (k) Fulginium. (l) Interamnia. (m) Narnia.

radices Nar alluit. In hoc Ducatu præterea ſunt (a) *Aſſiſium* in monte poſitum, S. Franciſci patria eſt. (b) *Ameria*, vulgò *Amelia* in colle ſita, Roſcii Amerini quem Cicero defendit, patria [f]. (c) *Tuder*, vulgò *Todi*, in colle poſita urbs, ſuperiori ſeculo civilibus diſcordiis attrita pæne jacuit; S. Martini, qui à Conſtantio III in exilium fuit pulſus, patria. (d) *Nurſia*, vulgò *Norcia*, antiqua urbs: inter montes ſita, frigori obnoxia, patria eſt Sertorii, matris Veſpaſiani, & S. Benedicti. (e) *Reate*, vulgò *Rieti*, urbs antiqua in paluſtri loco poſita: & (f) *Mons Falconis*. *Agri Romani* Aër parum ſalubris eſt: cùm ob Pomptinas paludes, & ſolum humidius, tum quia parum colitur: Adde etiam rudera, quibus malignus Aër continetur. Aquæ verò ejus ſaluberrimæ ſunt, maximè vero Tiberis; quæ infra urbem hauſtæ ad aliquot annos puriſſimæ ac ſuaviſſimæ conſervantur. (g) *Ager Sabinus* olei ac vini ſatis ferax eſt. Uvas habet *paſſerinas* dictas, abſque acinis, Corinthiacis ſimiles, quibus Romani delectantur. (h) *Patrimonium Petri* abundat frumento, vino, oleo. *Orvietani ſeu Urbe-Vetani agri aer* ſaluberrimus eſt: nihil ibi deeſt ad delicias. (i) *Peruſinus ager* profert frumentum & vinum generoſiſſimum: lacus vero Peruſinus ingentem habet copiam piſcium. (k) *Ducatus Spoletani* ager fertiliſſimus eſt. (l) *Marchiæ Anconitanæ* aër in multis locis gravior eſt: antiquam tamen hactenus retinet fertilitatem. Carnes hic ſunt ſaporis ſuaviſſimi. Linum fert, ex quo telæ Anconitanæ per univerſam Italiam in pretio ſunt. Cera Anconitana cæteris candidior eſt. (m) In *Ducatu Urbino* pauci indigenæ ad annum quinquageſimum perveniunt. (n) *Romandiola* frumenti adeò ferax, ut ſæpè geminos aluerit exercitus Hiſpanorum & Gallorum, ſine caritate annonæ. *Bononienſis ager* adeò fœcundus, ut inde cognomentum ſortita, quo vulgo *la graſſa*, id eſt, *pinguis* dicitur. (o) *Ferrarienſis ager* frumentum & legumina ad vicinos etiam emittit. Lini & cannabis magnam fert copiam. Aër tamen habetur craſſior. Ille tamen ager moleſtis Padi fl. inundationibus obnoxius eſt. Cæterum (p) *Romani agri incolæ*, (q) *Viterbienſes* & (r) *Orvietani, ſeu Urbivetani* curiæ Romanæ addictiſſimi ſunt, ac toti in eo ſunt, ut liberos ſuos in eam promoveant. Romani ad omnem auram fortunæ mobiles, deliciis deditiſſimi. Roma urbs nomine potius, quam re ſancta eſt. (s) *Sabini* voluptates ſectantur. (t) *Peruſini* ingenioſi ſunt, liberales & fortes. Mulieres hic totæ ſunt in eluendis & poliendis manibus. (u) *Spoletani* ſunt animoſi, & cæteris Italis fortiores; Odii tenaciſſimi, quod ſæpè ad liberos & nepotes cum hæreditate tranſit. Multi ex iſtis gloriantur ſe avorum aut proavorum exſtitiſſe ultores. (x) *Picentes* in exteros ſunt humani, ſuperbè veſtiuntur tàm viri, quàm fœminæ. Sele invicem impenſiùs colunt, quod per reliquam Italiam minus uſitatum eſt. (y) *Urbinates* Zelotypia ſuprà cæteros Italos dicuntur laborare: in exteros parum ſunt humani. (z) *Ravennates* & (a) *Romandiolæ* incolæ ſunt robuſti; ad arma tractanda apti, laboribus dediti, induſtrii, prudentes: ſed ad rem ſuam attenti. (b) *Bononienſes* ſunt ingenioſi, ad artes liberales & Mathematicas diſciplinas veluti nati, philoxeni, & liberales; equitandi peritiâ excellentes: Pictores & Sculptores inde orti celeberrimi. (c) *Ferrarienſes* ſunt duri, inhumani, crudeles, ſordidi ac tenaces.

HEKELII.

[f] Ante *Perſicum* Bellum annis nongentis ſeptuaginta quatuor condita. Unde *Salix Amerina* Plinio & *Amerina retinacula*, Virgilio Lib. 1. *Georg.* v. 265, optimè ſunt nota.

(a) Aſſiſium. (b) Ameria, ſ. Amelia. (c) Tuder, ſ. Todi. (d) Nurſia, ſ. Norcia. (e) Reate, ſ. Rieti. (f) Mons Falconis. (g) Agri Sabini fertilitas. (h) Fertilitas Patrimonii Petri, & agri Orvietani. (i) agri Peruſini. (k) Ducatus Spoletani. (l) Marchiæ Anconitanæ fertilitas. (m) Urbini Ducatus qualitas. (n) Fertilitas Romandiolæ & agri Bononienſis. (o) Ferrarienſis agri natura. (p) Mores Romanorum (q) Viterbienſium. (r) Orvietanorum. (s) Sabinorum. (t) Peruſinorum. (u) Spoletanorum. (x) Picentium. (y) Urbinatium. (z) Ravennatium. (a) Romandiolam incolentium. (b) Bononienſium. (c) Ferrarienſium.

CAP. XXXVIII.

De Regno Neapolitano. 1

I.

Regni Neapolitani fines & magnitudo.

HInc reliquum Italiæ, quicquid à *Fundis* opido, & *Liri* fluvii fontibus, *Apennino* monte, Truento amne, & *utroque* mari Infero Superoque includitur, *Neapolitanum* vocatur *Regnum*, ab urbe *Neapoli*, Capite ſuo. Longitudo ejus eſt à Truenti amnis oſtio ad Brutium uſque promontorium, vulgò *Capo Spartivento*, mill. German. XC. Latitudo ab Athenæo ſive Minervæ promontorio,

REISKII.

1 Inferior tota hæc Italia Græcis Impp. ſubjecta, ſuos Proconſules, Præfectos, Vicarios & tandem *Exarchos* (Ἔξαρχος διοικήσεως) *Diœceſeon*, in quas diviſa fuerat, ex ævo Juſtiniani diu ſuſtinuit. Donec (a) *Gothi* quinto ſeculo, & *Longobardi* ſequente proximo irruperunt. Sed (b) *Normanni* A. 1069 è Galliis huc graſſati, Calabria primum & Apulia, poſt Neapoli

(a) Gothi. (b) Normanni.

montorio, vulgo *Maſſa*, haud procul Neapoli, ad promontorium *Gargani* montis, vulgo *Monte di S. Angelo*, mill. German. xxx.

II. In regni formam redacta eſt hæc regio hoc modo (1). Cum circa Annum Chriſti CIↃ *Sarraceni*, hoc terrarum, unà cum *Sicilia* inſula occupâſſent, *Tancredus* quidam *Normannus*, prognatis duodecim filiis, egeſtate compulſus, Italiam aſſumtis liberis petiit, operamque ſuam contra Saracenos obtulit. Ibi tum re bene geſtâ, Sarraceniſque Italia ac Sicilia ejectis, portiones ei & filiis aſſignantur in utraque terra. Poſteà *Robertus*, unus ex filiis, *primus Apuliæ & Calabriæ Dux* pronunciatur. Tancredus. Robertus primus Apuliæ & Calab. Dux.

III. Dein hujus filius α *Rogerius* primus terrarum *Neapolis* & *Siciliæ* ſub uno regno comprehenſarum *Rex* creatur. Regnum ipſum *geminarum Siciliarum* nomine appellabatur; nam quod nunc in Italia *Neapolitanum* dicitur *regnum*, tunc *Sicilia cis pharum* ſeu *fretum* vocabatur; ipſa autem inſula *Sicilia*, *trans pharum*. Rogerius Rex. Sicilia duplex.

IV. At diviſum mox in *duo regna*, duos pariter Reges accepit: quorum alter in *Italia*, Apuliæ ſive Neapolis; alter in *inſula Siciliæ* Rex appellatus eſt. De hinc variam utrumque regnum Dominorum mutationem paſſum eſt. β Quippe in Neapolitano regno primi *Normanni* Galli Reges fuêre; poſt *Suevi Germani*; mox iterum *Galli Andegavenſes*; dein *Arragonenſes Hiſpani*: Jamque tertiò *Galli*; iterumque *Arragonenſes*: tandem *Caſtiliani Reges* obtento totius Hiſpaniæ Imperio, in Neapolitano etiam regno in Arragonenſium locum ſucceſſerunt. Diviſio Regni.

(1) *Prius à Romanis, poſtea a Gothis, deinde a Lombardis ſubdita; quorum Rege Deſiderio a Car. Mag. devicto, filii Car. Mag. Regnum cum Græcis partiti ſunt; Græci poſtea totum occupantes, a Saracenis pulſi: Tancredus Saracenos ejecit.*

C A P.

Neapoli Græcos, denique Saracenos Sicilia exturbârunt, novi & gemini quidem regni auctores. (a) Familiâ regum Normannicâ extinctâ Impp. ad Germanicos A. 1292 regnum pervenit; inde ad Gallos Andegavenſes; amplius ad Arragonios A. 1282, deniq; ad Caſtilianos A. 1504, quibus hodieque paret, tanquam Rom. Pontificis feudum. Huic enim rex Hiſpaniæ quotannis equum candidum, ephippio & phaleris ex holoſerico rubro inſtructum una cum octo aureorum millibus dependit. Confer. Pandulff. Collenutii Hiſt. Neapol. item Guicciardini & Beſoldi Hiſtor.

BUNONIS.

α Quum *Apuliam* & *Calabriam* finitimaſque provincias *Græci* vexarent & *Saraceni*, Normannorum opera, qui ex Gallia Normannica oriundi, feliciter repreſſi ſunt; iiſque ſedes ab *Henrico Sancto* Cæſare vel *Conrado Saliquo* illic conceſſæ. *Rogerium* verò Ducem Rogerii Gibboſi filium *Anacletus* II Innocentio II oppoſitus Papa Regio nomine & diademate ornavit tempore Lotharii Saxonis Imperatoris A. 1130, quam tamen dignitatem Rogerio poſteà confirmavit *Innocentius* ille, anno C. 1039. *Hermannus Contractus* ad ann. 1022. *Otto Friſingenſis* l. 1. de geſtis Friderici c. 2. *Baronius* ad ann. 1130. n. 52.

β *Rogerio* iſti primo Apuliæ & Calabriæ Regi ſucceſſerat anno 1153 *Guilielmus* cogn. *Malus*, à Papa Hadriano diris devotus, ſed mox in gratiam receptus: & huic anno 1166, *Guilielmus* II cognomento *Bonus*. At hujus filius nothus *Tancredus* utriuſque Siciliæ Rex ex teſtamento patris creatus, Cœleſtini III Papæ gratiam demereri non potuit; qui contra eum *Conſtantiam* anum, è cœnobio exemptam, *Henrico* VI, Friderici I, Imperatoris & Sueviæ Ducis filio, deſpondit, & regni hæredem nuncupavit. *Fridericus* II, Imperator, Henrici VI filius, ex Conſtantiâ illâ natus, ductâ in uxorem *Jole*, *Johannis de Brenna* Hieroſolymitani Regis filiâ, jus regni illius conſequutus eſt; Unde Reges *Siciliæ* ſe poſteà *reges* quoq; *Hieroſolymorum* ſcripſêre. Sed quum pontifices Romani implacabile in hunc Fridericum ejuſque poſteros concepiſſent odium, Urbanus IV *Carolum* I *Andegavenſem* contrà Manfredum è Gallia evocavit, qui *Manfredo* primùm, deinde *Conradino*, Friderici II nepote, cæſo, regnum occupavit. Ob ſuorum tyrannidem tamen Siculorum conſpiratione Siciliâ ejectus eſt, Gallis ferè omnibus ſub veſperam Paſchatis trucidatis, anno 1282. *Petrus* enim *Arragoniæ* Rex, qui *Manfredi filiam Conſtantiam* in matrimonio habebat, & à Conradino morituro regnorum hæres fuerat pronunciatus, Siculos Gallorum tyrannide oppreſſos liberavit; & *Carolum* II mari victum cepit: qui hac lege dimiſſus eſt; ut contentus *Neapoli*, *Calabria*, *Apulia* & *Tarento*, Arragoniis *Siciliam* & *Sardiniam* relinqueret. Carolus iſte in provinciis illis ſucceſſores habuit *Robertum*, qui Siciliam recuperare fruſtrà conatus eſt; *Joannam* I, *Carolum Dyrrachinum*, *Ladiſlaum*, & *Joannam* II, quæ à marito ſuo Jacobo Borbonio Marchiæ Comite capta, non multo poſt illum cepit, omnibus Gallis trucidatis; adoptavitque *Alphonſum Arragoniæ* Regem; cujus tamen poſt biennium pertæſa, regni hæredem inſtituit *Ludovicum Andegavenſem*; qui variâ fortunâ ob regnum Neapolitanum cum Alphonſo decertavit, ad annum uſque 1434, quo & ipſe & Joanna obiit. *Alphonſus* deinde *Renatum Gallum* ab aliis in regnum evocatum ejecit, & ſucceſſorem per teſtamentum inſtituit *Ferdinandum* I *ſpurium*, contra quem *Johannes* Renati filius *Lotharingiæ Dux* evocatus, à Pio II coronatur; ſed poſt varia bella regno pellitur; *Carolo* VIII *Galliæ* Rege, bellum ipſi movente, qui regnum

(a) Regnum Neapol. feudum Pontif.

gnum Neapolitanum ex Andegavenſium ſucceſſione ſibi deberi putabat. Ab eodem *Carolo* deinde *Ferdinandus* II ejectus, paulo poſt, Carolo in Galliam reverſo, à Neapolitanis recipitur. Demum *Fridericus*, Ferdinandi patruus, à *Ludovico* XII, Galliæ Rege, pariter & *Ferdinando Catholico* oppugnatus, quum neutri ad reſiſtendum par eſſet, Gallo ſeſe dedidit. Victores quidem regnum iſtud inter ſe erant partiti; ſed quum de finibus orta eſſet contentio, Galli ab Hiſpanis toto regno exturbati ſunt, atque ita *Neapolis* & *Siciliæ regna* cum aliis Hiſpaniæ ſuæ regnis copulavit *Ferdinandus Catholicus* [a] (1).

(1) *Neapolitani rebellionem meditati Henricum Guiſium A.* 1641 *in auxilium vocarunt; ſed Guiſio ab Hiſpanis capto, ditioni Auſtriacæ iterum ſubditi uſq; ad A.* 1700, *cum Philippus Andegavenſis, Ludov. Galli* XIV *nepos, Regnum hoc una cum Hiſpanis uſurpavit, at Gallis Fœderatorum armis feliciter Italia pulſis, Neapolitani ſeſe in fidem Car.* III *Auſtriaci dediderunt.*

HEKELII.

[a] Ut *Hieroſolymæ*; ſic & *Neapoleos* & *Siciliæ* REGES excudi curavit *Chriſtophorus Beſoldus Argentorati* An. 1636 in 12. Extant non ſolùm *Vincentii* de *Franchis*, ſed & *Thomæ Grammatici* DECISIONES NEAPOLITANÆ, quarum priores *Turrini* An. CIↃ. MDCXXIIX, poſteriores verò *Francofurti ad Mœn.* MDC. in fol. ſunt impreſſæ, ſed *Joan. Aloyſii Riccii* deciſiones CURIÆ NEAPOLITANÆ, prodierunt *Venetiis* An. MDCXLVIII. in fol.

CAP. XXXIX.

De Urbibus Regni Neapolitani. 1

I.

Neapolis.

URbes in Neapolitano regno non æquè cultæ ſunt; ac in ſuperiori Italia. Una tamen *Neapolis* [a] regni caput, ſedeſque Præfecti, quem Hiſpaniarum Rex *Vice-regis* titulo mittit, nulli clariſſimarum urbium, neque ædificiorum magnificentiâ, neque palatiorum ſuperbiâ, neque civium opulentiâ cedit: multitudine vero incolentium, habitâ amplitudinis ſuæ ratione, reliquas omnes vincit (1). Reliquæ urbes celebriores ſunt iſtæ: in *Laborino* agro, α *Capua* (2), β *Surrentum*, γ *Salernum* (3), & δ *Melphis*, vulgo *Amalfi*; in qua primùm inventus eſt *Pyxidis* ſive *magnetis nautici uſus* (4).

Laborini agri opida.

(1) La Forreſt *Neapolim cunctas Europæ Civitates ſitus amœnitate ſuperare, ait; quod Aeris Salubritas Magnatibus Romæ veteris, ſicuti & novæ, adeo in deliciis fuit, ut Romam Neapoli poſthabuerint. Templa ſuper* 300 *numerat, præter Monaſteria quamplurima Architecturæ mirabilis. Multa de Armamentario, de portu tutiſſimo, de Incolis, &c. prædicat, neque Sanguinis S. Januarii, neque Imaginis Salvatoris Crucifixi, quæ S. Thomam his Verbis allocuta eſt, Bene ſcripſiſti de me Thoma, &c. oblitus eſt.* (2) *Reſtant adhuc rudera Amphitheatri, Templorum, Portarum, &c. Capuæ veteris non minus Carthaginenſibus propter delicias, quam Romanis propter pugnam infelicem, exitioſæ.* (3) *Caput provinciæ Citerioris, uti olim Principatus, & ſedes* 19 *Principum quorum primus fuit filius Tancredi qui Neapolim ſubegit; Commercio etiam tunc celebris, at nunc Neapoli cedit. Urbs adhuc frequens & Archiepiſcopi Sedes.* (4) *A Flavio Gioja converſus An.* 1300. *Ducatus Titulo inſignita ſeculo* XVI° *in honorem Octavii Picolomini Imperatoris celeberrimi.*

BUNONIS.

α (a) *Capua Nova* [b] ad Vulturnum amnem, ex veteris Capuæ ruinis, altero ab illis lapide, exſtructa, hodiè infrequentiùs colitur, ob admodum vicinam Neapolim, à Conrado Friderici II filio, ac poſt ab exercitu Ludovici XII Galliæ Regis direpta eſt.

β (b) *Surrentum* vulgò *Sorrento* in extremo Campaniæ litore eſt urbs antiqua, in monte ſita; ſed hodiè anguſtior; quod ex vicinis ruderibus colligitur.

γ (c) *Salernum* vulgò *Salerno*, mille paſſibus à mari diſſitum Academiam habet in re Medica celebrem. Principatus caput eſt; unde olim primogenitus Regis Neapolitani nomen ducebat. Corpus S. Matthæi ibidem oſtenditur.

HEKELII.

[a] Hæc Urbs, licet pulchritudine cæteris omnibus hactenus longiſſimè anteiverit; attamen nupero Terræ motu, eoque graviſſimo, fortean ex juſto DEI judicio, ita eſt quaſſata atque concuſſa, ut firmiſſima quoque templa ac palatia talem concuſſionem inſolitam ac prorſus fermè ruinam, proh dolor! ſint perpeſſa. Hujus *NEAPOLEOS Curiæ Deciſiones* non ſolùm *Vincentius* de *Franchis*, ſed & *Thomas Grammaticus* atque *Joannes Aloyſius Riccius* ſuperiori ſeculo prodire juſſerunt in folio, & quidem hic *Venetiis* A. 1648, ille *Francofurti* ad *Mœnum* A. 1601; iſte autem *Turini* A. 1626. *Jacobi Sannazarii*, ſive à *ſancto Nazario*, aſſumto nomine *Actii Sinceri Sannazarii*, patria.

[b] Totius quippe *Campaniæ* Urbs olim præſtantiſſima, à *Camporum* latitudine, in quibus ſita eſt, ita dicta.

II. In

REISKII.

1 (d) Regni Neapolitani pro ſtatu hodierno ſeptem provinciæ numerantur; 1° *Terra di Lavoro*, ubi Neapolis urbs Græco quidem nomine, ſed Italico ſplendore caſtelliſq; pluribus inſignior: Unum ex his præcipuum *S. Elmi* à Carolo V ſtructum, quod *Briglia di Napoli*, h. e. Frenum Neapolitanum vocant, ob rebellionem, in quam propendet civitas, coërcendam. Ecquis turbas à Maſſanielo, piſcatore gregario motas A. 1646 ignorat? 2° *Principado* ſive Ducatus Amalfitanus genti Caracciolæ ſubjectus; 3° *Baſilicata* Græco adhuc nomine inter Græcos Dominos primum reperto; 4° *Calabria*; 5° *Otranto*; 6° *Abruzzo*; 7° *Puglia Piana*. Quis urbes harum ſingulas enarret, reſque notabiles tum certas, tum ex ſacris reliquiis incertas? Harum enim ſeges copioſiſſima offertur.

BUNONIS.

δ Ab (e) *Amalfi* ora maritima vulgo *la Coſte d' Amalfi* appellatur; quæ pagis & vicis adeò multis acco-

(a) Laborinus ager Capua. (b) Surrentum. (c) Salernum. (d) Regni Neapolitani ſeptem provinciæ. (e) Melphis, ſeu Amalfi.

II. In *Calabria*, ε *Conſentia*, Regii Præfecti ſedes: ζ *Mons Leonis*, η *Rhegium*. Calabria.. Conſentia.

III. Tum in ϑ *Hydruntino* agro ι *Hydruntum*, nunc *Otranto* (1), κ *Gallipolis*, & *Aletium*, vulgo *Lezzo*, conventu Juridico nobile opidum (2), item λ *Tarentum*. (3). Hydruntini agri opida.

IV. In μ *Baritano* agro ν *Barium* (4), ξ *Monopolis*, ο *Tranium*. Baritani agri opida.

V. In

accolitur, ut una videatur urbs. Nautas habet peritos. Pyxidis nauticæ uſus inventus traditur circa An. 1300 à Flavio Blendo; aliis appellatur *Flavius Gioja*. S. Andreæ corpus ibidem aſſervatur. Sunt ibi præterea (a) *Puteoli*, vulgò *Pozzuolo*, urbs multis terræ motibus deformata. Circa eam plurima ſunt balnea, & fontes ſalutares. Portus ejus olim commodiſſimus paulatim oblimatur. (b) *Maſſa* recens ædificata, ab ea dicitur vinum *Maſſanum*, olim *Surrentinum*. (c) *Nola* urbs olim ampla, hodie anguſta. (d) *Anverſa* ſeu *Averſa*, veteris Atellæ ruinis inædificata, & Capuæ ac Neapoli à Roberto Guiſcardo Normannorum Duce oppoſita; unde & dicta quaſi *Adverſa*. A Carolo I Rege Neapolitano everſa eſt. (e) *Vicus* exiguum opidum, lautum tamen, & in agro amœno ſitum: Cognominatur *Equenſis*. *Aquinum*, B. Thomæ patria, nunc fere collapſum [c].

HEKELII.

[c] Hoc *Aquinum*, tenue licet Oppidum, tamen Epiſcopali dignitate inſigne, etiam natale Solum eſt *Decii Junii Juvenalis* Poetarum Satyrorum, *Jul. Cæſ. Scaligero* Lib. VI, *Poet.* c. VI. p. m. 772, judicante, facile principis.

BUNONIS.

ε *Conſentia* vulgò *Conſenza*, ad Crathis ripas condita, anno 1638 terræ motu periit (5), & cum eâ *Nicaſtro*, *Monterano*, *Caſtiglione*, *Paola*, & *Balliagio*, *urbes* elegantes.

ζ *Mons Leonis* urbs eo loco in Apennini colle poſita eſt, quo olim erat Vibo Valentia.

η *Rhegium*, poſtquam à Caradino Solimannicæ claſſis præfecto fuit direptum, ferè fuit deſertum per aliquod tempus. Sed per commodum in Siciliam, qui ibi patet, tranſitum, indies reparatur. In Calabria opida porrò clariora ſunt, (f) *Tropea* navigantibus periculoſiſſima, (g) *Squillace*, eſt in Borgiarum ditione: (h) *S. Severino* opidum exiguum, ſed munitiſſimum: (i) *Roſetum* opidum, cui adjacet caſtrum in maris ſcopulo: (k) *Roſſanum*, tribus milliaribus à mari ſitum: à quo tamen proximus ſinus nomen habet, & appellatur *Roſſanenſis*; pars eſt antiqui Tarentini: Hic arbuſculæ ferunt piper: *Monſaltus* ſalis copia dives; (l) *S. Eufemia* quæ propinquo mari nomen dedit, ad cujus litus optimorum corallorum proventus eſt.

ϑ (m) *Hydruntinus ager* olim *Meſapia*, hodiè *terra di Otranto* dicitur; nomen habet ab

ι (n) *Hydrunto* metropoli, cujus arx ſaxo [d] inædificata eſt [e].

κ (o) *Gallipolis* [f], hodie *Callipoli*, ſcopulo inſidet, quod mari undique cingitur; ſed ponte ingentibus ſaxis fulto jungitur continenti. Caſtrum habet munitiſſimum, quod Alphonſus II Arragonius excitavit, cum urbem illam recepiſſet à Turcis, qui eam anno 1481 interceperant, ac in oppidanos ſævierant crudeliſſimè.

λ (p) *Tarentum*, hodiè *Tarento* [g], civitas exigua eſt, arcem habens aquis marinis undique cinctam, à Ferdinando Arragonio Rege Neapolitano conditam. Ejus portus ingentibus lapidibus obturatus, exiguis navigiis tantùm patet. In hâc regione præterea ſunt (q) *Brunduſium* vulgo *Brindiſi* [h]. Eſt portus capaciſſimus, tribus arcibus munitus. In agro ejus viluntur olearum nemora. (r) *Caſtro*, olim *caſtrum Minervæ*, frequentatur à mercatoribus olei cauſa. Anno 1537 peſſime accepta eſt à Turcis. (s) *Uxentum*, vulgo *Ungento*, ampla olim urbs, nunc exigua, in agro jacet opimo. (t) *Neritum* hodiè *Nardo*, antiqua urbs, hodiè lauta & frequens eſt: & promontorium *Japygium*, ſive *Salentinum*, quod hodiè (u) *C. San. Maria* vocatur.

μ (x) *Baritanus ager*, olim *Peucetia* [i] dicta, continetur flumine *Ofanto*, & *Calva*, monte Apennino & parte maris Venetici.

ν (y) *Barium*, nunc *Bari*, urbs Archiepiſcopalis, & reliquis in hâc provincia præſtantior, ad mare eſt. In ea olim coronabantur Reges utriuſque Siciliæ: veſtes regiæ hodieque ibidem aſſervantur.

ξ (z) *Monopolis* Marchionatus titulo ornata; urbs nova ac elegans. Volaterranus exiſtimat eam ex veteris Egnatiæ ruinis eſſe conditam. Ager ejus olei tam ferax eſt, ut quotannis ſupra vicena millia amphorarum reddat.

HEKELII.

[d] Quò Mari imminet.

[e] Hæc Urbs omnium fermè eſt veterrima, cœlo clementiſſimo gaudens. Ideoque Agro amœno, fertili & hortis cultiſſimis eſt exornata. Et quanquam *Strabonis* tempore fuerit exigua; attamen ſatis ampla hodiè ac frequens eſt. Heic finis eſt Maris *Adriatici* & initium *Ionii*.

[f] S. *Galliopolis*.

[g] *Architæ* Philoſophi patria.

[h] Ubi *Pompejus*, cognomento *Magnus*, à *Jul. Cæſare* obſidione cinctus eſt. *Pacuvii*, Poetæ veteris, patria dicitur fuiſſe. Meminit & hujus Oppidi *Horatius* Lib. I. *Serm.* Sat. 5. v. ult. & Lib. I. *Epiſt.* XVII. v. 52.

[i] A *Peucetio*, *Oenotri* Fratre.

BUNONIS.

ο (a) *Tranium* urbs Epiſcopalis, nunc *Trani*, per por-

(a) Puteoli. (b) Maſſa. (c) Nola. (d) Anverſa. (e) Vicus. (f) Tropea. (g) Squillace. (h) S. Severino. (i) Roſetum. (k) Roſſanum. (l) S. Eufemia. (m) Hydruntinus ager. (n) Hydruntum. (o) Gallipolis. (p) Tarentum. (q) Brunduſium. (r) Caſtro. (s) Uxentum. (t) Neritum. (u) C. San. Maria. (x) Baritanus ager. (y) Barium. (z) Monopolis. (a) Tranium.

(1) *A Turcis pene deleta A.* 1480, *a Venetis Seculo* 16, *at nunc bene munita arce firmiſſima in rupe ſita. Archiepiſcopatum Regni Neapolit. ditiſſimum jactat.*

(2) *Gubernatoris Sedes, & totius Regni, Neapoli excepta, frequentiſſima, ampla, & commercio valens.*

(3) *Oppidum antiquiſſimum, & Romanis, una Carthagine excepta, infeſtiſſimum, Societatem cum Pyrrho, deinde cum Hannibale contra Romanos iniit, unde Excidium ſibi acquiſivit. Archiepiſcopatus & Principatus Titulo tamen inſignitur, quem Familia Trimouillana illuſtris & perantiqua contra Hiſpanum vendicat. Tarantula Aranea venenoſa, a Tarento nomen ducit, cujus Virus Lachrymas, Tremorem, Riſum, Pallorem & Tripudium ſimul excitat, cui Muſica ſolum remedium adhibere poteſt.*

(4) *Ex antiquiſſimis Regni Urbibus una, olim Romanis, Græcis, & Saracenis ſubdita, poſtea Ducibus ſuis paruit. Colitur ibi Sti. Niclai Epiſcopi Mirenſis Cadaver.*

(5) *Nunc autem ampla, nitida, arce munita, & Archiep. Sedes.*

V. In π *Apulia*, ϱ *Manfredonia*, σ *Luceria*, τ *Troja*, υ *Aſculum* (1) *Apulum*.

Aprutii opida.

VI. In φ *Aprutio*, χ *Aquila* (2), ↓ *Beneventum* (3), ω *Anxanum*, α *Theate*, β *Pinna*, γ *Sulmo*, δ *Aſculum Picenum*.

VII. Cæ-

portum arenâ oppletum (4) abjecta jacet. In hac regione præterea ſunt *Polignano*, olim *Polinianum*, in rupe poſitum; lautum ac frequens; ejus ager oleo & amygdalis dives eſt. *Canuſium* hodiè *Canoſa*, in colle ſitum haud procul à veteris loco, quod fuerat in planitie poſitum. *Ruvo*, *Bitonto*, *Barletta*, olim tantum caſtrum, unum ex quatuor præcipuis Italiæ; à Friderico II Imperatore conditum anno 1242; alii tamen id ab eo auctum volunt. Cæterum inter Latum & Silarum amnes, Baritano agro contermina eſt pars (a) *Lucaniæ* hodiè *Baſilicata* dicta, in qua *Acherontia*, Paulo Diacono *Agerentia*, hodiè vulgo *Cirenza*: *Venuſia* vulgo *Venoſa* exiguum opidum ac pæne deſertum [k]: *Melfi* urbs Epiſcopalis: *Lavellum*: *Rapolà*: *Mons Peloſius*: *Tricaricum*: *Potentia*: *Marſicum vetus*: *Turcia* opidum lautum: *Ferrandina*, caſtellum conditum à Ferrandino Calabriæ Duce, Alphonſi II Neapolitani Regis filio: *Turris Marina* ſupra oſtium Baſentii fl. contra piratarum excurſiones excitata, hodiè deſerta eſt: *Arx Imperialis* à Friderico Imp. condita, quam egregiè muniit Alphonſus II.

π (b) *Apulia Plana*, hodiè *Apuglia Piana*; à latiſſimis campis, olim *Daunia* dicta, inter Aufidum & Frentonem, qui hodiè *Fortore*, amnes, & partem maris Hadriatici ſita.

ϱ (c) *Manfredonia* à Manfredo Friderici II Imp. filio condita, in rupe ſinus marini ad Garganum montem, ac magnificè ornata, arcem & portum habet tutum: noſtra ætate terræ motibus graviter fuit concuſſa.

σ (d) *Luceria* vulgo *Lucera* & *Nocera* optima lana nobilis eſt: cognomento *Pagana* olim dicta; quoniam à Saracenis fuit habitata.

τ (e) *Troja* olim *Æquulanum* Comitatus titulo gaudet, urbs opulenta. Concilium ibi habitum eſt ſub Urbano II, viſique tres ſoles ipſo meridie, anno 1532.

υ (f) *Aſculum* hodiè *Aſcoli* ad Carapellæ fl. fontes, eſt *a Rogerio Guiſcardi filio, quod moliretur rebellionem, diruta; ſed poſt reſtaurata: Ducatus titulo gaudet.* Porro celebriora hic ſunt (g) *Sipontum* vulgo *Siponto* ſeu *Siponti rudera*, ubi hodie templum & rudera magnæ urbis, & fons eximius. A Saracenis urbs illa everſa, opidani occiſi, & præda in Africam eſt abducta. Sunt tamen, qui hunc caſum terræ motibus aſcribunt. (h) *Mons S. Angeli* urbs frequens, & natura loci munita, diuturna Saracenorum ſedes, ad quam eorum viſuntur ſepulchra. Ibi ſpecus eſt cum templo S. Michaelis celeberrima. Cryptam hanc deſcriptam legas apud Leandrum. (i) *Farentinum*, ſeu *Farentivolium* Blondo, pæne collapſum nec frequens opidum; ubi Fridericus II Imp. obiit, à Manfredo notho ſuffocatus. Cæterum in Apulia & vicinis regionibus opida multa terræ motibus ſæpe graviter concuſſa ſunt; ac præcipuè anno 1637.

φ (k) *Aprutium* vulgo *Abruzzo* [l] inter Truentum flumen, quod vulgo *Tronto* dicitur, & Trentonem, qui hodiè *Fortore*, jacens, ad mare pertingit Hadriaticum.

χ Provinciæ caput (l) *Aquila* eſt, in mediterraneis ſita, ex ruinis Amiterni & Forconii à Longobardis condita, à Friderico II mœnibus cincta. Ager ejus croci tam ferax eſt, ut tempore Leandri quotannis redderet 40 millia aureorum.

↓ (m) *Beneventum* ad Calorem & Sabbatum fl. olim *Maleventum* dictum, plagoſi *Orbilii* patria; ad Pontificis Romani jus pertinet.

ω (n) *Anxanum*, hodiè vocatur *Lanzona* [m], emporium nundinis ſuis celebre, ad quas confluunt mercatores Itali, Dalmatæ, Epirotæ & Græci.

α (o) *Theate*, vulgo *Thieti*, in edito colle 7 millibus paſſuum à mari ſitum, à Pipino Caroli M. patre olim dirutum, quòd diutius ſtetiſſet à Longobardis, poſteà reſtauratum, & à Normannis ſelectum in ditionis ſuæ caput. Hodiè ibi ſedet utriuſque Aprutii Prorex cum conventu juridico Regio.

β (p) *Pinna* vulgo *Penna* urbs antiqua & nobilis, quæ indies ſplendore ſuo excidit.

γ (q) *Sulmo* hodiè *Salmona* [n] urbs egregiè rigua & frequens [o].

HEKELII.

[k] Patria eſt & *Horatii Flacci* Poetæ, qui ab eâ dictus eſt *Venuſius*, ſive *Venuſinus*.

[l] Et olim dictum *Samnium*.

[m] *Lanzano*, vel *Lanziano*.

[n] Seu *Sulmona*, ut & nonnullis *Sermona*.

[o] A conditore ejus *Solymo*, qui Æneæ comes creditur fuiſſe, ſic dicta. Unde eſt quod *Solimum Silio* audit *Italico*. Patria eſt *Ovidii*, Poetæ verè nobilis.

BUNONIS.

δ (r) *Aſculum Picenum* hodiè *Aſcoli* ad Truentum fl. eſt. Clariora opida hìc præterea ſunt in Aprutio ulteriori (s) *Atria*, vulgo *Atri* arduo & perdifficili jugo impoſita: (t) *Interamnia* ſeu *Teramum* & *Teranum* [p]: Civitas Calienſis ſeu Ducalis, in limite Umbriæ, haud procul à Velino fl. *Julia Nova* à Julio Hadriano Duce condita. (u) *Taliacotium* caſtrum inſtar opidi, in Columnarum ditione: (x) *Malianum*, ad quam Carolus Andegavenſis Conradinum Sueviæ Ducem vicit: (y) *Civitas S. Angeli*; Marchionatus Pinellorum (z) *Cœlanum* frequens opidum, pertinet ad nobilem familiam Ciborum Genuenſium; ab eo *Lacus Fucinus* hodiè appellatur. *In Aprutio Citeriori* porro ſunt (a) *Ortona* portus, ad quem appellunt naves ex Epiro venientes ad nundinas Lanceani: (a) *Ater-*

(1) *Oppidum perantiquum, Præſidium Romanum; Conſulem Servilium An. ab V. C. 663 jugulavit, durante bello Marſico. Clade Gallorum Guiſio Duce qui in vicinia captus erat, A. 1577 a Duce Albenſi, nobile.*

(2) *Terræ motu A. 1703 fere deleta, antea autem ampla & nitida.*

(3) *Sunt qui Diomedem Conditorem volunt. Nomen Maleventum in Beneventum a Romanis mutatum erat in Memoriam Subſidii hominum & pecuniæ ab hac Civitate contra Hannibalem præſtiti: a Totila Gotho An. 545 deleta, ab Anatarico Lombardo An. 589 reſtaurata, & Ducatus Titulo inſignita in Honorem Zotbi Amici ſui, cujus poſteri fama claruerunt. Nunc Pontifici Romano paret; & terræ motu Anno 1703 pene deleta.*

(4) *A Turcis Anno 1620 ſpoliata, ex ruderibus Siponti crevit; unde Sinus ejus Sipontinus nominabatur.*

(a) Lucaniæ ſive Baſilicatæ opida. (b) Apulia plana. (c) Manfredonia. (d) Luceria. (e) Troja. (f) Aſculum. (g) Sipontum. (h) Mons S. Angeli. (i) Farentinum. (k) Aprutium. (l) Aquila. (m) Beneventum. (n) Anxanum. (o) Theate. (p) Pinna. (q) Sulmo. (r) Aſculum, &c. (s) Atria. (t) Interamnia, ſ. Theramum. (u) Taliacotium. (x) Malianum. (y) Civitas S. Angeli. (z) Cœlanum. (a) Ortona.

Regni Neapolitani urbes munitæ.

VII. Cæterum cum tam varium fuerit, tamque frequens de hoc regno inter varios populos certamen, cumque crebris Saracenorum ac Turcarum incursionibus petitum; effectum est, uti crebra ac frequentia munimenta contra ingruentum hostilitatem passim excitarentur: quorum firmissima nunc sunt *Consentiæ*, ε *Cantazari*, ζ *Manteæ*, *Crotone* & *Tarenti in Calabria*; *Gallipoli*; *Hydrunti*, ac *Brundisii* in agro Hydruntino: *Monopolis*, *Barii*, *Tranii*, *Barlettæ*, *Manfredoniæ* in Apulia: *Aquilæ* in Aprutio. At η *Cajetæ* munimentum, ob singularem firmitudinem, situmque loci, *clavis* totius *regni* appellatur.

CAP.

(a) *Aternum* vulgo *Pescara* ad ostium fluvii cognominis, cultum & dives opidum: (b) *Guastum Amonium* Marchionatus caput: (c) *Agnonium* in intima valle prope M. Mejoliam, opidum cultum est, & hujus tractus Princeps: (d) *Populium* vulgo *Populo* opidum lautum, ubi Aterno fl. pons impositus, &c.

ε (e) *Cantazarum* in Brutiis est ad sinum Scylacium, vulgo *Golfo de Squillace*, urbs satis ampla & elegans.

ζ (f) *Manteæ*, vulgo *Amantea*, in Brutiis quoque est ad mare Inferum, haud longè à *Cozenza*. Reliqua quæ sequuntur opida superiùs memorata sunt.

η *Cajeta* [*q*], in agri Romani & regni Neapolitani finibus sita, crassissimam turrim habet, quæ *Mola* dicitur: portu & arce celebris est. *A Magno Consalvo* Ferdinandi Catholici auspiciis expugnata est A. 1504. In castello est sacellum, ubi foris supra fores *Caroli Borbonii* in Romæ expugnatione succumbentis corpus vestitum visitur, cum ista inscriptione: *Auctо Imperio, Superata Italia, Devicto Gallo, Pontifice Obsesso, Roma Capta, Caroli Borbonii Hoc Marmor Cineres Retinet.* (g) *Regnum Neapolitanum*. Calori obnoxium est, maximè cis Apenninum: trans montem illum æstus non est adeò vehemens, præterquam in Apulia. Fere ubique irrigatur fontibus ac fluminibus, quæ Apenninus ex utroque latere emittit: Ubique vinum fert, & oleum; Pascua habet læta; equi Neapolitani in precio sunt, qui ad annum 20 ad laborem sunt idonei, si bene curantur. Nulla ibi reperiuntur animalia venenata; præter Tarantulas, quarum morsus musica sanatur; & Chersydros, qui serpentes ita dicti, quod in terra & aquis vivunt. Locustæ tamen agris magnam sæpe inferunt perniciem. Habet bubalos vegetos & grandes; & omnis generis animalia [*r*]. *Campaniæ ager* fertilissimus est; ubique fere bis in anno fert flores. *Principatus Citerior* Cœlum habet temperatum: unde plerique ibidem diu vivunt. *Principatus Ulterior* armentis dives est, & fructibus abundat. *Basilicata* profert crocum, & magnus ibidem est mellis & ceræ proventus. *Calabria* præter cætera bona habet manna, quod ex frondibus, ramis & rupibus colligitur: Præstantius tamen est, quod ex frondibus colligitur. *Calabria Citerior* frugum dives est, optimumque emittit oleum. Mori hic sunt plurimæ; unde serici conficitur magna copia. *Calabria Ulterior* habet equos generosos; & mellis ingentem fert copiam. *Apulia* æstus experitur vehementissimos: muscas habet adeò importunas, ut inde natum proverbium: *Qui pœnas inferni vult præguſtare, ille æstatem agat in Apulia, hyemem ad Aquilam. Capitanata* solum habet siccius & arenosum; pabulum tenue est, sed tanta bonitate, ut exiguum armento sufficiat. Ex pascuis istis Rex sæpe ducenta & quinquaginta ducatorum millia conficit. Regio illa fere tota caret arboribus. *Barensis ager* temperatissimus est. Sed Tarantulæ hic plus nocent. serpentes ibi sunt multi, quos ciconiæ conficiunt. *Hydruntinus ager* fulminibus obnoxius est. Tantam fert olei copiam, quæ universæ posset sufficere Italiæ. Chersydri ibi sunt multi, & locustæ, quas *Cavalettas* vulgo vocant; earum examina sæpe agros depascerent, nisi *Gavii* (est genus volucrum) ea dissiparent. Multi ibidem sunt in plebe leprosi; quoniam carne suilla & ficubus siccis victitant. *In Comitatu Molissensi* tot sunt feræ, ut ferina caro vilius veneat, quam domestica. *Aprutium Citerius* cæteris hujus regni partibus frigidius est. Fert frumentum, vinum, oleum & crocum. Pix ibi è terra eruitur. Nives hyeme tantæ decidunt, ut ex montibus devolutæ viatores obruant. *Aprutium Ulterius* quoque frigidum est; unde Proverbium modo memoratum. Ad Aquilam urbem tanta croci provenit abundantia, quæ universæ Europæ videatur posse sufficere. (h) *De Regni Neapolitani Incolis* Itali habent proverbium hoc: *Regnum Neapolitanum est Paradisus, sed Incolæ sunt Dæmones* [*s*]. Nusquam ferè plures reperiuntur Meretrices, quam Neapoli. Mulieres tam splendidè vestiuntur, ut, quænam nobilis, quæve plebeja sit, vix dignosci possit. Ad Seditiones Neapolitani sunt proni, adeo, ut anno 1647 a vili Piscatore ad rebellandum fuerint concitati. Neapolitanorum lingua inquinatior est; ac magis Calabrorum; ridicula Apulorum. *Calabri* sunt astuti, ingenio acri, expediti ad faciendum iter. *Apuli* robusti, ingenii sunt obtusioris. *Aprutii Incolæ* generosi, candidi, fortes, liberales, fideles.

HEKELII.

[*p*] Ita forte nuncupatum, quòd inter duas Amneis sit constitutum.

[*q*] A *Cajeta*, nutrice *Æneæ* sic dicta.

[*r*] Etiam hoc Regnum *Ingeniorum* præstantiâ & *Corporum* robore adeò est felix ac beatum, ut nulli alteri Regioni cedat.

[*s*] In hoc Regno multi sunt *Viri Principes*, seu *Regni Proceres*, & præter eos *septem* quoque *summa Regni Officia*, *Magnus* np. *Comestabilis*, *Magnus Justitiarius*, *Magnus Admirans*, *Magnus Quæstor*, *Magnus Protonotarius*, &c.

RE-

(a) Aternum seu Pescara. (b) Guastum Amonium. (c) Agnonium. (d) Populium. (e) Cantazarum. (f) Mantea. (g) Neapolitani soli natura & fertilitas. (h) Neapolitanorum mores.

CAP. XL.

De Episcopatibus Italiæ, Academiis, & Urbium clarissimarum Epithetis. 1

I.

Archiepiscopatus Italiæ.

ARchiepiscopatus in universa Italia sunt *triginta:* quorum in *Neapolitano regno viginti & unus*; Neapolitanus, Capuanus, Salernitanus, Melphitanus, Surrentinus, Beneventanus, Theatinus, Acheruntinus, Sipontinus, Manfredoniensis, Canusinus, Tranensis, Baritanus, Tarentinus, Maderensis, Brundisinus, Hydruntinus, Rossanensis, Consentinus, Sanctoseverinensis & Reginus. In reliqua Italia novem; Senensis, Florentinus, Pisanus, Ravennensis, Genuensis, Taurinensis, Mediolanensis, Venetus, & Gradiscensis.

Episcopatus Italiæ.

II. *Episcopatus*, ut admodum *tenues*, sic innumeri. Nam quoties opidum aliquod civitatis jure donatur, Episcopus simul eidem contribuitur; ita ut *nulla civitas perhiberi possit, quæ Episcopum non habeat, & reciproce, quæ Episcopum habeat, civitas negari nequeat.*

Patriarchatus. Academiæ.

III. Cæterum Patriarchatus, qui Aquilejæ erat, Venetias translatus est.

IV. *Academiæ illustres* sunt; Patavii, Bononiæ, Pisis, Senis, Perusiæ. At *minus celebres*, Augustæ Taurinorum, Ferrariæ, Romæ, Firmi, Neapoli, Salerni, Maceratæ in Marchia Anconitana.

Urbium clarissimarum epitheta.

V. Urbium Italicarum tantus est splendor, nitor, tanta festivitas, & magnificentia, uti haud facile toto terrarum orbe quidquam invenias, quod cum his conferri possit: at eximiæ claritudinis sunt *novem:* quarum Epitheta, ut in Italia per ora hominum feruntur, hic apponam.

Roma sancta. Neapolis nobilis. Venetiæ opulentæ. Genua superba. Mediolanum magnum. Florentia pulchra. Bononia pinguis. Ravenna antiqua. Patavium doctum.

VI. *Roma* dicitur *sancta*, vulgo *Roma la Santa*, ob Pontificis maximi sedem. *Neapolis nobilis*; vulgo *Napoli la gentile*, ob frequentiam Principum, Comitum atque equestris ordinis virorum. *Venetiæ opulentæ*, vulgo *Venetia la ricca*; ob potentiam atque opes immensas. *Genua superba*, vulgo *Genova la superba*; ob superbam ædificiorum magnificentiam. *Mediolanum Magnum*, vulgo *Milano la grande:* ob amplitudinem urbis, civiumque numerositatem. *Florentia pulchra*, vulgo *Fiorenza la bella*; ob ædificiorum splendorem, vicorum munditiem, latitudinem ac directionem. *Bononia pinguis*, vulgo *Bologna la grassa*; ob lascivam agri fertilitatem. *Ravenna antiqua*, vulgo *Ravenna l' antica:* ob ædificiorum totiusque urbis vetustatem. *Patavium doctum*, vulgo *Padova la dotta*; ob celebre literarum studium.

CAP.

REISKII.

1 Præter Episcopatum, quem sibi Pontifex Rom. vendicat, OEcumenicum & universalem, *sex episcopales sedes Cardinalium* Rom. Ecclesiæ adhuc eminent; 1° *Ostiensis*, 2° *Portuensis*, 3° *Prænestina*, 4° *Sabinensis*, 5° *Tusculana*, 6° *Albinensis*. Quibus reliqui Archiepiscopatus ordine justo succedunt, plures tamen, quam quos ab Auctore nostro numeratos videas, si scriptores Itali, ex iisque Aub. Miræus in Lib. I. de Statu S. Relig. Christ. c. 10. adhibeantur. (a) Amplius duo reipubl. Venetæ *Patriarchatus*, *Venetus* nempe, in locum Gradensis hodie constitutus, & *Aquilejensis*, Utinensi opido nunc addictus. Denique varii sequuntur Episcopatus, quos omnes tamen suo Miræus numero comprehendit. (b) Academiæ porro Italicæ omnium antiquissimæ sunt, omnes tamen seculum tertium decimum ortu suo ac vetustate non longius excedunt: Bononiensis etiam juris Rom. restituto cultu, & Salernitana medicinæ quondam studio florentissima præcelluit. De singulis, si quidem ita lubeat, Mittendorpium, Lansium, & Conringium in Antiq. Academ. conferre poterit, cui visum est.

R. E.

(a) Patriarchatus duo. (b) Academiæ.






Tab 27
SEPTENTRIO
pa. 225
SICILIAE
ANTIQUAE
Descriptio
MARE THYRRENUM
Sive TUSCUM
Didome
Nicesia
Strongule
Ericusa
Ericodes
Lipara
Phoenicusa
Phoenicodes
Vercudis Insula
Evonimos
Acoliæ Insulæ quæ et Vulcaniæ ac Liparææ
Vulcania
Thermessa
Therasia
Hiera
Ianum
Dianæ
Cacelinæ
Myle
Tyndarium
Vaulochus
Messana
Phebris
Neptunus
Ibacenum
Chalcidicus mons
Fretum Siculum
Leucopera promont.
Argenum promont.
Cephaledium
Calacta
Halesa
Apollonia
Imacharatus
Nomæ
Noæ
Panormus
Solus
Thermæ Himeræ
Parapus
Numera
Petra
Nebrita
Taba
Morgetes
Iserni
Centuripa
Imachara
Aetna
Callipolis vel Bidis
Catana
Simæthus flu
Eryces flu
Pantagies flu
Taurus promont.
Trotilum
Xiphonia
Sinus Xiph
Seu Mer
Tapsus
Syracusa
Ortygia Insula
Plemmyrium
Promont. et Castellum
Giasager
Longum promont.
Erineus flu
Hyperia
Camarina
Mesopotamium
Buera promont
Caatana
Fortus
Odysseæ portus
Pachynum promont.
Pachynus Portus
Agnæ Partinanenses
Aegades Insulæ
Phorbantia
Bucinna
Aponiana
Aegusa
Cassitoria
Mercurii
Motya
Lilybæum Prom.
Cetaria
Drepana
Columbaria
Thermæ Fons
Longaricum
Aegithallus Promont.
Aegithallus
Scopulus
Halicyæ
Lilybæum
Prom.
Maxarum
Thermæ Selinuntiæ
Aquæ Labodes
Heraclea Minoa
Selinus
Segesta
Egesta
Gemellus
Nebrodes
Colles
Montes
Mare
Erbessus
Motyum
Camicus
Agrigentum
Empedocles
Dedalium
Plintia
Thalarum
Gela
Mactorum
Caulonia
Callonia
Echetla
Nonymna
Philosophiana
Cacyrum
Bidis
Cyane fons
Helorus flu
Acrillæ
Asinarus flu
Noetum
Cutea
Apollonis Libyi tem
Odysseæ
Casmenæ
Fanum
Diana Fons
Acrillæ
Achates
Calvisiana
Millia Passuum
20
30
40
MARE LIBYCUM Sive AFRICUM
SICULUM MARE
OCCIDENS
ORIENS
MERIDIES
35
36
37
38
39

CAP. XLI.

DE SICILIA. 1

I.

OMnes Interni maris insulas magnitudine juxta ac claritate antestat *Sicilia*; quondam, si veteribus credimus, *continens*, & Italiæ annexa: post, interfuso Siculi maris freto, *avulsa*: cœli clementia ac soli ubertate adeo felix, uti *horreum Romanorum* appellaretur. Nomen *Sicilia* à *Siculis*, Latii quondam in Italia incolis, habuit: antè fuit dicta, *Sicania*, à *Sicano* Rege, qui ante Trojana bella, cum amplissima *Iberorum* sive *Hispanorum* manu advectus, insulam de suo nomine *Sicaniam* populumque *Sicanos* appellavit. *Trinacria* item & *Triquetra*, à triangula forma Græcis atque Latinis dicta est; quippe tribus promontoriis in diversa procurrens, Græcæ literæ, quæ Δέλτα dicitur, imaginem efficit. *Pachynum* vocatur promontorium, vulgò nunc *Capo Passaro*, quod Græciam spectat; *Lilybæum*, nunc *Capo Boeo*, quod Africam; *Pelorum*, nunc *il Faro*, quod in Italiam vergens freto alluitur. Id angustum & anceps, alterno cursu atrox, sævum, & *Scyllæ Charybdisque* horrendis nominibus inclytum est. *Scylla* est scopulus versus Septemtrionem: *Charybdis* mare vorticosum versus Meridiem, utrumque noxium appulsis.

Sicilia.

Sicania.

Trinacria.

Ejus promontoria.

Pachynum.

Lilybæum.

Pelorum.

Scylla.

Charybdis.

II. Cæterum ipsius insulæ summa *longitudo* est inter Pelorum Lilybæumque promontoria, mill. Germ. L. *latitudo* à Pachyno ad Cephalœdim opidum mill. German. xxxv.

Magnitudo Siciliæ.

III. Urbes olim in hac claræ; in litoribus α *Messana*, civium Romanorum, qui *Mamertini* vocabantur, *Zancle*, id est, *Falx*, antè dicta, nunc *Messina*; β *Tauromenium*, nunc *Taormina*; γ *Catana*, sive *Catina*, nunc *Ca-*

Urbes Siciliæ maritimæ.

Messana.

Tauromenium.

Catana.

BUNONIS.

α Qua de causa urbs dicta fuerit (a) *Messana*, cives verò *Mamertini*, sententiis discrepant auctores. Ipsa urbs primùm *Zancle* dicta fuit: deinde à *Messeniis*, qui à Lacedæmoniis bello victi, relictâ patriâ novas quærebant sedes, urbs illa videtur occupata, & priscum ejus vocabulum in patrium *Messenes* nomen ab ipsis immutatum. Civitate demum pestilentiâ civibus exhaustâ, Messanenses *Samnites*, qui Syracusanis militaverant, in urbem receperunt: à quibus veteres Incolæ occisi, novique isti coloni *Mamertini*, à *Marte* nominari voluerunt. *Romani* verò postea urbe eâ usi sunt tanquam sede & receptaculo, in bellis Punicis contra Carthaginenses [*a*]. Frequens fit ejus mentio in historiis, est hodieque celeberrima Messana, *Ibyci*, Poetæ, patria, cujus interfectores à gruibus proditi, de quo Ausonius, *Ibycus ut periit, vindex fuit altivolans grus* [*b*].

β Ad (b) *Tauromenium* [*c*] mare eructabat fragmenta navium à Charybdi hausarum, itaque litus hoc *Copriam*, id est, *Sterquilinium* vocabant.

γ (c) *Catanæ* Ætna imminet: agrumque Catanæum non tam corrumpi cineribus Ætnæ ferventibus, quos eructat, quàm fœcundum & feracem effici, Strabo auctor est. Radices etiam producere, quibus adeò pinguescant *oves*, ut rumpantur, & quadragesimo circiter aut quinquagesimo die sanguis ex auribus iis detrahendus sit. Ejus urbis duo juvenes, *Amphinomus* & *Anapias*, magnam pietatis laudem consequuti sunt, quòd ingruente ab Ætna repentino urbis incendio, parentes senio graves, in humeros suos elatos, eripuisse periculo scribuntur. Hinc (d) *Piorum Campi*, monti huic finitimi, videntur appellari. Ejus urbis civis fuit *Galeottus Bardaxes*, qui tanto fuisse robore scribitur, ut asinum lignis onustum manibus à terra sublevaret; & equum absque freno incitatissimè currentem, transversum lignum complexus, coxis cruribusque sisteret [*d*].

HEKELII.

[*a*] Dicitur enim hæc Urbs causa fuisse primi Belli *Punici*.

[*b*] Plura vid. in *Not.* ad Sect. IV. Capit. seq.

[*c*] Quod non procul à *Drepano* Promontorio à *Zancleis* conditum scribunt.

[*d*] Fuit quoque *Charondæ*, inter *Athenienſium* Legislatores in primis celebrati, Patria, ubi, testante *Cicerone*, fuit *Simulacrum Cereris*, quod à Viro non modò non tangi, sed ne aspici quidem fas erat.

REISKII.

1 Bochartus in Chanaan Lib. I, c. 30. à Punicis originibus nomen Siciliæ priscum arcessit: (e) Idque vel ab voce שִׁבְלוֹל *ſiclul*, i. e. *perfectione*, tanquam insula cæteris perfectior majorque dicatur; vel ex voce סְגוּלִיא *ſegulaja*, i. e. botris, quorum

(a) Messana. (b) Tauromenium. (c) Catana. (d) Piorum Campi. (e) Sicilia unde.

Syracuſæ. Camarina. Agrigentum. Selinuntum. Lilybæum. Drepanum. Panormus. Soluntum.

Catanio; δ *Syracuſæ*, urbs omnium totius inſulæ clariſſima, nunc *Saraguſa*; ε *Camarina*, nunc *Torre di Camarana*; ζ *Agrigentum*, quod Græcis *Acragas*, nunc *Gergenti*; η *Selinuntum*, Græcis *Selinus*, nunc *Torre di Pulici*, vel *Terra de gli Pulci*; ϑ *Lilybæum*, literarum quondam ſtudiis celebre, nunc *Marſalla*; ι *Drepanum*, nunc *Trapani*; κ *Panormum* vel *Panormus*, nunc *Palermo*; λ *Soluntum*,

fructu, vino uviſque fœcunda deſcribitur. Sicani ampliusex lingua Phœnicia שכנים *ſekenim*, i. e. *vicini* ſuam appellationem traxiſſe Viro doctiſſimo videntur. Id enim tribus ille capitibus egit, ut auctoritate veterum confirmaret Pœnos in parte non ſolum Siciliæ occidentali à Lilybæo ad Pelorum, ſed orientali etiam ad Pachynum uſque, amplius meridionali veſtigia ſua & nomina impreſſiſſe, urbibus æque ac freto Siculo hujuſque Syrtibus aut vadis duobus periculoſiſſimis Scyllæ ac Charybdi. (a) Scylla enim Punice סקול *Scoli*, i. e. *exitium*; Charybdis quaſi חור-אובדן *chor ebdan*, i.e. *foramen perditionis*, ſignificat. Scylla promontorio Scyllæo, quod Itali vocant, adjacet, ingens aquarum ultro citro commeantium perturbatio: Charybdis autem huic oppoſita eſt rabioſa maris ebullitio, & vortex quaſi turbine agitatus. Cum voraginem iſtanc Siculus *Urinator Peſcecola* juſſu Friderici regis Siculi perluſtraſſet, aquas in fundo concitatiſſimas, Euripos, Scopulos, & Carcharias multos deprehendit. Vid. Kircherus A.M. Luc. Lib. x. part. II. c. I. & Bochartus loco citato, ubi de ſingulis urbibus multa notatu digniſſima occurrunt.

EUNONIS.

δ Urbis (b) *Syracuſarum* quinq; hæ fuerunt partes, *Acradina*, *Tycha*, *Neapolis*, *Inſula*, & *Epipolæ*. Ambitus ejus fuit ſtadiorum CLXXX, id eſt millium XXII cum dimidio. Varias fortunæ mutationes experta eſt, à *Dionyſiis* oppreſſa, *Agathoclem*, alioſque dominos ſatis impotentes tulit. A Romanis bello Punico I°. per triennium obſeſſa, & *Archimedis* arte & ingenio defenſa, tandem à *M. Marcello* capta eſt. Archimedes tum, præter voluntatem & edictum Marcelli, cæſus eſt. Multi ibidem floruêre viri celeberrimi, *Hiero*, *Theocritus*, *Philemon*, *Epicharmus*, qui eo maxime celebratur nomine, quod *utilia pueris præcepta dedit*. In *portu Syracuſano* Athenienſium claſſis, *Nicia duce*, devicta eſt [e].

ε (c) *Camarina* in litore inter duos amnes poſita fuit, quorum alter nunc *Fraſcolani* ſeu *Fraſcolari*, alter *Camarana* vulgo vocatur. Juxta eam fuit (d) *Camarina palus*; unde natum proverbium, *Camarinam ne moveas*; quod ex Apollinis oraculo ortum, quo paludem iſtam, urbi vicinam, ſiccari vetabat, exhalantem jam incolis perniciem, quum exareſcere cœpiſſet. At majus iiſdem malum creavit, contra oraculi vocem ſiccata. Hoſtes enim per eam ingreſſi urbem cœperunt [f].

ζ (e) *Agrigentum* ſ. *Acragas*, ad fl. cognominem, celebritate, & opulentia ingens fuit. Faſtum & delicias etiam ſepulchrorum magnificentiam declarare, quorum nonnulla *equis*, quædam *aviculis* concinnata, *Diodorus Siculus* tradit. Porrò ditiſſimum omnium Agrigentinorum celebrari *Gellium*, qui compluribus domi ſuæ diverſoriis ad excipiendos hoſpites exſtructis ad portas janitores conſtituit: quibus imperatum fuerat, uti, quoſcunque vidiſſent advenas, ad hoſpitium invitarent. Quod exemplum alii quoq; imitati; quibus priſco more humaniter & benigne cum hominibus converſari ſtudium fuerit. Contigit aliquando, ut quingenti equites hybernâ tempeſtate à Gela [g] illuc diverterent; quos omnes liberaliter ſuſcepit Gellias: & confeſtim ſingulis chlamydes tunicaſq; ex arcis depromptas diſtribuit. Summa igitur civium opulentia effecit, ut tanto Agrigentini luxu diffluerent, uſque adeò etiam, ut brevi poſt liter exitiali obſidione preſſi, decreto tamen publico ſciſcerent, nequis in excubiis pernoctantium plus quàm culcitram, periſtroma, gauſape lanceum, & duo cervicalia haberet. De ipſorum luxu *Empedoclis*, qui ipſe Agrigentinus fuit, hoc fertur dictum; *Agrigentini delicias quotidie ita ſe dedunt, ac ſi craſtino die morituri; domos vero ita exſtruunt, quaſi æternum victuri.* Nobilitavit hanc urbem in primis Phalaridis crudelitas, qui æneo bovi incluſos homines torquere ſolitus, & primum ei indidit architectum infelicis illius machinæ Perillum Athenienſem.

η (f) *Selinus* inter *Hypſam fl.* qui hodie *Belici*, & *Selinuntem fl.* condita fuit; palmis abundâſſe ſcribitur.

ϑ (g) *Lilybæum* opidum in promontorio ejuſdem nominis, olim fuit munitiſſimum adeò, ut decennalem ſuſtineret obſidionem. *Diodor.* Portus oſtium obſtruere fruſtra olim conati ſunt Romani. E Regione Lilybæi ſunt (h) *Ægades inſulæ*; ad quas commiſſo prælio navali *claſſis Punica* inſtructiſſima, a *C. Lutatio Catulo* coſ. victa, & bello *Punico* I finis impoſitus eſt.

ι (i) *Drepanum* in peninſula ſitum eſt, cujus latus inſignem cingit portum, maximarum etiam navium capacem. A curvato illo litore, in quo exſtructum, id nominis à *falce* ſortitum videtur, quod *Amilcar Barca*, Hannibalis pater, communiit, & ſedem belli contra Romanos delegit, atque tutatus eſt diu; donec juſſu Carthaginienſium pacem cum Lutatio victore componerent. Vicinum ei fuit (k) *Eryx* opidum in ejuſdem nominis monte, in quo *templum Veneris* & *Anchiſæ ſepulchrum*.

κ (l) *Panormus*, *ex duabus vocibus* πάν & ὅρμος compoſitum; quorum illud *omnino*, hoc *navium ſtationem* ſignificat, quaſi *eximium portum* dicas; hodiè Siciliæ caput eſt, & Proregis ſedes, cui vicina quoque paret Sardinia [b].

λ (m) *Soluntum* opidum inter *Eleutherum* amnem & *Thermas Himereenſes*, in dextro promontorii latere fuit, hodiè prorſus jacens cernitur. Caſtellum nunc ibidem eſt, cum emporio frumentario, vulgò *Solanto* dictum, portum habens capaciſſimum, ubi thynnorum præclarus eſt piſcatus.

HEKELII.

[e] De hâc Urbe extant plura in Not. ad Sect. IV. Cap. ſeq.

[f] Conf.

(a) Scylla & Charybdis. (b) Syracuſæ. (c) Camarina. (d) Camarina palus. (e) Agrigentum. (f) Selinus. (g) Lilybæum. (h) Ægades inſ. (i) Drepanum. (k) Eryx mons & op. (l) Panormus. (m) Soluntum.

tum, Græcis *Solûs*, nunc *Solante*; μ *Himera*, nunc *Termini*; ν *Cephalœdis*, nunc *Cifalu*; ξ *Tyndaris*, ſive *Tyndarium*, nunc *Santa Maria di Tindari*; ο *Mylæ*, nunc *Milazzo*. Himera. Cephalœdis. Tyndaris. Mylæ.

IV. Intus π *Centuripæ*, nunc *Centorve*; ρ *Agyrium*, nunc *S. Filippo d' Agirone*; σ *Aſſorus*, nunc *Azaro*; τ *Enna*, nunc *Caſtro Janna*; υ *Leontini*, nomen retinet; *Neetum*, *Noto*; *Motyca*, *Modica*. Opida Siciliæ mediterranea.

V. *Fluviorum* nobiliſſimi ſunt, *Onobala*, quin & *Taurominus*, nunc *Cantara*: *Symæthus*, nunc *la Jaretta*, *Cyamoſorum* ab Centuripis, & *Chryſam* ab Aſſoro devehens: *Terias*, nunc *Fiume di S. Leonardo*: *Anapus*, hodie *Alfeo*, cum Cyane fonte, nunc *la Piſma*, apud Syracuſas: *Elorus* nunc *Abiſo*: *Cela*, nunc *Fiume di Terra nuova*: *Hypſa*, & *Crimiſſus*, qui nunc vulgo *Belici* dicuntur: duoque *Himeræ*, quorum alter, nunc *Salſa*, in Libycum pelagus; alter, nunc *Termini*, in Tyrrhenum mare devolvitur, ambo ex iiſdem fontibus orti, inſulam in duas partes ſecare falſò à veteribus traduntur. Flumina Siciliæ. Onobala. Cyamoſorum. Terias. Anapus. Elorus. Cela. Hypſa. Belici. Himeræ.

VI. *Montium* clariſſimus maximuſque eſt φ *Ætna*, nunc *Monte Gibello* [*i*], nocturnis mirus incendiis: cujus crater xx ſtadia patet. Inde eſt χ *Eryx*, vulgo nunc *Monte di Trapani*. Montes Siciliæ. Ætna. Eryx.

C A P.

[*f*] Conf. *Eraſmi* Chiliad. I. Cent. I. *Adag.* LXIV. p. 39. col. b.

[*g*] Quæ Urbs quoque *Siciliæ* eſt, vulgò *Cherza* dicta.

[*b*] Plura legenda Not. oc. ad Sect. IV. Cap. ſequ.

BUNONIS.

μ (a) *Himera* fluvius & opidum, quod ab *Hannibale* Carthaginienſium duce deſtructum eſt. *Fluvius* verò eſt totius hujus litoris fermè maximus, & ſolus in media admodum inſula. Ab *Aquis* ſive (b) *Thermis Himerenſibus*, natum eſt vulgare vocabulum *Termini*.

ν (c) *Cephalœdis*, ſive *Cephalœdium* [*k*], op. à κεφαλή, id eſt, *caput*, nomen habet, quod ad verticem præruptæ rupis, promontorii ſpeciem habentis, olim conditum fuit. Poſteà tamen à *Rogerio* Rege ad angulum rupis tranſlatum eſt.

ξ (d) *Tyndaris*, olim nobiliſſima civitas, cujus pars [*l*] vi maris abrupta eſt. Ejus direptionis vorago ingens & horrenda etiam nunc ibidem conſpicitur. Ab hac urbe [*m*] *promontorium* nomen habet.

ο (e) *Mylæ* opidum cervicem peninſulæ occupat, quæ nunc vulgo dicitur *Capo di Milazzo*. *Mylæ* verò iiæ arx belli ac præcipua ſedes fuêre *Sext. Pompejo* adverſus *Auguſtum*: quo tempore nobilitatæ ſunt clade navali, quam Pompejus ab Auguſto ad portum ejus opidi accepit.

π (f) *Centuripæ* ad Ætnæ montis radices ſunt *Gellias*, opulentiſſimus Agrigentinorum, formâ exili & deſpecta ad Centuripidos legati munere fungens, quum in concionem populi progreſſus, omnium riſu exciperetur, quod formam celebritati nominis minimè parem viderent, reſpondiſſe ſcribitur: *Hoc ne tantopere mirarentur: Siquidem Agrigentini pro more obſervent, uti forma præſtantiſſimos ad inclyti nominis civitates mittant; ad humiles vero, nec magnificandas, ſui ſimiles.* Poſterioribus tamen temporibus ejus civitatis prædicatur opulentia, atque in amicitia & ſocietate Romana fuiſſe ſcribitur; & Auguſto ad debellandum Pompejum multum tuliſſe adjumenti.

ρ (g) *Agyrium* [*n*] à Centuripis verſus Occidentem hybernum, in ſublimi colle ſitum, celebre reddidit nativitas ipſius *Diodori Siculi Hiſtorici*; cui ferè uni omnem antiquitatis memoriam & olim debuerunt Siculi.

σ (h) *Aſſorus* inter Ennam & Agyrium jacet dextrorſum, medio ferè itinere.

τ *Enna* XIII millia paſſuum ad Meridiem verſus diſtat ab Agyrio, in præcelſo loco ſita, omni aditu circumciſa atque dirupta. Circa quem collem lacus lucique plurimi cum lectiſſimis floribus & (i) *Pratum*, ex quo *Proſerpina*, Cereris filia, à *Plutone* rapta; & propter ea loca *Spelunca*, qua Dis pater ſeu Pluto cum curru exiiſſe, abreptamque ex loco virginem Proſerpinam abſportâſſe ferebatur, qui locus quod in mediâ inſulâ putabatur ſitus, (k) *Umbilicus Siciliæ* nominatus eſt.

υ *Leontium* [*o*] *Gorgiæ Sophiſtæ* patria eſt [*p*]. Cæterum citra Siciliam ex adverſo promontorii Tyndarii ſunt (l) *Æoliæ* ſeptem inſulæ: Eædem *Liparæorum* & *Hephæſtiades* & *Vulcaniæ* dicuntur. Earum nomina ſunt, *Lipara*; *Therafia*, ſive *Hiera*, quia Vulcano ſacra nocturnas evomit flammas; *Strongyle*; *Didyme*; *Ericuſa*; *Phœnicuſa* & *Euonymos*.

φ (m) In *Ætna* monte [*q*] fuit Templum Vulcani, in eoque periiſſe ſcribitur *Empedocles* Agrigentinus [*r*]. Plura de hoc monte cogniturus legat Cluverii Siciliam Antiq. l. I. cap. 8. [*s*].

χ (n) Sub *Eryce* monte *Cyclopis Cadaver* inventum eſt anno C. 1342. Quam rem pluribus deſcribit Cluverius Sicil. Ant. lib. I. c. 2.

HEKELII.

[*i*] Aut *Mongibello*.

[*k*] Hodiè *Cefalu a Leandro* dictum.

[*l*] *Plinio* Lib. II. c. 92. p. 26. teſtante.

[*m*] Cujus *Strabo* etiam mentionem facit Lib. VI. *Geogr.* p. 416.

[*n*] Seu *Agyra*.

[*o*] Hodiè *Lintius*.

[*p*] Ejus Ager valdè fertilis eſt ac frugifer.

[*q*] Qui prius *Ineſia* appellatus.

[*r*] Sub hoc Monte *Jupiter* Gigantes dicitur dejeciſſe fulmine.

[*s*] Etiam *Plinii* Lib. III. H. N. VIII. utpote ex quo *Cluverius* noſter verba ſua ſumſit.

(a) Himera op. & fl. (b) Thermæ Himerenſes. (c) Cephalœdis. (d) Tyndaris. (e) Mylæ. (f) Centuripæ. (g) Agyrium. (h) Aſſorus. (i) Pratum Proſerpinæ. (k) Umbilicus Siciliæ. (l) Inſulæ Æoliæ ſeptem. (m) Ætna mons. (n) Eryx.

CAP. XLII.

De incolis Siciliæ & nova ejus descriptione. 1

I.

Incolæ Siciliæ.

INcolas habuit Sicilia primos *Cyclopas*, & *Læstrigonas*, id est, *gigantes*, gentes barbaras atque truces, ut historiis ac fabulis ossa immania passim in insula reperta fidem faciunt. Dein *Iberi* ex Hispania, duce *Sicano*, insulam obsedisse feruntur. Post hos *Siculi*, ex Sicilia Italiæ. Dein *Phœnices* à Tyro ac Sidone litora ejus occupârunt: hos *Græci* ejecerunt; cum quibus lingua etiam Græca invecta est.

Domini Siciliæ.

II. Imperium ab initio penes *Reges* ac *Tyrannos* stetit, donec maxima pars insulæ in Carthaginiensium potestatem incideret. His devictis *Romani* sibi vendicârunt, *primaque* fuit quam in *Provinciæ formam* redegerunt. Justiniani Imperatoris tempestate *Vandali* ex Africa eam occupârunt: quibus à Belisario Justiniani duce pulsis, *Saraceni* postea invaserunt. Hos tandem ejecit *Tancredus* Normannus: cujus nepos *Rogerius*, ut antè memoravimus, primus Apuliæ & Siciliæ Rex creatus est. At postquam hoc regnum in duo capita divisum, *Suevi Germani* Siciliæ regno potiti sunt, quibus pulsis *Galli* recuperârunt. Sed trucidatis his ab incolis ad *Vesperas*, quas vocant, *Siculas*, ad *Arragoniæ*, tandemque ad *Castiliæ* reges devolutum est α (1).

Siciliæ Rex primus.

III. Tota

(1) *Nunc Philippo Andegavensi, qui Hispaniam usurpavit, paret.*

BUNONIS.

α Eandem ferè sortem experta est *Sicilia*, quam regnum Neapolitanum. Nam post *Normannos* hanc quoque insulam per matrimonium cum Constantia *Henricus* VI, Imperator adeptus est. Deinde *Carolus Andegavensis*, Manfredo & Conradino oppressis, utrumque regnum Neapolis & Siciliæ invasit. Gallis verò ad Vesperas trucidatis, Siculi *Petrum Arragoniæ* Regem receperunt: ejusque successores regnum hocce tenuerunt, donec per matrimonium Ferdinandi Arragonii & Isabellæ Castilianæ regna illa, & quæ ad ea pertinebant, copulata sunt.

REISKII.

1 (a) Thucydides Lib. VI, Scylax, Diodorus Siculus, Strabo, Dionysius Halicarnass. & Pausanias priscos incolas longo recensent ordine: Bocharto tamen est persuasissimum, præter *Phœnices* & *Græcos* non admisisse Siciliam plures incolas quàm indigenas; adeoque Cyclopes, Læstrygonas, Sicanos, Elymos, Siculos, Phocenses, non tam gentes fuisse varias, quam diversas in una gente factiones, quæ proxima ex Italia, ut verosimile videtur, paucis post gentium divisionem seculis huc immigraverint. Illud tribus in Sicilia receptis linguis, *Græca*, *Punica*, & *Sicula*, multisque auctorum veterum testimoniis c. 30. statuminat. De urbibus seorsim confer Thom. Fazellam Dec. pr. Hubert. Golzium Thom. 4. Antiquit. de Sicilia, Cl. Mavium Aretium, & Petrum du Val, qui singularum epitheta producit ordine. Caput omnium (b) *Messina* extat opulentissima ac munitissima, & motibus anno 1674 contra Regem Hispanicum, belloque concitato Gallico tum famosissima. Cæterum Archiepiscopatus Siciliæ cum octo Episcopatibus & multis Soc. Jesu collegiis Miræus Lib. 1. c. 5. recensuit: (c) Ætnam quod attinet illum subterraneo cum Pyrophylacio camino quasi profundissimo, externoque ambitu, itemque multis admodum incendiis in Mundo subterraneo Kircherus exposuit: Illis adde duo incendia, unum anno 1669, alterum 1692, utraque urbibus vicinis & Insulæ universæ motu terræ exorto damnosissima. Ideoq; Bochartus non improbabitur, qui Ætnam punicè dictum voluit אתונא *Attuno*, i. e. fornacem aut caminum, aut caliginem ex illo profectam. Huc spectant vicinæ, quas Cluverius omisit, (d) Æolides insulæ, quarum una est maxima, eademque Lipara, cæteræ sunt minores: (e) Vulcaniæ porro novem cum Strongyle omnium famosissima. Denique nec (f) Malta Siciliensis præteriri debet, aut Melite (Græcè Μελίτη) ab rege Hispano Rhodiis equitibus, aut S. Johannis equestri ordini concessa, munitionibus, portu, civitate, ac Turcicis oppugnationibus celeberrima. Vid. Quint. Hedui, Hubert. Foliettæ, ac Burch. Niederstetii descriptiones accuratæ: Cæteras Italorum Topographias lubens prætereo. Ut Bochartus hanc Phœnicum coloniam rectè מליטה *Melita*, i. e. refugium appellari monuerit; ubi Episcopatus & magni ordinis Magister hodieque vigent, quem usitato elogio Principem Maltæ Gozique nominant. Alia vero fuit Africana Μελίτη Melitta olim ab Hannone Pœno condita; cujus mentionem ipse Periplo inseruit. Alia autem Melite aut Melitene, Illyrico vicina, quam plures Geographi antiqui memorant.

BUNO-

(a) Gentes & linguæ Siculæ. (b) Messina. (c) Ætna. (d) Æolides. (e) Vulcaniæ. (f) Malta.

III. Tota nunc in *tres* regiones, quas *valles* vocant, diviſa eſt; quarum una β *Vallis Demona*, Pelorum promontorium ſpectat: altera γ *Vallis Neeti*, Pachynum: tertia δ *Vallis Mazaræ*, Lilybæum. Tres Valles. Demona. Neeti. Mazaræ.

IV. Urbium clariſſima eſt ε *Panormus* (1), caput regni ac Proregis, quem Hiſpaniarum Rex mittit, ſedes: urbs eſt ampla ac ſpatioſa; hominum multitudine, ædificiorum ſuperbia, civium opulentia inſignis. Secunda eſt ζ *Meſſana*, & ipſa magna, opulenta ac ſplendida (2). Reliquæ urbes illuſtres ſunt, η *Catana* (3), ϑ *Syracuſæ* (4), ι *Tauromenium* (5), κ *Agrigentum* (6), λ *Neetum*, μ *Ma-* Urbes Siciliæ hodie claræ. Panormus, &c.

BUNONIS.

β (a) *Vallis Demona*, cujus limes eſt Himera Borealis, vulgo *Termini* & *Jaretta*, olim Symethus aut Terias: nobiliora opida habet, *Meſſinam*, *Catanam*, *Cephalœdium*, *Pharum*, *Randatium*, *Maniacium*, *Centuripen*, *Troynam*, *Capitium*, *Nicoſinum*, *Politium*, *Taurominium*, *Milazzo*.

γ *In Valle* (b) *Neeti*, *quæ inter Jarettam & Himeram Auſtralem* ſeu Gelam, hodie *Salſo*, *jacet*, ſunt *Syracuſæ*, *Camarina*, *Auguſta*, *Terra Nova*, *Rayalbutum*, *Agyre*, *Aydunum*, *Motyca*, *Calata Theronis*, *Paliconia*, *Licodia*, *Claromons*, *Mazarenum*, *Neetum*, *Motya*, *Leontini*.

δ (c) *Mazaræ Vallis quæ reliquam obtinet Siciliæ partem*, habet *Marzullam*, *Mazaram*, *Drepanum*, *Panormum*, *Terminos*, *Caſtellum Gulphanum*, *Agrigentum*, *Alcamum*, *Montem Regalem*, *Marinæum*, *Narum*, *Bivonam*, *Corilionem*, *Jatum*, *Entellam*, *Triocala*, *Salemin*, &c.

ε Meſſanæ cives cum Panormitanis de dignitate contendunt. (d) *Panormus* [a] verò portum habet inſignem, mole ſuperba & caſtro munitum; item palatium regium, & hortos amœnos, &c. [b].

ζ (e) *Meſſana* vulgo *Meſſina* portu gaudet commodiſſimo & capaciſſimo; ſuburbia pagorum in morem ſic producit, ut una platea ad XII millia paſſuum porrigatur: unde milites ad ſubitas Turcarum irruptiones reprimendas evocantur: ad decem armatorum millia ex iis in urbem ſæpe convolant [c]. Bibliotheca Meſſanæ aſſervatur Conſtantini Laſcaris ex libris manuſcriptis conſtans. Jactant Mamertini, ſeu Meſſinenſes, epiſtolam B. Virginis ad ſe ſcriptam [d]. *Antonellus Mamertinus* pictor primus fuit, qui colores oleo diluere edocuit. In urbis illius agro magna eſt mororum frequentia; unde multum ibi conficitur ſerici.

η (f) *Catana* à Friderico II everſa, ab Arragoniis eſt reſtituta, à Carolo V, mœnibus & propugnaculis cincta. Academiam habet celebrem [e]. Portus ejus grandibus lapidibus eſt plenus. Ager circa hanc urbem mire ferax eſt, quoniam cineribus Ætnæ dicitur fœcundari; cujus eructationibus urbs illa ſæpe infeſtatur. Malo iſti ſuperſtitioſi opponunt remedium S. Agathæ velum; quod ibidem aſſervatur.

ϑ (g) *Syracuſæ* vulgo *Syracoſa* [f] nunc tota intra inſulam Ortygiam eſt compacta. Duplici gaudet portu, *Porto Maggiore*, & *Picciolo*; unicam habet portam ad Iſthmum; ubi duo ſunt excitata propugnacula. Cherſoneſus ipſa in mare procurrens inſulæ formam efficit; in vertice habet arcem *Maniacis* dictam, ſcopuliſque undequaque munitur. Civium numerus indies minuitur. [g]

ι (h) *Tauromenium* vulgo *Taormia* in celſo colle poſitum eſt opidum.

κ (i) *Agrigentum*, vulgo *Gergenti* ad fl. *Gergenti*, egregie munitum & cultum eſt, quatuor leucis à mari diſtans, in colle poſitum; Septemtrionale latus Caſtello munitur; ad urbem unicus pater aditus. [b]

λ (k) *Neetum* vulgo *Neto*; unde huic valli nomen inditum.

HEKELII.

[a] Seu noſtrâ ætate *Palermo*.

[b] Sed & h. l. non ſolùm *Hiſpaniarum Pro-Rex*, ſed & multi *Barones* atque *Nobiles*. Fuit olim *Romanorum* Colonia, ob loci amœnitatem atque fertilitatem FELIX cognominata.

[c] Patria eſt *Ibyci* Poetæ illius Lyrici, cujus interfectores prodiderunt *Grues*, quemadmodum ille ipſis prædixerat, & poſt *Plutarchum*, in *Libell.* np. de *Garrulitate*, qui habetur Tom. II. Oper. Edit. *Aubr.* p. 509. etiam *Auſonius* Poeta *hoc Verſu* indicavit, Ibycus *ut periit, vindex fuit altivolans* Grus.

[d] Hujus Urbis incolæ etiam hâc de causâ Mamertini dicti ſunt, quoniam *Mamertini*, Natio *Campana*, eò Colonos miſiſſe dicuntur. Unde *Vinum Mamertinum*, h. e. *Meſſinenſe*, pro optimò ac præcipuæ nobilitatis Vinò undique habetur.

[e] Ubi docuerunt *Dicæarchus*, *Ariſtotelis* auditor, *Joan. Gatius Cephalœditanus*, *Franciſcus Maurolycus*, & alii.

[f] S. *Saragoza*.

[g] Meminit quoque hujus Urbis *Strabo* Lib. VIII. *Geogr.* p. 693.

[b] *Empedoclis* philoſophi & *Phalaridis*, Tyrannorum ſæviſſimi, patria, ſicuti ſup. in Notis ad Litt. z Sect. III. Capit. Anteced. dictum eſt.

μ (l) *Ma-*

(1) *Nunc Palermo, ampla, magnifica, Nitida & frequens, portu etiam Capaci gaudet, in cujus Introitu, Galli An.* 1676, *Naves Hollandicas & Hiſpanicas incendio delerunt.*

(2) *olim Zancle appellata; nomen autem Meſſanæ, a Meſſinenſibus qui ibi ſedem fixere, A. ab V. C.* 84: *de primatu cum Palermo contendit. Optime Munita a Cæſare Car.* 50. *An.* 1535. *& multis palatiis Magnificis decorata. Meſſinenſes ſeſe Gallis An.* 1674 *dedidere; at magno ſuorum damno, quippe a Gallis deſerti, ſub ditione Auſtriaca iterum redire*

(a) Vallis Demona. (b) Neeti. (c) Mazara. (d) Panormus. (e) Meſſana. (f) Catana. (g) Syracuſæ. (h) Tauromenium. (i) Agrigentum. (k) Neetum.

coacti fuerunt, An. 1678. (3) *Terræ Motibus An.* 1669, & 1693, *fere everſa.* (4) *Antiquitus Reipub. celeberrimæ Metropolis & Archimedis Machinis A. ab V. C.* 542, *diu propugnata. Multum ſplendoris Antiqui recuperaverat, at terræ motu An.* 1693. *pene deleta. Indies autem reſtauratur. Situ in peninſula inexpugnabilis fere redditur.* (5) *Urbs optime munita a Gallis An.* 1676, *Capta, & An.* 1677, *deſerta.* (6) *Urbs Antiquiſſima Phalaris Tyrannide & Perilli Tauro Æneo, ad homines cruciandos, infamis, Romanis rerum potientibus, celebris, a Saracenis ſpoliata, nitida adhuc & bene munita.*

μ *Mazara*, ν *Marsalla*, ξ *Drepanum*, ὁ *Termini*, π *Enna* : *Drepanenses* nautica scientia reliquos Siculos præstant.

Siciliæ Archiepiscopatus.

V. *Archiepiscopatus* sunt tres ; *Panormitanus*, *Messanensis*, & *Montiregalensis*. Academia publica est *Catanæ* : & alia *Panormi*.

BUNONIS.

μ (l) *Mazara*, unde regioni & Valli huic nomen, Principum Saracenorum olim fuit sedes.

ν (m) *Marsalla*, olim *Lilybæum*, hodiè aggeribus & propugnaculis firmata est.

ξ (n) *Drepanum* vulgo *Trapani* vel *Trapano* urbs cum portu capacissimo ad radicem montis S. Juliani. Urbs hodiè munitissima est, & peninsula ei adjacens à Carolo V. Imp. in insulam & munitissimam Siciliæ arcem est exstructa.

ὁ (o) *Termini*, olim *Himera*, urbs hodie splendida & incolis frequens est.

π (p) *Enna*, etiam *Castro Janni* vocatur ; in excelso & undique prærupto monte sita, totius Siciliæ habetur umbilicus. In ea diu hæsit Fridericus II, cujus arx hodie exstat. Ab ista haud procul sunt montes ex sale nativo. Ut cœli (q) Siculi summa est temperies ac salubritas; sic soli insignis ibi conspicitur fertilitas : quanquam universa insula uno solo perpetuoque saxo constare videtur : Hodie tamen, in extrema insulæ versus Occidentem parte, magna conspicitur solitudo, multaque nunc deserta & vepretis dumetisque obsita jacent, quæ si colerentur, haud minus ingenium suum probarent cultoribus, quàm quæ sunt fertilissima. Verum incolis universa insula longe minus nunc frequentatur, quàm olim. Nunc enim præter Panormum, Messanam, & Catanam, reliqua opida nihil habent celebre; plerisque in ruinis jacentibus. Quibusdam tamen in locis adeo ferax est ager Siculus, ut frumentum sæpe reddat hodie centuplex : Multum habet olei & mellis, magnumque vini proventum. (r) Siculi fere omnes hodie sunt diserti, faceti, calidi, injuriæ impatientissimi, ac irritati haud facile placari possunt : id quod Vesperæ Siculæ Gallis funestæ loquuntur. Libertatis sunt amantissimi ; difficulter in officio continentur.

(l) Mazara. (m) Marsalla. (n) Drepanum. (o) Termini. (p) Enna. (q) Siculi soli fertilitas & natura. (r) Siculorum mores.

CAP. XLIII.

De Sardinia & Corsica.

I.

Sardiniæ soli natura.

SEcunda magnitudine maris Interni est *Sardinia*, α fertilis insula, & soli quam cœli melioris, atque ut *fœcunda*, sic pene β *pestilens*. *A Sardo* Herculis filio no-

BUNONIS.

α (a) *Sardiniam* fructuum proventu præstantem, *urbis Romanæ benignissimam*, unà cum *Sicilia*, appellat *nutricem* Valerius Maximus l. 7. c. 6. Solum enim habet insula hæc magnâ rerum copiâ beatum, frumenti verò excellenter ferax est ; *cumprimis circa Caralim*.

β Ea insulæ ora, quæ ad Aquilonem & Italiæ continentem est conversa, aspera est & montosa. Inter montes aër plerumque turbidus & pestilens includitur. In hac insula neque serpentes neque lupi gignuntur : sed (b) *Solifuga* tantum ; animal exiguum, simile aranei forma ; ita dictum, quod *Solem fugiat*. In metallis argenteis plurimum est : nam solum id argenti dives est : occultim reptat, per imprudentiam superedentibus pernicioſum. Venenum ibi non nascitur : nisi circa fontes maximè (c) *herba Sardonia*, plurimis scriptoribus memorata, apio similis ; quæ comesta vescentium nervos contrahit, rictu ora diducit ; ut, qui ita moriuntur, ridentium facie interecant. Hinc proverbio *risus Sardonius* dicitur [*a*]. Sed *fontes* quoque habet *calidos* & salubres, qui medelas afferunt, aut solidant ossa fracta, aut abolent à solifugis insertum venenum, aut oculis medentur & coarguendis valent furibus, quibus cæcitatem præbent, si sacramento dato oculos aquæ ejus tetigerint.

HEKELII.

[*a*] Apud *Erasm.* Chiliad. III. Cent. V. Adag. I. p. 597. Col. a.

REISKII.

1. Fabulas olet, quicquid de (d) Sardo & Corso, filio Herculis Africani, quem Maceridem vocant, utroque Græculi prodiderunt. *Nihil enim tam est obvium, quam conditores fingere, unde ignota terrarum nomina deducant*, ait Bochartus Lib. I. c. 31. Ergo primæ Carthaginis coloniæ, quæ huc migraverant, Insulam צרעדה *Sarada*, i. e. Vestigium à figura simili denominarunt. Sic Græci veteres eandem ἰχνῦσαν καὶ καλιάριν ἢ καλιάλκην διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἴχνους, i. e. *propter similitudinem humani vestigii* appellârunt, inquit Aristot. de Mirabil. Sic Rhora, Calaris, Sulchi, Albia & Ogrylla ad eandem originationem Punicam ; Jolaenses etiam & Ilienses, idem populus, Corsi nempe עוראי *Ilai* ab montibus dicti, tanquam Silvestres feroſque dixeris, revocantur. (e) Corsica quoque Bocharto illo ipso auctore כורשי *Corsis* tanquam silvosa Pœnis habitatoribus appellationem debuit : Albica vero Græce

(a) Sardinia, felicitas soli. (b) Solifuga. (c) Herba Sardonia. (d) Sardus & Corsus. (e) Corsica


pa 230
Tab. 24.
CORSICÆ Antiqua Descriptio
Sacrum prom.
Capraria
Centirunorum Opidum
MARE LIGUSTICUM
Clanium
Tilox prom.
Æthalia n.
Ilva
Mantinorum Opidum
Attium prom.
Vagum prom
Mariana Colona
Palanie
ante Nicæa
Ara Tutelæ
Viriballum prom
Stagnum Dianæ
Opinorum Opidu
Aleria Col.
MARE
Talcinorum Opidum
Ruber Mons
Tarralinorum Vicus
CORSICUM
Presidium
Rhium prom.
Aluca
Orcinium
Favonij
Titianus portus
Alista
Graninum prom.
Marianum prom et opidu
Syracusanus portus
Palla
Taphros sive Fossa Fretum
Erebantium prom
Phintonis Insu.
Fossa
Plubium
Iuliola
Herculis I.
Tibula
Corsi
Gorditanus prom
Columbarium prom
Insani Mons
Turris Labissonis
Hermæa Mercurij Insu.
Tisium
Bala
Aesares
Olbianus portus
Nimphæ portus
Diagebrenses
Diabate I
Hermeum sive Mercury promont.
Gurulis
Corax
Olbia
MARE
Saralapis
Sardi Pelliti
Bosa
Luguidonensui
Feronia port.
Bertula
Osæa
Cornus
Fanum Canisi
Luguido
Valentia
Sulpicius portus
SAR
Sarcapos
Neapolis
Nora
CUM
Sardopatoris fanum
Uselis Collona
Ferraria
DO
Susaleus Vicus
Belerides I
Lesitanæ Aquæ
Caralis
Colodes
Lesa
Ficaria
Crassu prom
Metalla
Caralianus Sinus
Cunicularium prom.
UM
Pupulum
Herculis portus
Milliaria Italica
Sulchi Peninsula
Plumbaria
Hieracum s. Accipitrum
Enosis
Boaria
Buccina
SARDINIÆ Antiquæ Descriptio
I. Senex sculp.
31
32
33
42
41
40
39
38

nomen ſortitam eſſe fabulantur Græci, cum ante *Sandaliotis* & *Ichnuſa*, a ſoleæ effigie, ipſis diceretur. *Longitudo* ejus à *Calari*, ad fretum quod eſt inter Sardiniam & Corſicam, complectitur mill. Germ. XLV. *Latitudo* a *Gorditano promontorio*, *Capo di Monte Falcone* & *Capo di Argentera*, ad promontorium *Columbarium*, juxta *Olbiam*, mill. German. XXVI. Nomina. Magnitudo.

II. Urbium quondam celeberrimæ, γ *Caralis*, nunc *Cagliari*, (1) Italis, & Sardis *Caglier*: δ *Sulci*, Carthaginienſium quondam colonia, nunc *palma di Sole*: ε *Olbia* nomen in veſtigiis retinet. Urbes, Caralis. Sulci. Olbia.

III. Colonos in eandem deduxiſſe dicuntur *Sardus* Herculis filius, ex Libya, & *Norax* Mercurii à Tarreſſo Hiſpaniæ urbe: & item *Jolaus*, a quo populi *Jolaënſes*. Deinde *Ilienſes*, & *Locrenſes*, *Corſique* in eandem pervenerunt. Poſtea *Carthaginienſes* occuparunt. At his primo bello Punico expulſis, Romani ſuo imperio adjecerunt: cui paruit uſque dum declinante Romano Imperio *Sarraceni* invaſerunt. His ejectis *Genuenſes* ac *Piſani* aliquamdiu de ejus dominio contenderunt, donec Pontifex Romanus utrorumque ereptam manibus *Arragoniæ* Regibus aſſignaret: quo titulo tandem ad *Hiſpaniarum* Reges pervenit. (2) Cultores.

IV. Urbium nunc clariſſima ζ *Calaris* (3), caput Inſulæ, portu nobilis. Præterea η *Oriſtana* & ϑ *Saſſaris*. Urbes clariores.

V. At minor eſt *Corſica* ſeſqui mill. German. ab Sardinia verſus Septemtrionem diſtans: omni ævo malignè culta, quia aſpera & multis in locis aditu difficilis. Dicta eſt primum *Terapne*: mox *Cyrnus* Græcis, a *Cyrno* Rege, quem Herculis filium volunt. Denique *Corſica* a *Corſa* bubulca, muliere ex Liguria; quâ duce Ligurum manus in eam ingreſſa eſt: & *Corſi* à duce dicti coloni. Corſicæ nomina.

Longi-

Græce Αλτρία ἢ Αλαλία, duo unius urbis nomina Phocenſibus huc digreſſis, qui Pœnos expulerant. Nam Aleria primum Calaris Punico quodam vocabulo apud Diod. Siculum Lib. V. dicta legitur. Sic Inſula χερρόνησος καὶ κῦρνος quaſi cornuta promontoriis ab angularibus e Punico קרן *Kirno* i. e. cornu appellari etiam videtur. De animalibus Inſulæ plura memorabilia idem Bochartus; de Catechite lapide Petrus du Val pluresque Geographi obſervant.

BUNONIS.

γ (a) *Caralis* à Phœnicibus olim condita, hodie in tres diſtinguitur civitates, mœnibus ſuis circumdatas. Inde (b) *ſinus Caralitanus* & (c) *promontorium Caralitanum* nomen habent. Ab eo promontorio Africa abeſt ducenta millia paſſuum. Plin. l. 3. c. 7.

δ (d) *Sulci* maritima fuit urbs cum portu, in meridionali inſulæ latere, haud dubiè ſub primum Carthaginenſium in hanc inſulam adventum condita.

ε (e) *Olbiæ*, M. Ciceronis frater *Quintus*, Sardiniæ Proconſul, ſedit. Secundo loco fuit à Caralibus, (f) *Olbianus portus*. Ptolemæo inter Olbiam, & (g) *Hermæam* inſulam, ſive (h) *Columbarium* promontorium, medius ponitur, ac eſt ille, qui inter duo promontoria, quibus vulgares appellationes *Capo Camino* & *Capo Cavallo*, primò in ſinum, deinde in lacum inter opida, quibus vulgaria vocabula, *Caſtro Deſin*, *Siniſcola*, *Lode* & *Poſata*, protenditur.

ζ (i) *Caralis* [b] jam tum ab initio fuit totius inſulæ caput, poſtquam à Phœnicibus condita, & à Carthaginienſibus habitata eſt. In hac urbe *S. Auguſtini* oſſa fuerant poſita, quæ deinde *Paviam* deportata ſcribuntur. In eadem urbe Carali hodie *Gubernator* inſulæ cum magno Comitum & Baronum numero domicilium habere ſolet. [c]

η (k) *Oriſtagni*, aliàs *Arborea*, Marchionatus caput eſt, portum habens commodiſſimum: ſed urbs ob gravitatem aëris ex paludibus corrupti penè deſerta eſt.

ϑ Vulgo (l) *Saſſari* haud procul à ruinis Turritæ urbis antiquæ: eſt vero *Saſſaris* parum munita. Cæterùm *Sardos* ipſos homines patriâ ſuâ peſtilentiores fuiſſe, quodam loco Cicero ſignificat. Hinc pro *vili merce* interdum, & nimium *pervulgata*, dicebatur vulgo (m) *Sardi venales*: Inde ortum, quod *T. Sempronius Gracchus* altero conſulatu e Sardinia domita captivorum tantum numerum adduxit, ut longa venditione res in proverbium abiret, *Sardi venales*. Hodie Sardi ſunt crudeles, ac vino dediti: à Turcis capti fidem facile ejurant; ſunt boni venatores, & boni nautæ.

HEKELII.

[b] S. *Calaris*.

[c] Hæc *Sardiniæ* primaria Civitas à *Geographis* nonnullis in *quatuor partes* dividitur. *Media*, quæ fortiſſimò ſepta eſt Murô, proprie *Calaris*: *Ea*, quæ *Orientem* ſpectat, *novum Oppidum*: *Ea*, quæ *Meridiem* & *Mediterraneum Mare* reſpicit, la Gliapola, ſeu *la Marina*: & *Quarta*, quæ ad *Occaſum* vergit, *Stampax* nominatur. Suntque hæ tres Partes *Suburbia* quædam & Appendices Urbis *Calaritanæ*, quæ vulgò *Cagler* dicitur.

BU-

(1) *in Colle ſita, portu gaudet optimo, Arce firmiſſima defenditur, Commercio valet, ampla, frequens, Archiepiſcopi, proregis & Academiæ ſedes.*

(2) *Longitudo* 170. mil. Gall. *Latitudo* 90. *Incolæ rudes, inculti & peregrinis Malevoli.*

(3) *a Gallis An.* 1639. *capta & ſpoliata, at nunc reſtaurata; principibus ſuis olim paruit ob res contra Arragonenſes feliciter geſtas claris. Archiep.*

(a) Caralis. (b) Sinus Caralitanus. (c) Promontorium Caralitanum. (d) Sulci. (e) Olbia. (f) Olbianus portus. (g) Hermæa inſula. (h) Columbarium promont. (i) Caralis. (k) Oriſtana. (l) Saſſaris. (m) Sardi venales.

Antiquiſſimum jactat. Lucifer qui hoc titulo inſignichatur, conſilio Mediolanenſi An. 355. *interfuit.*

Magnitudo. *Longitudo* Insulæ est à *Sacro promontorio*, nunc *Punta di Marono*, sive *Capo Corso*, ad promontorium *Granianum*, *Capo di Manza*, mill. German. XXX. *Latitudo* à promontorio, quod hodie *Capo di Fero*, usque ad *Alteriam*, mill. Germ. XX. (1)

Urbes. VI. *Urbes* quondam claræ ι *Aleria* & κ *Mariana*, quarum nomina ruinis jacent.

Cultores. VII. *Tusci* primi insulæ imperium occupârunt. Post hos *Carthaginienses*; mox *Romani*; dein *Saraceni*; quibus profligatis *Genuenses* ac *Pisani*, utris dominium maneret, inter se certârunt: tandem *Genuensibus* cessit.

Urbes hodie claræ. VIII. *Urbes* in ea nullæ nunc claræ; præcipua tamen loca sunt; λ *Adiazzo*, (2) μ *Nebbio*, ν *Calvi*, ξ *Bonifacio*. (3) *Calvi* est celeberrimus insulæ portus.

(1) *Corsi bello strenui, sed otiosi, inculti, in vindictam prompti & Latrocinio dediti, unde nomen Corsairs navibus piraticis inditum.*

(2) *Ut in his regionibus satis frequens, episcopi sedes, portu commodo & arce munitissima gaudens.*

(3) *Cæteras Corsicæ urbes commercio superat, portu tutissimo gaudet.*

BUNONIS.

ι (a) *Aleriæ*, Phocensium coloniæ, ruinæ pusillum à mari remotæ conspiciuntur. Bello Punico I. eam in tota insula *primam* ceperunt *Romani* sub L. Cornelio Scipione.

κ (b) *Marianæ* quoque ruinæ à mari paululum recedentes XXI circiter millia ab Aleria distant.

λ *Ajacium* vulgo *Adiazzo* insulæ caput à quibusdam statuitur, ad mare in ejusdem nominis sinu jacet, opidum frequens est & opulentum, ubi Genuenses mercatores negotiantur.

μ (c) *Nebbio* opidum est cum Comitatu. *Brietius* hîc memorat *Nebbi ruinas*, ex quibus excitatum videatur S. Florentii sanum.

ν (d) *Calvium* opidum in mari situm undique inaccessum, nisi eâ parte, quâ habet cœnobium Franciscanorum: arx ejus egregiè munita est. Opidum hoc à Sarracenis & Gallis frustra oppugnatum est.

ξ (e) *Bonifacii* opidum in Chersoneso situm valde munitum; portum habet tutissimum: captum tamen à Sarracenis & Gallis; pace autem inter Henricum II Galliæ regem; & Philippum Hisp. facta, legitimis Dominis redditum est. In opido (f) *Bastia* summus insulæ *gubernator* domicilium habet, hodie insulæ caput habetur, urbium quæ in hac sunt insula frequentissima est. In duas distinguitur civitates, quarum una, in qua castrum & arx munita, *Terra Nova* dicitur; altera *Terra Vecchia*. Cæterùm, (g) *incolæ* olim fuere montium habitatores, dediti latrociniis, feri, horridi, & ipsis bestiis agrestiores; eoque nulli ferè usui Romanis, si quos illi cepissent aut emissent.

(a) Aleria. (b) Mariana. (c) Nebbio. (d) Calvium. (e) Bonifacii op. (f) Bastia. (g) Incolarum mores.

LIBER




Veteris et Nova
PANNONIÆ
et
ILLYRICI
Descriptio
Io. Senex sculpt
ADRIATICUM MARE
ILLYRICUM MARE
SUPERUM MARE
HADRIATICUM
Dalmaticum Mare
Liburnicus Sinus
Polaticum prom.
Rhizonic Sinus
Budua n. Budoa
Cloternia
Ravenna
Pisaurum
Ancona
Auximum
ITALIÆ PARS
PANNONIÆ PARS
AUSTRIÆ PARS
MORAVIÆ PARS
RUSSIÆ RUBRÆ PARS
TRANSILVANIÆ PARS
DARDANIÆ PARS
MACEDONIÆ PARS
MOESIÆ SUPERIORIS PARS
SERVIÆ PARS
BOSNIA INFERIOR
Panitonia Sirmien
Amantina
Saldensy
Chonadiensis Com.
Orodiens Com
Zolnocensi Com.
Zaboliens Com.
Zatmariens. Com
Pestiens Com.
Posonium
Vindobona
Carnuntum
Sabaria
Sirmium
Taurunum
Alba Græca
n Belgrad
Pannonia
Dalmatia
Illyricum
Histria
Carniola
Venetia
Istria
Croatia
Bosnia
Servia
Hungaria
Transilvania
Moravia
Austria
Styria
Carinthia
Carniola
Dalmatia
Croatia
Slavonia
Valeria
Ripa
Lacus
Betzkerck
Marons Campus
Cumanus Campus
Ad Statuas Colossas
Colocza
Segedinum
Seged
Varadinum
Gran
Strigo
Petovium
Pettaw
Drabur
Villach
Volckmarck
Under Laubach
Ober Laubach
Neuportum
Cilla
Aquileia
Forum Julii
Julia Alpes
Tergestin Sinus
Parentium
Pola et Julia Pietas
Tersatica
Senia
Segna
Jadera
Sicum
Sebenico
Traguriu
Salonas
Narona
n Narenta
Peguntum
Dalmatium
Epidaurus
n Ragus Vechia
Ragusa
Rhisso
Rhizinium
n Rifino
Drinasse
Scutari
Scedra
Aserinium
Olchinium n. Dulcigno
Scirtones
Lissus n. Alessia et Alesso
Aemus sive Argentori Mons
n M. Argentar
Cumirze
Cerauna Mons
Cerycura Nigra
Melita et Melitena
Onæum Sinus
Pharia
Corcyra
Epirus
Macedonia
Thessalia
Achaia
Peloponnesus
Creta
Mare Ionium
Mare Mediterraneum
Mare Egeum
Mare Creticum
Mare Libycum
Mare Siculum
Mare Tyrrhenum
Mare Adriaticum
Mare Superum
Mare Illyricum
Mare Dalmaticum
Mare Liburnicum
Mare Polaticum
Mare Histricum
Mare Venetum
Mare Ligusticum
Mare Tuscum
Mare Sardum
Mare Balearicum
Mare Africum
Mare Siculum
Mare Tyrrhen

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

DE PANNONIA.

I.

TRanſgreſſis ex Italia Julias Alpes, *Pannonia* [a] conſpicitur, ſolo fœcunda, viris fortibus, armiſque ac opibus maxime valida quondam regio. 1 *Nominis* origo incerta. *Limites* ab Occaſu habuit *Cethium* montem; is nunc, ampliſſimis jugis, ab Savi Dravique fontibus ad Danubium uſque variis nominibus pertexitur, primum *Pleyſz*, modo *Hengſtberg*, mox *Dembberg*, dein *Herzberg*, *Schneeberg*, & *Kalenberg* dictus; ab Septemtrione *Danubium* amnem; ab Ortu eundem Danubium & *Aureum* montem, nunc Hungaris *Macheck*; à Meridie lineam ductam ab Aureo monte per confluentes *Timaci*, nunc *Lim*, & Drini, nunc *Drina*, ad fontes *Unæ* fluminis. Inde *a Caravancas* mons, & Pannonicæ, Carnicæque Alpes ad Savi uſque fontes. Complectitur hodie *Carniolam*, *Croatiam*, *Vindorum Marchiam*, *Carinthiam*, *Stiriam*, majorem *partem Auſtriæ*, *dimidium Hungariæ*, *Sclavoniam*, *Boſniam*, *partemque* Serviæ. Pannonia. Limites.

II. Diviſa

HEKELII.

[a] Hoc PANNONIÆ Regnum ſub HUNGARIÆ ILLUSTRATÆ nomine optimè eſt deſcriptum à *Georgio Czipke*, *Comarino*, qui Liber *Ultrajecti* A°. 1655, in form. 12. eſt publicatus. Extant & *Levini Hulſii HUNGARICARUM Decades quatuor* cum dimidia *Antonii Bonfinii* recognitæ & auctæ per *Joann. Sambucum*, & editæ *Hanoviæ* A°. ejuſd. Sec. VI. in fol. Nec ignota eſt *Diſquiſitio Hiſtorico-Politica* illa, quam *Reppianis* litteris in 4. form. excuſam *Martinus Schoedel*, Poſonio-*Hungarus*, de *REGNO* HUNGARIÆ *Argentorati* A°. 1629, ipſis Calendar. Octobr. *Matthia Berneggero*, t. t. Hiſtoriar. Prof. Publ. præſidente, habuit. Sed autorem iſtius Libelli, qui, *PANNONIÆ felicibus auſpiciis* Div. LEOPOLDI IMP. CÆS. AUG. *debellatæ* titulo eſt inſignitus, & ſine Anni (quem 1670 fuiſſe reor) & Loci denominatione in 4. f. evulgatus, *Jo. Albertum Portnerum*, *a Theuren*, Virum ita eruditum atque litteratum, ut caſtiſſimis ipſius MINERVÆ oſculis jampridem digniſſimus ſit habitus, eſſe, cum *curioſorum Politicorum* cohorte ego ſeriò ſtatuo. Hujus REGNI Rex hodiè eſt JOSEPHUS Imperator, Div. LEOPOLDI I. *Barbarorum* Victoris feliciſſimi, Filius ex aſſe, alter ille, ætatem ſi ſpectamus, *Papyrius*, cui DEUS ter-benignus felix ac proſperum *Imperium*, *conſiliarios* fideleis ac prudenteis, *Vicinos* pacificos ac *Vitam* longævam ex gratiâ velit concedere. *Coronæ Regiæ HUNGARICÆ* Cuſtodes ſunt Comites *Seczi* & *Cobary*, Heroës omni laude atque honore afficiendi. De *admirandis hujus* REGNI *Aquis* prodiit *Georgii Werneri* Liber *Coloniæ* A°. 1595, in fol. & excudi curavit *Francof.* ad *Mœn.* in 12. maj. I. *Mollerus Meditationem* ad Amicum de *Inſectis quibuſdam* Hungaricis *prodigioſis*, A°. 1672, *ex aëre una cum nive in agros delapſis*, qui Liber, cuilibet Rerum curioſarum ſcrutatori meritò eſt commendandus. Interea quæ de *Regno HUNGARICO* iuſiùs ſunt dicenda, vid. *Funccii* Tom. I. Part. II. Cap. VIII. *Orb. Imper.* Erot. XXXIV. p. 559. ſequ.

REISKII.

1 (a) Pannonia num ſuis incolis Pannonibus, num regioni Pannones indiderint nomen, ex hiſtoria neque Græca neque Romana ſatis aperte hactenus conſtat: A Pannone, rege admodum incerto, Sambucus appellationem primam voluit arceſſere, & origines regni ab anno poſt Noachicam eluvionem CLV, & à ſtirpe Semi ultima gentem ſuam. Sed quicquid illud eſt, ex amore in patriam, ac errore non levi provenit, nullis autem Scriptorum veterum teſtimoniis. Id conſtat ex Appiano, libroque hujus de bellis Illyricis, Pannoniam ſuis regulis aut ducibus paruiſſe, antequam C. Octavius Cæſar Aug. domuerat regionem, Tiberiuſque in provinciæ formam redegerat: Hujus rei documenta memoratu digniſſima numi adhuc æenei & argentei præbent. (b) Poſthac Pannonia vel *prima fuit & ſuperior*; vel *ſecunda & inferior*: Illa provinciam præſidialem atque metropolin Vindobonam habuit: Hæc provinciam conſularem, & caput Sirmium (vulgo Sirmiſch) partemque Saviam ſive Riparienſem & Interamniam continuit. (c) Ultimò duabus Pannoniis, quæ ſæpius plurali efferuntur numero, acceſſit *Valeria*, ſive *Ripenſis*; & hæc quidem vel ab urbe Illyrici Valeria, vel in honorem Valeriæ Diocletiani filiæ denominata. Vid. præter Suetonium, Florum, Dionem, Tacitumque Notit. Imper. & Spanhemii ad Geog. Introduct. itemque Schurtzfleiſchii res Hungaricæ.

BUNONIS.

a Caravancam montem Ptolemæus ſupra Formionis ſtatuit oſtium; quo ſitu ſupra Hiſtriam ac pars eſt Ocræ montis.

(a) Pannonia (b) Duplex. (c) Triplex.

Pannonia, Superior. Inferior. Pannonia Valeria ſ. Interamnia & Riparenſis.

II. Diviſa fuit in *Superiorem* & *Inferiorem*. *Superior*, quæ & *prima Conſularis*, verſus Occidentem eſt: in qua nunc *Carniola*, *Croatia*, *Vindorum Marchia*, *Carinthia*, *Stiria*, *Auſtriæque* major pars. *Inferior*, quæ & *ſecunda Conſularis*, in Orientem vergens, complectitur *Boſniam*, *Sclavoniam*, & quantum *Hungariæ Danubium*, *Dravum*, *Arrabonemque* amnes interjacet. At ea utriuſque Pannoniæ pars, quæ inter Dravum Savumque fluvios porrecta, *Valeria*, ſive *Pannonia Interamnia* & *Riparenſis* dicta eſt.

III. Sic igitur hodie *Hungaria* vix tertiam ſui partem in veteri Pannonia habet; cum reliquum trans Danubium in *Jazygibus Daciſque* obtineat.

Urbes. Segeſta. Pataviun. Amona. Nauportum. Vindoniana. Scarabantia. Sirmium. Taurunum.

IV. Urbium clariſſimæ β *Segeſta*, quæ & *Siſcia*, nunc *Siſeck* in Croatia; γ *Petovio*, vel Patavium, *Pettaw*, in Stiria; *Amona*, *Unterlaubach*, Romanorum colonia; δ *Nauportum*, *Oberlaubach*, in Carniola; ε *Vindoniana*, quæ & *Vindobona*, nunc *Vienna*, in Auſtria; ζ *Scarabantia*, nunc *Scarbing*; η *Sirmium*, nunc *Simach* in Hungaria; ϑ *Taurunum*, vulgo *Belgrad*, & Germanis *Griechſweiſſenburg*.

BUNONIS.

β Ad Colapis Savique confluentes eſt (a) *Segeſta* ſive *Segeſtica*, cum vicina inſula ejuſdem nominis; circa quam urbem non contemnendæ res geſtæ, Auguſto Imperante. (b) *Siſecum*, quod hodie eſt, Turcæ ceperunt anno 1493.

γ (c) *Patavium* ad Dravum eſt, olim Romanorum legionum ſedes.

δ (d) *Nauportum* eſt ad fluvium cognominem.

ε (e) *Vienna* ad Danubium.

ζ (f) *Scarabantiæ* ruinæ ſunt apud *Zapprinum* opidum, Lazio teſte; quod nova *Scarabantia* dici poteſt.

η (g) *Sirmium* fuit ad *Racuntium* flumen, ubi is in Savum influit, multis rebus à Romanis Imperatoribus geſtis clarum. *Probus* Imperator (h) *Almum* montem apud hoc opidum, & (i) *Aureum* apud Mœſiam, vineis conſevit. Idem tandem ſcelere & incurſu militum Sirmii in turre ferrata occiſus eſt. Ante Probum *Decius* Imperator natale ſolum id ſortitus fuerat. Conſtantii tempore *Concilium* hâc in urbe coactum fuit [a] contra *Arium*. [b]

ϑ (k) *Taurunum*, ſive (l) *Alba Græca*, ad Danubii Savique confluentes, à Solimanno expugnatum eſt anno 1520. Quum in altera Danubii ripa haud longè à Belgrado in Campo Maromis *Johannes Hunniades Mahometem II*, profligâſſet anno 1456. Eſt verò urbs illa multis turribus & duplici muro munita. Suburbia habet ampliſſima, Turcis, Græcis, Judæis, Hungaris & Dalmatis referta. Cæterùm, ad *Sabariam* flumen (m) *Stridon* eſt, D. Hieronymi patria.

HEKELII.

[a] Circ. Ann. CHR. ccclvi.

[b] Ubi, referente Alſtedio *Part.* ſ. *Diviſione* xxxvi *Theſauri Chronol.* p. 341. *Oſius Cordubenſis* verberibus eſt coactus ad Subſcriptionem. *Photinus* in illa Synodo quoque convictus & damnatus eſt.

(a) Segeſta. (b) Siſcia. (c) Patavium. (d) Nauportum. (e) Vienna. (f) Scarabantia. (g) Sirmium. (h) Almus m. (i) Aureus m. (k) Taurunum. (l) Alba Græca. (m) Stridon S. Hieronymi patria.

CAP. II.

De incolis Pannoniarum, & de regno Hungariæ.

I.

Pannoniæ Cultores.

PRimi, quos veterum monumenta tradunt, incoluêre Pannoniam Pannonii, *Celtica gens*; quod Græci α *Pæones* vocârunt. *Julius Cæſar* primus terram ingreſſus; poſt eum item alii: at *Tiberius* tandem perdomuit. Tulerunt inde Imperii Romani jugum; donec poſt inclinationem ejus *Gothi* invaderent, quos *Hunni* expulerunt; hos *Longobardi*; rurſumque hos *Hunni*; tandem circa annum IↃCCCC, ſub Arnolpho Imperatore, gens quædam è *Scythia* profecta, oppreſſis Hunnis, totum quod nunc *Hungariæ* dicitur *regnum*, occupavit, Hunno-

BUNONIS.

α *Pannones* hoſce cum *Pæonibus* quidam, Græci potiſſimum, confundebant olim. Perperam verò, ut *Dion* oſtendit: eni conſtare ea de re ideo faciliùs poterat, quod ipſe regioni huic præfuit.

Hunnorumque reliquiis mista, nomen in eo constituit, quo etiam nunc *Hungari* indigitantur. At termini Hungariæ sunt, à Septemtrionibus *Carpates* mons, quo à Polonia ac Russia separatur; ab Oriente est *Transilvania*, & *Valachia*; à Meridie *Dravus fluvius*; ab Occidente *Stiria*, *Austria* atque *Moravia*. I Limites.

II. *Figura* ejus quadrata est, cujus latera quatuor mundi cardines spectant. At maxima ejus *longitudo*, a Patissi fontibus, vulgo *die Tiesse*, ad Muræ, *die Muer*, confluentem, mill. Germ. LX porrigitur, ac par ferme est *latitudo*. Hungariæ figura & magnitudo.

III. Dividitur in *Superiorem*, quæ trans Danubium, Poloniæ ac Transilvaniæ contermina; & *Inferiorem*, quæ cis Danubium est. *Comitatus* in universa censentur L. At maximam regni partem hodie Turcarum atrox imperium miserè divexat. (1) Hungaria Superior. Inferior.

IV. *Opida* in ea plurimum diruta, vel quæ exstant, admodum tenuia, nisi Moraviæ Poloniæq; propius accedunt, vulgo *die Bergstätte*. Clariora tamen sunt in *Superiori* Hungaria, β *Temeswar* (2); γ Genadium, vulgo *Chonad*; δ Segedinum; Opida Hungariæ Superioris.

(1) *Maximam Regni partem Leopoldus Cæsar a Turcis recuperavit, at bello intestino ut tyrannidem & pontificiorum persecutionem excutiat, nunc fœde vastata.*

(2) *Sunt qui Tomum putant ubi Ovidius poeta relegatus, alii autem aliter sentiunt. Urbs ampla, munita, & Turcis, conventu Carlovicensi, cessa.*

BUNONIS.

β (a) *Temeswaria* in Comitatu *Temesiensi* est ad Temesium fl. unde ei nomen quæsitum, urbs natura & arte munita, arcem habet bene munitam. A Turcis, anno 1551, frustra obsessa; ac iterum anno sequenti, quo demum illa certis conditionibus Turcis [a] tradita est: sed isti contra datam fidem omne præsidium una cum tribuno [b] trucidârunt.

γ (b) *Genadium* & *Cenadium*, Hungaris *Choniad* & *Chonad*, Germanis *Gyngisch*, non longè ab eo loco, ubi *Tibiscus Marysium fl.* qui hodie *Moracz* dicitur, excipit, inter *Segedinum* ad Occasum 2, & *Lippam* ad ortum 8 milliaribus, *Comitatui Conadiensi* nomen dedit. De hoc ipso loco Turcæ ac Transilvani sæpe acriter contenderunt.

δ (c) *Segedinum* sive *Segedunum* Jazygum urbs, ad Tibisci, & Marsii confluentes, Genadio proxima. *Ortelius* urbem hanc cum *Singidonensi*, quæ in Pannonia apud Sirmium est, confundit, de qua apud Aurel. Victor. olim urbs frequens, postquam in Turcarum venit potestatem, Solimanni auspiciis, arx ei est imposita; A Christianis urbs illa, anno 1552, intercepta: sed à Turcis denuo recuperata est.

HEKELII.

[a] *A Stephano Losonse*, Prætore istius loci.

[b] *Stephano Losonse* nempe, quem *Casp. Maurerus* in *Chronic. Hungarico* p. 94. Edit. prior. neutiquam trucidatum esse pronunciat.

REISKII.

1 Pannonia jamdudum incursionibus extraneis infestabatur, (d) Gallicis atque Germanicis Cimbrorum maxime, qui ex ea Macedoniam ipsamque Asiam irruperunt: Ita Justinus, Pausanias, Appianus, Livius, commemorant. Gentes in ea potissimas, perdiligens scriptor Strabo Lib. VII. recensuit: Ultimum vero aut regem aut ducem Bationem indigenam appellavit, quem Tiberius multis præmiis ornatum, ut cederet facilius, Ravennam transtulit, Suetonio etiam teste. Sic Pannonia diu Rom. imperium tulit, donec sub Constantino Imp. gentes Germanicæ irruperunt; 1°. (e) *Vandali* post An. quadraginta hinc iterum recessuri; 2°. (f) *Gothi* longius post. A. C. 271, in his regionibus hæsuri; 3°. (g) *Hunni* è Scythia; 4°. (h) *Longobardi* sub rege Audonio post A. C. 540. 5°. *Hunni* à Gothis antea exclusi sed rursum Albomi auspicio reversi; 6°. (i) His iterum ejectis *Ungari seu Ugri* ab ultima Scythia effusi, quos Agarenos communiter vocant, nomine per octo priora secula ignoto. Hæc gens Scythica Hungariæ nomen imposuit, & toti Germaniæ bella creavit ferme perpetua, donec ab Henrico Aucupe, Othonibus, cæterisque Impp. ad obsequium & tributum annuum redigeretur: Id Scriptores Germanici affirmant, Hungarici negant, & pacem pensione annua redemptam ajunt. (k) Hungaria vero hodierna partem Pannoniæ antiquæ minimam complectitur, *Danubioque in superiorem & inferiorem*, sed judiciis & præfecturis in *LXXIV Comitatus Germ. Hungrische Gespanschafften* dividitur. Sed Comitatus Zepusienses maximâ sui parte (*Zirserland*) ad Polonos ex A. 1422, sub Uladislao rege transiit. Bellis etiam per duo secula tractis pars regni magna, & urbes hujus munitæ pleræque ad Turcos pervenerant: Sed tota nunc Hungaria bello postremo per annos undecim recuperata, & urbes munitissimæ Turcis ereptæ, regi Josepho hujusq; patri Augustissimo Leopoldo iterum subditæ fuerunt: Unico tamen Belgrado excepto, quod in nostratum aliquandiu manibus fuit, itemque Temeswaria, quam Turci hodieque tenent. Regnum Hungaricum ex electitio hæreditarium factum Ordinibus suffragantibus, Josepho Austriaco non solum obtigit, A. 1687; sed manet quoque, rumpantur ut ilia Turcis. Ergo numisma affabre factum idque argenteum Leopoldo Aug. Cæsari rectissime dedicabatur, utpote Restitutori Hungariæ ob Budam receptam A. M. DC LXXXVI. Vid. Bonfinius Petrus de Rhewa & Joh. Ferd. Behann. in Notit. Hungar. itemque Dreschleri Chronicon Saraceno-Turcicum nostris cum notis & appendice singulari, unde discetur breviter, quid singulis cum urbibus & præterito quoquo & præsenti bello gestum fuerit.

(a) Temeswar. (b) Genadium. (c) Segedinum. (d) Galli Cimbrique Pannon. (e) Vandali. (f) Gothi. (g) Hunni.. (h) Longobardi. (i) Hungari seu Ugri. (k) Hungaria triplex.

num (1); ε Varadinum, (2) vulgo *Wardeyen*; ζ *Solnock* (3); η *Agria* (4), cum arce *Erla*; duoque firmissima munimenta, ϑ *Zatmar* & ι *Tockey* (5). At in Montanis, *die Bergstätte*; κ Cassovia, (6) *Kassaw*, caput Superioris Hungariæ; λ *Eperies* (7); μ *Leutsch* (8); ν *Neusol*; ξ *Altsol*; ο *Kremnitz* (9); π *Nitria*; omniumque amœnissima ρ *Tyrna* (10); & quæ caput regni, post amissam Budam, σ *Posonium*, vulgo *Presburg*; urbs ad Germanicum modum satis culta (11)

V. In

BUNONIS.

ε (a) *Varadinum* ad amnem qui hodie *Sebeskeres* vulgò dicitur, in finibus Transylvaniæ situm, illius & Hungariæ habetur clavis, à Turcis nuper, anno 1662, expugnatum est, ac ab iisdem hodie tenetur.

ζ (b) *Solnok* sive *Zolnok*, ad Tibisci & Zagywæ confluentes est; Ferdinandi auspiciis arx firmissima ibi fuit excitata, sed militum perfidiâ turpiter desertâ, in Turcarum venit potestatem.

η (c) *Agria* vulgò Erlaw Jazygum urbs supra *Solnok* Agrio fluv. rigatur, qui deinde in Tibiscum sese exonerat; à Turcis, anno 1552, frustra obsessa; ac demum à Mahumede, anno 1596, oppugnata, à perfidis præsidiariis prodita in Turcarum venit potestatem. Ejus expugnationem secutum est prælium inter Maximilianum Imperatorem & Mahumedem, quo Cæsariani victores Turcas in fugam conjecerunt, & 60000 millia interfecerunt; sed quum nostri ex prædæ cupiditate deseruissent ordines, turpiter refugerunt panico quodam terrore correpti.

ϑ (d) *Zatmaria* in finibus Transylvaniæ est ad Lapum seu Lapessum fl. anno 1562, à Turcis frustra fuit oppugnata; ac denuo hoc nostro seculo, 1661 anno, ab iisdem frustra tentata.

ι (e) *Tockey* vino generosiori nobile opidum ad *Tyssæ* sive *Tibisci* & *Bodrock* confluentes est, 6 milliaribus Hungaricis à Zatmaria distans. Naturâ ac arte munitum, sæpe aliàs oppugnatum, ac maxime anno 1605, annua obsidione à Transylvanis quum esset fatigatum, præsidiarij fame compulsi deditionem fecerunt.

κ (f) *Cassovia* ad *Hewath* seu *Hornath* fluviolum, 4 milliaribus Hung. ab Agria in Septemtrionem jacet: Urbs elegans & munita: à rebellibus Heiduccis Botzkayo fuit tradita anno 1604. Incolitur illa à Germanis, & Hungaris. Major civium pars Augustanam profitetur Confessionem.

λ (g) *Eperies* à Cassovia 3 milliaribus Hung. distat in Septemtrionem. Urbs frequens est & munita ad Tarozam fl. sita [c], anno 1605. in bello, quod movit Botzkayus, hujus obsidionem fortiter tulit ac repressit. Haud procul ab ista urbe duo sunt fontes lethales.

μ (h) *Leutsch* totidem ferè milliaribus abest Eperie in Occasum in monte situm. Opidani plerique sunt Germani, & Augustanæ Confessioni addicti. Senatores quanquam Hungarorum more vestiantur; gestant tamen pallia Germanorum.

ν (i) *Neusol* à Leutsch in occasum jacet ad dextram Granuæ ripam: In vicino colle arcem habet bene munitam: ipsaque urbs multis splendidis ædificiis est ornata. Sunt ibi fodinæ, ex quibus effoditur, cuprum & argentum vivum. Opidani loquuntur Germanicè, Hungaricè & Venedicè.

ξ (k) *Altsol* abhinc duobus milliaribus Germanicis in Meridiem ad sinistram ejusdem fluminis Granuæ sita, à Germanis, Hungaris, & Venedis incolitur; Aciduli celebratur: Habet fodinas auri, argenti, cupri & argenti vivi: sed hodie adeò divites non sunt, quam fuerunt olim, venæ.

ο Inter Neusol & Altsol (l) *Kremnitz* est ad Granuam fl. aurifodinis & monetaria officina nobile, in valle positum, in imminente colle habet arcem. Multi ibidem inveniuntur muri, surdi & strumis laborantes: causam asseribunt aeri & aquæ. Est vero Cremnitium inter septem civitates montanas Hungariæ prima ac præcipua.

π (m) *Nitria* ad Nitram fl. haud longè à *Comara* abest, arcem habet in rupe positam splendidam ac bene munitam; A Botzkayo tamen cum arce hac capta est: ac iterum, anno 1619, à Bethlehemo Gabore, Anno 1663, Turcis turpiter tradita: sed iisdem sequenti mox anno virtute præcipua Susæ erepta.

ρ (n) *Tyrna* à Posonio versus Septemtrionem est, in planitie posita, à Germanis pariter & Hungaris incolitur, in bellis Turcicis & Transylvanis multum perpessa, ac sæpe fuit occupata.

σ (o) *Posonium* ad Danubium est, hodie regni habetur metropolis: arx ejus in præcelso montis vertice sita est, in qua regia asservantur ornamenta [d]: urbs illa à plerisque Hungariæ Inferiori ascribitur. Anno 1515 major ejus pars incendio periit; ac postea restaurata, eadem calamitate aliquoties fuit afflicta, annis 1563, 1590, & 1642. Cæterum infra Altsolium est opidum (p) *Schemnitz* duas habens arces, ubi Camera regia, argenti-fodinæ, Officina metallica, & haud procul thermæ Eisenbacenses. Infra Nitriam est (q) *Neuheusel*, Hungaris *Wymar* dictum, opidum munitissimum, anno 1581 ad Nitram fl. conditum. Anno 1605 à Botzkayo & Turcis obsessum & oppugnatum, in quintum mensem obsidionem fortiter tulit: tandem Humanayo iis traditum conditionibus, ut initâ demum pace Imperatori redderetur: quod factum anno 1607. Bethlehemus Gabor hoc opidum anno 1621 cepit; ad Cæsarem tamen rediit. Anno 1663. id à Turcis expugnatum. Omnis illa Hungariæ pars, quæ Imperatori Romano subjecta est, hodie miserè vexatur. Doctoribus enim Evangelicis Augustanis pariter & Reformatis undique ejectis, Nobilitas Hungarica arma cepit, pro libertate sua, ut ajunt, tuenda: hi sunt, qui *Rebelles Hungari* vulgo audiunt. Interea Hungaria cladibus utrinque datis & acceptis vastatur; armisque Imperatoris isti faciunt negotium, quæ alibi erant expedienda utilius.

HEKELII.

[c] Clarebat ante aliquot paucos annos Gymnasio celebri ac inclutò, eòq; Evangelico, cujus laudatissimus Director erat *D. Samuel Pomarius*, Vir ad amussim doctus, & candidis amicissimus.

[d] Corona imprimis *Hungarica*. BU-

(a) Varadinum. (b) Solnok. (c) Agria. (d) Zatmar. (e) Tockey. (f) Cassovia. (g) Eperies. (h) Leutsch. (i) Neusol. (k) Altsol. (l) Kremnitz. (m) Nitria. (n) Tyrna. (o) Posonium. (p) Schemnitium. (q) Neuheusel.

(1) *A Cæsareis, An. 1686, recuperata, Turcis sub mœnibus profligatis.*
(2) *A Cæsareis, An. 1692, Expugnata.*
(3) *A Cæsareis, An. 1685, capta & An. 1703, a principe Ragotski Hungarorum rebellium Duce.*
(4) *A Cæsareis, An. 1685, recuperata, & An. 1704, ab Hungaris rebellibus expugnata.*
(5) *A Turcis An. 1682 Capta, & a Cæsareis, An. 1695, recuperata.*
(6) *Civitas olim libera, a Cæsareis An. 1670, Capta, a rebellibus An. 1682, & a Cæsareis denuo An. 1685, recuperata.*
(7) *A Teckeleio An. 1678 expugnata & a Cæsareis An. 1685 recuperata.*
(8) *A Rebellibus Capta An. 1681, a Cæsareis An. 1685, & iterum a Rebellibus An. 1686.*
(9) *Argenti fodinis clara.*
(10) *Optime munita, Archiepiscopi Strigoniensis sedes. Ibi, An. 1414. 14 Judæi Infantem Christianum nefarie jugularunt, cujus sanguinem avide biberunt, ob hoc scelus nefandum capti, se singulis Annis sanguinem Christiani Deo offerre fassi sunt, & merito igne pœnas luere. Tyrna solam regni Academiam nunc habet.*
(11) *Arce munitissima gaudet. Lotharingius Rebelles ibi clade ingenti, An. 1683, affecit & obsidionem solvit, Turcis Viennam inter a obsidentibus: urbs more Italico exstructa, & commercio celebris & frequens.*

V. In inferiori ſunt; τ Arrabo, vulgo *Rabe*; incolis *Tawarzin*, inde Latine *Javarinum*: υ Comara, vulgo *Komarno*: ο Strigonium, vulgo *Graan* (1); χ Alba regalis, (2) vulgo *Stuelweiſſenburg*: ψ Veſperinum, *Veſperin*: (3) ω Quinq; Eccleſiæ, *Fünfkirchen*: (4) & caput quondam, regiaque totius regni α *Buda*, Ger-

Inferioris Hungariæ opida.

(1) *A Cæſareis An.* 1683, *recuperata.*
(2) *A Cæſareis An.* 1688 *expugnata.*
(3) *A Teckeleio, An.* 1683, *capta*; *a Cæſareis An.* 1686 *recuperata.*
(4) *A Duce Lotharingio An.* 1687 *expugnata.*

BUNONIS.

τ (a) *Arrabo* ad fluvii cognominis, qui vulgo *Raba*, & Danubii confluentes in loco paludoſo ſitum. (b) *Jaurinum* quoque aliis vocatur. Hoc munitiſſimum regni propugnaculum [e] anno 1594 à Comite *de Hardec*, nullâ neceſſitate cogente, Turcis traditum eſt; ſed anno 1598 d. 19 Martii induſtriâ & felicitate *Adolphi Comitis* per ſtrategema à Schwartzenburg [f] recuperatum. Ad *Leith fl.* & *Danubii* confluentes eſt opidum cum caſtello Hungaris (c) *Owar*, Germanis *Ungariſch Altenburg* dictum, paludibus & latis foſſis cinctum, Salomonis Hungariæ Regis olim ſeceſſus, & *Marcolphi* morionis domicilium. Anno 1529 à Solimanno fuit expugnatum: & anno 1605 ab Hungaris crematum; caſtello tamen conſervato, & anno 1621, à Buquoyo, Cæſaris auſpiciis, *Betlemianis* pulſis, recuperatum.

υ (d) *Comarinum* caſtellum nobile eſt, formæ triangularis, inter Danubium & Vagum fluvios, in anguio inſulæ Schut, Ferdinandi I, auſpiciis conditum; anno 1594 fruſtra tentatum: in Chriſtianorum manet poteſtate. [g]

ο (e) *Strigonium* cum arce [b] edita ad Danubium eſt; quo è regione Granua fl. in Danubium ſeſe exonerat, quinque milliaribus infra Comarinum caſtellum; à Solimanno expugnatum anno 1543, quo anno *Peſthum* & *Walpo* caſtellum & *Alba regalis* in Solimanni venerunt poteſtatem. *Strigonium* Chriſtiani difficili oppugnatione recuperarunt anno C. 1595. Sed anno 1605, à Turcis acerrime oppugnatur, & à perfido milite præſidiario, qui ducem ſuum Comitem Dampierium captivum tenebat, cum 70 tormentis bellicis traditur Turcis. [i]

χ (f) *Alba regalis* [k] urbs magnificis ædificiis ſplendida, inauguratione, & ſepultura regum quondam clara, in paluſtri planitie ad flumen, quod vulgò *Sarewitze* dicitur, ſita eſt. Anno 1543, in Solimanni venit poteſtatem: ſed Mercurio & Ruſwurmio ducibus fuit recuperata anno 1601, ac tum incendio à Turcis excitato miſerè vaſtatur. Eodem anno ad hanc ipſam urbem Turcæ bis profligati ſunt præcipua Ruſwurmii virtute: verùm ſequenti mox anno intemperantia & perfidia militum in Turcarum poteſtatem redacta eſt.

ψ (g) *Veſperinum* [l] à fonte perenni [m] nomen habens, olim haud mediocre erat opidum: de quo nihil præter nonnullas deformes ædes hodie reliquum eſt: arcem ejus in prærupto monte ſitam ac ſatis firmam, anno 1551, Turcæ ad deditionem faciendam adegerunt; ſed omne illius præſidium contra datam fidem trucidarunt. Deinde anno 1566 à Salmenſi & Holſenſteinio Comitibus invaditur & expugnatur. Anno 1539 a Chriſtianis militibus turpiter deſerta in Turcarum rediit poteſtatem: ex quo tempore eam modo tenent Turcæ, modo Chriſtiani.

ω (h) *Quinque Eccleſiæ* haud longe à ſiniſtra Dravi ripa abſunt 16 mill. Hung. à Danubii confluentibus, anno 1543 a Turcis occupatæ, quippe quas opidani deſeruerant. Nuper anno 1664, à copiis auxiliaribus atque Hungaris ductu Hohenloii & Serinii Comitum opidum iſtud fuit expugnatum ac direptum: arx verò fruſtra tentata, ipſeque pons Eſſeccenſis, qui eſt in Dravo flumine, exuſtus. A Quinque Eccleſiis verſus Occaſum tribus milliaribus abeſt nobile & natura arteque munitum opidum (i) *Sigethum*: quæ vox Pannonica lingua ſignificat *inſulam*: Quoniam opidum hoc inter duo poſitum eſt flumina; & paludibus undique cinctum: eſtque triplex, arcem habens duplicem eamque munitiſſimam. Expugnatum eſt à Solimanno anno 1566, Nicolao Serinio Comite illud defendente, qui fortiter pugnans cum hoſte in ipſa expugnatione nobilem cum vita profudit ſanguinem. *Solimannus* in obſidione iſta, antequam expugnaretur arx illa, morbo mortuus eſt in loco vicino, qui vulgo *Darchpek* vocatur, quo inteſtina ejus ſepulta ſunt.

α (k) *Buda* ad Danubium eſt infra Strigonium, olim regni caput & regia ſedes, ac tum egregiè munita, arcem habebat ornatiſſimam. Ad hanc urbem thermæ ſunt calidiſſimæ; in quibus tamen aliquod piſcium genus vivere Busbequius & Iſthuanfius tradunt [n]. Anno 1541. à Solimanno capta: ſicut & (l) *Peſtum*, & vidua Zebuſienſis cum filiolo in Tranſylvaniam deportata eſt. Peſtum magna vi Turcis ereptum eſt anno 1604; ſed biennio poſt ab iſtis recuperatum. [o]

HEKELII.

[e] Et Clavis Domûs *Auſtriacæ*.

[f] Quem poſteà RUDOLFUS II Rex *Hungariæ* ac *Romanorum* Imperator, hujus Propugnaculi Prætorem declaravit.

[g] Ager ejus eſt planus ac omnino fertilis.

[b] In colle.

[i] Ejus loci *Archiepiſcopus* inter *Hungariæ* Magnates cùm *Dignitatis* autoritate, tùm *Divitiarum* amplitudine primatum olim obtinebat.

[k] Ab *Albanis* conditoribus *Alba* denominata.

[l] Qs. *Weiſsprimium*, quod *Germanis* eſt *Weiſzbrunn*.

[m] Atque Albo.

[n] *Georgius Wernerus* Lib. de *admirandis Hungariæ Aquis* exiſtimat nullum *Europæ* locum eſſe, qui ſe *Budæ* comparare poſſit, ſive Sitûs amœnitatem, ſive Soli fœcunditatem, ſive aliarum quarumcunque rerum ad quoſlibet uſus & ad ſplendorem ac luxum pertinentium ſpectemus ubertatem atque affluentiam. *M. Sebaſtian. Schrœterus* Tom. I. totius *Terrar. Orb. Hiſtoricæ Deſcription.* p. 770. de laudatiſſimæ hujus Urbis Origine hunc in modum ſcribit: Niſi autoritate Chronicorum noſtrorum, magnô conſenſu Urbem *Budam* à Rege *Buda*, *Attilæ* fratre, conditam & nominatam eſſe tradentium, impediret, ego, ſi qua alia conjectura de ejus nominis ratione facienda eſſet, ob inſignem calidarum eo in loco celebritatem & copiam, pro eo, quod *Germanis* quondam fuerit *Bada*, unius litteræ inverſione *Budam* ab *Hungaris* dictam ſuſpicarer. Nam ea ſecundum *Pannoniorum* loca, antequam huc *Hunni* immigrarent, Ger-

(a) Arrabo. (b) Jaurinum. (c) Owar ſ. Altenburgum Hungaricum. (d) Comara. (e) Strigonium. (f) Alba regalis. (g) Veſperinum. (h) Quinque Eccleſiæ. (i) Sigeſtum. (k) Buda. (l) Peſtum.

Germanis *Ofen*: cui in adversa ripa objacet *Pestum*. Clara sunt munimenta, β *Dotis* (1), γ *Pappa* (2), δ *Palotta*. Archiepiscopatus sunt duo, *Strigoniensis*, & ε *Colossensis* in opido *Kolotza*. CAP.

(1) *A Teckeleio An. 1693 capta, & eodem An. Cæsareis reddita.*

(2) *A Teckeleio An. 1683 capta, & a Cæsareis eodem Anno post Liberatam obsidione Viennam recuperata.*

Germanos, seu *Teutonas*, tenuisse, minimè ambiguum est.

[o] BUDAM, ubi *Abda Rohaman* Prætor haud inglorius ultimus fuit *Turcicus*, *CASSOVIA*, *EPERIE*, *ST. JOBI* atque *NICOLAI Propugnaculis*, *NEUHEUSELIO*, Hungaris *WIMAR dicto*, *PALOTTA*, *SOLNOK*, *TOCKEY*, *VACCHIA*, ac multis Locis aliis ingeniosè ac probè munitis priùs occupatis, nunc expugnatione gravissimâ, A°. nempe Sup. Sec. 86. ☾ d. 23. *Aug.* Styl. nov. seu d. 2. *Septembr.* Styl. vet. circa Horam IV pomeridianam per *Cæsarianum* militem ac copias *S. R. Imp.* esse captam ac TURCIS immanissimis ereptam, elegans testatur *Epigramma* illud, quod sine *Autoris* denominatione in *Relatis Noribergensibus* legimus sic impressum:

BUDANAM Bavarus *Victor jam ceperat* Arcem,
Post Urbis *Victor Dux* Lotharingus *erat*.
ILLE Caput *cepit*; Capitis *tum* Membra *subegit*
ALTER. *Dic utri Gloria parta minor?*
Gloria si BUDÆ *fuit* Arx; *tibi Gloria*, Boje!
Gloria si fuit Urbs, *Dux* Lotharinge! *tua*.
Cepit uterque *locum*, *Laurus debetur* utrique,
Divisam Laurum cum JOVE Cæsar *habet*.

Quod etiam *Germanice* aptissimè redditum erat hôc modô.

Es liegt der Bojen-Held *das* Ofner-Schloß *darnieder*,
Da der aus Lothringen *die Kraft der Stadt besiegt*.
Das Haupt *nahm jener ab*; *und der bezwung die Glieder*.
Sag! Lieber! Wer dabey den besten Ruhm erkriegt?
Ist Ofens *Macht sein Schloß? so hat der* Bair *gewonnen*.
Die Stadt? *So bleibt die Ehr dem tapffern* Hertzog *hold*.
Soo ist von beeden dann der Ort und Prieſz erronnen;
Doch ist der Sieg getheilt in GOTT *und* Leopold.

Quod verò inclutis ac curiosis *NORIBERGENSIBUS Erfurto* est transmissum, id hujus tenoris ac formæ est:

α. ω.
Sanguine prob! uda Saraceno *milite nuda*,
Cæsar *ovat* BUDA: *Sic* Pax *redit undique juda*:
Quâ venâ, ut ut crudâ,
Triumfante de *Mahometigenis JUDA*,
non *Machabæo* quidem, sed *Austriaco*
LEOPOLDO
Pio, *Felici*, semper-*Augusto*,
extortâ tandem *HERCULI* clavâ,
communi Christianorum *gaudio*
ipsô læti Nuncii die
Vtô Idûs *VIIbris* Annô M. DC. LXXXVI.
applaudere voluit,
debuit
D. G. C. P. A. H.

Ex qua linea ultima verè est concludendum, Autorem hujus posterioris Carminis sine omni dubio esse *Doctorem Georgium Christophorum Petri ab Hartenfels*, Virum melioris Litteraturæ studiosissimum. Indicant enim id Litteræ *initiales* celeberrimi hujus Viri Nominis, cujus quoque sup. honorifica mentio est facta. Annum autem, quô omnia hæc felicissimè atque glorioſissimè sunt facta, Litteris *Numeros* notantibus in his verbis; LeopoLDVs Cæsar VICIt Vastatas BVDas, CopIIs BoIarICIs ac aLIIs assIstentIbVs, ego exprimere volui. De *Catalogo* Librorum eorum, qui in ultimâ BUDARUM expugnatione in *perantiqua Bibliotheca Regia* præter omnium spem atque opinionem sunt reperti, ad incomparabilem Heroa, *VITUM LUDOVICUM a SEKENDORF*, Mæcenatem meum optimum, elegantissimam EPISTOLAM ♂. d. 26. *Jun.* A. 1688. in 8. f. *Jenæ* dedit *JULIUS PFLUGK*, *Eques Saxonicus*, eamque cujuslibet Eruditi ac Litterati oculis dignissimam.

BUNONIS.

β (a) *Dotis*, Hungaris *Thata* quatuor milliaribus cum dimidio Jaurino abest, in palude exstructum castrum vetus. Adhoc prisci reges viridaria sua constituerant.

γ (b) *Pappa* á Jaurino versus meridiem 6 milliaribus Hung. sita, egregie munita, arcem habet firmiorem; multa perpessa est á Turcis; quibus tamen erepta anno 1597, ductu Maximiliani Archiducis Austriæ. Deinde anno 1600 Galli & Wallones, quæ in præsidio erant, ob dilatum stipendium, opidum hoc cum arce Turcis scelerate vendiderunt: sed cum magna nostrorum ipsiusque Comitis Schwartzenburgii clade demum recuperatur. Qui ex fuga retrahebantur rebelles, variis cruciatibus confecti atque mactati sunt.

δ (c) *Palotta* castrum Vesperino duobus milliaribus abest.

ε (d) *Colotza* ad sinistram Danubii ripam, medio ferè loco est inter ipsius Dravique confluentes & Budam; in Turcarum est potestate. (e) *Mohatzium* opidulum nobilitavit Hungarorum clades & Ludovici Regis interitus anno 1526. Opidum istud haud longè abest á Danubii & Dravi confluentibus. (f) Aër Hungariæ impurior est; quare exteri hic facile morbum contrahunt Hungaricum; nisi castra sæpe mutent. Sordes, quæ ex indigenarum exsistunt corporibus, aëris putredinem satis arguunt. Aquæ fere omnes insuaves sunt præter Danubii fluentes [p]. Vinum Pilsense [q] in Comitatu cognomine, ubi Buda jacet, in pretio est [r]. Ferarum tanta in Hungaria est multitudo, ut, nisi ruricolis concessa esset venatio, certam perniciem istæ inferrent agris. Fertilitatem soli vel inde colligere licet, quod licet bellis Turcicis ferro flammaque fuerit devastata, intra quinquennium ita tamen respirarit, ut hic nihil deesset; quasi perpetuo fuisset in otio. (g) *Hungari* bellicosi sunt & feroces; sed fluxæ fidei: ut cæteris nationibus, sic pertinaciter intensi Germanis, quibuscum nunquam conveniunt. Otium tam viri, quam fœminæ sectantur, laboremque fugiunt. Intemperantius genio indulgent. Inter nobiles matrimonia contrahuntur, dum adhuc in cunis vagiunt, quæ postea solvere grande nefas habetur. Multi per Hungariam sunt Judæi, quibus

(a) Dotis. (b) Pappa. (c) Palotta. (d) Colotza. (e) Mohatz. (f) Hungariæ cœli solique natura. (g) Hungarorum mores.

quibus proditoribus & ſpeculatoribus uſuntur Mahumedani.

HEKELII.

[p] Celebrantur quoque Aquæ calidæ, non longè ab Arce *Comarienſi*, vulgò *Peſtenienſes* dictæ, quæ adverſus diuturnos ac penè inſperatos morbos creduntur efficaciſſimæ.

[q] Quod ob aquas calidas & ſulphureas gravem odorem habeat, ac ſubitò inebriet.

[r] Aliàs *Hungaria* Vina mittit varia pro locorum diverſitate, eaque præſtantiſſima & ſaluberrima, quorum nonnulla ſunt adeò generoſa, ut *Cretico* haud cedant.

CAP. III.

De Sclavonia & Boſnia.

I.

Sclavoniæ equidem nomine vulgo, confuſis Pannoniæ Illyricique limitibus, accipitur quidquid terrarum ab Dravo amne ad Adriaticum mare protenditur. At *proprie Sclavonia* dicitur ea regio, *quæ Dravum Savumque amnes interjacet*, ab Occaſu *Stiria*, ab Ortu *Danubio* clauſa. *Longitudo* ejus eſt ab opido *Kopranitz* ad Dravi confluentem mill. Germ. L. *Latitudo* a Dravo ad Savum. XII. [1] Sclavoniæ limites & magnitudo.

II. Ad inferiorem Savi partem ultra Danubium protenſi incolunt *Raſci* populi, German. *die Ratzen*. At totam hanc regionem aliquando *Pannonii*, mox *Gothi* tenuerunt: noviſſimi *Sclavi*, ſive ii *Sclavonii*, qui ad hanc noſtram ætatem manent. Hi quondam regnum in ea conſtituentes, poſtea Hungaris vectigales facti ſunt. Nunc major pars Turcico Imperio paret. Raſci. Pannonii. Gothi. Sclavi.

III. Opida notiora ſunt, α *Poſega* (1), β *Gradiskia*, γ *Zagrabia*, & δ *Kopranitz*, validiſſimum contra Turcarum incurſiones munimentum. Opida.

IV. ε *Boſniæ regnum* inter *Unam*, *Savum* atque *Drinum* amnes *Bebioſque* montes ſitum: nomen accepit a *Boſna* flumine. *Longitudo* ejus inter duo flumina, Unam Boſniæ regnum. Ejus fines.

(1) *A Cæſareis An. 1687 recuperata.*

REISKII.

1 (a) Sclavonia nomen regnumque novum Sclavis debuit aut Sclavinis, genti Venedorum copioſiſſimæ, quæ à Tanai & Volgo uſque ad mare Hadriaticum terras ampliſſimas inſedit, & regna Bulgariæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Boſniæ multa ex A. C. 540 nova conſtituit, Romano Imperio dempta. Origo nominis à Sclava, i. e. gloria ſeu fama inſigni petitur, ſi Cromerum audias, qui primam à Procopio Sclavorum mentionem factam annotat. (b) Ergo Sclavonia duplex habebitur, una *orientalis* per Daciam, Illyrium, Poloniam, Ruſſiamque producta; & *altera occidentalis*, per Bohemiam, ipſamque noſtram Germaniam protenſa: Illa Regem Oſtrivoy (c) primum admiſiſſe fertur, ac Serimirem, hujus nepotem, Dalmatiæ poſthac Regem, cujus fratres, Lechus atque Ruſſus, Bohemiam, Poloniam, Ruſſiamque ſubegerint. (d) Sic Boſnia ortum Boſnis debuit vel Paſinakis, quos Græci nominant ſcriptores: Hæc Slavica gens antiquis ſedibus effuſa duplicem reliquit Boſniam; unam *ſuperiorem* duci ſubditam, cujus ſedes in urbe Orzega, quam ex corrupto Germanico vocabulo *Hertzog* denominaverant; Alteramque *inferiorem* Illyrico regi ſubjectam. Vid. Levenclav. Pandect. XXV. & Schurfleiſch. in rebus Sclavi. Utrumque iſtud quod expoſuimus, regnum, quia cum finitimis duobus, A. C. 1080, acceſſit Hungarico, hoc inſignia augmenta cepit tituloſque plures, quibus Hungarici reges adhuc gaudent.

BUNONIS.

α (e) *Poſega* Comitatus caput ad fluviolum Orib jacet, haud longe à Savi ſiniſtra ripa.

β (f) *Gradiskia* [a] ad Unæ & Savi confluentes hodie à Turcis tenetur.

γ (g) *Zagabria* in ſiniſtra Savi ripa eſt, è regione inſulæ Segeſticæ: à Turcis tentata capi non potuit. Habet Academiam.

δ (h) *Kopranitz* arcem habet munitiſſimam.

ε (i) *Boſniam* ſive *Boſenam* [b] Savus à Sclavonia diſterminat; Una fluvius à Croatia, Drinus à Servia, & Bebii montes ab Illyrico ſejungunt.

HEKELII.

[a] Aliàs *Gratiana* Dicta.

[b] S. *Boſinam*, quam *Oroſius Dardaniam* nuncupavit.

BU-

(a) Sclavonia. (b) Duplex. (c) Ezechus. (d) Boſnia duplex. (e) Poſega. (f) Gradiskia. (g) Zagabria. (h) Kopranitz. (i) Boſniæ fines.

Magnitudo. Unam & Drinum, porrigitur milliar. German. XL. *Latitudo* vero inter *Bosnæ* fonteis ac confluentem mill. German. XV.

Cultores Bosniæ. V. Hæc quoque olim *Pannoniæ* pars fuit: Postmodum *Gothi* occupârunt; quibus egressis, *Slavoni* obsederunt; *Hungaris* deinde principatus titulo stipendiaria facta. At quum *Turca* potiretur, Præfectus, quem ille constituerat, regio titulo ac Diademate sumpto, principatum in *regni formam* redegit; quod *Hungari* recuperatum haud diu tenuerunt, quin *Turca* repeteret.

Opida. VI. Caput regni erat ζ *Jaitza*: nunc Metropolis est η *Warbosanin.*

BUNONIS.

ζ *Jaitza*, vulgo *Jaycz* [c] in monte posita arcem habet munitissimam [d], quo loco Plena fl. Verinam fl. recipit.

η *Varbosania* est ad fl. Miliatzha, quondam provinciæ caput, nunc adeo defecit, ut careat mœnibus. (a) In Sclavonia aër purus, ac solum mire fertile est; quoniam fluviis undique rigatur; unde inter ipsa bella frumento, & pecore abundat. (b) Sclavoni hodie moribus suis Turcarum ferè similes sunt, omnes bellicosi, id unum orant Deum, ut armati moriantur & in bello. Rerum novarum cupidi ad seditiones sunt faciles. Excursionibus Turcicas vexant regiones. Pax enim non censetur violata, nisi educantur & adhibeantur tormenta bellica. (c) *Bosnia* asperior est; pascuis tamen abundat. Pelles & lanam Ragusinis & Venetis abunde suppeditat; habetque argenti ac auri fodinas divites. (d) Feroces sunt Bosnii, latrocinia sectantes, alii tamen Christianam religionem etiam sub jugo Turcico impensè colunt.

HEKELII.

[c] Et *Covadza.*

[d] Et inaccessibilem.

(a) Sclavoniæ fertilitas. (b) Sclavoniorum mores. (c) Bosnii soli natura. (d) Bosniorum mores.

CAP. IV.

De Illyrico.

I.

AB Arsia fluvio, Italiæ termino, versus Orientem, α *Illyricum* est, Græcis *Illyris*: regio aprica atque amœna, solum fertile, ac vitiferum; nisi quod ubi Pannoniis proximum, asperum ac durum. Terminatur ab *Occasu* Arsia flumine, ac linea ab Arsiæ fontibus ad Colapis ortus ducta; à *Septemtrione* perpetuis montium jugis, quibus Illyrii a Pannoniis discernuntur, ad fontes usque Unæ, atque inde linea ducta ad Timaci, nunc *Lim*, & Drini confluentes: ab *Oriente* est ipse Timacus, Scodrus mons, & Drilo fluvius, quo a Macedonia submovetur: a *Meridie* Adriacus sinus. *Longitudo* ejus patet ab Arsina ad Drilonem mill. Germ, XC. *Latitudo* maxima est juxta Naronem fluvium a fontibus ejus ad ostium mill. XX. 1

Illyrici fines.

Magnitudo.

II. *Di-*

BUNONIS.

α *Illyricum* sive *Illyris* etiam *Illyrias* & *Illyria* scriptoribus dicitur.

REISKII.

1 (a) Illyricum, Gr. Ἰλλυρὶς Ἰλλυρία, si Appianum audias, à Celta duce Illyrico nomen adepta, genti, Celticæ huc digressæ illud imposuit. Sin Rabbinos & Josephum Gorionidem consulas, ex una posteritate Chanaan Illyrici Sclavi omnes provenient. Utraque tamen hæc originatio aut incerta aut fabulosa erit, Bocharto judice: Incertior longe fabulisque propior extat, quam Stephanus, Apollodorus, Eustachius in Dionys. ab Illyrio Cadmi filio arcessunt. Phœnices equidem aut Cadmeos ora Illyrici extrema sese continuisse, Herodotus, Scylax, Athenæus, Dionysius testantur. Nomen Illyrii tamen Punicum non est, neque in moribus Illyriorum aut lingua quidquam reperias, quod Phœnicium ortum præ se ferat, aut Punicas origines redoleat, sic recte inquit Bochartus Lib. I. Chan. c. 23. (b) Illyricum autem duplex à Spanheimio Introduct. Geog. constituitur: *Unum specialius aut strictius* littorale Syraciæ regionem continuit exclusa Macedonia; *Sed altero generalius aut latius dicto* Macedoniam & vicinas provincias septendecim A. C. 337, comprehensas, in Breviario suo Rufus Festus commemorat: Ut inde Illyricum aliud *Orientale*, aliud *Occidentale* emergere possit. De antiquis urbibus Strabonem. Lib. VII. Ptolemæum Lib. II. Pomponium Melam Lib. II. c. 3. Bochartum etiam quasdam à Pœnis conditas & appellatas numerat.

BU-

(a) Illyricum. (b) Duplex.

II. Divisa fuit olim in duas potissimum partes sive regiones; quarum *una* ab Arsia ad Titium amnem, qui nunc est *Cherca*, β *Liburnia* dicitur; inde *altera* ad Drilonem usque fluvium, sive Lissum opidum, quod nunc vulgò dicitur *Alessia*, γ *Dalmatia*. Fines Liburniæ & Dalmatiæ. Lissus seu Alessia op.

III. *Liburniæ* populorum clarissimi fuerunt δ Japydes. Opida per oram, ε Flanona, nunc *Fianona*; ζ Tarsatica, *Tersatz*; η Senia, *Zegna*; ϑ Lopsica, *Lopur*; ι Ortopula, *Starigard*; κ Argyruntum, *Pescha*; λ Ænona, *Nona*; μ Jadera, *Zara Vechia*; ν *Scordona* nomen retinet. Japydum opida. Flanona. Tarsatica. Senia. Lopsica. Ortopula.

IV. Dalmatiæ populi etiam fuêre varii. Opida in litore ξ *Sicum*, nunc *Sebenico*; ο Tragurium, nunc *Trau*; π Salona prope *Spalatum*; ϱ Narona, *Narenta*; σ Onæum, *Sabioncello*; τ Epidaurus, *Ragusi Vecchia*; υ Rizinum, *Risine*; φ Budua, *Budoa*; χ Olchinium, ante *Colchinium* dictum, nunc *Dolcigno*; Dalmatiæ opida.

BUNONIS.

β *Liburnia* [*a*] Histriæ contermina est;

γ Et *Dalmatia* Macedoniæ.

δ (a) *Japydes* sive *Japodes*, quorum opidum *Japyx* dictum est; Servio teste.

ε (b) *Flanona* sive *Flavona*; opidani sunt *Flanates*. Ab ea nomen habet *sinus Flanaticus* Stephano, *Polanicus* Melæ ab urbe *Pola*, & *Liburnicus* Orosio; hodie ob frequentia naufragia *Carnivorus* dicitur, vulgo *Quarnero* seu *Karnero*. Flanonæ ad Meridiem vicina est (c) *Albona*, Flacii [*b*] patria; olim *Aulona* seu *Alvona*.

ζ (d) *Tarsatica* sive *Tarsaticum*, inter Flavonam & Seniam ad Liburniæ litus est ad Oeneum fl.

η (e) *Senia*, Germanis *Zeng* dicta, ad oram maritimam in saxo præcipiti sita, munitissima est.

ϑ (f) *Lopsica* haud procul à Senia in eodem jacet litore. Opidani *Lopsi* dicuntur Plinio.

ι (g) *Ortopula* sive *Ortopola* inter Seniam & Vegiam sita erat, ejus vestigia ad Tedanium fl. conspiciuntur.

κ (h) *Argyruntum* ad idem litus, Petro Luccaro Ragusæo *Obrovazo* dicitur: at Moletio est *Novigrad*.

λ (i) *Ænona* sive *Enona* urbs episcopalis inter Seniam & Jaderam est ad oram maris.

μ (k) *Jadera* urbs archiepiscopalis, præ reliquis clara, adversus *finitimos* Turcas probè munita est: opidani Hirtio dicuntur *Jadertini*.

ν (l) *Scardona* [*c*] urbs ampla est, è regione Sici. A Ptolemæo collocatur è regione Jaderæ, forte ex una insula factæ sunt duæ; quarum una vulgo *Scarda* dicitur, altera *Molconsiglio*.

ξ (m) *Sicum* in finibus Liburniæ est ad mare [*d*]; quo Claudius misit Veteranos, teste Plinio.

ο (n) *Tragurium* hodie urbs exigua in scopulo [*e*] sita, & Buæ insulæ seu *Cicovo* ponte juncta: quam Veneti una cum Epidauro & Chio, anno C. 1169, occuparunt.

π (o) *Salona*, *Salonæ* sive *Salo* [*f*] inter Tragurium ad Occasum & Almissam ad Ortum; in inscriptionibus veteribus *Colonia Martia Julia Salona* dicitur. Diocletiani ibi fuit Palatium nobile. *Niger* ait hanc urbem periisse. Habuit Salona cives pugnaces, cujus rei specimen non fœminæ minùs, quàm viri, illustre dederunt bello Civili Cæsariano. Octavium enim obsidentem, miro astu ac dolo territum fugere compulerunt, nocturnâ irruptione castra ejus aggressi. Eandem Urbem *Asinius Pollio* aliquot annorum intervallo posteà cepit, & filium, qui circa id tempus ipsi natus erat, ab eâ *Salonium* appellavit. Hic est *Salonius*, qui natus statim risisse fertur. [*g*].

ϱ (p) *Narona* ad Naronem fluvium, qui Melæ *Nara* dicitur, à litore fermè 20 millia passuum recedit: quondam urbs clara & Dalmatiæ conventus: unde Varrone teste, 89 civitates jura petiêre; ac Plinii ætate populi duodecim: sed à Venetis, anno C. 987, subacta pristina dignitate excidit. Tantarum erat opum, ut Venetici sinus dominium sibi arrogaret *Sophiano vero Capo Cumano*.

σ (q) *Oneum* sive *Oeneum* inter Eperium & Epidaurum ad Artatum fl. in Peneltia regione, hodie *Sabionello* aut *Cideriſſo*.

τ (r) *Epidaurus* sive *Epidaurum* urbs Dalmatiæ maritima est [*b*]: Alia vero urbs fuit Epidaurus ad Argiæ oram in Peloponneso, Æsculapii patria. Prope hanc Dalmaticam jam olim à Gothis excisam condita scribitur (s) *Ragusa*, quæ hodie in litore illo celebris est.

υ (t) *Rizinum*, sive *Rhison* & *Rhizinium* ad sinum *Rhizonicum* est, in quem *Rhiso fl.* labitur. Volaterranus putat esse id opidum, quod hodie *Cataro* vocatur; quoniam sinus Rhizonicus hodie *le Golphe de Cataro* dicitur.

φ (u) *Budua*, *Butua* seu *Bulva* inter Ascrivium & Olchinium ad ejusdem maris oram est: ditionis Venetæ istis in locis ultima, à Turcis incendio vastata, nunc utcunque reparata.

χ (x) *Olchinium*, *Olcinium* sive *Ulcinium* est in eodem litore Butuæ vicinum.

HEKELII.

[*a*] Quam à *Liberno* quodam *Attico* sic dictam tradit *Stephanus*.

[*b*] Synergistæ istius famosissimi.

[*c*] *Villanovanus* ex *Blondo* colligit, *Scardonam* hodie *Malconsiglio* vocari, & *Jaderæ* Civitati imminere.

[*d*] *Adriaticum* sub *Venetorum* Imperio.

[*e*] Insulæ *Tragurii*, cujus marmor commendatur.

[*f*] Gallicè *Salon de Crau*.

[*g*] Qui risus omninò infelicitatis omen Parentibus, quòd infans iste perparùm ex *Servii* mente vixerit, dicitur fuisse.

[*b*] *Pausaniæ* & *Straboni*, quòd sit portuosa, *Limira* cognominata.

(a) Japydes. (b) Flanona. (c) Albona. (d) Tarsatica. (e) Senia. (f) Lopsica, (g) Ortopula. (h) Argyruntum. (i) Ænona. (k) Jadera. (l) Scardona. (m) Sicum. (n) Tragurium. (o) Salona. (p) Narona. (q) Onæum. (r) Epidaurus. (t) Ragusa. (t) Rizinum. (u) Budua. (x) Olchinium.

cigno; ♃ Lissus, *Alessia*. Intus ω Scodra, *Scutari*; α Dalminium sive Delminium, *Delminio*, unde Delmatiæ sive Dalmatiæ nomen.

BUNONIS.

♃ (a) *Lissus*, *Lissum* seu *Elissus*, ad Drilonis fl. ostium, hodie *Aleso* vulgò dicitur.

ω (b) *Scodra* Turcis *Scanderia*, id est, *Alexandria* dicitur, olim urbs nobilis, ad Labeatis lacum est, qui hodie *lago di Scutari*.

α (c) *Dalminium* inter Drinum fl. & Ardium montem erat; olim magna urbs, quam, dum Marcius incendit, gentem quasi capite amputato truncâsse Florus auctor est; hodiè *Denna*, *Damna*, melius *Delminio* vocatur.

(a) Lissus. (b) Scodra. (c) Dalminium.

CAP. V.

De incolis Illyrici, & nova ejus descriptione.

I.

Illyrici cultores.

ILlyriorum *gens fera* fuit, atrox, & latrociniis piraticâque infamis. Edomita à Romanis ea pars quæ *Liburnia* dicitur, anno ab urbe condita Ɔxxv, annis decem ante secundum bellum Punicum; *Dalmatia* sub Augusto Imperatore. Stetit inde sub urbis Romæ imperio, donec Gothi eam vastarent. Post hos *Sclavonii*, à Mœoti palude profecti, occupârunt. In quos deinde *Hungari* imperium habuêre: ac novissimè *Turcæ*, oppressis Hungaris, interiora sibi vendicarunt; *Venetis* in hunc usque diem maritimam oram obtinentibus, exceptis duabus civitatibus, *Scardona*, quæ Turcici juris, & *Raguſi*, quæ sui juris. 1

II. Regio ipsa, quæ olim in duas partes, Liburniam ac Dalmatiam, divisa, nunc uno nomine *Dalmatia* appellatur, eademque pars Sclavoniæ. At quæ quondam α Liburniâ, ea nunc *Comitatus Jadera*, vulgo *Contado di Zara*, nuncupatur. In hoc urbes nunc claræ; β *Segna*, γ *Nona*, δ *Zara*: hæc haud exigui momenti; nec ultimi splendoris civitas. ε *Sebenicum* satis amœna urbs, at parum culta, ob vexationes vicinorum Turcarum, qui Scardonam tenent (1). ζ *Raguſa*, haud magna urbs cum arce, sui quidem juris est, at stipendium pendit

Dalmatia.
Comitatus Jadera.
Segna.
Nona.
Zara.
Sebenicum.
Raguſa.

(1) *Regimine Aristocratico gaudet. Dux illorum singulis mensibus eligitur, & magistratus alii per semestrem. Nobiles non audent alias pernoctare inconsulto senatu: ad solis ortum & occasum, aperiuntur & Clauduntur portæ & viatores nocte in Cubiculis reserantur.*

BUNONIS.

α *Liburnia* illa *antiqua* [a] hodie in duas dividitur partes, quarum una (a) *Morlacha*, altera (b) *Banadego* vulgo dicitur.

β In hâc sunt (c) *Jadera*, nunc *Zara*,

γ Et (d) *Nona*.

δ *Zara* Comitatus caput, quem Veneti ab Hungarorum Rege emerunt anno 1409. Urbs illa hodie Dalmatiæ habetur metropolis; undique mari cincta ponte jungitur continenti; ac arce munitissimâ defenditur. Ab ista urbe haud procul abest locus dictus *Zara Vecchia*, ubi antiquæ *Jaderæ* rudera visuntur. *Nona* sive *Ænona* urbs natura ac arte munita; undique mari cingitur, nisi quum siccior æstas est. In illa *Senia* seu *Segna* hodie *Zeng* cum insulis adjacentibus. Segnæ ager a Turcis misere vexatur.

ε *Sebenico* seu *Sicum* ad sinum cognominem est: ei imminet mons S. Johannis & arx in eo satis firma.

ζ (e) *Raguſa* prope Epidaurum à Gothis olim excisa, Turcis *Drobonika* dicitur; emporium frequens est, ex quo Dalmatia bello fatigata. Opidani, quod Turcarum Imperatori tributum pendunt, longe lateque merces exportant ac important. Urbs illa S. Laurentii arce munitur; ac si in vicino scopulo Venetorum *Cbiroma* arx quoque conderetur, esset invicta ac inexpugnabilis.

HEKELII.

[a] Quam hodie plurimi *Croatiam* esse dicunt.

REISKII.

1 Illyrici veteres & ipsi suis nationibus distincti, apud Ptolemæum & Plinium produntur: Inter illas Embiliæ comparent, quibus proximi cum Pœni confederant, teste Stephano, (f) urbem Butuen condiderunt בטוחא *Betua* nomine Phœnicio quasi *tutam securamque* dixerint: Primos autem incolas חקלין *Akelin*, i. e. agrestes ex feris moribus appel-

(a) Morlacha. (b) Banadego. (c) Jadera seu Zara. (d) Nona. (e) Raguſa. (f) Butue urbs.

Urbs hæc Terræ motu, An. 1667, pene deleta, nunc restaurata, ampla, nitida, Ædificiis magnificis ornata, & optime munita.




Tab. 26
ILLYRI PARS
DACIÆ PARS
THRACIÆ PARS
Bitalia
Albania
Almopia
MACEDONIA
GONIA
TAVLANTIA
Thyrrus hod. Cordea
LYNCESTIS
EMATHIA
Pieria
Comeno litari
Pelasgia
Chaonia
Cassiopæa
Perrhæbia
THESSALIA
Ithe
Iprotia
Dolopia
Phæa
Corcyra Corfu Ins
IONIUM PELAGUS
Acarnania
Leucadia Ins
ACHAIA
ACHAIA PROPRIA
Corinthiacus Sinus
de Lepanto
Ithaca Ins.
Cefalonia
Zacynthus
PELOPONNESUS
ARCADIA
Argolicus Sinus
Laconicus Sinus
Strophades Ins
Prote I.
HELLAS
seu
GRÆCIA
VNIVERSA
Tænarium Prom.
Malea prom.
Cythera Ins.
Stæmonicus Sinus
n Golfo di Contessa
Thessalonica
h Salonichy
Chalcidia
Tamboli
AXIA
Thermaicus Sinus
Gremium terrarum
Lemnos
Stalimene
Troas
MARE ÆGÆUM
Mytilene
Metellino
Chius
Hodie
Eubœa
Maeris
Abantias
Bœotia
Negroponte
Icarium Mare
Athenæ
Megaris
Cyclades Insulæ
Naxos hod. Nicsia
Paros
Myrtoum Mare
Sporades Ins
Ionia
Smyrna
Ephesus
Meander fl.
Samos
Icaria
Mycone
Delos
Scyros
Andros
Strongyle
Amorgus
Calidnæ Ins.
Triopium Mare
Nisyris
Astypalæa
Anaphe
Thera
Carpathium Mare
Carpathos
Creta
CANDIA
Cydonès
Zephyrium prom.
Zephyre
Cabo Salamoni
Samoni prom
Pulcher portus
Alba In.
Corycum pr.
Phalasarna
Cisamus
Lissus
Electras fl.
Cladus
Crumetopa prom.
Arietis prom.
Malea prom.
Cythera Ins.
Laconicus Sinus
Argolicus Sinus
Corinthiacus Sinus
Ithaca Ins.
Leucadia Ins
Zacynthus
Strophades Ins
Prote I.
Tænarium Prom.
Stæmonicus Sinus
Thermaicus Sinus
Gremium terrarum
Lemnos
Troas
Mytilene
Chius
Hodie
Eubœa
Bœotia
Negroponte
Icarium Mare
Athenæ
Cyclades Insulæ
Myrtoum Mare
Sporades Ins
Ionia
Smyrna
Samos
Icaria
Mycone
Delos
Scyros
Andros
Strongyle
Amorgus
Calidnæ Ins.
Triopium Mare
Nisyris
Astypalæa
Anaphe
Thera
Carpathium Mare

pendit Turcæ: Emporium alioquin, ab hoc latere maris Adriatici, Turcicis mercibus celeberrimum. *n Scutari* quoque, Turcicum opidum, Emporium eſt haud ignobile. Scutari.

pellatos voluit Bochartus, voceque hinc apud Græcos corrupta Enchileos: Ut fluvios, montes, urbeſq; alias, & vicinas Inſulas à Phœnicibus denominatas nunc tranſeam. (a) Nec itaque Pœni auctore noſtro hujus regionis incolæ omittendi fuerant, nec Galli, quos duce Bulgio huc ſedem, Olympiade 124, fixiſſe, Polybius, Juſtinus, Pauſanias commemorant. Romani poſtea victores Illyrico Teutæque hujus reginæ bellum, A. V. C. DXXIV, primum conflarunt; Ultimum A. V. C. DLXXXVII, Gentio rege capto, & in triumphum penitus abducto. (b) Illyricum itaque Romanis Impp. & horum præfecto prætorio ſubjectum, denique Germanis & Sclavis ſubfuit, regni Dalmatici auctoribus: Poſtremo Hungaris, ex A. 1080, cum Zelimirus regum ultimus mortique proximus Ladiſlao Dalmatiam legâſſet. Vid. Bonfinius Dec. 11. Lib. 4. (c) Hinc adhuc hodieque regibus Hungaricis pars Dalmatiæ ac urbes S. Viti Zengaque ſubſunt; pars altera cum urbibus maritimis Jadera ſeu Zara, proxima Morlachorum regiuncula, Zebenico Spalato *Venetæ Reip.* paret; Item Cliſſa mediterranea per pacem, A. 1669, cum inſigni 50 milliarium territorio à Turcis conceſſa: *pars tertia* Turcico adhuc jugo ſubjecta Venetis aut incurſionibus per bellum decennale proximum, aut oppugnationibus infeſtatur. (d) Raguſa urbs clara Reſp. libera, ex motu terræ vehementiſſimo, quem A. 1667, ſuſtinuit, eluctata ſeſe in *clientelam* Cæſaris Aug. & regis Hungarici, Joſepho denuò, A. 1687, dedit ex veteri, quo regibus Hungaricis tenebatur, titulo, ſed nexu tributi Turcico non minus adhuc obſtringitur. Vide hujus deſcriptionem accuratiſſimam in Lib. Status Turcici anonymo. Lib. I. c. 4.

BUNONIS.

n (e) *Scutari* [b], olim *Scodra*, Venetis eripuit Mahumedes Turcicus altero abhinc ſeculo [c]. Cæterùm (f) *Spalatum*, vulgo *Spalatro*, ad idem litus eſt prope Salonam; Archiepiſcopatu gaudens, quem nuper nobilitavit *Marcus Antonius de Dominis*. In Dalmatia Turcica quoque eſt (g) *Cliſſa* arx firmiſſima, Turcarum excurſionibus nobilis. E regione iſtius litoris eſt (h) *Pharia* inſula, & (i) *Corcyra nigra*, itemque *Melita* ſive *Melitena*. (k) *Dalmatia* aërem habet temperatum ac purum; unde plerique ejus incolæ longævi fiunt: ſolum habet admodum fertile: oves bis in anno pariunt. Piſcibus ora maritima eſt referta: & montana loca feris; oleis, vitibus, ſegete abundat. Inde mel, cera, plumbum, vellera & oleum exportantur. (l) *Dalmatæ* plerique ſunt proceri, expediti, bellicoſi. Carminibus celebrant eos, qui contra Turcas fortiter pugnando ceciderunt. Plerique profitentur literas: qui tamen montana incolunt loca, priſtinam barbariem nondum videntur exuiſſe; in his viri pariter ac fœminæ uno eodemque utuntur genere veſtitus; neque eo diſtinguuntur. (m) *Raguſini* lucro inhiantes longe lateque exercent mercaturam. Erga peregrinos ſunt humani ac faciles. Singulis menſibus eligunt Ducem, quem *Rectorem* vocant, cui adſunt 100 Senatores. *S. Laurentii* caſtro quotidie novus imponitur gubernator. Suntque Raguſini fere omnium Monarcharum clientes: Turcarum Imperatori tributum pendunt, ſingulis annis 20 millia Sultanorum; alii tamen 10 aut 15 millia illos ſolvere tradunt [d]. In Turcicis ditionibus nulla ſolvunt portoria. A Turcis Raguſini impenſe diliguntur ob commoda, quæ ab iis percipiunt.

HEKELII.

[b] Vel vulgò *Scutari*.

[c] Hæc Civitas, XIIX Milliar. à Mari quippe abſens, eſt in arduò ac præcipiti Saxò ædificata, & Lacui ad Orientem imminet, qui centum & triginta Milliar. in ambitu patet, ac undique Montibus, præterquam ad Septentrionem, ambitur, à quâ Parte duos in ſe recipit Amnes. Territorium verò, quod eſt inter hunc *Scutari* Lacum, & Mare, vulgo vocatur *Craina*, i. e. Regio Saxis ac Montibus impedita.

[d] *Maginus* dicit, *Raguſinos Turcæ* pendere tributum ſingulis annis XIV millium Aureorum.

(a) Phœnices incolæ Gallique. (b) Illyricum captum. (c) Dalmatia Regibus Hungaricis, Venetæ Reipubl. Turcis ſubeſt. (d) Raguſa. (e) Scutari. (f) Spalatum. (g) Cliſſa. (h) Pharia. (i) Corcyra nigra & Melita inſula. (k) Dalmatiæ fertilitas. (l) Dalmatarum mores. (m) Raguſinorum mores.

CAP. VI.

De Græcia, & ſumma ejus diviſione.

I.

ILlyrico conjuncta eſt *Græcia*, antequam Orbis imperio Romani potirentur, terrarum omnium dictis factiſque celeberrima. Hinc quippe omnis literarum claritas primum effulſit: hinc frequentes coloniæ ad illuſtrandum totum terræ Orbem in diverſas regiones exiverunt. Nunc tota à Turcis devaſtata, in exiguis ruderibus deſerta & ipſa barbarie magis barbara jacet. Dicta eſt terra Græciæ fortuna.

Græcia à Rege *Græco*: eadem ab alio Rege *Hellene*, *Hellas*, & incolæ *Hellenes*. I

Græciæ nomen. II. At nomen Græciæ diverſe accipitur. Primum enim Græciæ nomine dictæ fuerunt binæ terræ, quæ poſtea ſeparatim altera *Theſſalia*, altera *Græcia*, ſive *Hellas proprie dicta*. Dein Græciæ titulo acceſſit *Peloponneſus*; mox item *Epirus*, ſimulque *Macedonia* tota; denique *Creta* inſula, & quicquid inſularum Græciæ adjacet. Quin etiam in *Italiam* & *Siciliam*, ut ſuprà dictum eſt, Græcum nomen uſquequaque tranſiit, ubi *Græcia magna*: & item in Aſiam; ubi *Græcia Aſiatica*. Sed de hac in ipſa Aſia; nunc Europæ primum terræ explicandæ ſunt.

Græciæ fines. III. Totum igitur hoc, quod ſub uno Græciæ nomine computavimus, terminis includitur, *ab Ortu* Ægæo mari: à *Meridie* Cretico: ab *Occaſu* Jonio: à *Septemtrione* Scardicis jugis ab Illyriis ac Mœſis ſeparatur, Strymoneque amne à Thracibus. Et Magnitudo. *Longitudo* ejus eſt, à Tænario Peloponneſi promontorio per Iſthmum ad Strymonis fontes, mill. German. C. *Latitudo* maxima ab Sunio promontorio per Græciam propriè dictam & Epirum, Acroceraunium uſque promontorium, milliar. German LXXX.

Partes Græciæ. IV. Partes ſive regiones, in quas univerſa Græcia potiſſimùm dividitur, ſunt iſtæ: *Epirus*, *Peloponneſus*, *Græcia proprie dicta*, *Theſſalia*, & *Macedonia*. Quanquam *Acarnaniam* quæ ſub Epiro, & *Ætoliam* quæ ſub Græcia, nonnulli veterum Geographorum ſeparatim cenſeant.

Græciæ in Macedoniam & Achajam diviſio. V. At Romani univerſam Græciam in duas provincias diviſerunt; *Macedoniam*, ſub qua ipſa Macedonia, Epirus & Theſſalia; & *Achajam*, ſub qua *Græcia* propriè dicta, Peloponneſus, & Inſulæ circumjacentes.

CAP.

REISKII.

1 (a) Origines Græcorum *alias ſacra*, & *alias domeſtica hiſtoria* præbet: Sacra Japhetum Noachi filium, qui primus gentium Græcarum conditor apud Phœnices aut Ægyptios ipſis Græcis innotuit, variato paulum nomine Ἰαπετὸς aut mutato. Hunc Theologia fabuloſa pro Neptuno ſubſtituit, veluti Janum pro Jove, Semumque pro Plutone admiſerat. Ita Lactantius Euſebiuſque non ſine Scriptorum recentiorum ſuffragio. Bochartus etiam in Phaleg, Lib. I. c. 1. demonſtrat, quàm nomina Græcum & Latinum Japheto congruant, ſi Ποσειδῶνα ex voce Phœnicia פשיטן *Peſitan*, quæ latum ſignificat; Neptunum ex Hebraico נפתח *Nipbta*, i. e. dilatatione deduxeris. Quem gentes ſingulæ ortum à filiis Japheti & nepotibus ſumſerint, hoc diſtinctius explicari à nemine poteſt, cum hiſtorica monumenta deficiant. Sin domeſticam hiſtoriam conſulamus, ea poëticis figmentis obruta examinari paulo accuratius debet, veritaſque à commentis vaniſſimis ſeparari. Ergo idonei auctores Diodorus Siculus, Apollodorus, Conon, Pauſanias, genus omne Græcum ab Hellene Deucalionis filio propagatum in tria faſtigia diſpeſcunt, Æolicum puta, Doricum, Ionicum. (b) Namque Hellen, à quo Ἕλληνες dicti, rex Theſſaliæ tres filios procreavit, Æolum, Dorum, & Xuthum. Ab Æolo ortum Æoles nomenque, à Doro Dores, à Xutho Iones duxiſſe feruntur. Idque geſtum, ſi Petavio credas, in A. Per. Jul. 3385, ante Chriſtum 1529, & tertium ab Ægyptiaca profectione incidit. Vid. Ration. Lib. I. part. I. c. 7. Hellen igitur apud Romanos Græcus, neque hic ab alio rex fuit. Has Græcia vetus & aliquando cultiſſima origines præbet: Hodierna eas plane poſthabet, nec tamen ipſa barbarie magis barbara jacet (ſic Cluverius noſter inquit) Multa enim priſtini cultus documenta paſſim adhuc ſupereſſe videas; multa etiam ex hoc ævo non Chriſtianæ ſolum religionis, ſed doctrinæ uſu & conſuetudine cum Italis ornamenta in dies accedere. Vid. Cruſius in Turco-Græcia & Chriſtoph. Angdi de ſtatu hod. Græc.

BU-

(a) Origines Græcorum duplices. (b) Ab Hellene, Æolo, Doro, Xutho.


GRÆCIA
ANTIQUA.
Sophiani.
A. Moll Sculp.
PONTUS EUXINUS.
DACIAE PARS.
MYSIA INFERIOR.
MYSIA SUPERIOR.
THRACIA
ILLYRICUM
DALMATIAE
ADRIATICUM MARE.
ITALIAE PARS
AEGAEUM PELAGUS.
ASIA PROPRIA
PONTUS et BITHINIA.
PROPONTIS
CAPPADOCIA
PAPHLAGONIA
GALATIAE PARS
PELOPONNESUS
IONIUM MARE.
CRETA
Lycium Mare.
Pamphylium Mare.
Carpathium Mare.
Icarium Pelagus
Corcyra
Cephalonia
Zacynthus
Argolicus Sinus.
Messeniacus Sinus.
Laconicus Sinus.
Corinthius Sinus.
Strymonicus Sinus.
Singiticus Sinus.
Thermaicus Sinus.
Lemnos
Mariandeni
Chalcedonii
Bithynii
Bogdomanis
Olympeni
Mysia Major
Phrygia Major
Lydia
Caria
Lycia
Pamphylia
Carbalia Pars
Phylacesii
Hierapolitae
Chios
Rhodius
Carpathi
Athenae
Corinthus
Thebae
Phocis
Attica
Achaia Propria
Arcadia
Elis
Messenia
Laconia
Thessalia
Epirus
Macedonia
Thracia
Dardania
Edonis
Pirustae
Orbelia
Almopes
Pelagonia
Ciagisi
Saldensii
Dassaretii
Taulantii
Ducleatae
Sardeates
Narentii
Daorsii
Vardaei
Dexerii
Ceraunii
Tricorii
Picentii
Mariandeni
Paphlagonia
Tectosagae
Tolistobogii
Byzeni
Milyas
Pisidia
Lycaonia
Cilicia
Cauconei
Reg. Zygianae
Olympeni
Cydissi
Troas
Aeolis
Ionia
Doris
Rhodius
Lycium Mare
Pamphylium Mare
Carpathium Mare
Creticus Sinus
Messeniacus Sinus
Laconicus Sinus
Argolicus Sinus
Corinthius Sinus
Strymonicus Sinus
Singiticus Sinus
Thermaicus Sinus
Italiae Pars
Illyricum Mare
Ionium Mare
Milliaria Anglicana



MACEDONIÆ PARS

ÆSTIOTIS
Ctemene
Gomphi
ORESTIS
Tricca
Chyretiæ
Metropolis
Pindus Mons
Sostenis
THESSALIÆ PARS
Hypate
Homilæ
Phalachthia
Amphilochia
Pindus Mons
Sperchius fl.
DRYOPUM regio nunc ALDRADINA
CASSIOPÆI
Cassiopes
Tanning
Arachthus fl.
Argos Amphilochium n Anfiloca
Ambracia
Larta
Ambrachia
Achelous fl.
Erineus
Cephisus fl.
Borum
Acheron
Eleus n Docna
Cassiope
VAIELITIA
Buthrotum n Butrinto
Thyamis fl.
Acherusia Palus
Dolopes
Cocytus fl.
Anactorius Ambracius Sinus n Golfo di Larta
ACARNA
Chalcis
Cassiopes Portus h. Cassepe
Buthroticus Sinus
Spilea
Bassia
Pelodes Portus
Alcinoi Portus
Cichyrus
Almene
Elatria
Torono n Perga
Sybota
Thyamis prom.
Stratos
Nicopolis
Arachtus
Olenus
Dardanello
Actium n. Figalo
Astacus
ÆTOLIA
Amphisse
Acarnanum
Pleurone
Calydon
Naupactus n Lepanto
Leucas n Nicolo
Peschera
Acyloa
Molycreria
Chersonesus
Anthirrhium Promont.
Dulichium
Ithaca
Echinades Insu.
Aetus
LENI
A
Nunc CEFALOGNA
Agatæ Thoæ Insulæ
Rhium Prom.
Netium prom.
Lotos quæ et Lotoea
Zacynthus h. Zante
Zante olim Zacynthus
Patre
Olenus
PELOPONESI PARS
Orycum
Antigonea n Aoo castro
Celydnus fl.
CANINA
Elyma ol Canina
Olim
MOLOSSIA nunc PANDOSIA
CHAONIA
Panormus Portus
Chimera
Phoenice
Dodona
Omphalium
Pandosia
Anchesmus Portus
THESPROTII
Hecatompedum nunc
Aroceraunii montes
Corcyra Urbs h. Corfu
CORCYRA SCHERIA et PHÆACIA nunc CORFU
Lycimma prom.
Amphipagus prom.
Ogygia Calypsus Insula
Sybotæ tres Insulæ
Ericusa h. Paxu
Antipaxus Insula
Paxaduæ
Ericusæ Insu.
IONIUM MARE
SAMOS
Cephalonia
Cephalonia
Ulixes
Aenus Mons
Ithaca
Nunc CEFALOGNA
Netium prom.
Lotos quæ et Lotoea
Zacynthus h. Zante
Zante olim Zacynthus
Patre
Olenus
PELOPONESI PARS

EPIRUS hodie CANINA cum Maris Ionii Insulis Corcyra seu Corfu Cephalenia seu Cefalogna &c.

CAP. VII.

De Epiro & Peloponneſo.

I.

α *EPirus*, quæ nunc *Canina* [a] dicitur, ſeparatur à Macedonibus Celidno amne, & Pindo monte; ab Græcis Acheloo flumine. Populi clari fuêre β *Moloſſi*, quorum opidum γ *Dodone*, apud quos *Jovis Dodonæi* templum oraculo illuſtre; δ *Dryopes*; *Chaones*, quorum regio ε *Chaonia*; opida, ζ *Oricum*, η *Antigonia*, ϑ *Panormus*, ι *Elæus*; κ *Theſprotii*, quorum λ *Buthrotum*, Pyr- Epiri termini, Populi & opida.

BUNONIS.

α (a) *Epirum* [b] in tertio Europæ ſinu ponit Plinius; & addit; *Omnis Græciæ fabuloſitas, ſicut literarum claritas, ex hoc primum ſinu effulſit.* Incipit autem Epirus à Celidno flumine; & deſinit in *Acheloo* flumine, qui ab Achaja eam ſeparat: *Ionium mare* ad Meridiem; *Macedoniæ* partem & *Pindum* montem ad Septemtriones habens. [c]

β (b) *Moloſſorum* regio olim *Moloſſia* [d], nunc (c) *Pandoſia* dicitur, ab urbe *Pandoſia*. Apud Moloſſos [e], *canes* ſunt *venatici* generoſiſſimi, qui *Moloſſi* vocantur. Cæterum [f] ſunt quoque *Moloſſi*, Theſſaliæ populi.

γ (d) *Dodona* urbs à *Dodone* flumine & fonte dicta, ubi ingens ſilva; & præter templum Jovis fons Jovis Dodonæi, faces extinctas accendens, & accenſas exſtinguens. (e) *Æs* Dodonæum in proverbium [g] abiit, pro valde ſonoro, & homine importunæ loquacitatis, à pelvi ærea Dodonæ in columna ſublimi, quam flagellum in manu pueri in altera columna huic proxima vento agitatum ſæpius percutiebat, fiebatque tinnitus importunus. Columbæ quoque nigræ ex arboribus reſponſa ibidem dediſſe conſulentibus ſcribuntur. Oraculum tamen iſtud Homero & Heſiodo cognitum, ſuo ævo deſiiſſe teſtatur Strabo. [h]

δ (f) *Dryopum* regio hodie *Aldradina* dicitur.

ε (g) *Chaonia* nunc vulgo *Canina* ab urbe primaria, in qua præfectus moratur, incolis dicta [i]. *Silva Chaonia* columbis abundabat. [k]

ζ *Oricum* in Epiri litore fuit, à Colchis conditum; quod Cæſar præter exſpectationem Pompeji occupavit. Inde initium erat Epeiri.

η Prope Oricum in mediterraneis fuit (h) *Antigonia*, ab Antigono condita, hodie *Argiro caſtro* dicta.

ϑ (i) *Panormus*, nunc *Panormo*; inter Acroceraunia & oſtium Acherontis ſi portus eſt. [l]

ι (k) *Elæus* opidum, hodie *Docna*, à litore remotum, Hecatompedo finitimum eſt.

κ (l) *Theſprotia* ſive *Theſprotis*, hodie *Vajelitia* dicta, ad oram maritimam eſt, contra Corcyram inſulam.

λ (m) *Buthrotum* ſive *Buthrotus* nunc *Butrinto*, ad litus maris eſt è regione Corcyræ inſulæ, à qua XII millia paſſuum abeſt. Hic quod luculentas poſſeſſiones Epiroticas haberet *Cicero*, frequens ibi vivere ſolebat. Ex civili bello Pompejano quoque nota urbs. Ad eandem appulit *Æneas* Virgilianus. [m]

HEKELII.

[a] Sive *Jannina* recentioribus.

[b] Incolis *Arbonar*; *Turcis* v. *Arnantleri*.

[c] *Maginus*, *Schroterus* & alii dicunt, EPIRUM terminari ab Ortu *Acheloo* Fluv. à Meridie *Adriatico Mari*; ab Occidente pulſari *Mari Jonio* uſque ad *Celydnum* Amnem; à Septentrione vero *Macedoniam* habere.

[d] A *Moloſſo*, *Pyrrhi* & *Andromaches* Filio ſic nominata.

[e] Quorum Regnum principem à diluvio *Phaëthontem* (ὃς ἐπὶ κατακλυσμοῦ φαέθοντα βασιλεῦσαι πρῶτον) tenuiſſe *Plutarchus* ſcribit in Pyrrho p. 383, num. B. Tom. I. Oper.

[f] *Athenæo* & *Victorino Grammatico*.

[g] Teſte *Eraſmo* Chil. I. Cent. I. *Adag.* VII, & ex eo *Manutius* in *Adag.* p. 29.

[h] Lib. VII. *Geograph.* p. 600.

[i] Unde a. hæc Regio dicatur, tradit *Virgilius* Lib. III. Æn. v. 334.

[k] Quarum mentionem fecit idem *Virgilius* Ecl. IX. v. 13. Dicit & Glandem *Chaoniam* Lib. III. *Æneid.* v. 333. Portum *Chaonium*, ibid. v. 291, ſeq.

[l] Vid. *Strabo* Lib. VII. *Geogr.* p. 593.

[m] Sicuti apparet ex ipſo *Virgilio* Lib. III. *Æn.* v. 292.

REISKII.

I Epirus, Gr. Ἤπειρος, aut generaliter omnem terram continentem, aut ſpecialiter hanc regionem Romanis ex bello Pyrrhi primo cognitam ſignificat: Hæc vero & ipſa duplex habetur: altera vetus, altera nova; Epirum veterem vocamus Pyrrhis Æacidiſque ſubditam, & octo gentes præcipuas complexam. (n) Epirus nova quondam Illyris Græciæ dicta, neque trans fluvium Acheloum procurrens, poſthac Albania & hæc quidem ab excelſis montibus appellata, quos galli veteres huc delati alpes ſua linguæ nominaverant. Ita Jacobus Palmerius Græciæ antiq. Lib. I. c. 14. docet, additque caput Epidamnum eſſe, vel Dyrrachium, Italis Durazzo.

(o) Peloponeſus Pelopidas, quibus & nomen debuit, reges, è ſanguine Pelopis (p) ortos perdiu Mycænis tulit, ut duo Græcorum genera, Doricum & Æolicum, quæ huc per colonias conceſſerant, Doricum, Æolicumque quieto imperio gauderent. Sin Bochartum audies, primo ſingulas, ex nepotibus Japheti & horum uno quidem אֱלִישָׁה (q) *Eliſah* huc

(a) Epiri fines. (b) Moloſſi. (c) Pandoſia. (d) Dodona. (e) Æs Dodonæum. (f) Dryopes. (g) Chaonia. (h) Antigonia. (i) Panormus. (k) Elæus. (l) Theſprotia. (m) Buthrotum. (n) Epirus nova vetuſque. (o) Peloponeſus. (p) A Pelope. (q) Ab Eliſah.

Pyrrhi regia; μ *Caſſiopæi*, quorum ν *Caſſiope*; regio ξ *Almene*, opidum ο *Nicopolis*; π *Amphilochi*, opidum ρ *Argos*, cognomine *Amphilochicum*; σ *Aoarnanes*, regio *Acarnania*, opidum τ *Ambracia*, Æacidarum regia: unde *Ambracius* ſinus, quo nihil in Epiro nobilius: υ *Actium*, φ *Leucas*, χ *Stratos*.

Peloponneſi fines.

II. *Peloponneſus* à ⚶ *Pelope*. Rege dicta, quæ nunc *Morea*, haud ulli terrarum quondam nobilitate poſtferenda, quaſi *peninſula* inter duo maria *Ægæum* & *Ionium* extenditur; ω ob ſinus & promontoria, queis ut fibris litora ejus inciſa ſunt, ſimul quod tenui tramite in latus effunditur, *platani folio* ſimillima. III. Par-

huc in hanc terram penetraſſe credideris. Bellum vero quod exarſit, Peloponneſiacum inter cuncta Græciæ regna & reſpubl. Athenienſes maxime ac Peloponneſios quam atrociter efferbuerit, quamque componi non potuerit niſi Athenis funditus exciſis, Xenophon, Plutarchus, Pauſanias aliique memorant. Hodie Morea ex mororum, quas profert uberrimas, multitudine vocatur, & Turcis, Italis, Græcis, Judæis, etiam habitatur. Quondam vero reſp. Veneta ibi rerum potita, imperium hoc bello præſente Turcico vetus denuo ſibi vendicavit. (a) Namque, A. 1683, claſſe inſtructiſſima & numeroſis copiis valens Preveſſam, poſtea Coronem, profligato Sciraskiero Turcico, amplius utrumque Noverimum, A. 1685, Modonam & Neapolin di Romania, A. 1686, cepit. Tota ſic domita Peloponneſus, totque munitiſſimis ſubactis urbibus reſpubl. triumphum, A. 1687, ſolennem egit: Antea quippe jamdudum S. Maura Turcis erepta Inſula in ditionem Venetorum venerat.

BUNONIS.

μ (b) *Caſſiopæorum* regio *Caſſiopæa* intus in mediterraneis eſt.

ν (c) *Caſſiope* nomen antiquum retinet, in montanis jacens: Alia vero ad mare hodie dicitur *Joannia*.

ξ (d) *Almene* Theſprotiæ vicina ad mare pertingit.

ο (e) *Nicopolis* [n] ad ſinus Ambracii, qui vulgo *Golfo di Larta*, fauces ſtructa erat, in litore occidentali: in oppoſito vero erat Actium. Nicopolis hæc ab Auguſto Imperatore condita, & ab ipſius victoria, de Antonio & Cleopatra [o] partâ, ita dicta eſt: Plutarchus in Antonio nomen ei impoſitum ait à *Nicone Aſino*, cui ruſticus inſidens Auguſto ante pugnam obviam venerit. In urbe hac [p] Græcam Bibliorum verſionem inventam tradunt, quam *Origenes* in Hexapla ſua contulit.

π (f) *Amphilochorum* regio *Amphilochia*, intus in mediterraneis eſt.

ρ (g) *Argos Amphilochium* inter Ambraciam & Caſſiopen jacens, etiam nunc *Amfiloca* incolis dicitur.

σ (h) *Acarnanes*, mollitie & laſcivia olim notati, cum Ætolis vicinis aſſiduas ferme exercebant rixas.

τ (i) *Ambracia* ad receſſum ſinus Ambracii à Nicopoli & Actio urbibus 25 millibus paſſuum diſtans, vulgo nunc etiam *Ambracia* [q] dicitur, olim ampla & potens: at Macedonum & Romanorum bellis deinde labefactata, & everſa. [r]

υ (k) *Actium*, nunc vulgo *Figalo*, ad Ambracii ſinus fauces in litore orientali eſt. Straboni [ſ] *Actium Acarnanum*, ubi Apollinis templum ab Argonautis conditum. Ad promontorium *Actium* pugna illa navalis inter *Octavium* & *Antonium* commiſſa eſt; quâ Octavius victor Romanum deinceps Imperium ſolus obtinuit, & nomen *Auguſti*. Promontorium iſtud hodie vulgo *Capo Figalo* vocatur.

φ (l) *Leucas* opidum vulgo ad promontorium quod vulgo *C. S. Nicolo*: contra quod (m) *Leucadia* inſula, quæ hodie *Santa Maura* vulgo dicitur; in qua aliud opidum *Leucas*. Iſthmo à Corinthiis perfoſſo inſula evaſit, quæ erat Cherſoneſus. Sæpe tamen arenarum vi continenti reddita eſt: ſæpe etiam indigenarum opera revulſa. Eſt vero inſula illa continenti adeo vicina, uti eidem videatur juncta.

χ (n) *Stratos* & *Stratus* hodie *Strato* urbs Epiri maxima, & Acarnaniæ caput, cum ſtaret, apud ſinum Ambracium fuit inter Anactorium & Halyzeam ad Acheloum fl.

⚶ Hæc regio à *Pelope*, Tantali regis Phrygiæ filio, id nominis obtinuiſſe ſcribitur: qui victo curuli certamine *OEnomao*, Elidis Rege, Regno ipſius, & filiæ *Hippodamiæ* nuptiis potitus, adeoque, ut videtur, tota hac peninſula, ei nomen de ſuo nomine impoſuit.

ω (o) *Peloponneſus* [t] undique mari cingitur, exceptâ illâ parte, quâ continenti adhæret. (p) *Iſthmum* IV aut V paſſuum millia patere auctores teſtantur. Columna ibidem erat poſita ab Ionibus, in cujus parte verſus Atticam ſcriptum erat; τάδε ἔχι Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία: Et in altera verſus Corinthum; τάδε ἐστὶν ἡ Πελοπόννησος, ἀκ' Ἰωνία. Quinto quovis anno hic celebrabantur ludi in honorem Neptuni. Iſthmum hunc diverſis temporibus effodere conati ſunt *Demetrius*, *Julius Cæſar*, *Caligula*, *Nero*: ac denique *Herodes Atticus*, privatus homo. Murus ductus à Lechæo ad Cenchreas poſt cæſum ad Thermopylas Leonidam; ac poſtea ab Athenienſibus. Sex in Peninſula iſta numerantur Sinus præcipui. (q) *Criſſæus* ſive *Corinthiacus*, hodie *Golfo di Lepanto*: *Saronicus*, à portu *Saronico* ad Iſthmum ita dictus, qui & *Salaminius* à Salamine inſula, hodie *Golfo di Engia*; *Argolicus*, nunc *Golfo di Napoli*; *Laconicus* vulgo Italis *Golfo di Colochina*; *Meſſeniacus*, nunc vulgo *Golfo di Coron*; & *Cypariſſius*, qui vulgo nunc *Golfo di Larcadia*.

HEKELII.

[n] Olim quippe egregia Urbs, & Incolarum multitudine abundans.

[o] *Ægypti* Reginâ.

[p] Quam *Preveſa* hodiè mappæ *nuncupant*.

[q] Et apud *Ptolemæum Larta*.

[r] Prius dicta eſt *Eponia* & *Paralia*.

[ſ] Lib. x. Geogr. p. 17. Tom. II.

[t] S. *Peloponneſus*, olim *Apia* & *Pelaſgia* appellata.

BU-

(a) Nunc ab Venetis ſubacta. (b) Caſſiopæi. (c) Caſſiope. (d) Almene. (e) Nicopolis. (f) Amphilochia (g) Argos Amphilochium. (h) Acarnanes. (i) Ambracia. (k) Actium. (l) Leucas. (m) Leucadia. (n) Inſula Stratos. (o) Peloponneſus, ejuſque ſinus. (p) Iſthmus. (q) Sinus Corinthiacus.


EPIRI PARS
ACHAIÆ PARS
Oriſſa
Naupactus n Lepante
Cirrhæ
Anti Cirrha
Pagæ
Megara
CRISSÆUS Sive CORINTHIACUS SINUS vulgo Golfo de Lepanto
Salaminius seu Saronicus Sinus
Isthmus
Cenchreæ
Athenæ
Golfo de Engia
Corinthus vetus
Corinthus Gerenie
Corinthus Melissus
Sicyon SICYO NIA
Phlius
Pellene
Helice
Rhypes
Buri
Cerina
Egyra
Patræ
Rhium prom.
Rhium
Thea Inſ.
Antirhium
Naupactus
IONII MARIS
ACHAIA PROPRIA
Arcadia
Crathis Mons
Olenus
Cephaleniæ pars
PARS
Araxiſi prom.
Dyme
Melas R.
Laiſſeium
Tegea
Cylleneus M.
Apollinis Pythii fanum
Erimanthus
Lynria
Cronius M.
Tritæa
Pholoe mons
Nonacris ſons
Ciſalphæa
Myrſinus
Salmone vrbs et ſons
Clitor
Aſea
Gortis
Megalopolis
Artemiſius Mons
Cyllene
Chiarenza
Lacynthus
Pylus Eliacus
Opus
Methydrium
Lycoſure
Mantinea
Haſeæ
Nauplia u Napoli
Aſine
Pyſus Eliaca
Ilis
Herœa
Aſea
Olympia
Cypariſſus
Pyſcæ
Maſſeſtus
Cronius Mons
Lycœa
Argolicus Sinus nunc Golfo de Napoli
Cherſonesus
Pictus
Neſtoris
Hypanis
Rhype
Arcadia
Cepides
Anathus fl.
Lerion
Harpelin
Phigalea
Cyparisſius Sinus Golfo de Larcadia
Aulon
Transal
LACONIA
Cyparisſa
Epina
Tagetus Mons
Sparta n Lacedemon
Braſiæ
PELOPONNESUS nunc MOREA
Mes
phæa
Lepreum
Gerenia
Amyclæ n
Vordonia
Aphrodiſium
Therapna
Gerenia
Thuria
Pheræ
Smenus
Zarex
Angiæ
Epidaurus v Limera
Ithome
Pelanegia
Cardamyla
Gythium
Meſſene
Meſſenorum
Methone n Modon
Colonides
Meſſeniacus Sinus n Golfo de Coron
Corinthiacus Sinus
Apollo
Iaſ
Aeria
Boea
Malea prom.
Luctrum
Laconicus Sinus n Golfo de Colochina
Meſſa
Tænarum op
Tænarium prom.
Cytheræ Inſ. n. Cerigo
VETERIS CORINTHI TOPOGRAPHIA
A Forum
b Pericles Aurea
c Venus Genitrix
d Minervæ ſedes
e Dianæ Epheſiæ Imago
f Liberi patris ſigu
g Iovis ſimulacrum



III. Partes ſeu regiones in ipſâ, *Achaja proprie* dicta, *Elis*, *Meſſenia*, *Arcadia*, *Laconica*, & *Argolis* ſive *Argia*.

IV. Urbium clariſſimæ ; in α *Achaja*, β *Corinthus* in ipſo Iſthmo, olim clara opi- Corinthus.

BUNONIS.

α Ita (a) *Achaja* iſta præter *Corinthiam*, etiam continet *Sicyoniam* [u], ad ſinum uſq; Saronicum pertingens.

β (b) *Corinthus* vulgò *Corintho*, & *Coranto* [x], Turcis *Gereme*, olim *Ephyra* [y] dicta, ſexagenis ab utroque litore ſtadiis è ſumma arce, quæ *Acrocorinthus* vocabatur, ſita, Peloponneſi clauſtra continet. Fuit olim Achajæ caput, Græciæ decus ; inter duo maria Ionium & Ægæum quaſi ſpectaculo expoſita, proximamque ab Athenis & Sparta auctoritatem in Græcia obtinuit, mercimoniis locupletata, maritimis copiis potens, contra Corcyræos & Athenienſes navali prælio contendit ; bellum Peloponneſiacum auſpicata. *Dionyſius* Siciliæ tyrannus regno pulſus hic exſulavit, ludumque aperiens pueros literas docuit. Corinthus quoque *ſcortis* exſtitit nobilis : hic quoque *Lais* illa, cui ingens pretium poſcenti Demoſthenes inquit ; *Tanti pœnitere non emo*. Hinc quoque natum eſt proverbium ; *Non omnibus licet adire Corinthum* [z]. Adeo meretricibus favebant Corinthii, ut eas non ſolùm honore afficerent ; ſed etiam plublicis precibus Venerem orarent, ut meretrices augeret ac ſervaret, *teſte Athenæo*. A. L. *Mummio* exciſa eſt non ſatis ob juſtam cauſam : Romani enim veriti, ne loci opportunitas eos aliquando ad bellum faciendum adhortaretur, Corinthum incenderunt [a]. Ex incendio urbis, quum plurimæ ſtatuæ & ſimulacra ærea, aurea & argentea confluxiſſent, *Corinthiacum æs* conflatum traditur ; quum tamen æs illud *Corinthiacum* jam ante urbem hanc deſtructam fuerit in pretio : artificio igitur Corinthiacum ſingulari fuerit ita paratum. Eam urbem tamen reſtituit *Julius Cæſar*, uti & *Carthaginem*, colonoſque eò milites veteranos miſit. Deinceps celebrata eſt Corinthus : in eaque *Paulus Apoſtolus* XVIII menſes commoratus eſt : & duas ad Eccleſiam Corinthiorum ſcripſit epiſtolas, quæ Dei beneficio in Sacro Codice hactenus ſuperſunt. Cæterum urbs illa cum reliqua Græcia hodie ſub Turcarum eſt dominatu. Porrò in Occaſum ad ſinum (c) *Criſſæum* ſive *Corinthiacum* portus & navale Corinthiorum erat (d) *Lechæum*, duobus muris, tanquam brachiis urbi junctum. In hunc portum naves ex Italia & Sicilia commodiſſimè appellebant, indeque ſolvebant. (e) *Cenchrea* alter portus erat, vicum ſibi conjunctum habens. Is Ortum ſpectabat, & naves ex Aſiâ venientes recipiebat, eodemque dimittebat, in omnem Orientem per (f) *Saronicum mare*. *Paulus Apoſtolus* hic caput raſit, ex gentis ſuæ religione. Ibidem erat & (g) *Schœnus*, ubi per Iſthmi anguſtias naves traduci machinis ſolebant. In eadem Achaja propriè dicta, præter Corinthum, erat nobilis & vetuſta urbs (h) *Sicyon* ; in qua regni propemodum ab hominum memoria antiquiſſimi ſedes fuiſſe ſcribitur. Urbem ipſam [b] Abrahami temporibus conditam narrat hiſtoria. Tyrannis ferè paruit ; at moderatis, neque ſuis commodis nimium deditis. In iis fuit (i) *Aratus*, quem plerique, ut civium ſuorum amantiſſimum prædicant. Sicyon verò ante à *Mecone* [c], & prius etiam *Ægialus* [d] dicta, in colle natura munito XIX aut XX ſtadiis à mari condita fuit [e]. Pingendi, fingendique, aliarumque id genus artium ſtudioſi fuêre Sicyonii & Corinthii. Agrum utriuſque populi (k) *Nemea fl.* dirimebat. Romanis ſtuduerunt in bello Achaico Sicyonii ; & inde maximam agri Corinthii partem obtinuerunt. *Calceis* uſos fuiſſe *delicatioribus*, quam viros graves deceat, notum eſt ex vulgato proverbio, quo *calcei Sicyonii*, pro re parum virilis animi indice, uſurpantur. Hinc de Lyſiæ oratione Socrates ; *ſi mihi*, inquit, *Sicyonios attuliſſes calceos, non uterer, quamvis eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent viriles*. De Verris crudelitate & improbitate in magiſtratum Sicyonium legatur oratio Cic. Verrina VI. n. 44. Poſtremo quum variis antè affecti cladibus eſſent Sicyonii, ipſam urbem terræ motus ad ſolitudinem & vaſtitatem redegit. Eadem, aut certe non diſſimilis calamitas (l) *Helicen* perdidit, & (m) *Buram* Achaicas urbes, terræ motu aut fluctibus maris abſorptas. (n) *Patræ* quoque Achajæ urbs maritima non obſcura fuit apud Rhium promontorium, poſt Actiacam victoriam Romanorum colonia. Hic Cicero libertum ſuum *Tironem* ægrotum reliquerat [f]. *Patræ* quoque nobilitatæ ſunt *D. Andreæ Apoſtoli* martyrio. Ultra Patras in eodem litore verſus Occidentem fuerunt (o) *Olenus* & (p) *Dyme* opida : & hanc ita dictam Strabo exiſtimat, quod ultima ſit in hoc Peloponneſi litore occidentali. E regione hujus litoris ſita eſt (q) *Cephalenia inſula*. Cæterùm potentes fuêre Achæi, & fœdere conjuncti, quaſi in unum corpus coaluere, ita ut per viginti annos ſcribâ, & duobus prætoribus communiter, unoque ſenatu uterentur. Poſteà unum tantùm prætorem habuerunt. Magnas igitur & illuſtres per Græciam res geſſêre, multæque civitates ſocietatem cum iis & fœdus junxerunt. Tanta verò Achæorum fuit auctoritas, ut Thebani, poſt Leuctricam pugnam, arbitros eos elegerint controverſiarum, quæ inter civitates erant : & Italici quoque homines, poſt ſeditionem cum Pythagoræis, pleraque jura ab iis acceperint. Achæorum hoc corpus à temporibus Pyrrhi, ejuſque in Italiam expeditione, ad Philopœmenem uſque viguit. Quo tempore à Romanis callidè, Achæis invitis & frementibus, id demum ſolutum eſt.

HEKELII.

[u] Ut *Sophianus*.

[x] S. *Corantho*, ut *Moletius* tradit.

[y] S. *Ephyre*.

[z] S. ut *Strabo* Lib. XII *Geogr.* p. 201, Tom. II. loquitur : *Non omnis hominis eſt* Corinthum navigare.

[a] Excrevit enim ope opportunitatis hujus Situs in tantam potentiam, ut ne *Romanæ* quidem Urbi cederet, eratq; faſtus illius tantus, ut Incolæ P. R. Legatos injurioſiùs appellare, & ſordibus quoq; perfundere non dubitarint.

[b] *Sophiano* & Recentiorib. *Baſilica* nominata.

[c] Et *Telchinia*.

[d] S. *Ægiala*, & *Ionia*.

[e] Ager ejus *metallicis* olim *officinis* & copioſo *Olearum* proventu inprimis erat nobilitata.

[f] Hanc Urbem vocat *Strabo* inſignem Lib. VIII. *Geogr.* p. 706.

B U-

(a) Achaja. (b) Corinthus. (c) Sinus Corinthiacus ſive Criſſæus. (d) Lechæum navale Corinth. (e) Cenchrea. (f) Saronicus ſinus ſive mare. (g) Schœnus. (h) Sicyon (i) Aratus Sicyonius. (k) Nemea fl. (l) Helice. (m) Bura. (n) Patræ. (o) Olenus. (p) Dyme. (q) Cephalenia inſ.

Olympia. Cyllene. Messene. Pylus.

opibus, pòst clade notior; cujus potentiam Romani cum vererentur, funditus everterunt. In γ *Elide* δ *Olympia*, certamine Gymnico maxime nobilis; ε *Cyllene*, quod Mercurium ibi natum arbitrabantur, insignis; unde *Mercurius Cyllenius*. ζ In *Messenia*, η *Messene*, ϑ *Pylus*, unde Nestor ille Pylius,

BUNONIS.

γ Achajæ in occiduo Peloponnesi litore proxima est (a) *Elis*, sive *Elea* & *Cauconia* dicta, inter illam, Arcadiam & Messeniam sita. Ejus urbs primaria [g] idem nomen habebat, eaque ex aliquot pagis coaluerat. (b) *Peneus* fl. per mediam fluebat urbem, Persarum metu muris cinctam. Postea tamen sine muris ex juramento Ætolorum tuta erat; nemini enim nisi inermi regionem aut urbem illam licebat ingredi. Ad hanc usque *Elin* ex Sicyone, per mille & CC stadia *Philonides* Alexandri cursor novem dierum horis contendit: indeque tertiâ noctis horâ rediit sæpius. Patria fuit (c) *Phædonis* Philosophi Platonis amicissimi. Inde byssus proveniebat Judaicâ præstantior: equis etiam abundabat Elis.

δ (d) *Olympia*, quæ [i] & (e) *Pisa* dicta, ad *Alpheum* fluvium, decem millia passuum ab ejus ostio recedebat. Sesquimilliario ab urbe templum erat Jovis Olympii [k], pretiosissimis donariis locupletissimum. Quo in numero eminebat Jovis statua aurea, Cypseli munus [l]. Ejusdem item Jovis simulacrum eburneum, summa arte à Phidia elaboratum. Cujus ea magnitudo erat sedentis, ut surgere, si vitam acciperet, non posset, quamvis altum ac magnificum templum id foret, ni capite perrumpere tectum veller. Hic quoque erat mira porticus, quæ septies eandem reddebat vocem, eaque de causa ἑπτάφθογγος eam appellabant. Hic celebrati sunt ludi isti quinquennales, ad quos universa Græcia confluebat per Olympiades. [m]

ε *Mela* à (f) *Cyllene* urbe *Mercurium Cyllenium* appellatum tradit; quem tamen alii à (g) *Cyllene* Arcadiæ monte maximo, in quo fingitur genitus, ita cognominatum volunt. At urbs *Cyllene*, hodie *Chiarenza* dicta, in ora Peloponnesi occidua est apud promontorium Araxum. Elidis urbis erat navale, & commodus portus è Sicilia solventibus. Huc quoque à Plinio [n] collocatur *Cyllene* sinus, & promontorium *Chelonates*: (h) *Aulon* item, & (i) *Leprion* opida: & urbs spatiosa admodum (k) *Cyparissa*, cum sinu (l) *Cyparissio*.

ζ In occidentali Peloponnesi litore sequitur (m) *Messenia*, quæ tamen in meridiem quoque magnâ sui parte se extendit.

η (n) *Messene* urbs, regionis caput, eidem & populo nomen dedit. [o] Gravissima & diuturna Messeniis intercesserunt cum Lacedæmoniis vicinis bella: in quibus enituit virtus prorsus heroica, & humana major, *Aristomenis Messenii*, qui deinde inter heroas cultus est. In bellis istis mentio quoque fit (o) *Ithomes*: quod nomen est montis, ad quem urbs ejusdem nominis. Hanc urbem Lacedæmonii anno belli istius vigesimo tandem in deditionem accepêre, ac solo æquârunt. Post Leuctricam pugnam ab Epaminonda & Thebanis restaurata est. Verùm Messenii cum devicti, aliquoties à Lacedæmoniis defecissent, ab iisdem in servitutem redacti sunt, pejusque servis habiti. Unde proverbium natum est; *Messena servilior*, in eos, qui alieno vivunt arbitrio [p].

HEKELII.

[g] Eaque non procul ab *Olympia*.

[h] Sicuti apparet ex *Virgilii* Lib. I. *Georg.* v. 59.

[i] Olim Stephano teste.

[k] S. *Olympici*.

[l] Quæ fortè ad ornatum Ludorum potissimùm erat posita. Hunc morem enim *Romanos* imprimis observâsse, ex *Emundi Figrellii* elegantissimo de *Statuis Illustr. Romanor.* Libr. c. v. discendum est.

[m] Hi *Ludi* autem instituebantur in honorem *Jovis* ab *Hercule*, qui *Augea*, *Elidis* Rege, superatò, repurgatôque ejus stabulô in Campis *Olympiæ* vicinis juxta *Alpheum* Fluvium sacrum Certamen instituit, quod quinto quoque anno, vel sicuti ex Interprete *Lycophronis* apparet, quinquagesimo Mense celebraretur, idque eô consiliô ut in illô certamine *Græciæ* Juventus sese pentathlo, sive quinquertio exerceret, *cæstibus* scilicet, *Cursu*, *Saltu*, *Disco* & *Palæstra*, iisque veluti meditationibus vero certamini præluderet. Huic certamini quintô die finis imponebatur, & Victor, qui *Olympionices* vocabatur, *Oleastro*, vel, uti *Aristoteli* placet, *Olea* coronabatur. Conf. *Caroli Paschalii* Lib. VI. de *Coronis* c. XVI. p. 391. & Lib. VII. c. v. p. 469. ubi de More *Græcorum* in *dandis Coronis victricibus* multa sunt legenda.

[n] Lib. IV. H. N. Cap. v. p. 51.

[o] *Castaldo* hodie dicitur *Mattagia*, aliis *Mosenigo* & *Nisin*: scribitur quoque frequenter per simplex s.

[p] Vid. *Erasm.* Chil. II. Cent. IX. *Adag.* XX. p. 488. col. a.

BUNONIS.

ϑ (p) *Pylus* hæc Messeniorum erat sub monte Ægialeo, à Pylo Triphyliæ CCCC stadiis distans, cæteris, quæ erant, Pylis præstantior, & antiquior: unde proverbium [q]: *Est Pylus ante Pylum*. *Neleus Nestoris* pater tres tenuit Pylos, ut Pindari habet Scholiastes. Hæc Messenia à *Neleo* condita putatur: unde & *Neleia* dicitur. *Nestor* autem *Pylius* cognominatus vel à *Triphyliaca*; vel à tribus istis, quæ eum sibi asscripserunt. Hanc Messeniorum Pylum dirutam ante, Athenienses in bello Peloponnesiaco instaurârunt, & tenuerunt annos XV magno cum suæ civitatis bono, Lacedæmoniorum incommodo gravissimo. (q) *Sphacteriam* etiam, quæ & *Sphagia* dicitur, vicinam huic litori insulam occupârunt, in eaque trecentos Lacedæmonios obsessos fame & ferro absumserunt, aut in deditionem acceperunt; qua clade nobilitata insula est. Ita enim comparatum est, ut,

(a) Elis. (b) Peneus fl. (c) Phædonis patria Elis. (d) Olympia. (e) Pisa. (f) Cyllene. (g) Cyllene sinus & Chelonates prom. (h) Aulon. (i) Leprion. (k) Cyparissa. (l) Sinus Cyparissius. (m) Messenia. (n) Messene urbs. (o) Ithome mons & urbs. (p) Pylus. (q) Sphacteria insula quæ & Sphagia.

us, ι *Corone*. In κ *Arcadia*, λ *Tegea*, *Stymphalus*, μ *Mantinea*, & ν *Megalopolis*, Polybii patria. ξ In *Laconica*, ο *Lacedæmon*, totius Græciæ quondam potentiſſima, ut, quæ antè loca obſcura fuerunt, & ignota, ex aliquo hominum caſu & fortunæ momento, famâ celebrentur. Corone. Tegea. Stymphalus. Mantinea. Megalopolis. Lacedæmon.

ι (a) *Corone* hodie *Coron*, ſub Thematia monte, Thebanorum colonia; ubi Jupiter & Apollo omnium morborum Averruncí colebantur, in Meſſeniæ ora maritima eſt: unde vicinus ſinus nomen traxit; qui idem ab univerſa hac regione (b) *Meſſeniacus* dicitur, in quem influit *Pamiſus* fluvius, qui idem *Pamiſſus* & *Panyſus* aliis ſcribitur; hodie vulgo *Pirnaza* [r] dicitur, eorum maximus qui intra Iſthmum ſunt. Sinus iſte hodie *Golfo di Coron* vulgò nuncupatur. Porro in eodem Meſſeniæ litore eſt (c) *Methone* urbs, hodie *Modon*, *Mutune* & *Moitune*, clariſſima nunc & præfecti ſedes. Una earum ſeptem urbium eſt, quas Agamemnon per legatos Achilli promittebat. Menelaus enim Spartæ Rex hanc quoque tum poſſidebat regionem. Bello Actiaco Antoniano *Agrippa*, primo navium appulſu, hac potitus eſt urbe, & Bocchum Mauruſiorum Regem Antonii partes ſequutum, hic captum, interfecit [ſ]. In eadem ora erat (d) *Aſine*, unde (e) *ſinus Aſinæus*; (f) *Helos* item, & promontorium (g) *Acritas*: (h) *Tomæus mons*, qui à cultro tonſorio [t], cujus ſimilitudinem habere dicitur, nomen traxiſſe videtur; (i) *Coryphaſium* promontorium [u]. Plura præterea memorantur hìc opida (k) *Cardamyla*, (l) *Pheræ*, (m) *Thuria*, (n) *Gerenia*; unde *Neſtor Gerenius* Homero & Poëtis, ut à *Pylo Pylius* dicitur.

κ (o) *Arcadiam* Peloponneſi regionem mediterraneam Peloponneſiacæ gentes undique cingunt. Montoſa eſt, montiumque Arcadiæ maximus *Cyllene*, Mercurii incunabulis celebris.

λ (p) *Tegea* ſeu *Tegæa*, è novem pagis compoſita, habitata eſt fortibus & bellicoſis viris: itaque & Lacedæmonios quandoque armis vicerunt; & in eas, quas in ipſos paraverant, catenas aliquando Lacedæmonios compegere, & cum vicinis *Pheneatis*, eâdem lege & fortunâ, bellum diuturnum compoſuerunt, quâ cum Albanis Romani, interventu nempe ſingularis certaminis trigeminorum ab utraque civitate. Hic oſſa *Oreſtis* gigantis inventa ſunt, Solino teſte, Olympiade 58. Tégeæ quoque vixit *Ariſtarchus* Poëtæ Euripidis ſynchronos; qui tragœdias ſcripſit 70, vixitque annos 80 [x]. (q) *Stymphalus* urbs eſt ad *Stymphali* montis radices, Tegeæ proxima. In vita Iphicratis ejus fit mentio [y]. Vetus illa periit; ex nova Hadrianus Imperator aquas Corinthum deduxit: *Stymphalus* mons Herculeo labore notus eſt. Eſt & *Stymphalus lacus*, qui, ex eodem monte profluens, mutato nomine deinde *Eraſinus* dicitur. [z]

μ (r) *Mantinea*, ex quinque pagis quaſi conflata, Megalopoli proxima, nobilitata eſt *Epaminondæ* Thebani alterâ de Lacedæmoniis partâ victoriâ, qui graviſſimè in pugna vulneratus æquiſſimo deinde animo exſpiravit. Cæterum Mantinenſes urbem hanc in gratiam *Antigoni* Macedonis *Antigoniam* appellârant: quod nomen longè poſt ſuſtulit, & priſtinum revocavit *Hadrianus* Imperator Rom.

ν (ſ) *Megalopolis* Arcadiæ urbs primaria; Epaminondæ conſilio condita, quo tempore is Lacedæmonios ad Leuctra vicerat. Muro cincta urbs ab initio non videtur.

ξ (t) *Laconica* in meridionali Peloponneſi litore attingit Meſſeniam; quæ tamen & orientalem ejus bonam magnamque partem complexa eſt; hodie *Zaconia* ſive *Sacania* dicitur [a]. Lacones in rebus agendis lunam obſervabant, nec prælium, niſi in pleniluno, ex Lycurgi inſtituto ineant.

HEKELII.

[q] Ap. *Eraſmum* Chil. II. Cent. VIII. Ad. XLV. col. a. & *Manutium* in *Adag.* p. 704, col. a.

[r] Atque *Straboni Amathus*.

[ſ] Incolæ à vicinis dicti ſunt *Apoſphendoneti*, i. e. fundarum telis pulſi. Eſt & *Methone* Urbs *Thraciæ* & littoralis *Peloponneſi*.

[t] Sutoriò.

[u] Hoc *Niger* Geographus *Cabo Junchi* nuncupat. Eſt & *Coryphaſium* Parva *Laconum* Regio, *Pylo* propinqua.

[x] Eſt etiam *Tegea* in *Creta* à *Talthybia*, *Stephano* referente, condita.

[y] Ab hâc Urbe *Minerva* dicta eſt *Stymphalia*, quòd Templum in ea habuit.

[z] Ab hoc Lacu *Stymphalidæ Aves* appellatæ ſunt, quæ tantæ magnitudinis fuiſſe dicuntur, ut Solis radios obumbrarent, omnemque *Arcadiam* devaſtarent, donec ab *Hercule* ænei crepitaculi ſonitu pellerentur.

[a] Olim dicta eſt *Hecatompolis*, à numerò np. centum Civitatum, quarum omnium Caput fuit *Lacedæmon*, alio nomine *Sparta*, & ob ſeveram Diſciplinam *rigida* appellata.

BUNONIS.

ο (u) *Lacedæmon* urbs ſine mœnibus ad Eurotam fl. fortitudinis, patientiæ, & continentiæ laude nobilis; ad has enim maximè virtutes *Lycurgus* legiſlator inſtituris & legibus ſuis eos formârat [b]. Apud eoſdem tamen *furtum* non modo permiſſum, ſed & commendatum fuit. Ad (x) *Eurotam* fluvium exercere ſe Lacones ſoliti ſunt decurſu, & id genus laboribus. In *ſinum Laconicum* ſe effundebat *Eurotas*, ad quem in litore erat (y) *Gittheum* ſive *Gytheum*, navale Laconum & urbs [c]. Eam *L. Quinctius* obſeſſam oppugnatamque in deditionem tandem accepit. Lacedæmoniorum claſſem hìc ſubductam incendere parabat *Themiſtocles*; quod tamen conſilium ejus, ut parum honeſtum, repudiârunt Athenienſes, auctore Ariſtide. Ab hoc opido ad Cretam inſulam certiſſimus curſus eſt. Non longè à Gythèo (z) *Tænarum* abeſt promontorium, longiſſimè in Meridem procurrens, in eoque ejuſdem nominis *opidum* cum templo *Neptuni*. Ad hoc promontorium, altiſſimis ſpecubus & cavernis hians, interorum aditum ſtatuebant poëtæ: ibique *Orpheum* ad regna Ditis deſcendiſſe fingebant, repetitum conjugem ſuam Eurydicem. Alterum Laconicæ promontorium (a) *Maleum*, Μαλεία, Μαλέα, Cretæ inſulæ obverſum, longiſſimè

(a) Corone. (b) ſinus Meſſeniacus. (c) Methone. (d) Aſine. (e) Sinus Aſinæus. (f) Helos. (g) Acritas. (h) Tomæus mons. (i) Coryphaſium prom. (k) Cardamyla. (l) Pheræ. (m) Thuria. (n) Gerenia. (o) Arcadia. (p) Tegea. (q) Stymphalus urbs, mons, & lacus. (r) Mantinea. (ſ) Megalopolis. (t) Laconica. (u) Lacedæmon. (x) Eurotas fl. (y) Gytheum. (z) Tænarum prom. & op. (a) Maleum prom.

Leuctrum. Amyclæ. Argos. Nemea. Mycenæ. Nauplia. Trœzen. Epidaurus.

tentissima, eadem & *Sparta*; π *Leuctrum*, ϱ *Amyclæ*. In σ *Argia*, τ *Argos*, Hippium cognomine, templi Junonis, unde *Juno Argiva*, vetustate & religione percelebre; υ *Nemea*, φ *Mycenæ*, χ *Nauplia*, ψ *Trœzen*, fide societatis Atticæ illustris; ω *Epidaurus*, Æsculapii templo inclyta.

CAP.

in mare procurrit. *Malæam* etiam vocant, & *Maleam*, hodie *Capo Malio*. Navigantibus ob ventorum sævitiam, ac maris iras periculosum est hoc mare. *Corcyræi* in bello Persico Xerxis classem suam LX navium ad Tænarum & Pylum continebant dolo malo, eventum belli speculantes, & feliciori parti se venditaturi. Ad Græcos autem hanc afferebant excusationem, ventis prohibitos *Maleam* superare non potuisse. (a) *Sinus* inter Malæam & Tænarum *Laconicus* appellatur [d]. Ad eundem sinum, eo situ est (b) *Cythera* insula, hodie *Cerigo*, cum ejus nominis *opido* & *portu*, ut, qui eam teneat, facillimè Laconicam infestare inde queat [e]. Itaque *Chilon* olim Lacedæmonius, unus è septem Græciæ sapientibus, fatius esse civitati Spartanæ dicebat, illam insulam fluctibus obrui, quàm exstare incolumem. Neque quicquam rectiùs Xerxi suadere poterat *Demaratus*, ipse Laco, quàm ut Rex eam insulam occuparet, Lacedæmonios territans, eosque à cæteris Græcis avertens.

π (c) *Leuctrum*, Leuctrorum Bœotiorum colonia, ad Tænarium promontorium est: de hac urbe perpetuo contenderunt Lacedæmonii & Messenii: De qua re vid. Pausanias. [f]

ϱ (d) *Amyclæ* eo fuerunt situ, quo hodie *Vordonia* est; vel non longè inde, xx stadiis à Sparta, Castore ac Polluce [g] celebres: olim *Limnæ* dictæ.

σ (e) *Argia*, hodie *Romania*, inter Arcadiam & mare Ægæum; *Argolis* quoquè dicitur ab

τ (f) *Argo* urbe primariâ, per quam (g) *Inachus* amnis fluit: unde porrò *Argivi* populi appellati sunt. *Argos* hoc cognominatum est *Hippium*, ab equis, qui generosi & multi inde proveniunt. *Pyrrhus* Epiri Rex urbem hanc oppugnans occisus est jactâ vetulæ cujusdam manu in caput ejus tegulâ. Argos societati corporis Achaici deinde se inseruit; & cum cæteris venit in potestatem Romanorum.

υ (h) *Nemea* Νεμέα in Mediterraneis, inter Cleonas, & Phliuntem, interque Argos & Corinthum sita est. Hic lucus erat, in quo Argivi *ludos* celebrare soliti, (i) *Nemæa* dictos, in honorem Herculis, qui leonem ibi immanem occidisse dicitur [b]. Tres igitur in Peloponneso fuerunt totidem certaminum publicorum sedes. (k) *Isthmia* prope Neptuni templum, in Isthmo celebrata: (l) *Olympia* in Elide, ad hanc urbem item cognomen in Argolica.

φ (m) *Mycenas* Argo urbi vicinas tenebat *Agamemnon*; sicut Spartam frater ejus *Menelaus*. Funditùs autem deletæ sunt Mycenæ, ut ne vestigium earum supersit. In Myceno agro (n) *Lerna* palus est; in qua Hydram fabulantur fuisse. In eandem fordes & purgamenta urbium suarum solebant deferre accolæ. Unde proverbium: [i] *Lerna malorum*. [k]

χ (o) *Nauplia*, hodie *Napoli di Romania* [l], olim Argiæ regionis navale & opidum maritimum, nunc regionis caput, & præfecti Turcarum sedes est: ad hunc portum Ægyptii olim cum Danao appulerunt.

ψ (p) *Trœzen* in litore Argolico, quod Orientem respicit, è regione Athenarum trans Saronium sinum sita, olim Neptuno sacra erat; indeque & *Posidonia* [m] dicta est. Huc Athenienses, adventante cum innumerabili multitudine in Græciam Xerxe, conjuges liberosque suos miserunt, ut ipsi tanto animosius dimicarent in hostem, ex mœnibus ligneis, id est, navibus, sese defensuri. Trœzenii quoque benignè acceptos Athenienses omni humanitate complexi, debitisque officiis ac studiis prosequuti sunt.

HEKELII.

[b] *Chilonis* unius ex illo incluto Sapientium *Græciæ* numero Patria fuit dulcissima.

[c] Hanc Urbem *Hercules* & *Apollo*, depositis eò loci simultatibus, communi operâ condidisse dicuntur.

[d] *Ptolemæo* Laconicus, *Castaldo* autem *Golfo di Colochina appellatur*.

[e] Hæc insula nonnullis, *Plinio* inprimis, quondam vocata est *Porphyris*, sive, ut placet *Eustathio*, *Porphyrusa*. *Bordonius* in suo *Insulari* Opere eam & *Schoteram* vocatam esse scribit.

[f] Est & *Leuctrum Laconicæ* & *Arcadiæ* urbs, quod probè observandum est iis, qui ejusmodi Loca Synonymica persæpe solent confundere.

[g] Quorum Patria dicuntur fuisse.

[h] Quanquam sunt qui Ludos hos in honorem *Archemori*, *Lycurgi*, *Nemeæ* Regis, Filioli, quem cum *Hysipyle* nutrix, *Argivis Langiam* Fontem ostensura, in gramine deposuisset, serpens è proximis Virgultis arrepens interfecit, potius institutos velint.

[i] Apud *Erasmum* Chil. I. Cent. III. *Adag.* XXVII. p. 92. col. a. atque *Manutium* in *Adag.* p. 130. col. a.

[k] Pro Malis plurimis ac simul in unum congestis, seu accumulatis.

[l] *Sophiano*.

[m] *Straboni* ac *Pausaniæ*, sed *Stephano* aliisque *Saronia*, *Aphrodisia*, *Apollonia* & *Anthanis*.

REISKII.

ω Inde non longè aberat (q) *Epidaurus* in Argiæ litore orientali, apud Spiræum promontorium & sinum Saronicum, montibus undique aut mari cincta. *Æsculapius* ibi omnis generis morbos sanare creditus est: & tabulæ in templo ejus suspensæ indicabant, quo quisque morbo liberatus foret. Romani quum pestilentia laborarent, Sibyllinorum librorum auctoritatem secuti, communem illum Græculæ gentis medicum, missis legatis, sub anguis specie latentem, in Italiam abduxerunt, eoque in Tiberis insulam ingresso, eodem loco ædem Æsculapio statuerunt. Cæterùm præter ista, obscurioris famæ in Argia opida erant, (r) *Tiryns*, (s) *Asine*, (t) *Orneæ*, (u) *Hysiæ*, (x) *Hermione*, unde brevis ad inferos descensus esse dicebatur. Huic vicinum erat (y) *Scyllæum* promontorium, à *Scylla* ita dictum, quod

(a) Sinus Laconicus. (b) Cythera insula cum op. (c) Leuctrum. (d) Amyclæ. (e) Argia. (f) Argos. (g) Inachus fl. (h) Nemea. (i) Nemæa. (k) Isthmia, & (l) Olympica certamina. (m) Mycenæ. (n) Lerna pal. (o) Nauplia. (p) Trœzen. (q) Epidaurus. (r) Tiryns. (s) Asine. (t) Orneæ. (u) Hysia. (x) Hermione. (y) Scyllæum prom.




Tab 24
pa 251
THEBÆ BOETICÆ
ATHENÆ
Saronicus Sinus
PELASGICUS SINUS
PHTIOTIS
THESSALIA PARS
ÆGÆUM PELAGUS
ÆSTIOTIS
EUBOEA
BOEOTI
ATTICA
Euripus
Andrus Ins
Saronicus Sinus
SINUS CORINTHIACUS
Calydonium
Fretum
ACHAIÆ PROPRIÆ PARS
PELOPONNESI PARS
ACHAIA quæ et HELLAS hodie RIVADIA

quod in mari à *Minoë* ſubmerſa, cui patriam Niſæam prodiderat, ibi ejecta tandem & ſepulta foret. Promontorio huic adjacet (a) *Calauria* inſula parva, Neptuni aſylo olim celebris. In illo Neptuni templo *Demoſthenes* Athenienſis interiit. Fuit & *Amphictyonum* quidam hic *conventus* VII urbium.

(a) Calauria inſ.

CAP. VIII.

De Hellade ſeu Græcia proprie dicta, & Theſſalia.

I.

PEloponneſo anguſto tramite ſeu Iſthmo annectitur regio, quæ *Hellas* Græcis, Latinis *Græcia proprie dicta*, eſt. Limites ab *Occaſu* habet Acheloum amnem, quo ab Epiro ſubmovetur; à *Septentrione* Othrym & Oetam montes, quibus à Theſſalia dirimitur; ab *Ortu* mare Ægeum; à *Meridie* Saronicum Corinthiacumque ſinus, & in medio utriuſque Iſthmum, qua Peloponneſo adhæret. I

Græciæ propriè dictæ limites.

II. *Partes* ſeu regiones Græciæ ſunt; *Ætolia*, *Doris*, *Locris Ozolæa*, *Phocis*, *Megaris*, *Attis* ſeu Attica, *Bœotia*, & *Locris* Epicnemidia.

Partes Græciæ.

III. Urbes claræ fuerunt; α *Ætolorum*, β *Chalcis*, γ *Calydon*, δ *Olenus*.

Urbes Ætoliæ Doridis.

REISKII.

1 (a) Hellas & Græcia, ſi Græcos veteres Romanoſque conſulas, aut totam, quouſque patuit, regionem ſignificat, aut hujus partes ſingulas, & unam ex his præcipuè: Totam ſupra vidimus, nunc partem videbimus, quam Romani Græciam proprie dictam, Ptolemæus Achajam, Plinius in Epiſt. Lib. VIII, meram Græciam nuncupârunt. Hellas ergo iſta amplam obſervationum ſegetem præbet, inſtituto tamen noſtro minus congruam: Cui enim non dictus Hylas? ſic cui non Hellas dicta ex communi veterum Scriptorum elogio innotuit? (b) Achaja porro ex ætate C. Cæſaris Auguſti ac Imperatorum ſuccedentium uſu & conſuetudine latius excurrit, quam arctior ex ſenſu Ptolemæi Græcia, eaque aut proprie aut ſpecialius dicta: Hæc quippe in Macedonia Diœceſi primum occupat locum, & in Notitia Imp. Rom. proconſularem facit provinciam, cui vetus Græcia cum Locris, Phocide, Attica, Bœotia, totaque Peloponneſo ſuberant. Metropolin vero (c) Corinthum habuit, urbem opibus emporioque florentiſſimam, ſed ob motus Achaicos, quos conflaverat, per L. Mummium Conſulem Rom. A. V. C. 608, captam & ignibus deletam. Sic Turcica Corinthus hodierna Turcis diffugientibus, A. 1687, in cineres redacta, cum *Acro Corintho*, caſtro proximo & caſtello ad ſinum Arcadicum ſtructo, quod *Torneſum* nominant, *Salonaque* ampliſſima urbe, in (d) Venetam ditionem venit. Paulo antea duce Mauruſino (e) *Patræ*, hiſque vicina duo caſtella munitiſſima (Dardanellas nominant) Moliecrus atque Rumelia, & (f) *Lepantus* ſive Naupactus in poteſtatem eandem Reipublicæ conceſſerunt: Tandem etiam (g) *Athenæ*, (Setinis nunc dicta) cum agro univerſo; Unde poſtea in *Eubœam* inſulam ſive Nigropontum cuncto impetu irruebatur, licet res ea non ex voto ſucceſſerit. Urbs alias ea quà barbariem Græcarum omnium facile prima, 22000 hominibus habitari fertur, 15000 Græcis, 6000 Latinis, 1000 Turcis: Sic Tavernier part. I. cap. 8. Pet. du Val part. II. Geogr. & Sponius in ſuo Itinerario recenſent. Sed quorſum delabimur? (h) *Theſſalia* nos ad ſeſe vocat: Hæc Strabone teſte Lib. IX, variis quondam nominibus notata, optimum in bellis equitatum aluit: Regem etiam Deucalionem, Græcarum gentium parentem, cujus ætate diluvium totam Græciam oppreſſit A. poſt Iſraeliticam ex Ægypto migrationem tertio, uti Petavius conjectat. Quod ſi Notitiam Imp. Rom. priſcam conſulas, hæc provincia Præſidialis erit, ſuo Præſidi ſubjecta, & ſinum ad Maliacum, ubi Thermopylæ jacent, producta: caput habuit (i) *Lariſſam*, hodieque habet veteri Epiſcopatu celebrem: A quo Heliodorus maluit imprudenter diſcedere, quam fictos Theagenes & Caricliæ amores recantare. Huc ad hanc urbem ſeſe fuga Turcicus Seraskier recepit, Thebiſque (quas Stives nuncupant) numeroſius impoſuit præſidium, cum Veneti ex Attica ſubjugata, A. 1687, excurſiones validiſſimas iterarent. Sed quid in hanc rem plura tum de partibus quatuor, nempe Theſſalia ſpeciatim dicta, Pelaſgia, Magneſia, Phthiotide, tum de urbibus ſingulis? Partes illæ à Suida tetrarchiæ nec iiſdem nominibus appellantur.

BUNONIS.

α (k) *Ætolia* ab Acheloo flumine incipit, & à Locris Ozolis Eveni fl oſtio ſeparatur. Utraque regio maritima eſt, neque magnis admodum ſpatiis porrecta. [a]

β (l) *Chalcis* ad Campylum fl. eſt, inter Calydonem urbem ad Auſtrum, & Callidromum montem ad Boream ad Coracis montis radices. [b]

γ (m) *Calydon* Ætoliæ urbs princeps ad Evenum fl. à cujus oſtio ſeptem millia paſſuum jacet in Boream. Inde (n) *fretum Calydonium* minus mille paſſuum latitudine, inter Rhium & Antirrhium promontoria, in ora ſinus Corinthiaci intercedit [c]. Ab urbe iſta (o) *Silva Calydonia*, & *aper* appellatus eſt, quem *Meleager* [d] interfecit. [e]

HEKELII.

[a] *Stephanus* dicit, hanc Regionem in tertio Sinu *Europæ* eſſe ſitam, & *Epiro*, *Acarnaniæ* & *Locris* finitimam, ab *Ætolo*, *Martis* Filio, ſic dictam.

[b] Ab hâc Urbe fluere *Acheloum* inter *Geographos* Conſtat.

(a) Hellas duplex. (b) Achaja duplex. (c) Corinthus. (d) Ab Venetis capta. (e) Patræ. (f) Cum Dardanellis Lepantus. (g) Athenæ. (h) Theſſalia. (i) Lariſſa. (k) Ætolia. (l) Chalcis. (m) Calydon. (n) Fretum Calydonium. (o) Silva Calydonia.

Locrenſium. Phocenſium. Pythia. ♌ *Olenus. In ♓ Doride,* ♍ *Bojum, Cytinium, Pindus. In ♑ Locris Ozolis,* ♑ *Naupactus, quæ nunc Lepanto,* Turcarum clade illuſtrata. In ♓ *Phocide, ♈ Anticyra,* ♎ *Cyrrha,* ♏ *Pythia, Pythia,*

[c] Hanc Urbem cum cæteris *Ætoliæ* Urbibus hodie in ruinis jacere ex *Magini* Part. II. *Geogr. Ptolem.* fol. 172, fac. b. diſcendum eſt.

[d] *OEnei* Pater.

[e] Vid. *Ovidium* Lib. VIII. *Metamorph.* Fab. VIII. ſeq.

BUNONIS.

♌ (a) *Olenus* inter Calydonem & Chalcidem ad Evenum fluvium eſt, ejuſque rudera tantum ſupereſſe tradit Strabo [f]. *Capella Olenia* inter aſtra à Poëtis locata eſt, quam Jovi lac præbuiſſe fabulantur [g]. Cæterùm Ætoli potentiâ & armorum ſtudio plurimùm olim valuerunt, & res bello magnas geſſerunt, non contra Græcos modo, ſed & Romanos, ſocios antè & fœderatos. Itaque victi tandem in poteſtatem eorum venêre; & Athenienſium Rhodiorumque precibus pacem impetrârunt. Ferocia tamen eorum graviter caſtigata eſt, principibus in Latomias conjectis. [b]

♓ (b) *Doris* à Septemtrionibus Othry continetur monte: à Meridie Ætolos & Locros habet finitimos: & ab Ortu Phocenſes. [i]

♍ (c) *Bojum* vel *Bojon* haud longè à *Cytinio* abeſt. Reliqua hujus regionis opida minùs clara ſunt. Præter hos in Achaja Dores, alii ejuſdem nominis fuêre in Theſſalia ad Sperchium flumen: item alii in Aſia minori, quorum Halicarnaſſus. Cæterum *Dorès* naturâ erant loquaces. Unde adagium [k]: *Doribus Dorice loqui.* Sed & *Dorica muſa* proverbium apud Ariſtoph. in Cleonem dicitur, qui non aliud genus harmoniæ didicerat præter Doricam; alludens ad Δῶρον, *munus*; munerum avidum eum ſignificans. [l]

♑ (d) *Locri Ozoli* vel *Ozolæ* Ætolis contermini, circa fauces ſinus Corinthiaci incoluerunt; ab ortu finitimos habuerunt Phocenſes.

♑ (e) *Naupactus* vel *Naupactum* in ora ſinus Corinthiaci, apud ejus fauces, & *Antirrhium*; à navibus ibi fabricatis ſive compactis dictum eſſe Strabo auctor eſt. Hodie præfecti Turcarum ſedes eſt. Victoria maritima, quâ Turcæ ſuperiori ſeculo loco hoc victi, denuo nobilitatum eſt Naupactum. In eadem regione erat quoque (f) *Amphiſſa*, magna ac nobilis urbs, utrimque montibus inclusa; ab Amphictyonibus everſa. Habebat arcem, in qua Palladis ſimulacrum Trojâ delatum fuerat poſitum. [m]

♓ Locris verſus Ortum contermini fuerunt *Phocenſes*, quorum regio (g) *Phocis* Sinum Corinthiacum habens ad Meridiem.

♈ (h) *Anticyra* ſeu *Anticyrrha* ad ſinus illius litus inter Criſſam & Siphas eſt, & *Phocica* cognominatur. Eſt quoque *Anticyra* ad OEtam montem, & ſinum Maliacum: utrobique naſcitur helleborus. Unde adagium [n] in amentes ortum; *Navigat Anticyram.* Plinius [o] *ſcribit*: helleborum, candidum præſertim, in tam promiſcuo fuiſſe uſu, ut plerique ſtudiorum gratiâ ad pervidenda acrius, quæ commentabantur, id ſæpius ſumptitaverint: ut *Carneades* reſponſurus Zenonis libris. *Druſum* quoque conſtat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in Anticyra inſula. Plinio igitur & Agellio *Anticyra* eſt inſula. *Strabo* lib. IX. Geogr. duas commonſtrat *Anticyras*, & in *altera* quæ ſit poſt Criſſam opidum helleborum naſci: in *altera* ejuſdem nominis, quæ ſit ad ſinum Maliacum, & OEtam montem, optime temperari: Atque in eam quàm plurimis è regionibus adnavigari [p] ſanitatis gratiâ: *Pauſanias* lib. ult. ſcripſit, ſupra *Anticyram* montes eſſe magnopere petricoſos, in his copioſe provenire helleborum, nigro purgari alvum, albo vomitum cieri, ac ſuperiora corporis purgari.

♎ (i) *Cirrha, Cyrrha*, ſive *Cirra* ad Parnaſſi montis radices [q], Delphorum navale ad Criſſæum Corinthiacum ſinum eſt, à Delphis IX ſtadia in Auſtrum diſtans. Hinc *Apollo Cyrrhæus* appellatur.

♏ (k) *Pythia* vel *Pythos* urbs Delphis proxima erat: ubi *Pythia feſta* [r] celebrata, ob *Pythonem* ſerpentem ab *Apolline* interfectum; ex quo *Apollo Pythius* cognominatus eſt.

HEKELII.

[f] Libr. VIII. *Geogr.* p. 707, addens loc. cit. p. 703, quod præter hunc *Olenum Melas*, magnus Amnis, labatur.

[g] Notandum autem, quòd hæc *Capella*, alias *Amalthæa* dicta, dicatur *Olenia*, non ab *Oleno Ætoliæ*, nec ab *Oleno Bœotiæ*, ab *Oleno, Vulcani* Filio, aliàs ita denominata, ſed ab *Oleno, Achajæ propriæ* Oppido, quod non procul à *Patris* & *Araxo* Promontorio diſtat. Ibi enim *Jovem* à lacte *Amalthææ Capræ*, quæ inde dicta *Olenia*, nutritum atque educatum ferunt.

[b] *Ætoliæ* Populos, Oppida ac Fluvios denominavit *Plinius* Lib. IV. H. N. c. II. p. 50.

[i] Appellata autem eſt hæc Regio *Doris* à *Doro, Neptuni* & *Alopes* Filio, ex qua Regione qui originem traxerunt, quacunque in parte Terrarum conſederint, *Dores* appellati ſunt. Eſt & *Doris* Urbs Doricæ Regionis.

[k] Apud *Eraſm.* Chiliad. IV. Cent. X. Adag. LXII. p. 835, col. b.

[l] Vid. eundem *Eraſmum* Chil. II. Cent. V. Adag. XLV. p. 412, col. b.

[m] *Stephanus* dicit, *Amphiſſam* etiam *Armeniæ* Regionem eſſe.

[n] Apud *Horatium* Lib. II. *Serm.* Sat. III. v. 165, in *ſpecie* in *Stoicum* quendam inſanum & mentis morbo laborantem; in *genere* autem, ſicuti ex *Eraſm.* Chil. I. Cent. VIII. Adag. III. p. 232. col. a. videre eſt.

[o] Lib. XXV. c. V. p. 457, & ex eo *Gellius* Lib. XVII. N. A. c. XV. p. 565, ſeq.

[p] Θεραπείας χάριν.

[q] Ubi *Apollo*, qui dictus hinc *Cyrrhæus* à *Seneca* in *Hercule OEteo*, olim religioſiſſimè colebatur.

[r] H. e. *Ludi Apollinares.*

BU-

(a) Olenus. (b) Doris. (c) Bojum. (d) Locri. (e) Naupactus. (f) Amphiſſa. (g) Phocis. (h) Anticyra opidum & Anticyra inſula helleboro nobilis. (i) Cyrrha. (k) Pythia.

thia, *ν Delphi* ſub monte ξ Parnaſſo, clariſſimum quondam in terris oraculo Apollinis opidum. In ο Bœotia *π Orchomenum*, *ϱ Theſpiæ*, *σ Lebadia*, *τ Chæronea* Plutarcho clara, *υ Platææ*, *φ Thebæ* cognomine *Bœotiæ*, duobus diis alumnis Hercule & Libero maxime celebres, potens quondam civitas ; *χ Delium*, *ψ Aulis* portu Bœotiorum.

BUNONIS.

ν (a) *Delphi* VII millia paſſuum à Criſſa, & X à Cyrrha, etiam nunc *Delfo*, non tantum Oraculo & templo iſto Apollinis ; ſed etiam Amphictyonum collegio olim fuerunt inſignes. Quamquam Strabonis ætate utrumque exhauſtum erat. [f]

ξ Imminebat Delphis (b) *Parnaſſus* [t] mons biceps, ſedes & domicilium Muſarum Poetis ; quorum ingeniis ille vel maximè nobilitatus eſt [u]. Ab eo monte partes quondam avulſas exercitum Gallicum obruiſſe ferunt, quem ad diripiendum templum Delphicum ducebat *Brennus*. In eadem regione erat (c) *Helicon* mons, celebritate non inferior Parnaſſo. Nam & in eo monte domum quaſi ſtatuebant Muſarum priſci vates : adeoque ab eo ipſas *Heliconiades* vocabant [x]. Prope Delphos quoque ponitur (d) *fons Caſtalius* [y]. Ad litus iſthius ſinus etiam erat (e) *Criſſa* opidum celebre ; unde nomen traxit non modo (f) *Campus*, ſed & *Sinus Criſſæus*, qui & *Corinthiacus* dicitur, inter Phocidem & Peloponneſum interjectus. Cæterùm *Phocenſes*, aliquando in prælium contra Theſſalos [z] ituri, mulieres liberoſque ſuos in unum locum congeſtos comburendos illico mandârunt cuſtodibus, ubi ipſi à Theſſalis fuerint victi : quod conſilium & mandatum ipſæ quoque approbârunt mulieres. At quum victoriâ potiti eſſent Phocenſes, non adimpletum fuit conſilium illud. Ex ea deliberatione natum eſt proverbium [a], *Phocenſium* [b] *deſperatio* ; de ſtulto & inſano conſilio.

ο Phocidem ab Ortu atringit *Bœotia*, *Aonia* priùs & *Ogygia* dicta ; Atticæ etiam & Theſſaliæ conterminа eſt.

π Orchomenum ſive (g) *Orchomenus* Claroneæ urbs vicina, adhuc *Orchomeno* dicitur ; olim ibidem erat templum *Charitibus*, h. e. *Gratiis* ab Eteocle dicatum, ditiſſimum, cui Thebani tributa pendebant. Ejus ſolum aliquando à talpis ferme totum everſum eſt.

ϱ *Theſpia* ſive (h) *Theſpiæ* infra Heliconem montem ad ſinum Criſſæum fuerunt ſtructæ, Platæis finitimæ & Muſis conſecratæ, quæ inde etiam *Theſpiades* dictæ [c]. *Fons* ibi erat [d], in quo Narciſſus ſe viſum amavit perditè. *Glycerium* inſigne Theſpienſium ſcortum tabulam (i) Cupidinis, multis talentis æſtimatam, à Praxitele ſibi donatam, civibus ſuis dono dedit. In agro Theſpienſi ad dextram Heliconis, 40 ab urbe ſtadiis, loco aſpero & ſublimi (k) *Aſcra* fuit ſita, *Heſiodi* patria. [e]

σ *Lebadia*, ſive (l) *Lebadea* Chæroneæ finitima, nunc *Badia* dicitur. In ejus agro nullæ reperiuntur talpæ, Plinio teſte. Ad eam antrum fuit (m) Trophonii.

τ (n) *Chæronea* in finibus Phocidis ad Cephiſſum [f] fl. *Plutarchi* [g] patria, hoc tempore jacens, nomen antiquum retinet. Ad eam urbem Athenienſes à Philippo Macedonum Rege ſuperati, magnaque clade affecti, magnis opibus exuti ſunt. (o) *Coronea* huic urbi finitima eſt, hodie *Corone*, ad quam Ageſilaus vicit Thebanos, Athenienſes eorumque ſocios.

υ (p) *Platææ*, ſive *Platæa* apud Citheronem montem, ad Aſopum fl. inter Theſpias & Thebas, olim urbs celebris [b]. Ad eam *Mardonius*, Perſici exercitus dux, à Græcis *Pauſania* duce acie victus, cum florentiſſimis Perſarum copiis occubuit [i].

φ (q) *Thebæ Bœotiæ* ſeptem portarum, inter Aſopum & Iſmenum fluvium olim ſitæ, hoc tempore jacent [k]. Urbs hæc potentia & rerum magnitudine per Græciam olim celeberrima, condita primùm fertur à *Cadmo*, aut ab *Amphione* : multos virtute & eruditione præſtantiſſimos viros tulit ; *Linum* & *Pindarum* Poëtas ; *Cebetem* Socratis familiarem ; *Epaminondam* & *Pelopidam* Imperatores fortiſſimos. In hac *hirundines* non nidificant ; ſicuti Athenis non videntur cornices, Plinio teſte [l]. *Alexander M.* ſub ipſam expeditionem Aſiaticam contra Darium Thebas expugnatas delevit ; Pindari tamen ædibus parci juſſit ; paternoſque conſervavit hoſpites. *Philippus* enim obſes apud eos fuerat educatus. Cæteri partim interfecti, partim venditi ſunt. *Caſſander*, XX pòſt annis eam urbem inſtauravit, Alexandri potiſſimùm odio. Quam rem multæ civitates non modo Græciæ, ſed & Siciliæ atque Italiæ, magno ſtudio adjuverunt. [m] *Legem* Thebanorum *de infantibus non exponendis*, humanitatis & æquitatis plenam, refert Ælianus. Thebarum arx (r) *Cadmea* munitiſſima erat ; cujus frequens fit mentio in Hiſtoria Græca. Porrò apud Thebas (ſ) *Helicon* lucus eſt, (t) *Cithæron* ſaltus, & amnis (u) *Iſmenus* ; fontes (x) *Arethuſa*, (y) *Dirce*, unde *Pindarus* Horatio [n] *Dircæus* vocatur, (z) *Aganippe* & (a) *Hippocrene*, quos *Cadmus* in alitis equi ungula reperiſſe fingitur ; iidem poti inſpirationem literarum facere finguntur. Cæterùm ab his Thebis [o] Bœotiis diverſæ ſunt *Thebæ Ægyptiæ* in Thebaide ; & *Thebæ Lucaniæ* in Italia.

χ (b) *Delium* opidulum ad oram maritimam fuit [p] contra Eubœam inſulam, Tanagræ finitimum [q]

ψ (c) *Aulis* opidum cum portu magno contra Chalcidem ſita ad Euripum, Hìc Græci in Trojanos expeditionem parantes conjurârunt.

HEKELII.

[f] Vid. eund. *Strabon.* M. Lib. IV. *Geogr.* p. 341.

[t] Ideò prius *Larnaſſus* dictus, quòd *Larnax*, Id eſt, Arca *Deucalionis*, illuc appuliſſet.

[u] Hodie Coſtaldo dicitur *Parnaſo*, & Sophiano *Liacura*.

[x] Vocatus autem eſt *Helicon* ab *Helicone*, qui ibi cum *Cithærone* Fratre ſingulari certamine pugnaſſe fertur.

[y] Etiam *Muſis* ſacer.

[z] Erga quos atrox odium & irreconciliabilis ſimultas, ſive, ut loquitur *Plutarchus*, ἄσπονδος & τέλεμος omninò erat.

[a] Apud *Eraſmum* Chil. IV. Cent. IV. *Adag.* I. p. 741, col. a. & *Manutium* in *Adag.* p. 1059.

[b] S. *Phocica*.

[c] Vid. *Strabo* Lib. IX. *Geogr.* p. 745. [d] *In*

(a) Delphi. (b) Parnaſſus m. (c) Helicon m. (d) Caſtalius fons. (e) Criſſa. (f) Campus & ſinus Criſſæus. (g) Orchomenus. (h) Theſpiæ. (i) Cupidinis tabula. (k) Aſcra. (l) Lebadea. (m) Trophonii antrum. (n) Chæronea. (o) Coronea. (p) Platææ. (q) Thebæ Bœotiæ. (r) Cadmea arx Theb. (ſ) Helicon. (t) Cithæron. (u) Iſmenus fl. (x) Fontes Arethuſa. (y) Dirce. (z) Aganippe, & (a) Hippocrene. (b) Delium. (c) Aulis.

portu clara, Agamemnoniæ Grajorumque [r] in Trojam conjurantium classis statio: ω *Leuctra* Epaminondæ Thebani pugnâ adversus Lacedæmonios victoriaque clara. In [1] *Megaride*, unde regioni nomen, [2] *Megara* & [3] *Eleusis*. In [4] *Attide*, [5] *Marathon* magnarum multarumque vir-

Megarensium. Atticorum.

[d] *In quo* Narcissus imaginem sui conspexit, & præ ardenti amore erga se ipsum extabescens vitâ privatus est & in Florem sui nominis evasit, sicuti finxit *Ovidius* Lib. III. *Metam.* Fab. VII.

[e] Sicuti *Strabo* loc. cit. testatur.

[f] Et *Orchomenum* Fl. arundinis tibialis fertilitate nobilem.

[g] Historiæ Scriptoris disertissimi & morum Præceptoris insignis, qui duo egregia ac eruditissima post se reliquit volumina, de quibus vid. CL. nostrum *Quenstedtium* in *Dialogo* de *Patriis* Viror. illustr. p. 410.

[h] A latitudine Nemorum sic dicta.

[i] Eodem nomine est Insula in Mari *Libyco* quasi oppositа ad Cyrenem.

[k] Et nunc vulgò *Stibes* vocantur.

[l] Lib. X. H. N. c. XXIV. p. 176. lin. 37. seq.

[m] Rempublicam *Thebanorum* descripsit *Ubbo Emmius* Part. II. rerumpp. *Græcar.* Tract. V. Edition. *Ludg. Batav. Elzev.* in 16.

[n] Lib. IV. *Carm.* Od. II. v. 25.

[o] Quarum *Bœoticarum* np. & *Strabo* Lib. I. *Geogr.* p. 63. & Lib. IX. p. 789. mentionem facit.

[p] *Stephano.*

[q] Sed *Delum Strabóni* loc. jam cit. p. 734. Templum est *Apollinis*, quod à *Delo* profecti condiderunt.

[r] Nonnullæ cæterarum Editionum legunt *Græcorumque.*

BUNONIS.

ω (a) *Leuctra* sive *Leuctrum* opidum inter Thespias & Platæas ad Cithæronis radices in finibus Megaridis situm erat. Fuerunt præterea in Bœotia opida clariora (b) *Tanagræ* ad Thermodontem amnem. Thebis vicina, hodie *Anatoria*: hanc urbem Stephanus ait ab Homero *Græam* vocari, ab Aristotele *Oropum*. Cur *Græa* dicta fuerit, leges in Bœoticis Pausaniæ. *At* (c) *Oropus* in litore Euripi est. (d) *Mycalessus* Delio & Aulidi vicina urbs, à voce bovis id nominis sortita, acerbissimâ clade, qua bello Peloponnesiaco affecta est, nobilitata. Thraces enim quidam ab Athenienſibus domum remissi, eam matutinis horis, repentino & inopinato incursu, captam direptamque, cædibus promiscuis pæne exhauserunt; & præter alios, maximum puerorum numerum, vix dum ingressorum in ludum literarium, inaudita sævitia trucidârunt. Bœotiæ (e) flumina sunt (f) *Asopus*, hodie *Asopo* Platæensem & Thebanum agrum dirimens, juncos habebat excelsos & herbis abundabat, quibus sternebantur lecti. *Cephisus* vel (g) *Cephissus* inundationibus obnoxius albas oves faciens: & (h) *Melas* eodem lacu profluens, nigras: si Plinio [f] credimus; quem eundem adi de hujus fluminis & (i) Orchomenii lacus arundinetis [t]. Ad Cephissum flumen [u] (k) *Themidis* fuit oraculum [x]. (l) *Ismenus* hodie *Ismeno* Thebas præterfluens in Euripum Euboicum properat. Ab hoc *Thebani Ismenii*, & *fœminæ* eorum *Ismenides*, & *Apollo Ismenius* appellatus est. Solinus è Varrone tradit, videri ibi (m) *puteum pestilentem*, cujus liquor haurientibus mortem afferat. Perdices quoque in Bœotia non esse sui juris; sed in ipso aëre, quasi transire non audeant, metas habere, neque ultra notatos terminos unquam exire; nec in Atticum solum transmeare credi vult. Cæterum (n) *Bœotii* corporum robore valebant & pugnaces erant: ingenio verò, ob aërem crassiorem tardi. *Sus Bœotica*, proverbiale dicterium erat [y] in hominem agrestem & rudem: item *Bœoticum ingenium* [z]; & *auris Bœotica*, de homine crassi ingenii [a]. [1] (o) *Megaris* Helladis sive Achajæ exigua regio, Isthmum & sinum Saronicum attingens, Peloponnesum ad Meridiem habet, Atticam ad Ortum, & Bœotiam in Septentriones & Occasum. [2] (p) *Megara* ad sinus Saronici angulum extremum sita, quum Athenienſium antè fuisset, occupata est à Lacedæmoniis bello Dorico, qua tempestate Codrus Athenienſibus imperitabat: Ex eo lingua & moribus Dorienſium usi sunt Megarenses. *Theognis* hanc habuit patriam; & *Euclides* mathematicus; qui capitis periculo detereri non potuit, quo minus sub noctem Athenas ad Socratem ventitaret, palla muliebri tectus, & facie obvelata; item *Stilpo*, qui captâ patriâ, omnibusque amissis, professus est, se omnia sua secum habere. Ab hac etiam urbe orti sunt *Philosophi Megarici* sive *Megarenses* [b]. Megarenses risui adeo deditos ferunt, ut *risus Magaricus* [c] in proverbium abiret; & *Lachrymæ Megarenses* [d] de fictis; *Megarensis ars* [e] in dolosos & astutos proverbio quoque [f] dicitur. (q) *Nisæa* seu *Nisæum* Megarensium erat portus, longis mœnibus jungebatur Megaræ. [3] (r) *Eleusis* sive *Eleusin* Megaræ proxima ad eum sinum Saronicum est, qui inde quoque *Eleusinus* dicitur: ubi *Cereris* fanum celeberrimum: ipsaque urbs huic Divæ consecrata erat. *Eleusinia Sacra* ad eam urbem, exclusis profanis, secretè fiebant: ut in proverbium abierint. Eadem Athenis quoque magno concursu & celebritate Cereri fiebant, in quibus matronæ in curribus per Jocum sibi mutuò & libere conviciari solebant; ut inde ortum proverbium, *De plaustro loqui*; i. e. liberè quemq; reprehendere [g]. [4] (s) *Attica*, *Attis*, & *Atthis*; olim etiam *Actæ* & *Attica*; item *Mopsopia*, & *Cecropia* dicta, in Helladis sive Achajæ angulo orientali & australi sita; ad *Sunium* usque *promontorium* porrecta, totius Græciæ clarissima regio est; hodie *Ducato di Setines* vocatur. [5] (t) *Marathon*, hodie *Maratona* seu *Marasón*, inter Athenas & litus orientale sita, X millia passuum abest Athenis [b]. Marathoni vicinus est *campus* clade Persarum & Athenienſium virtute illustris. *Miltiades* enim Athenienſis decemplicem numerum hostium hic profligavit: cujus rei memoriam nocturna etiam spectra interire non sunt passa, si Pausaniæ credimus. At Marathonem jam olim illustrem reddiderat *Thesei* de *tauro Marathonio* parta victo-

(a) Leuctra. (b) Tanagræ. (c) Oropus. (d) Mycalessus. (e) Flumina. (f) Asopus. (g) Cephissus. (h) Melas. (i) Orchomenius lacus. (k) Themidis Oraculum. (l) Ismenus fl. (m) Puteus pestilens. (n) Bœotiorum ingenium & mores. (o) Megaris. (p) Megara. (q) Nisæa portus Megarensium. (r) Eleusis. (s) Attica. (t) Marathon.

virtutum teſtis; & clariores quàm ut indicari egeant [6] *Athenæ*. In [7] *Locris Epicnemidiis*, [8] *Cnemides*, unde regioni cognomen, [9] *Opus*, [10] *Thronium*. Locrorum.

IV. Græ-

victoria. *Montes*, *lacus* & *ſpecus* in Marathone mirabiles Paulanias memorat. [6] (a) Athenarum, quæ nunc *Setines*, celebritatem nemo eſt, qui quidem extremis, quod dicitur labris, literarum ſtudia attigerit, quin cognitam habeat. Urbs hæc ad Saronici ſinus litus à *Cecrope* [*i*] olim condita, ſic de *Minervæ* nomine dicta eſt: nunc obſcurior eſt, arcem habens præmunitam; mœnia urbis ſuperſunt, quæ maximam partem vaſtata hodie incolitur à Græcis & Turcis. Olim res pace & bello pro ſalute & dignitate Græciæ geſſit: Sapientiæ, eloquentiæ & virtutum ſtudia excoluit, hiſtorias condidit, omnis eruditionis mater [*k*]. Plurimi inde orti viri togâ & ſago illuſtres: *Theſeus*, *Codrus*, *Miltiades*, *Themiſtocles*, *Ariſtides*, *Pericles*, *Alcibiades*, *Conon*, *Thraſybulus*, *Æſchylus*, *Sophocles*, *Euripides*, *Ariſtophanes*, *Menander*, *Socrates*, *Plato*, *Xenophon*, *Iſocrates*, *Demoſthenes*, *Æſchines*, *Hyperides*, *Demades*, *Thucydides*, *Draco*, *Solon*. Eò docendi vel diſcendi gratiâ infiniti ferè ſe contulerunt. Hæc enim urbs *Sapientum domicilium*, *Sapientiæ prytaneum*, *Schola Græciæ*, *communis omnium hominum ludus literarius*, *Græciæ Græcia*; *anima*, *ſol & oculus Græciæ*, pluribuſque aliis elogiis ornata eſt. Literæ enim ac facundia & civilis ordo & diſciplinæ veluti templum Athenas habebant, Juſtino [*l*] teſte [*m*]. Erat in ea (b) *Areopagus*, quaſi *Martis vicum* dicas, in quo graviſſimæ & capitales cauſæ diſceptari ſolebant ab iis judicibus, qui *Areopagitæ* dicti; in quorum numero & *Dionyſius* ponitur, cujus mentio fit in Actis Apoſt. cap. 17. Noctu conſilium hoc fuit coactum; ne quid menti officeret perſona reorum. Et Oratores dicere juſſi ſunt ἄνευ προσωπείων καὶ παθῶν. In eadem urbe nobiliſſimæ erant doctorum virorum *Scholæ*, *Academia*, & *Lyceum Platonis*, *Ariſtotelis*, *Xenocratis*, aliaque gymnaſia. Erat & porticus, (c) *Pœcile* cognomento, quod variis picturis Polygnoti decorata eſſet. Ab hac (d) *Stoa Philoſophi* nomen traxêre *Stoicorum*. Erant & (e) *Horti*, in quibus (f) *Epicurus* cum ſectatoribus philoſophari ſolitus eſt [*n*]. *Arx* urbis (g) ἀκρόπολις, itemque πόλις olim ipſis dicta, è præruptis rupibus ſubjectam urbem, quam ἄστυ vocabant, & vicinam univerſam, ipſumque mare latè, & *Propylæa* ſplendida & ſumptuoſa, proſpectabat. Ad mare erat collis (h) *Munychia*, Philonis armamentarium, multas intus habitationes includens, muro cinctus [*o*]. (i) *Phalerus* navale & (k) *Piræus* portus *triplex*, quem longi muri XL ſtadiorum, tamquam duo brachia, urbi jungebant. Ante urbem (l) *Ceramicus* erat, locus publicæ ſepulturæ, ubi eorum oſſa condebantur qui in bello pro Patria occubuiſſent. In urbe enim per legem Solonis funerare non licebat: uti nec apud Romanos. (m) *Theatrum* quoque erat Athenis à Baccho *Dionyſiacum* appellatum: ubi ad concionem vocari populus, & magiſtratus verba ad eum facere ſolebat. Porro (n) *Rhamnus* Atticæ pagus, templum habebat Amphiarai, & Nemeſis, quæ inde *Rhamnuſia* dicta eſt. Ejus ſtatuam inſignem, monumentum victoriæ de Perſis, hic ſpectandam elaboraverat Phidias, artifex celeberrimus. Erant & (o) *Acharnæ*, vicus Atticæ maximus: & (p) *Decelia* caſtellum, quod quum Peloponneſii, Agide duce, communiiſſent, maximis cladibus affecerunt Athenienſes. Medio ferè ſpatio inter Athenas & *Thebas* ſita erat Decelia, loco campeſtri quatuor milliaribus Germanicis ab utriſque diſtans. Cæterùm *Attica fides* [*p*] in proverbio eſt, de integra & incorrupta. Item *Attica Muſa* [*q*], & *Atticus lepos* [*r*], de eleganti [*ſ*]. Attici tamen, & præſertim *Athenienſes* lucri & munerum cupidiſſimi [*t*] fuerunt, adeò ut apud Ariſtoph. proverbio dicatur; *Atticus etiam moriens porrigit manum* [*u*]. [7] (q) *Locri Epicnemidii* inter Locricos montes & Euripi litus incoluerunt. [8] (r) *Cnemides* ſive *Cnemis* in eodem litore nonnullis hodie *Eretia* dicitur; *Cnemides* ſeu *Cnemis* etiam mons ſeu collis eſt Straboni & Euſtathio, qui inſtar tibiæ aut ocreæ in mare procurrit, unde *Epicnemidii* dicti ſunt hi Locri. [9] (ſ) *Opus* ad ſinum *Opuntium*: unde etiam Locri *Opuntii* dicti. [10] (t) *Thronium* hoc Locrorum Epicnemidiorum ad Boagrium *fl.* eſt Plinio: ad Sinum Malliacum Livio. Vaſtatum à Xerxe & incendio deformatum. [11] (u) *Elatæa* & [12] (x) *Lilæa* Phocidis opida ſunt ad Locrorum fines, inter Aſopum & Boagrium flumina.

HEKELII.

[*ſ*] Lib. II. c. CIII. p. 29. lin. 48. ſeq.

[*t*] Vid. *Strabo* Lib. IX. p. 728, 740, & 773.

[*u*] Cujus prodigium deſcribit etiam *Plinius* Lib. XXXI. c. 11. p. 553. lin. 44. ſeq.

[*x*] Ideoque *Lucanus* Aquas *Cephiſſi* vocat *fatidicas*.

[*y*] Et adhuc eſt ap. *Eraſm.* Chiliad. 1. Cent. X. Adag. VI. p. 269. col. b. & *Manutium* p. 404. col. a.

[*z*] Apud eundem *Eraſm.* Chil. II. Centur. III. *Ad.* VII. p. 353. col. b.

[*a*] Conf. id. *Eraſmus* Chil. III. Cent. II. Ad. XLVIII. p. 552. col. b. & *Manutius* p. 811. col. a.

[*b*] Qui *Euclidi Megarenſi Socratico* ſucceſſerunt. Dicta a. eſt *Megara* à *Megareo*, *Apollinis* Filio, vel ab *Ægeo*, *Pandionis* Filio. In Agro hujus Civitatis præſtantiſſimi olim provenerunt *Bulbi*, qui inde dicti *Megarici*.

[*c*] *Eraſmo* Chil. 1. Cent. V. *Ad.* LXX. p. 154. col. b. & *Manutio* p. 223. col. b. teſtantibus.

[*d*] Apud eund. *Eraſm.* Chil. II. Cent. V. *Adag.* XX. p. 408. col. b. & *Manutium* p. 606. col. a.

[*e*] S. *Megaricum Machinamentum*, ſive *Machina Megarica*.

[*f*] Eidem *Eraſmo* Chil. II. Cent. III. *Adag.* IX. p. 369. col. b. atque Manutio. p. 550. col. b.

[*g*] Vid. Omnino iterum *Eraſmus* Chil. 1. Cent. VII. *Adag.* LXXIII. p. 212. col b. & *Manutius* p. 318. col. a.

[*h*] Hujus Urbis meminit *Q. Curtius* Lib. IV. c. 1. Sect. 6.

[*i*] Unde & dicta *Cecropia*.

[*k*] Et

(a) Athenæ. (b) Areopagus. (c) Pœcile. (d) Stoa. (e) Horti. (f) Epicuri. (g) Acropolis arx. (h) Munychia. (i) Phalerus, (k) Piræus Portus. (l) Ceramicus. (m) Theatrum Dionyſiacum. (n) Rhamnus. (o) Acharnæ. (p) Decelia. (q) Locri Epicnemidii. (r) Cnemides op. & mons. (ſ) Opus, Locri. (t) Thronium. (u) Elatæa. (x) Lilæa.

Varia Theſſaliæ nomina.

IV. Græciæ propriè dictæ à Septemtrione jungitur mutatis ſæpe nominibus *Æmonia*, Macedoniæ quondam pars, at poſteà avulſa, moxque iterum juncta. Eadem *Pelaſgicum*, *Argos*, *Hellas*, *Theſſalia* & *Dryopis*, ſemper à Regibus cognominata. Ibi genitus Rex nomine *Græcus*, à quo *Græcia*; ibi *Hellen*, à quo *Hellenes*. Hos eoſdem Homerus tribus nominibus appellavit, *Myrmidonas*, *Hellenas* & *Achæos*. At α Theſſaliæ nomen tandem invaluit, in *Theſſalos proprie dictos*, *Eſtiotas*, *Pelaſgos*, *Magneſios ac Phthiotas* populos diviſum.

Græcus rex.

Hellen. Myrmidones.

Opida Theſſaliæ proprie dictæ.

V. Opida in β Theſſalia propriè dicta; γ *Hypata*, δ *Soſthenes*, *Cypera*. In ε Eſtiotide ζ *Gomphi*, η *Phæſtus*, ϑ *Tricca*: ι *Ætinium*, & κ *Philippici campi*, *iidem* & λ *Pharſalici*, civilibus Romanorum cladibus nobilitati. In μ Pelaſgia, *Py-*

Eſtiotidis. Pelaſgiæ.

[k] Et bonarum Artium, immò Philoſophorum & Oratorum mater & Poetarum Alumna.

[l] Lib. v. cap. VIII. Sect. 4. 9. & c. IX. Sect. 9.

[m] Hujus Rempublicam deſcripſit *Ubbo Emmius* Part. 1. *Rerumpp. Græcor. p.* 7. ſeqq.

[n] Hic *Epicurus* Summum Bonum in *voluptate*, non quidem *corporis*, ſicuti *Ariſtippus*, ſed *animi*, hoc eſt in abſentia omnium dolorum ponebat; & licèt tradatur fuiſſe vitæ continentiſſimæ, tamen nomen illud voluptatis, in quâ SUMMUM BONUM ponebat, effecit, ut ab eo homines voluptarii EPICUREI dicantur.

[o] Vid. *Strabo* Lib. IX. p. 720. ſeq. Fuit & *Munychia Dianæ* cognomen, quæ apud *Pygellum* non procul ab *Epheſo* colebatur. Sed *Munychia*, *iorum*, *Palladis* Feſta ſunt. Inde Munychius Portus extra *Athenas* dictus.

[p] Apud *Eraſmum* Chil. 1. Cent. VIII. *Adag.* XXVI. p. 225. fac. a. ut & *Manutium* p. 338. col. b.

[q] Apud eund. *Eraſmum* loc. cit. *Ad.* lxxx. p. 238. col. b. & *Manutium* p. 360. col. b.

[r] Sive *Eloquentia*, eodem Eraſmo Chil. 1. Cent. II. *Adag.* lVII. p. 70. col. a. interprete.

[ſ] Suavi ac conſummata Eloquentia dicitur.

[t] Δαιδοκῆντες.

[u] Conf. iterum *Eraſm.* Chil. II. Cent. VII. *Adag.* XLVI. p. 456. col. a. & *Manutii* Adagia p. 675. col. b.

BUNONIS.

α (a) *Theſſalia* inter Græciam & Macedoniam interjecta eſt, quarum hanc ad Septemtrionem; illam ad Meridiem habet, ad Ortum Ægæum mare, ad Occaſum Pindum montem.

β *Theſſalia proprie dicta*, etiam *Theſſaliotis* appellata, Pindo & Othry montibus, fluvioque Peneo inclula erat.

γ (b) *Hypata*, opidum hodie *Spates* [x] inter Eſtiotidis fines, & Pindi montis ponitur radices: alii tamen ad Maliacum ſinum & Oetæ montis radices collocant Theſſaliæ celeberrima. *Heic* gravida veneficio ligata octo annis fœtum geſtavit. *Apul. Metamorph. l.* 1. In ea Ætoli ſuos ſolebant celebrare conventus. [y]

δ (c) *Soſthenes*, hodie, Moletio teſte, *Stiamiza* dicitur, opidum mediterraneum.

ε (d) *Eſtiotis* Theſſaliotidi ad Septemtriones contermina eſt.

ζ (e) *Gomphi* op. hodie *Gonfi* ad Epiri confinia, inde venientibus primò occurrit, *Gonno* finitimum. Haud procul à Gomphis Peneus fl. oritur. Urbs illa in agro fœcundo eſt ſita: ibi enim Cæſar multos ex ſuis vino & ingluvie perdidit.

η *Phæſtus* Gomphis finitima eſt.

ϑ (f) *Tricca* vel *Trica*, Pindo monti & Dolopibus vicina, hac tempeſtate urbs primaria, & ſedes præfecti eſt, vocaturque *Tricala* [z]. In hac quoque olim fuit Æſculapii templum.

ι (g) *Ætinium*, hodie *Atino* Triccæ urbi finitimum.

κ (h) *Campi Philippici*, in quibus acies Romanæ, ducibus hinc *Caſſio* & *Bruto*, inde *Antonio* & *Octavio*, infeſtis inter ſe armis concurrerunt, ad *Philippos* erant; longè diverſi à (i) *Pharſalicis* campis, in quibus *Pompejus* cum *Cæſare* dimicavit. Hi enim in Theſſalia ad *Pharſalum*; illi ad Strymonem in Thracia aut Macedonia extrema ponendi. Tamen & illi *Philippici* dicti ſunt, *a Thebis Theſſalicis*, quæ & *Philippi*.

HEKELII.

[x] Et quondam qſ. Metropolis hujus Regionis.

[y] Clarus quoque *Hypatenſis Ager* eſt. Eſt & *Hypata* Regio prope *Sangarum* Fluvium.

[z] *Plinius* TRICAM per *ſimplex* & TRICCAM per duplex co omnino inter ſe confundit, quando HANC Lib. IV. *Hiſt. Nat.* c. VIII. p. 53. lin. 9. Oppidum *Theſſaliæ*; ILLAM verò Lib. III. c. IX. p. 43. lin. 47. ſeq. Oppidum *Apuliæ* eſſe dicit, quod à *Trica*, *Penei* Filia, ita appellatum *Diomedes* cum *Apina* tantâ ignominiâ everterit, ut in *Proverbii* ludibrium tranſierit. Quoties enim *rem futilem* ac *nugatoriam* oſtendere volumus, TRICAS & APINAS adhuc nominamus. Vid. *Eraſm.* Chil. 1. Cent. II. *Adag.* XLIII. p. 65. col. b. ubi videndum, quod *Nonius Marcellus*, *Grammatic.* TRICAS ἀπὸ τῶν τριχῶν à *Pilis*, quibus pulli involvuntur gallinacei, dictas, per *impedimenta* atque *implicationes* ſit interpretatus.

BUNONIS.

λ (k) *Pharſalus* autem, hodie *Farſa*, inter Apidanum & Enipeum flumina, quorum hic in Peneum decidit, ponitur: opidum olim liberum erat: nunc regionis metropolis eſt. [a]

HEKELII.

[a] Dictam a. volunt à *Pharſalo*, *Acriſii* Filio.

BUNONIS.

μ (l) *Pelaſgia* Phthiotidi verſus Septentrionem contermina; ab Ortu mare Ægeum habet. Ad (m) *Atracem* urbem incolebant Lapithæ. Pelaſgiæ urbs quoque eſt (n) *Scotuſſa* ſeu *Scotuſa*, Lariſſæ finitima, ubi oraculum Theſſaliæ perquàm celebre olim erat, nec inferius Dodonæo. Eam urbem

(a) Theſſaliæ fines. (b) Hypata. (c) Soſthenes. (d) Eſtiotis. (e) Gomphi. (f) Tricca. (g) Ætinium. (h) Campi Philippici, & (i) Pharſalici. (k) Pharſalus. (l) Pelaſgia. (m) Atrax. (n) Scotuſſa.

Pytheum, *Atrax*. In ν Magneſia, ξ *Jolcus*, *Herminium*, *Caſtanea*, ο *Meliboea*, & π *Methone*, Philippi Macedonis Alexandri Magni patris obſidione, in qua ſagittæ ictu oculum amiſit, clara ; & in Malliaco ſinu cæſorum etiam Laconum Leonida duce tropæa Thermopylæ. In ρ Phthiotide, σ *Phthia*, τ *Thebæ* cognomine Theſſalicæ, υ *Echinus*, φ *Lariſſa*, χ *Demetrias*, ψ *Pagaſæ*, & ſacro nemore nobilia ω *Tempe*, locus ad Peneum flumen. Magneſiæ & Phthiotidis.

CAP.

bem violato fœdere ex improviſo oppreſſit, crudeliterque in captos conſuluit *Alexander*, *Pheræorum* tyrannus. Reliquias etiam civium poſtea metus Macedonum è patriâ ejecit. Pauſaniæ ætate fuit infrequens ac ferè deſerta. Apud hanc urbem locus eſt (a) κύνος κεφαλαὶ dictus, id eſt, *Canis capita*, ubi Romani *Quinctio Flaminio* duce *Philippum* Demetrii filium magno prælio, adjuvantibus Ætolis, vicerunt. Scotuſſenſis fuit (b) *Polydamas* athleta ſuæ ætatis robuſtiſſimus ; qui & leonem inermis confecit, & taurum extremis pedibus ita pertinaciter renitentem retinuit, ut is vix tandem relictâ in manu ejus ungula effugerit ; & concitatis vi ſummâ quadrigis, correptos currus unâ manu ſtitit. In Perſidem à Dario Notho evocatus, tres viros ex iis, qui more Perſico *immortales* vocati, ex provocatione occidiſſe dicitur. Tandem, quum ſpeluncam quandam unà cum aliis intraſſet, & ſuperior terræ pars fatiſcens ruinam minaretur, ipſe, diffugientibus ſociis, ſolus ruinam fulcire manibus conatus mole ſuperincumbentis montis oppreſſus eſt. Cæterum ſinum Pelaſgicum & Thermaicum dirimit promontorium (c) *Sepias*, ad cujus litora Xerxis olim claſſis naufragium fecit.

ν (d) *Magneſia* exigua regio inter Pieriam ad Boream, Pelaſgiam ad Auſtrum, in ora maris Ægæi ad ortum fuiſſe videtur, ubi (e) *Magneſia* promontorium.

ξ (f) *Jolcus* nunc *Jaco*, ad Sinum Pelaſgicum eſt, olim λατρεία cognominata, quaſi *famula* ; cujus ſervitutis multæ ab antiquis afferuntur cauſæ. Ab ea *Theſſalia* dicta eſt *Jolcitis* : itemque Jaſon *Jolcites* inde ad aureum vellus miſſus. Ludi funebres, in urbe iſta, inſtituti ſunt ab Acaſto.

ο (g) *Meliboea* ad Oſſæ montis radices, apud Bœboidem lacum, purpurâ nobilis : hanc etiam *Philoctetes*, Herculis comes alumnus illuſtravit.

π Sagittam iſtam jecerat *Aſter* opidanus, ſuo inſcripto nomine, & loco vulneris, quem petebat. Sagittis verò plurimum hanc gentem valuiſſe docet Solinus. Eſt quoque alia urbs Peloponneſi (h) *Methone* in ora Meſſeniæ. Magneſiæ quoque aſcribitur urbs clara (i) Pheræ Alexandri tyranni ſedes ; qui Pelopidam aliquando habuit in vinculis. Tyrannus iſte ab uxoris ſuæ Thebes fratribus in cubiculo tandem occiſus eſt, ipſa eos impellente & prælucente. Et hinc quoque Jaſon ille Argonautarum dux, ſed qui ante Philippum rerum potitus eſt in Theſſalia, & inter callidos collocatur imperatores.

ρ (k) *Phthiotis* ad Sinum Maliacum eſt, nomen à (l) *Phthia* urbe habens.

σ (m) *Phthia* Achillis patria apud Sinum Maliacum erat, quem tamen Homerus *Lariſſæ* propinquæ aſſcripſiſſe creditur, quòd Phthia parum hoſpitalis in ipſum exſtitiſſet.

τ (n) *Thebæ Theſſalicæ* ſeu *Phthioticæ* nunc vulgò *Ziton* ad Sinum Maliacum ſunt. Urbis iſtius navale erat *Pyraſus XX. ſtadiis ab eo diſſitum*.

υ (o) *Echinus* è regione Eubœæ, ad fauces illius Sinus qui hodie vulgò *Golfo di Volo* dicitur, vocatus olim *Maliacus*.

φ (p) *Lariſſa* in Theſſalia gemina eſt, una Mediterranea ad Peneum flumen ; altera maritima in Phthiotide, *Lariſſa Penſilis* dicta, ad ſinum Maliacum, cui Homerus aſſcripſit Achillem, qui Lariſſæus ab ea dicitur : *Hodie* vocatur *Larizzo*.

χ (q) *Demetrias* urbs maritima eſt ad Sinum Pagaſæum, Pagaſis proxima ; nunc metropolis eſt : *A Demetrio* Poliorcete Antigoni filio, præſtante poſt Alexandrum virtute & rebus geſtis Rege, dicta eſt, quum antè *Pagaſa* fuiſſet. Erat aliquando Macedonum Regum ſedes, & navale ; ubi Ætoli quoque ſuos habuere conventus. Numerarunt urbem iſtam inter compedes Græciæ. Hodie vulgo *Dimitriada* vocatur.

ψ (r) *Pagaſa* ſive *Pagaſæ* ad Pagaſæum ſinum, Pheræorum navale ; ubi *Argo* navis exſtructa fertur ; unde & *Pagaſæa* appellatur.

ω (ſ) *Tempe* amœniſſima Theſſaliæ vallis, multorum literis celebrata eſt, quinque millia paſſuum longitudine, & fermè ſeſqui jugeri latitudine, ultra viſum hominis attollentibus ſe dextra lævaque leniter convexis jugis. Intus ſuâ luce viridante allabitur (t) *Peneus*, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu. Ibidem quoque (u) *Cranon* erat, ubi cum ſuis convivis oppreſſus *Scopas*, ædificio in ipſos decumbente : Simonides verò conſervatus, memoriæ artificium obſervare cœpit. Cæterum equitatu excellebant (x) *Theſſali*, eoque nomine celebres erant : male tamen audiebant ob veneficia & noxias herbas. Hinc *Theſſala venena*, *herbæ*, *fœminæ* pro maleficis. *Theſſalicus miſſus* quoque in proverbio eſt pro lauta & ſplendida menſa. In Theſſalia *Deucalionis* contigiſſe *diluvium* ſcribunt, ſtagnante flumine Peneo.

(a) Cynos cephalæ. (b) Polydamas athleta. (c) Sepias prom. (d) Magneſia. (e) Magneſia prom. (f) Jolcus. (g) Meliboea. (h) Methone. (i) Pheræ. (k) Phthiotis. (l) Phthia. (m) Phthia. (n) Thebæ Theſſalicæ. (o) Echinus. (p) Lariſſa. (q) Demetrias, (r) Pagaſæ. (ſ) Tempe. (t) Peneus fl. (u) Cranon. (x) Theſſalorum ſtudia & mores.

CAP. IX.

De Macedonia.

I.

Macedonia. SUpra Theſſaliam atque Epirum, verſus Septemtrionem regiones, quæ diverſis populorum nominibus ac regibus anteà ſejungebantur, poſteà uni *Macedoniæ* nomini contributæ, factæ ſunt corpus unum. Terra ipſa duobus inclyta Regibus, *Philippo patre* & *Alexandro filio*, per quos terrarum Imperio quondam potita, magna eſt ac ſpatioſa ad utrumque mare, qua Sol oritur, Ægæum, qua occidit, Jonium extenſa. *Æmathia* antè dicta fuit pars ejus ab *Æmathio* Rege; unde in totam terram nomen dimanavit. *Macedoniam* à *Macedone* Deucalionis materno nepote appellatam vult Solinus: at ego ſuſpicor, à parte ejus *Mygdonia* natum nomen eſſe Macedoniæ, cum exigua ſit pronunciationis differentia in Μακεδονία & Μυγδονία. I

Unde Æmathia & Macedonia dicta.

Macedoniæ limites. II. Limites habet ab *Ortu* Ægæum; à *Meridie* Theſſaliam & Epirum; ab *Occaſu* Ionium ſive Adriaticum mare; ab *Septentrione* eoſdem, quos univerſæ Græciæ ſtatuimus.

Opida Taulantiorum. Epidamnus ſ. III. Centum quinquaginta in hac olim populos fuiſſe, auctor eſt Plinius. At quorum nomina ad nos clara pervenerunt, ad Adriaticum mare, α Taulantii, quorum opida β *Epidamnus* vel *Epidamnum*, propter inauſpicatum nomen, quia

REISKII.

1 (a) *Macedonia* multam in Geographicis notitiam parit tum Mathematicam, tum Hiſtoricam, tum veterem, tum novam: Sed omnem quis intra paucas lineas coerceat? (b) Ab Macedone Oſiridis cujuſdam & Thuriæ, quæ una inter Deucalionis filias fuit, nomen adhæſiſſe ut credatur, Stephanus, Juſtinus, Plinius, & Solinus facile perficient. Cum analogia faveat Grammatica, quæ non feret, ut ab una parte Mygdonia regionem integram dictam ſuſpicemur. Equidem auctori noſtro parum intereſt ex una pronunciationis differentia: Sed plus intereſſe, totius & partis ratio, veterumque auctoritas docet. Plinio autem Sphalma librarium irrepſiſſe dixerim, qui centum quinquaginta populos uni huic terræ neque tum ſatis cultæ adſcripſit: Quos nemo veterum numeravit; Ne quidem כתיים (c) *Chittim* aut Κίτιος ἢ Κίτιες, quos cum Bocharto ſupra Italiæ adſcripſimus. Nec unicus liber Macabæorum primum, nec μακετία vel Macetia, quæ Macedoniam denotavit, illud conficient. Regnum hic primus tenuit (d) *Caranus*, ex Argivis Heraclida ſtrenuus, anno circiter poſt regni Medorum initia ſexageſimo; Ultimus Perſeus A. V. C. DLXXXVI, perdidit, Macedoniâ in Romanam provinciam mutatâ, ubi ab regibus XL per annos 647, regnatum fuerat. Hinc Rom. Imperio innexa Diœceſin ampliſſimam ex ævo Imp. Juſtiniani continuit, ut (e) *Macedonia prima Ægæo mari propior* (non Ionico, quod Pancirollus in Notitia Imp. cap. 126, voluit) *Theſſalonicenſis etiam dicta, hinc ſecunda procederet; amplius ſalutaris & ultimo Prævalis ſeu Prævalitana.* Sed Amurathes II, Macedoniam totam bello perdomuit, (f) Theſſalonica Venetis, A. 1417, erepta quam Salonichi hodieque nominant, urbem incolis Græcis, Latinis, Turcis advenisque mercatoribus frequentiſſimam. (g) *Albania* hodierna Macedoniæ pars Vallonam, Dyrrachium *vel* Durazzo, Preveſam ſive Nicopolim, pluresque admodum obſcuras urbes; Crojari item munitiſſimam urbem & mediterraneam, Joban. Caſtrioti, Principis Epirotæ, poſthac Georgii ſedem. Hunc obſidem in ætate prima ſibi datum in circumciſione Turci Scanderbeggum h. e. *Alexandrum Dominum* vocarunt, ſed ſibi ipſis ominoſo nomine, cum clades plurimas ab uno illo & graviſſimas quidem acceperint: Ab illa (h) *Duces de Croy* ſuperſtites & inde oriundi nomen ſuſcipiunt. Cæteras urbes attingere non licet.

BUNONIS.

α (i) *Taulantii*, quorum regio *Taulantia* [*a*] ſupra Acroceraunios, Illyrico finitimi, regionem maritimam tenuerunt. Ea Macedoniæ, an Illyrico ſit annumeranda, nondum ſatis certum eſſe videtur.

β (k) *Epidamnus* notiſſima ad mare in Peninſula condita urbs eſt. Ex ea enim in Italiam trajicere ferme ſolebant; *Cicero* huc ab exſulio rediit. [*b*]

HEKELII.

[*a*] Hoc tempore, ſi *Caſtaldo* fides eſt habenda, *Tamorita* vocata.

[*b*] Quam urbem exilii ſui tempore amiciſſimam expertus eſt atque officioſiſſimam.

BU-

(a) Macedonia. (b) Ab Macedone. (c) Chittim huc non pertinet. (d) Caranus rex primus. (e) Macedonia victa. (f) Theſſalonica. (g) Albania. (h) Duces de Croy. (i) Taulantii. (k) Epidamnus ſ. Dyrrachium.


Tab. 30
ILLYRIDIS
PARS
ADRIATICI
SINUS
Pelagonia
Odomantica
Orbelia
SINTICÆ
PÆONIA
Migdonia
Mygdonia
AMPHAXITIS
THALACI DICA
Strymonicus Sinus
Singiticus Sinus
Thermaicus Sinus
n Golfo di Salonichi
ÆMATHIA
PIERIA
PELASGIA
ORESTIS
ELIMIOTÆ
THESSALIA
PROPRIA
PHTHIOTIS
Maliacus Sinus
Golfo de Volo
Pelagicus
EPIRI PARS
Pindus Mons
Otrio Mons
Aemus Mons
Pangeus Mons
Scardus Mons
Orbelus Mons
Olympus M.
Oeta Mons
Thermopylæ
Aous fl.
Arsus fl.
Strymon fl.
Axius fl.
Haliacmon fl.
Peneus fl.
Sperchius fl.
Apsus fl.
Abdera
Topiris
Philippi
Neapolis
Oesima
Thalassia Ins.
Athosa
Nympheum prom. n Cabo de montes Santo
Ampelus prom.
Derrhis prom.
Capo Fasio
Canarsum prom.
Magnesium prom.
Sepias prom.
Pelion M.
Ossa M.
Olympus M.
Pindus M.
Oeta M.
Parnassus M.
Helicon M.
Cithæron M.
Istonium
Bulua
Scodra
Ulcinium
Epidaurus
Rhizium
Sipantium
Ambantium
Thermidava
Orma
Orbelus
Stobi n Starachino
Heraclea Sintica
Amphipolis
Cavalla n Crenides
Arethusa
Euporus
Stagira
Acanthus
Stratonica
Eubœa
Assorus
Apollonia Thessalonica
Methone
Therma
Cassandra
Salonichi
Torone
Panolia
Pydna
Pella
Edessa
Scydra n Sideroca
Europus
Cyrus
Axius fl.
Lycus fl.
Haliacmon fl.
Peneus fl.
Sperchius fl.
Apsus fl.
Arsus fl.
Strymon fl.
Drilon fl.
Genusus fl.
Aous fl.
Thronium
Scarphea
Thermopylæ
Echinus
Thebæ n Zeitun
Sperchias
Phalachthia
Ptelon
Cypæra
Erineus
Trachin
Lamia
Sestines n. Stamira
Hypata n Epates
Tricca
Tricala n. Tricca
Gomphi
Pharsalus
Antigonea
Oricum
Acroceraunii Montes
Aulon Navale n Valona
Durrachium quæ Epidamnus n. Durazzo
Lissus
Epicaria
Albanopolis
Asmopia
Europus
Ionum n Novigrad
Ioria
Lincestis
Heraclia
Æstræum
Æstræi
Illyria
Dassaretis
Scampes
Dibolia
Erodæa
Daulia
Orestis Regio
Tymphæa
Comendæ
litan
Tyrissa
Doliche
Gyrtone
Pytheum
Ilegum
Agaa
Phylace
Vallæ
Morus
Antiochia
Berbœa n Verea
Gerdonia
Cytherus
Myeza
Atrax
Pharsalus
Phœstus
Philippi
Gomphi
Tricca
Ctemene
Tricala n.
Scotusa
Larissa q Argusa
Pheræ
Elate
Boebe
Cranon
Metropolis
Melibœa
Pagasæ
Demetrias
Larissa
Phthia
Pensilis
Eretria
Corcyla
Alus
Sinus Casanea n
Almiro
Taumacia
Iolcos
Magnesia
Mt. Pelion
Mt. Ossa
Mt. Olympus
Mt. Glaphyrus
Mt. Mesapius
Mt. Helicon
Mt. Cithæron
Mt. Parnassus
Mt. Oeta
Mt. Pindus
Mt. Otrio
Mt. Aracynthus
Mt. Corax
Mt. Taygetus
Mt. Lycæus
Mt. Cyllene
Mt. Erymanthus
Mt. Chelmos
Mt. Olenus
Mt. Panachaicus
Mt. Scollis
Mt. Cronius
Mt. Thornax
Mt. Parthenius
Mt. Pholoe
Mt. Lampeia
Mt. Pylus
Mt. Minthe
Mt. Aphrodisium
Mt. Acritas



quia vel in damnum ituris omen id visum est, à Romanis *Dyrrachium* appellatum, nunc *Durazzo*; γ *Apollonia* & δ *Aulon*. ε Elymiotæ, quorum opida ζ *Elyma* & η *Bullis*. ϑ *Orestis regio* Epiro juncta, opidum *Gyrtone*. ι Dassaretæ opida κ *Lychnidos*, *Evia*. Regio λ Æmathia, seu Emathia propriè dicta, opida μ *Pella*, quam omnium Macedonicarum urbium maxime illustrem effecerunt duo alumni, *Philippus* Græciæ domitor, & *Alexander* etiam Asiæ: ν *Ægea*, in qua mos erat Reges sepelire, ξ *Ædessa*, ο *Idomena*, π *Scydra*, ρ *Europus*, *Tyrissa*.

IV. Regio σ Pieria, Musarum parens domusque, opida τ *Pydna*, υ *Phylace*, φ *Dion*.

Dyrrachium.
Elymiotarum opida.
Orestis regio.
Dassaretarum op.
Æmathia.
Pella.
Ægea.
Opida Pieriæ.

BUNONIS.

γ (a) *Apollonia* hodie *Pollina* ad Laum flumen, à litore ad septem millia passuum remota, Corinthiorum & Corcyræorum colonia est, optimis temperata legibus [c]. *Sylla* ex bello Mithridatico rediens, *Satyrum* hic eâ, quâ scribitur esse, formâ, cepisse fertur, & vix inconditam ex eo monstro vocem ac horrendam exprimere potuisse. *Cæsar* initio belli civilis, Pompejo segnius rem gerente, in potestatem redegit Apolloniam, uti & vicina opida. Literarum & humanitatis studia, quibus Principum animi excolendi, ibi viguisse Cæsaris ævo constat. *Octavius* enim vivo ipso, & expeditionem in Dacos, & inde in Parthos destinante, præmissus huc, studiis vacavit. Diligentius & urbem hanc, & vicinum flumen, & regionem ignem innoxium exhalantem, cum Nymphæo & mirifico quodam oraculo, describit Dio.

δ (b) *Aulon*, hodie *Valona* [d], Apolloniæ vicina & munita urbs est, sedesque præfecti Turcarum.

ε (c) *Elymiotæ* [e] *Taulantius* versus austrum fuere contermini.

ζ (d) *Elyma* ad extremum Onei sinus recessum sita, hodie *Canina* [f] dicitur.

η (e) *Bullis* ei vicina est ad eundem sinum. [g]

ϑ (f) *Orestis regio* dicta ab *Oreste*, qui in ea loca confugisse scribitur [b]. (g) *Gyrtone* civitas à Stephano Thessaliæ asscribitur.

ι (h) Dassaretæ, Dassaritæ, Dessaretæ, Dassaritii, & Dassarenses dicti intus in Mediterraneis sunt.

κ (i) *Lychnidos* sive *Lychnidus*, hodie *Ochrida* [i], ad lacum [k] k) cognominem est, quem Polybius [l] *Lychnidiam* vocat.

λ (l) *Æmathia* sive *Ematbia* hæc mare Ægæum attingit ad Ortum, ejusque Sinum Thermaicum; Mygdoniam habens ad Septentrionem, & Pieriam ad meridiem.

μ (m) *Pella*, olim *Bunomos*, & *Bunomea* dicta, apud intimum sinus Thermiaci recessum & Axium flumen sita, hodie *Jeniza* [m] appellatur; ejus situm describit Livius lib. xlv. sub finem. *Euripidis* Poetæ tumulus ibi fuit [n]. Hic quoque alebantur serpentes cicures.

ν (n) *Ægæa* ab *Ædessa* alia & diversa urbs non est; sed plane eadem. Nam Caranus Ædessam captam ob memoriam muneris *Ægeas*, populum *Ægeatas* vocavit, Justin. lib. 7. cap. 1. Et in hac urbe sepeliri reges mos erat; nec alter excellentium virorum bustis apud Macedonas priscos dabatur locus: Solin. c. 14. Ptolemæus tamen Ægæam ab Ædessa distinguit.

ξ (o) *Ædessa* Pellæ vicina erat, Æmathiæ caput, quam *Caranus* capras imbrem fugientes secutus cepit, ac ob memoriam *Ægas*, ac opidanos *Ægeadas* nominavit. In hac sepeliebantur Reges Macedoniæ. Sic enim præceperat *Perdiccas* Carani successor, pollicitus regnum in familia sua mansurum, quamdiu hic Reges conderentur. Feruntque ideo in Alexandro defeciisse stirpem; quod in hac urbe non fuit sepultus.

ο (p) *Idomenæ*, sive *Idomene* opidum inter Doberum, & Atalantam, Europo proximum erat; Gordiniis finitimum.

π (q) *Scydra* hodie *Siderocapsa*, 40 millia passuum à Thessalonica distat.

ρ (r) *Europus*, ad Axium fluvium ponitur Plinio [o]. Sed in *Almoria* quoque *Europus* fuit. Cæterum Æmathiæ quoque urbs fuit (t) *Beroea*, hodie *Veria* dicta; ad Aliacmonem, & Bermii montis radices posita; ibi seditionem contra D. Paulum Apostolum excitaverunt Judæi.

σ (t) *Pieria* Thessaliæ finitima ad Thermaicum sinum sita est: (u) *Aliacmon* flumen eam permeat. Musas à *Pieria* nemore, aut *Pieria* monte dictas ferunt *Pierides* [p]. In monte isto versatus *Orpheus* [q], ac ad eundem discerptus est.

τ (x) *Pydna* antea *Citron* dicta, ad sinus Thermaici litus, inter ostia Aliacmonis & Lydii fl. posita, Olympiadis a Cassandro obsessæ interitu & magnitudine animi celebrata est. Ad eam à Paulo Æmilio victus *Perseus*.

υ (y) *Phylace* inter Pellam & Larissam ponitur. Theocriti interpres tamen tradit eam haud procul abesse ab *Othry* monte, in eaq; regnasse Iphiclum [r].

HEKELII.

[c] *Pineto* vocatur *Sissopolis*.

[d] Sive aliis *Velonia* & *Caulonia*.

[e] Seu *Elymotæ*, utpote quorum Regio, *Castaldo* teste, hodie *Placani* nuncupetur.

[f] *A Sophiano*.

[g] *Plinius* Lib. IV. H. N. c. x. p. 53. lin. 41. *Coloniam Bullidensem*, & Lib. III. c. XXIII. p. 48. lin. 39. ipsos Populos *Bulliones*, f. *Buliones* vocat.

[b] Est & Portus apud *Plinium* Lib. III. c. v. p. 40. lin. 38. ejusdem nominis.

[i] S. *Ochrida*.

[k] Ut tradit *Sophianus* in sua *Græciæ* Tab.

[l] Λυχνιδίτην.

[m] Nigro *Zuchria*.

[n] Claret maximè Natalibus PHILIPPI, *Macedonum* Regis, & ALEXANDRI. Unde

(a) Apollonia. (b) Aulon. (c) Elymiotæ. (d) Elyma. (e) Bullis. (f) Orestis regio. (g) Gyrtone. (h) Dassaretæ. (i) Lychnidos. (k) Lychnidus lacus. (l) Æmathia. (m) Pella. (n) Ægea. (o) Ædessa. (p) Idomenæ. (q) Scydra. (r) Europus. (t) Berrhœa. (t) Pieria. (u) Aliacmon fl. (x) Pydna. (y) Phylace.

Mygdoniæ. Paraxis. Chalcidicæ. Amphaxitidis.

ο *Dion.* χ Mygdones, regioque Mygdonia; opida ↓ *Antigonia, Physcæ, Carrhabia,* ω *Letæ, Terpilus.* α Paraxis; opida *Antigone,* β *Pallene,* γ *Cassandria,* δ *Torone.* ε Regio Chalcidica; opida, *Augæa,* ζ *Singus,* η *Acanthus.* ϑ Amphaxitis regio, opidum, ι *Thessalonica,* Ciceronis exilio insignis, & κ *Stagi-*

uterque *Pellæus* à *Poetis* passim cognominatur.

[o] Nomen habet ab *Europo, Macedonis* Filio, & *Orythiæ, Cecropis* Filiæ.

[p] Finguntur enim secundum *Nigrum* ex *Jove* & *Mnemosyne* prognatæ. *Musæ* dicuntur *Pierides* propter amœnitatem ac solitudinem *Pierii* Montis, quo eæ secretis locis propter studia liberalia delectantur.

[q] Musicus atque Poeta insignis ille.

[r] Est & *Thylace* Urbs *Molossidis* apud *Livium.* & *Thylace Hermapolitana* in *Ægypto,* quam hodie *Penisuaif* vocari dicunt *Geographi.*

BUNONIS.

ο (a) *Dion* vel *Dium* ea videtur esse urbs, in qua Alexandro Macedoni oblata visio hortata est ipsum, ut forti esset animo, & exercitum in Asiam traduceret, suo ductu potiturum Imperio Persarum. Sic enim Parmenioni, miranti cur Hierosolymorum Pontifici, in quem hostili animo tum moverat, sese submitteret, ipse commemorarat Alexander apud Josephum Antiq. lib. XI. cap. ult. Quando vero *Dion* hoc fuerit munitum, cognoscitur ex Liv. lib. 44. [s]

χ (b) *Mygdonia,* inter Axium & Echedorum flumina est. [t]

↓ (c) *Antigonia* hodie *Cojogna* [u], aliis *Antigona* dicitur.

ω (d) *Letæ* vel *Lete,* hodie *Letta* vel *Lita,* apud Sinum Thermaicum est, Thessaloniæ propinqua.

α (e) *Paraxis* vel *Paraxia* inter Thermaicum & Singiticum Sinus est, ipsaque Toronaicum Sinum continet.

β (f) *Pallene* vel *Pallena,* antea Herodoto teste *Phlegra* dicta ad Sinum Thermaicum in Isthmo (g) *Pallenensi* sita [x]. Eam Regionem gigantes habitasse feruntur, gens impia, & dissoluta; quam Hercules extirpavit.

γ (h) *Cassandriam,* quæ hodie quoque *Cassandria* dicitur, Cassander instauravit, & de suo nomine appellavit. Ante id tempus enim *Potidæa* [y] nominata Corinthiorum erat colonia, bello Peloponnesiaco ab Athenienſibus expugnata, & habitata. Philippus verò Macedo circa id tempus, quo ei Alexander natus, eam expugnaverat. [z]

δ (i) A *Torone* Sinus, qui eam alluit, nomen habet, diciturque (k) *Toroneus,* & *Toronaicus.* A Pallene ad 60 stadia in Isthmo illo erat (l) *Olynthus* urbs celebris, quam *Mardonius* bello Persico expugnavit. *At Philippus* Macedo eam posteà expugnavit, non tam armis, quam auro, corruptis propugnatoribus, direptamque evertit, frustra opem Athenienſium implorantem [a]. Urbs hæc patria fuit *Callisthenis* Philosophi gravis & diserti, imprimisque constantis; quem è sorore sua nepotem ad Alexandrum in Asiam miserat Aristoteles. Et Officio suo apud Regem non defuit Callisthenes, etsi nimio ipsi libertas orationis stetit.

ε (m) *Chalcidica* regio [b] Paraxiæ finitima est, inter Singiticum & Strymonicum Sinus protensa. [c]

ζ *Singus* vel *Singa* opidum ad Atho montis radices, *Sinumque,* qui inde (n) *Singiticus* appellatur.

η (o) *Acanthus* hodie *Eristo* [d] ad eundem Sinum *Singiticum,* & apud montem Athon est, inter *Singum op.* & *Nymphæum* promontorium, ibi Xerxes copias suas terrestres in tres partes divisit.

ϑ (p) *Amphaxitis* à Sinu Strymonico ad Thermaicum usque se extendit, Chalcidicam & Paraxiam habens à Meridie, Bisaltiam à Septemtrione, & Mygdoniam ab Occasu.

ι (q) *Thessalonica* [e] antea *Therma* dicta, condita est à *Cassandro,* & *Thessalonica* Philippi filia, Alexandri M. sorore, quam Cassander sibi matrimonio copulaverat [f], ita appellata; hodieque *Salonichi* [g] dicta, magno numero Christianorum, Judæorum & Turcarum incolitur, emporiumque ad hunc sinum est celebre sedesque præfecti [h]. *Cicero,* per Clodii factionem Româ Italiaque pulsus, hic VII menses exsulavit. Strabonis ætate urbs hæc præ reliquis Macedoniæ urbibus hominum multitudine excellebat [i]. *Paulus Apostolus,* hic docens, non paucos utriusque sexus homines Christo adjunxit: ac licet per seditionem Judæorum inde fuerit exactus, duabus tamen epistolis ecclesiam illam etiam absens firmare voluit. Post id tempus *Theodosius I,* Imperator, occisis per tumultum aliquot ipsius ministris, promiscuæ multitudinis, militibus immissis, cædem edidit. Ante ducentos annos *Amurathes* urbem hanc [k] cepit: quum Veneti eam aliquamdiu tenuissent. Thessalonicenses fuère *Eustathius* qui in Homerum & Dionysium Alexandrinum commentarios scripsit, *Constantinus Harmenopolus, Demetrius Cydonius,* & *Theodorus Gaza* [l]. Ab antiquo urbis Thessalonicæ nomine (r) Sinus Thermaicus nomen habet.

HEKELII.

[s] Est & *Dion Cretæ* Insulæ Promontorium & Urbs ibidem, immo & Urbs *Epiri,* & Oppidum *Italiæ, Pisidiæ, Thraciæ* & *Cœles Syriæ.*

[t] De qua videndus *Plinius* Lib. IV. c. X. p. 54. lin. 5.

[u] Nisi *Pinetus* fallat in suo *Plinio Gallico.*

[x] Dicta a. est à *Pallena, Sithonis* Filia & *Clethi* Uxore, & adscribitur ab aliis *Thraciæ,* ab aliis *Macedoniæ.*

[y] *Pausaniæ.*

[z] *Stephano* Urbs *Thraciæ* est.

[a] Sed quando *Herodotus* in *Polymnia* dicit, *Olynthum* quoque *Sidoniam* appellari, tunc non Urbem *Olynthum,* sed potiùs Regionem, in qua *Olynthus* & aliæ Urbes sitæ sunt, intelligit.

[b] *Castaldo* dicta *Jamboli.*

[c] Est & *Syriæ* Regio, in qua *Chalcis* Urbs.

[d] *Sophiano Erisso.*

[e] *Macedoniæ* quippe Metropolis.

[f] Et inde priùs *Halia* dicta.

[g] *Stephano.*

[b] Scri-

(a) Dion vel Dium. (b) Mygdonia. (c) Antigonia. (d) Letæ. (e) Paraxis. (f) Pallene. (g) Sinus Pallenensis. (h) Cassandria sive Potidæa. (i) Toronæ. (k) Sinus Toroneus. (l) Olynthus. (m) Chalcidica regio. (n) Singiticus sinus. (o) Acanthus. (p) Amphaxitis. (q) Thessalonica antea Therma. (r) Sinus Thermaicus.

ν *Stagira*, Ariſtotelis principis Philoſophorum cunis clara. λ Biſaltæ; opida, *Euporia*, *Oſſa*, *Calliteræ*. μ Edonii; opida, ν *Amphipolis*, *Scotuſa*, *Berga*. Orbeli, opidum *Gariſcus*. ξ Sintici; opida, ο *Heraclea*, *Paræcopolis*, *Triſtolus*. π Pelagones; opidum ρ *Stobi*. [1] Lynceſtarum *Heraclea*, [2] Jororum, [3] *Jorum*, & [4] *Alorus*, [5] Almopum, *Europus*, [6] *Albanopolis*, [7] *Apſalus*, [8] Æſtræorum, *Æſtræum*, [9] Eordeorum, [10] *Daulia Dibolia*, [11] *Scampis*.

Biſaltæ. Edoniorum. Orbelorum. Sinticorum. Pelagonum. Almopum. Æſtræorum. Eordeorum.

CAP.

[b] Scripſit de ea utilem atque elegantem Librum *Lucius Tarreus*, qui videndus.

[i] Vid. ejus Libr. VII. p. 592.

[k] Utpote omnium in univerſa *Græcia* hodiè celeberrimam, ingentem atque opulentam.

[l] Conf. *Quenſtedtii* Dialogus de *Patriis Viror. illuſt.* p. 426. ubi videndum, quòd *Theſſalonica* Urbs ſacris pariter, ac profanis litteris celebrata, ἐυαρδρεσα καὶ πολυάνθρωπος veteribus nuncupata ſit.

EUNONIS.

ν *Stagira* prope montem Athon ad *Strymonicum Sinum* erat. Hanc quoque *Philippus* Macedo everterat urbem; ſed in gratiam *Ariſtotelis* [m] eam reſtituit. *Hipparchus Philoſophus* in eadem urbe fuit natus. Stagiritarum lex erat; Ἀ μὴ κατέδῃ, μὴ λάμβανε, quæ non depoſuiſti, ne tollas.

λ (a) *Biſaltiæ* Amphaxitis finitima eſt ad Meridiem. *Biſaltas* trans Neſſum fl. circa Strymonem fl. incoluiſſe tradit *Livius* lib. 45. *Euporiam* Alexander omnia ſuperans occupatam vocavit Διὰ τὸ ἐυπορον. Steph.

μ (b) *Edonii* ad Strymonem fl. incoluerunt.

ν (c) *Amphipolis* Athenienſium colonia, ita dicta ſcribitur, quod Strymone flumine undique cingatur [n]. Poſteà à Chriſtianis *Chriſtopolis*, & à Turcis *Emboli* vocata eſt. Cæterùm clariſſima in his oris urbs erat *Philippi*, à *Philippo* Macedone appellata; quum antea *Crenides*, à fontibus ibi ſcaturientibus dicta fuiſſet. Magnas opes è fodinis auri argentique cives poſſederunt. De his *Philippis* ita *Diodorus lib.* XVI. in anno *Philippi III.* Crenidas *deinde ſe conferens* (Philippus) *inductus multis, qui eam incolerent urbem, ex ſui appellatione inſtituit, ut* Philippi *nominarentur. Erant in eo tractu foditinæ auri, ſed tenues & non bene exploratæ; eas Philippus magnis operibus ita inſtruxit, ut annua ei redirent amplius mille talenta: numnum aureum* Philippi *nomine cudi inſtituit*, &c. Et Philippus, his locis regno ſuo adjectis, nummi aurei genus conflavit, quod ab ipſo *Philippicum* dicebant. Rex iſte venas haſce metalli eas ſtudioſe ſcrutatus eſt. *Zanchius* tradit hanc urbem hodie vocari *Grixopolin*, quaſi *Chryſopolin*. Ad hanc urbem (d) *Campi* erant *Philippici*, in quibus *Caſſius* & *Brutus* ab *Octavio* & *Antonio* profligati ſunt. *Hos Philippos* Stephanus conſtituit in Macedonia [o]; alii urbem hanc ponunt in Theſſalia. *Pharſalus* vero Theſſaliæ fuit urbs, ad quam Campi Pharſalici in quibus Pompejus à Cæſare victus. *Pharſalum* hanc Cluverius facit *Eſtiotidis* urbem; Laurembergii tabula eam collocat in Pelaſgia. Ex Strabone & App. cognoſcitur, urbem hanc fuiſſe ad Enipeum fl. qui in Peneum influit. Poetæ tamen utramque pugnam in Philippicis & Pharſalicis eidem loco tribuunt exaggerandi cauſa. *Virgil. Georg. lib.* I. *circa finem*. (e) *Orbelia* ab *Orbelo* Macedoniæ monte appellata eſt, qui eam à Mœſia diſtinguit.

ξ (f) *Sintica* à Sinticis montibus nomen habet.

ο (g) *Heraclea* inde dicta eſt *Sintica*.

π (h) *Pelagoniæ* [p] incolæ *Pelagones*, etiam *Peones* dicti ſunt. [q]

ρ (i) *Stobi* opidum, hodie *Starachino* vocatur; opidani *Stovenſes*. [1] (k) *Lynceſtarum* regio *Lynceſtis* appellatur à fluvio *Lynceſti* vel *Lynceſtio*, qui per eam decurrit, & in Erigonem labitur. *Lynceſtis* ille fluvius aquam defert acidam, quæ pota inſtar vini homines facit temulentos. [2] (l) *Jororum* regio, à *Joro* opido, quod *Aloro* vicinum eſt, nomen traxit. [3] (m) *Jorum* hodie vocatur *Novigrad*. [4] (n) Et *Alorus* ſive *Olorus*, hodie *Dianoro*. [5] (o) *Almopes* in Macedoniæ finibus ad Scardum montem collocantur, qui eos ab Illyricis ſeparat. [6] (p) *Albanopolis* hodie *Albanopoli*, dicitur *Albaniæ* metropolis [ſ]: & [7] (q) *Apſalus*, nunc *Preſpa* eſt. [8] (r) *Æſtræi* Almopibus ad Meridiem ponuntur. [9] (ſ) Et Æſtræis ad Meridiem collocantur *Eordei*, qui *Eordæi*, *Eordi*, *Heordæ*, *Heordenſes*, & *Eordetes* leguntur. [10] (t) *Daulia*, hodie *Eladaſagni* dicitur [t]. [11] (u) *Scampis* in tabulis recentioribus eſt Scampi; at aliis, *Vlagrada*, item *Struga* appellatur. Hæc eſt *Macedonia*, quæ quibuſdam etiam *Macetia* dicta eſt: in ſacris *Cethim* appellatur. *Cethim* autem fuit filius Javan. Hæc terrarum imperio olim potita quidem erat; Sed *Paulus Æmilius in ea 62 urbes uno die direptas vendidit.*

HEKELII.

[m] Qui Patriam eam agnovit.

[n] Priùs *Acra*, *Ejon*, *Myrica*, *Crademna*, *Andræmus*, item Urbs *Martis* & *Novemviæ*, ſ. Græc. ἐννέα ὁδοὶ, appellata.

[o] *Suidas* in *Thracia*.

[p] Quam nonnulli *Siciliæ* Regionem conſtituunt.

[q] *Strabo* Lib. VII. p. 598, hanc Regionem *Tripolim* vocat, quoniam ſaltem tribus conſtabat Urbibus.

[r] *Nardo* in ſuò *Livio Italico* novò prorſus nomine.

[ſ] Eſt & oppidum *Armeniæ Majoris*, ubi, referente *Sophronio Græco*, Div. *Bartholomæus* Apoſtolus eſt ſepultus,

[t] Olim ſub ditione *Therei*, Regis *Thracum* fuit. Unde *Philomela* ab *Ovidio* dicitur *Daulias*, quod in *Daulide* Urbe in Avem ſui nominis fuerit converſa.

RE-

(a) Biſaltiæ. (b) Edonii. (c) Amphipolis. (d) Campi Philippici. (e) Orbelia. (f) Sintica. (g) Heraclea Sintica. (h) Pelagonia. (i) Stobi. (k) Lynceſtæ. (l) Jori. (m) Jorum op. (n) Alorus. (o) Almopes. (p) Albanopolis. (q) Apſalus. (r) Æſtræi. (ſ) Eordei. (t) Daulia. (u) Scampis.

CAP. X.

De Fluviis, Montibus ac Inſulis Græciæ adjacentibus.

I.

FLuvii univerſæ Græciæ celebriores ſunt iſti; in Epiro α *Acheron*, cui *Pandoſia* opidum appoſitum: quæ duo nomina cum *Alexander Rex* ancipiti oraculo monitus fatalia vitare vellet, in Brutiis Italiæ populis in eadem incidit atque interiit. In Acarnania β *Achelous*. In Peloponneſo γ *Peneus*, δ *Alpheus*, ε *Paniſus*, ζ *Eurotas* & η *Inachus*. In Græcia ϑ *Cephiſſus*, in duo Cornua ſciſſus, quorum

REISKII.

1 Græcia non magnos adeo effundit fluvios, nec longo curſu, nec receptis pluribus locupletiores: Regio enim arctis plerumque terminis concluſa, mari tum Ægeo tum Ionio, multiſque alicubi, quos utrumque creat, ſinubus coercetur, ut fluvii ab monte aut Hydrophylacio ſuo non ita longe fluxum continuent, ſed citius abſorbeantur. Acheron Turcis Volecon, i. e. niger dictus, curſu aquoſo auctuque cæteros fere præſtat, plane alius ab Italico, Peloponneſiaco, & Bithynio Acheronte. Nec effert ſeſe adeo Græca montium compages, vel oſſatura illa montana, qua Græciam contineri totam ſtringique, ac notis quaſi oſſium ſecari contendimus: Hæc enim Kircheri de montibus in Mundo ſubterraneo part. I. lib. I. c. 8. ſententia nunc placet. (a) *Acroceraunia & promontorium* his cognomine primum eminent ἀπὸ τῆς ἀκρας καὶ κεραυνῆς, i. e. à ſummitate & fulmine nominantur: Hæc tamen ab Aſiaticis Acroceraunis quantum diſtent, nemo non intelligit. (b) *Thermopylæ* ſunt aperturæ montium vel tranſitus inter Alpenos Turchinemque, montes altiſſimos, tractu præcipiti ad OEtam uſque montem porrecto: Ita Herod. lib. VII. (c) *Athos* Cherſoneſum aut peninſulam refert ſinu Strymone, & Cingo altero interceptam, ut Iſthmus ne quadrantem milliaris latitudine ſua excedat: Græciæ ἅγιον ὄρος, Latinis etiam *mons ſanctus* ob cœnobia XXI numeroſa & ampla Græcorum monachorum domicilia, ſed aliquot male munita. Ex omnibus *cœnobium S. Mauri* 600 etiam alumnorum patiens capaxque præſtat; Cætera non ſunt tanti pretii, & quandoque triginta hominum altrices. De duobus Eremitarum ordine juncto cohabitantium vicis quaſi *Hagia Ena* & *Keraſia*, de regula Sabæ, quam ſequuntur, & inſtitutis monaſticis non dicam, nec de pluribus quæ mihi Archimandrita ſive Abbas ex illo monte Athanaſius per Saxoniam noſtram tranſiens, Luneburgi A. 1674, retulit, & Auctor anonymus in libello peculiari A. 1689, edito recenſet. De Bibliothecis autem quæ inter Cœnobia hodieque Græca lateant, item Codd. MSris nihil aut parum invenies, nihil Athanaſius ille mihi referebat. Nam Græcia libris varnefacta, præter Euchologi, aut Menologium MStum, & Homilias PP. aliquot vix promet alios, niſi quos ex Venetorum urbibus exportat aut coëmit.

BUNONIS.

α (d) *Acheron* ex (e) *Acheruſia* profluit *palude*. Plinius [a] eum in Ambracium Sinum falſo deducit. Ex eo & vicinis Pauſanias ait Homerum fabulas ſuas de Inferis concinnâſſe; unde eſt Acheron fl. Inferorum apud Poëtas. [b]

β (f) *Achelous* ex Pindo monte oriens, in mare Ionium contra Echinades inſulas ſeſe exonerat: olim dictus eſt *Axenus*, deinde *Theſtius*, denique *Achelous*; ab incolis *Acarnas* vocatur. Strabo [c] ab oſtio ejus initium facit Sinus Corinthiaci.

γ (g) *Peneus* hic ſupra Alpheum eſt: Sed Theſſaliæ Peneus celebrior eſt: hodie vocatur *Igliaco*; ad eundem eſt Pylus Eliaca.

δ (h) *Alpheus* ex Stymphalo monte oriri ſcribitur: per Arcadiam & Elidem fluit, alluitque Olympiam ſeu Piſas; & inde ſub terras conditus, in Sicilia prope Syracuſas emergere creditur Poëtis. *Piſis* his vicinum erat *Olympii Jovis templum*, & *Olympicum* hic celebratum ſcribitur certamen. Ab hac urbe Italicæ (i) *Piſæ* ad Arnum fl. originem ſuam referunt.

ε *Pamiſus*, *Paniſus*, & *Paniſſus* in Meſſeniacum influit. Hunc maximum eorum, qui intra Iſthmum ſunt, fluviorum Strabo [d] dicit: & alius etiam obſcuri Pamiſi mentionem facit.

ζ (k) *Eurotas* ex Arcadia prope Aſcam vicum ortus, defluit per Laconicam, & ipſam Spartam alluit: olim erat conſitus oleis, & pretioſa ad eum effodiebantur marmora. Ad hunc fluvium exercere ſe Lacones ſoliti ſunt decurſu, & id genus laboribus.

η (l) *Inachus* nomen traxiſſe fertur ab *Inacho*, primo Argivorum Rege; per Argiam fluens *Argos* urbem alluit, & in Sinum Argolicum labitur. In Argia quoque (m) *Eraſinus* fluvius eſt, qui è Stymphalide palude Arcadiæ oritur, apud quam paludem Stymphalidas volucres ab Hercule ſagittis & tympanis expulſas ferunt. Hunc etiam fluvium ſub terram aliquamdiu ſeſe abdere, poſteà in Argolide emergere tradunt.

ϑ (n) *Cephiſſus* vel *Cephiſus* albas oves facit: (o) *Melas* nigras.

HEKELII.

[a] Lib. IV. H. N. cap. 1. p. 50. lin. 12.

[b] Dicitur & *Acheron* Filius *Cereris* abſque Patre, quem cùm in abdito *Cretæ* ſpecu peperiſſet, is autem lucem aſpicere non auderet, ad *Inferos*

(a) Acroceraunia. (b) Thermopylæ. (c) Athos. (d) Acheron. (e) Acheruſia palus. (f) Achelous. (g) Peneus. (h) Alpheus. (i) Piſæ. (k) Eurotas. (l) Inachus. (m) Eraſinus. (n) Cephiſſus. (o) Melas.

quorum dextrum ι *Aſopus* fluvius, lævum κ *Iſmenus* vocatur. In Theſſalia λ *Sperchius* & μ *Peneus*. In Macedonia Ægæum mare petentes, ν *Aliacmon*, *Erigon*, ξ *Axius*, *Chabris*, ο *Strymon*. At in Adriaticum ſinum ſeſe exonerantes, π *Panyaſus*, ρ *Apſus*, σ *Laus*, τ *Celidnus*.

II. Montium nobiliſſimi ſunt; in Epiro υ *Acroceraunii* & φ *Pindus*. In Peloponneſo, χ *Stymphalus*, ψ *Pholoë*, ω *Chronicus*, α *Taygetus*. In Græcia β *Callidromus*. Inter Græciam & Theſſaliam, γ *Othrys* & Montes.

Inferos defluxit, ibique *infernalis Fluvius amariſſimus*, qui primus excipit mortuorum Animas, effectus eſt. Alii *Titanis* & *Terræ*, ſ. *Cereris* Filium faciunt, ob id à *Jove* & ad *Inferos* dejectum ferunt quòd ſitientibus *Titanis* limpidas præſtitiſſet aquas. Meminit ejus *Virgil.* Lib. v. *Æn.* v. 99. Lib. vi. v. 207, & 295. Lib. vii. v. 91. 312, & 569. ut & Lib. xi. v. 23. *Horatius* Lib. i. *Carm.* Od. iii. v. 36. dicit, *Perrupit* Acheronta *Herculeus labor*. Sed. Lib. iii. *Carm.* Od. iii. v. 16. legitur *Acheronta fugere*.

[c] Lib. viii. *Geogr.* p. 610.

[d] Loc. cit. p. 657.

BUNONIS.

ι (a) *Aſopus* Platæenſem & Thebanum agrum dirimebat. Crediderunt fluvii hujus accolæ Mæandrum fl. per mare Ægeum tranſire in fontem Aſopi.

κ (b) *Iſmenus* etiam Thebas præterfluens in Euripum Euboicum properat: olim *pes Cadmi* dictus.

λ (c) *Sperchius* in Sinum *Maliacum* [e] devolvitur, devota Achillis coma & Gallorum, Brenno duce tranſitu memorabilis. [f]

μ *Peneus* præter Oſſam Olympumque montes decurrens collibus dextrâ lævâque molliter curvis, nemoroſis convallibus, Theſſalica facit Tempe: undiſque apertior Macedoniam & Magneſiam interluens, & *Pamiſum* fl. excipiens, in Thermaicum Sinum decidit, cui peculiares tribuuntur laudes.

ν (d) *Aliacmon* ſeu *Haliacmon* inter Pidnam & Dium in Thermaicum Sinum influit, (e) *Erigon* ſive *Erigoneus* ex Illyricis montibus oriens per Pæoniam fluens multis fluminibus auctus ab Axio fl. excipitur.

ξ (f) *Axius* ingens Macedoniæ fluvius, in Thermaicum Sinum influit.

ο (g) *Strymon* ex Orbelo, vel etiam Scamio monte manans in Ægæum mare influit; cujus Sinus eo loco Strymonicus appellatur.

π (h) *Panyaſus* inter Dyrrachium & Apſum fl. in mare influit.

ρ (i) *Apſus*, aliis *Thapſus*, inter Panyaſum & Apolloniam in mare Ionium decurrit.

σ (k) *Laus* apud Apolloniam eſt, & *Æas* & *Aous* & *Auas* & *Alorus* vocatur.

τ (l) *Celydnus* ultra Amantiam juxta Epiri confinia fluit, & Macedoniæ terminus eſt verſus *Auſtrum*.

υ (m) *Acroceraunii* [g] montibus ſecundum Europæ ſinum, id eſt, Adriaticum terminat Plinius [b]. Sunt autem montes Epiri altiſſimi, hodie montes de *Chimara* ſeu *Chimera* & *Chimarioti* [i] dicti.

φ (n) *Pindus* mons inter Epirum & Theſſaliam eſt, unde à nonnullis tribuitur Theſſaliæ. Procurrit autem ab Acroceraunis jugis ad Thermopylas, & ex medio ſui brachium emittit, quod facit Parnaſſum, ac terminatur in *Helicone*. Unde jam planum ſit, quare Poëtæ hæc tria montium nomina confuderint.

χ (o) *Stymphalus* mons inter Arcadiam & Achajam propriam eſt, Herculis labore notus, ex quo aut ejus palude Eraſinus oritur.

ψ (p) *Pholoë* mons Peloponneſi in Arcadia excelſus, ſilvoſus & nivoſus. Eſt quoque *Pholoë* mons Theſſaliæ Othry proximus Centaurorum ſedes; ubi Hercules Centaurum aggreſſus eſt. *Centauria* herba hic provenit optima. [k]

ω (q) *Chronicus* prius *Cronos* in *Laconica* eſt. Quum Saturnus Jovem fugiens, in eo latuiſſet, nomen mutavit.

α (r) *Taygetus* mons non longè à mari exortus, ad montium Arcadicorum radices uſque procurrit. Imminebat Spartæ & Amyclis, unde & *Amyclæus* dicitur. In ſummo ejus vertice erat locus *Teleton* dictus, ubi equus ſoli immolabatur. Abundabat feris, ideoque venationi Spartanorum juvenum erat opportunus. Cotes habebat, quibus poſt Creticas Plinius [l] tribuit ſecundas. Quum terræ motum futurum prævidiſſet *Anaximander* Phyſicus, monuit Lacedæmonios, ut tecta & urbem relinquerent, armatique in agro excubarent, nec fruſtra. Urbs enim eo tempore corruit tota, & ex monte Taygeto extrema quaſi puppis avulſa eſt. [m]

β (t) *Callidromus* Oetæ monti vicinus eſt & quaſi pars ipſius, Thermopylis imminens: per quem Epialtes Xerxis copiarum partem duxit & Græciam Regi prodidit.

γ (u) *Othrys* inter Doridem & Theſſaliam eſt, Dolopibus conterminus, nivibus diu contectus, Cænei Perrhæbi, & Lapitharum ſedes; abundabat lyncibus. Ad radices ejus erant Melienſes Xenophonti & Thucydidi memorati. *Oeta* à Græcia ſubmovet Theſſaliam, & longo tractu per continentem hanc tranſverſam procurrit, ad ſinum uſque Maliacum, ubi ex utroque latere duorum fluminum in mare ſe mergentium oſtia propinqua videt; Boagrii in Locris, & Sperchii in Phthiotide: quorum ad illud Thronium, ad hoc Heraclea opida. Montem hunc Græciam ita interſecare, ut Apenninus Italiam, auctores tradunt. Ubi ad mare deſinit Oeta, inter arduas rupes illas efficit anguſtias, quas πύλας Græci, id eſt, *portas* dicunt: itemque (v) *Thermopylas*, ab aquis calidis, Herculis lavacris, virtute Spartanorum & Regis eorum Leonidæ, Perſarumque clade nobilitatas. E regione Thermopylarum inter Euboeam & Theſſaliam (x) *Atalanta*, parva inſula collocatur.

HEKELII.

[e] Velociſſimo curſu.

[f] *Apollodorus Borum* eum cognominat. Sed *Sophiano* dicitur *Xerras* atque *Agroumela*.

[g] Quos *Servius* propter altitudinem & jactus fulminum ſic dictos putat.

[b] Lib.

(a) Aſopus. (b) Iſmenus. (c) Sperchius. (d) Aliacmon. (e) Erigon. (f) Axius. (g) Strymon. (h) Panyaſus. (i) Apſus. (k) Laus. (l) Celydnus. (m) Montes Acroceraunii. (n) Pindus. (o) Stymphalus. (p) Pholoe. (q) Chronicus. (r) Taygetus. (ſ) Callidromus. (t) Othrys. (u) Thermopylæ. (x) Atalanta inſ.

& ♃ *Oëta*. In Phocide ε *Helicon* & ζ *Parnaſſus*. In Bœotia η *Cithæron*, fabulis carminibuſque celebratiſſimus. In Attica ϑ *Hymetto* meritiſſimè tribuitur principatus, quod apprime florulentus, eximio mellis ſapore, & externos omnes & ſuos vincit. In Theſſalia ι *Olympus*, κ *Pelius* atque λ *Oſſa*, Gigantum fabula belloque memorati. In Macedonia μ *Athos*, quem Xerxes, Græciæ bellum inferens, perfoſſum velificavit.

III. *Inſulæ*

[b] Lib. III. H. N. c. XXIII. p. 48. & Lib. IV. c. 1. p. 49. Eorum quoque meminit *Horatius* Lib. I. *Carm.* Od. III. v. 20.

[i] S. *Cimarioti*.

[k] Eſt & *Pholoë* Famula cujuſdam *Textricis* apud *Virgil.* Lib. V. *Æneid. v.* 285.

[l] Lib. XXXVI. c. XII. p. 648. lin. 48.

[m] Vid. *Plinii* Lib. II. c. LXXIX. p. 24.

BUNONIS.

♃ Mons iſte *Oeta* interitu & ſepulchro Herculis quoque nobilis eſt: Ex eo enim Herculem, mortalitate exutâ, Deorum conſenſu in cœlum aſcendiſſe crediderunt Poëtæ [n]. Locus iſte, quo ſe combuſſit Hercules, *Pyra* dictus eſt; ubi ſacrificavit Acilius conſul. Monti huic auctoribus annectuntur, *Corax*, *Otbrys* & *Callidromus*.

ε (a) *Helicon* Parnaſſo vicinus eſt [o], in quo etiam Muſarum domum ſtatuebant priſci poëtæ; in eodem Orphei ſepulchrum, in quo nidificabant philomelæ. Hic quoque fontes Hippocrene, ſeu Caballinus; & *Aganippe*, qui in Muſarum luco ortus in Permeſſum incidit fluvium; & hic in Holmium, quem poſtea *Copais* lacus haurit. Ad eum ſunt *Theſpiæ*, *Aſcra*, *Niſſa*.

ζ (b) *Parnaſſus* mons biceps, ſedes & domicilium Muſarum, Delphis imminebat; alterum jugum Apollini, alterum Baccho erat ſacrum: hoc *Niſſa*; iſtud *Cyrrha* dictum. Herodotus tamen ei unum tantum tribuit jugum [p]. Hodie in eo monte Cœnobium eſſe ferunt, in quo inſtructiſſima manu ſcriptorum codicum bibliotheca.

η (c) *Cithæron* Muſis etiam ſacer erat, ex quo Aſopus fl. profluit. Servius illum facit Parnaſſi partem, eumque dividit in *Heliconem* Apollini ſacrum; & *Cythæronem* Baccho dicatum. In eo *Trieterica* celebrabantur. Feris erat refertus; qua de cauſa *Oculus Dianæ* nominatur ab Euripide.

ϑ (d) *Hymettus* Athenis proximus eſt, melle [q] abundans, quod cum Hyblæo certat: unde *Hymettia mella* [r], & *mella Attica* adeo præcipua ut in proverbium abierint pro *ſuavi eloquentia*. Mons iſte olim & *Cecropius* dictus marmore, Jove Hymettio, à quo pluvia petebatur, Apolline ἀρροψίᾳ, i. e *providente*, & eo tauro, quem Theſeus occidit, etiam nobilis fuit.

ι (e) *Olympus* Oſſæ & Pelio vicinus excellenti vertice tantum attollitur, ut ſumma ejus cœlum accolæ vocent. Ara in cacumine erat, Jovi dicata, cujus altaribus, ſi qua de extis fuerant illata, nec diffiabantur ventoſis ſpiritibus, nec humentibus pluviis diluebantur: ſed volvente anno, cujuſmodi fuerant relicta, ejuſmodi reperiebantur. Literæ in cinere ſcriptæ, uſque ad alteram anni cerimoniam permanebant. Huc nemo poterat conſcendere, niſi qui admoviſſet naribus ſpongiam oleo plenam. A ſplendore appellatus eſt Olympus, quaſi ὁλολαμπὴς, quod totus luceat, aut reſplendeat; & divinam ſedem ob eximiam altitudinem ei aſſignabant veteres.

κ (f) *Pelius* ſive *Pelion* nuptiali convivio *Thetidis* & *Pelei* celebratur: itemque Centaurorum & Lapitharum certaminibus. A Strabone [s] in campo Pelaſgico collocatur. Ferunt *Chironem* Centaurum heroum filios, in iiſque *Achillem*, in Pelio monte docuiſſe artes principe loco natis dignas, id eſt, pacis & belli.

λ (g) *Oſſam* ab Olympo terræ motu avulſum, Tempe feciſſe, & Peneum fl. qui multis amnibus receptis ibi ſtagnare ſolitus fuerat, ad mare expeditiori curſu tranſmiſiſſe ferunt. De his montibus, & Gigantum bello noti ſunt Maronis verſiculi: [t]

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam,
Scilicet atque Oſſæ frondoſum involvere Olympum:
Ter pater exſtructos disjecit fulmine montes.

μ (h) *Athos* [u] ſupra Singiticum ſinum eſt; mammæ formam habere dicitur, acutiſſimus & altiſſimus. Qui verticem ejus habitant, tribus horis ſolem antè videre perhibentur, quàm qui ſunt in continenti. Umbram ſolſtitio in Lemnum uſque jaculari ſcribit Plinius [x]. Melæ mons [y] eſt adeò elatus, ut credatur altius, quàm unde imbres cadunt, ſurgere. Capit opinio fidem, inquit; quia de aris, quas in vertice ſuſtinet, non abluitur cinis: ſed quo relinquitur aggere, manet [z]. In ſummo opidum fuit (i) *Acroathon*, in quo dimidio longior quam in aliis terris ætas habitantium erat. *Staſicrates* architectus Alexandro M. affirmaverat, hunc aptiſſimum eſſe montem, qui in humanæ ſtatuæ formam effigiaretur, ita ut ſiniſtrâ manu urbem contineret, dextrâ autem amnem in mare decurrentem funderet. Athon illum hodie *Sacrum Montem* nominari ſunt qui ſcribunt; quod totus habitetur VI millibus monachorum Chriſtianorum, quos tenere ajunt monaſteria XXIV contra piratas benè munita & clauſa. Celebriora ſunt *Gatopedos*, & *Agias-laura*. Ibidemque etiam conſpici *Zonaræ monumentum*: inſtructiſſimas quoque manuſcriptorum codicum in cœnobiis illis eſſe bibliothecas.

HEKELII.

[n] Unde factum eſt nomen Tragœdiæ *Senecæ*, quæ HERCULES OETEUS inſcribitur.

[o] Eique æmulus & altitudine & circuitu.

[p] Vid. *Strabo* Lib. VIII. p. 691.

[q] Et Apibus.

[r] Ap. *Horatium* Lib. II. *Sermon.* Sat. II. v. 15.

[s] Lib. IX. p. 807.

[t] Lib. I. *Georg.* v. 281. ſeqq. hunc in modum extantes.

[u] Vel *Athon*.

[x] Lib. IV. c. XII. ♑ 58. lin. 12.

[y] Lib. II. c. II. p. 184. lin. 16. ſeqq.

[z] Conf. *Solini Polyb.* c. XXI. p. 43. lin. 17. ſeqq.

BU-

(a) Helicon. (b) Parnaſſus. (c) Cithæron. (d) Hymettus. (e) Olympus. (f) Pelius. (g) Oſſa. (h) Athos. (i) Acroathon op.

III. *Insulæ* Græciæ littori adjacent innumeræ. Harum, præter Cretam, quæ seorsim dicetur, clarissimæ Ionio in mari υ *Corcyra*, cum opido ejusdem nominis, nunc *Corfu*, Venetæ ditionis unà cum ξ *Cephalenia*, & ο *Zacyntho*; quarum hæc nunc *Zante*, illa *Cefalogna*. Prope Cephaleniam inter non ignobiles est ϖ *Ithaca*, Ulyssis nomine maxime illustris, nunc *Isola del Compare*. Insulæ ad Græciam. Corcyra. Cephalenia. Zacynthus.

IV. In ρ Ægæo mari *Eubœa*, vulgò nunc *Negroponte*, Bœotiæ avulsa putatur, tam modico interfluente σ *Euripo*, ut ponte jungatur. Opida in ea quondam opulentissima, τ *Carystus* & υ *Chalcis*. Hinc versus Septemtriones est φ *Scyrus*, vulgo *Sciro*; & ultra χ *Lemnos*, nunc *Stalimene*; inter hanc & Thracium littus, ⊥ *Samothrace*, vulgo *Samandrachi*; ω *Lesbus*, Eubœa. Carystus & Chalcis op. Scyrus. Lemnus. Samothrace. Lesbus.

BUNONIS.

υ (a) *Corcyra* Buthroto continentis urbi & Thesprotis opposita est, in hac Phæacas ponit Homerus, & Alcinoi hortos. Coloniam eò deduxerunt Corinthii tempore Numæ. Urbem habebat in Septentrionali litore ejusdem cum insula nominis. Potentiâ navali plurimùm olim valuit. In eadem erat *Cassiope*, hodie *S. Marie di Cassiopo*, ubi fuit templum Jovis eximium.

ξ (b) *Cephalenia* Acarnaniæ opposita, & *Samos* sive *Same* ab urbe dicta est. *Cephaleniæ* nomen à *Cephalo* Athenienſi inditum quidam volunt. Cephalenas Ulyssem secutos in expeditionem Trojanam Homerus auctor est: Capras in hac insula sex mensibus non bibere tradit Ælianus; & quod ab altera parte fluminis cicadæ sint, ab altera non item. Antonius, Ciceronis in consulatu collega, damnatus hic exsulavit, urbemque condere novam cœpit, quam tamen non absolvit.

ο (c) *Zacynthus* [a] in Meridiem non longè à Cephalenia est, *Cassiopa* [b] & *Hyria* etiam dicta: Hujus incolas armorum ac belli imperitos, divitiis ac deliciis enervatos Athenæus tradit. In eaque *M. T. Ciceronis* epitaphium esse, sunt qui scribunt.

ϖ *Ithaca* Cephaleniæ ad Ortum vicina montem habet Neriton, à quo Ulysses, *dux Neritius* dicitur. Lepores in hac insula [c] non nasci tradunt.

ρ (d) *Ægæum* mare appellatum volunt alii ab *Ægæo*, Thesei patre [d], in eo submerso; alii ab Amazonum regina; alii ab *Ægæis* Eubœæ urbe: hodie *Archipelago* dicitur. Ægæo mari, Plinius [e] inquit, nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium verius, quam insula αἰξ nomine, specie capræ, quæ ita Græcis appellatur, repente in medio mari exsiliens.

σ (e) *Euripon* vocant rapidum mare, & alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus invicem versis, adeò immodice fluens, ut ventos etiam ac plenis velis navigia frustretur. Plin. [f]. Insula (f) Eubœa tria illustria habet promontoria, *Cœneum*, quo vadit in Septentrionem; duobus aliis in Meridiem extenditur, quorum *Geresius* spectat Atticam; *Caphareus* prominet in Hellespontum; ubi post Ilii excidium Argiva classis gravibus casibus affecta est.

τ (g) *Carystus* marmore nobilis est, quod *Carystium* inde appellatur. Habebat *Carystias aves*, quæ flammas impune involabant, Carbasa etiam, quæ inter ignes valent. Apud hanc urbem, Strabone [g] teste, lapis nascitur, qui plectitur & texitur, adeoque mantilia ex eo conficiuntur, quæ ubi sordium quid contraxerunt, flammis injecta purgantur; perinde atque maculæ linteorum eluuntur aqua.

υ (h) *Chalcis*, Eubœæ metropolis ad Euripum est, ex adverso Aulidis in Bœotia: Ea plures in multas Europæ regiones misit colonias. Nati in hac urbe scribuntur *Isæus* orator, & *Lycophron*. *Aristoteles* quoque ibidem mortuus aut morbo, aut veneno. Sunt qui scribunt, eum in Euripum sese abjecisse; quod causam tam violenti cursus recursusque non posset expedire. In eadem quoque insula urbs vetusta & potens erat *Eretria*, quæ proximum à Chalcide locum dignitatis facile tuebatur. Ab ea dicti sunt *Philosophi* quidam *Eretrienses*, à Menedemo orti.

φ (i) *Scyrus* nota est *Achillis*, in gynæceo Lycomedis, Regis hujus insulæ, latitantis atque expeditionem Trojanam detrectantis, fabulâ. Nota etiam *Thesei sepulchro*.

χ (k) *Lemnum* insulam aliquando fœminæ, omnibus qui mares erant, occisis, tenuisse dicuntur. Eam cepit Miltiades. *Philostratus* ex eadem ortus est. Terra etiam Lemnia celebris est. Hinc Græcis in obsidione Trojæ vinum advectum tradit Homerus.

⊥ (l) *Samothrace*, quæ & *Samothracia*, *Perseum* Regem Macedonum ultimum, victum ab *Æmilio Paulo*, fugientem excepit. Ea instar *asyli* patebat supplicibus, præterquam homicidii reis. *Paulus Apostolus* Troade profectus recto cursu hìc appulit. Huic insulæ vicina est (m) *Imbrus* olim ab Otane Persarum duce capta. Postea à Romanis devicto Philippo Macedonum rege, Athenienſibus est donata. Scyro vicina insula est *Alonesus* sive (n) *Halonesus* quam prædonibus eripuit Philippus.

ω (o) *Lesbus* [b] ante *Assum* promontorium Troadis: *Lesbia regula* in proverbium abiit [i]. *Lesbii* etiam *cantores* celebres habiti sunt, qui accersiti Lacedæmonem, cives tumultuantes suavitate cantus ad concordiam revocabant, quos propterea cæteris cantoribus præferebant: unde proverbium; [k] *Post Lesbium Cantorem*; quum quis non primas tenet, sed secundas. Insula hæc fertilitate, vini generositate & puellis formosis nobilis erat.

HEKELII.

[a] Quam *Silius Italicus Dulichium* vocavit.
[b] *Oroſio.*
[c] Alias *Caprarum* fertilissima.
[d] Et *Athenarum* Rege.
[e] Lib. IV. c. XI. p. 55. lin. 25. seq.

(a) Corcyra. (b) Cephalenia. (c) Zacynthus. (d) Ægæum mare. (e) Euripus. (f) Eubœæ prom. (g) Carystus. (h) Chalcis. (i) Scyrus. (k) Lemnus. (l) Samothrace. (m) Imbrus. (n) Halonesus. (o) Lesbus.

Chius. Mitylene op. Ægina. Salamis. Cyclades insulæ. Andrus. Delus. Paros.

bus, nunc *Metellino*, & α *Chius*, nunc *Scio*, Asiæ attribuuntur. In Lesbo quondam opidum nobilissimum β *Mitylene*, unde hodie insulæ nomen. In Saronico sinu γ *Ægina*, nunc *Engia*; δ & *Salamis*, nunc *Coluri*; excidio classis Persicæ nota.

V. Dein quæ in medio mari veluti in orbem jacent, ε *Cyclades*, in quibus notiores ζ *Andrus*, nunc *Andri*; η *Delus*, *Sdille*, & θ *Paros*, *Pario* marmore nobi-

[f] Vid. iterùm Lib. II. cap. XCVII. 28. lin. 24.
[g] Lib. X. p. 7. Tom. II. Oper.
[h] Olim *Antissa*, *Lasia* ac *Pelasgia* dicta.
[i] Conf. *Erasm.* Chil. I. Cent. V. *Adag.* XCIII. p. 160. col. a. & ex eo *Manutius* in *Adag.* p. 233. col. a.
[k] Ap. eund. *Erasm.* Chil. I. Cent. VI. *Adag.* XLII. p. 176. col. b. & *Manutium* p. 258. col. b.

BUNONIS.

α (a) *Chius* maris Icarii insula Ioniæ adjacet & promontorio Argeno. *Mastichen* gignit; vinoque abundat optimo. *Chius risus* in proverbio est de lascivo luxu [l].

β (b) *Mitylenen* urbem multis celebrat Cicero oratione de lege agraria, ob situm, ædificiorum pulchritudinem & soli fertilitatem.

γ (c) *Ægina*, quondam *OEnone* dicta, Atticam inter & Megaridem, atque hanc Peloponnesi oram sita, nobilissima est virtute & navali copiâ, quam Persico bello Græciæ declaravit. In pugna enim Salaminia cum Athenienſibus de palma quasi contendere ausa est. Sævo admodum Athenienses decreto sanxerant, ut Æginetis, quòd re nautica excellerent, pollices præciderentur, ne remos ducere possent. Nimis enim imminebat Ægina Piræeo.

δ (d) *Salamis* medio prope loco inter Athenas & Megaram sita, urbem habebat ejusdem nominis. Adeo brevi intervallo à continenti erat diremta, ut Xerxes angustias illas maris ingestâ terrâ complanare & insulam continenti adjungere sit conatus: Eam tanquam regiam sedem, olim tenuisse scribitur Telamon, Ajacis & Teucri pater. Gravia olim de hac insula gesta sunt bella, itaque vires Athenienſium attritæ, ut lege latâ sancirent pœnam capitis ei, qui de insula illa vindicanda aliquid ferre ad populum esset ausus; Solon igitur, uti ne eam extimescere necesse haberet, & tamen patriæ prodesset, furere se simulavit: atque ita versibus ipli insolitis suadere Athenienſibus cœpit, ut insulam armis repeterent.

ε (e) *Cyclades* dictæ sunt insulæ, quod *Delum* undique cingant instar circuli; aut quia in orbem jacent.

ζ (f) *Andrus* non longè ab Eubœa distans celebris est. *Themistocles* quondam ad Andrios Athenienſium pecuniæ cogendæ causâ legatus, duabus se comitatum Deabus venire dicebat, *Suada* & *Violentia*. Illi contra, duas sibi semper pertinaciter adhærere Deas respondent satis urbane, *Paupertatem* & *Impotentiam*.

η (g) *Delus* [m] Aristoteli *libr. de meteoris* videtur dicta, quod repente apparuerit enata. Δῆλον idem est quod *manifestus* [n]. Habebat quondam urbem ejusdem nominis in planitie sitam, & montem *Cynthum*, fluviumque *Inopum*. Et quod in hac insula *Apollo* & *Diana* matre *Latona* crederentur nati, hæc Cynthia & ille Cynthius appellati sunt [o]. Post Corinthi excidium Delum potissimum transierunt ejus mercatores ob portus commoditatem, & templi immunitatem, quod Apollini sacratum erat. Sub initium belli Persici, quum Darius Hystaspis Datin & Artaphernem adversus Athenienses misisset, Delumque appulissent; ac deinde adversus Eretriam navigassent: statim post illorum digressum Delos tremuit (*ut Delii ajunt*) ad meam usque ætatem & primum & postremum commota: Deo mala ventura hominibus portendente: de qua in oraculo ita scriptum, & *Delon quamvis immota movebo*; ita scribit *Herod. l.* VI. [p] quam deinde commune ærarium Græciæ constituebant. In Delo sepelire mortuum non licuit. In Rheneam igitur vicinam insulam desertam eos trajiciebant. Canem quoque esse in Delo non sinebant.

θ (h) *Parum* insulam primò *Pactiam*, postea *Minoida* [q] vocârunt: quod à *Minoe* subacta, ejus legibus uteretur [r]. Opidum ejus insulæ frustra oppugnavit *Miltiades*. *Archilochus* poëta eam quoque nobilitavit: Itemque ara cujus latera singula stadium implebant. Cæterùm in XII Cycladum chorum referuntur etiam sequentes, Paro vicina (i) *Naxus* cum opido ejusdem nominis; ubi mulieres octavo mense dicuntur parere. Hæc insula à Xerxe prima defecit, bellumque cum reliquis civitatibus Græciæ acerrimum ei intulit. Prope hanc est (k) *Seriphus*, quæ ranis suis claritatem debet, quamvis mutis; præsertim si in Scyrum deportentur. Unde proverbium ortum, *rana Seriphia* [s]. Hanc in insulam, uti & (l) *Gyarum*, Romani damnatos relegârunt; quam tamen in numerum Cycladum non recipit Strabo [t]. (m) *Siphnus* auri & argenti metallis dives ex decimis suis thesaurum Delphis sacravit locupletissimum. (n) *Syrus* patria *Pherecydis* Philosophi & Tragici Poëtæ. (o) *Myconus* sive *Mycone* [u] Delo vicina est, cumque ea, ut fabulantur, copulata. Sub hac insula, si Poëtis credimus, ultimi Centaurorum jacent, ab Hercule interfecti. (p) *Tenus* splendidum habebat Neptuni templum. Fontem in ea esse prodiderunt, cujus aqua vino permisceri nequeat. (q) *Telus* unguento nobilis. Supra Andrum è regione Chii (r) *Ceos* est, quæ & *Cia* vocatur, cui vicina (s) *Helene* insula ejus stupro nota. *Ceos* Strabonis ætate duas tantum habebat urbes, *Julidem* & *Carthæam*, quum antea habuisset quatuor. (t) *Julis* patria fuit *Simonidis poëtæ* Lyrici; & *Bacchylidis*, qui fuit ejus consobrinus; *Erasistrati* medici, & *Aristonis* Peripatetici: Item *Simonidis*, qui artem memoriæ primus invenit. Apud Ceos lex erat, ut LX *annis majores interficerentur*. Iidem aliquando obsessi ab Athenienſibus decreto sanciverunt, ut majores natu interficerentur. Itaque hostes ipsos eâ crudelitate commotos obsidionem solvisse ferunt. In Cycladum numero eratetiam (u) *Leria*, cujus incolæ omnes

(a) Chius. (b) Mitylene. (c) Ægina. (d) Salamis. (e) Cyclades. (f) Andrus. (g) Delus. (h) Parus. (i) Naxus. (k) Seriphus. (l) Gyarus. (m) Siphnus. (n) Syrus. (o) Myconus. (p) Tenus. (q) Telus. (r) Ceos. (s) Helene insl. (t) Julis op. (u) Leria.

nobilis. Et circum Cycladas, quia diſperſæ, ι *Sporades*; in quibus clariores κ *Icaria*, nunc *Nicariæ*, λ *Patmus*, *Palmoſſa*, Joannis Theologi exſilio inſignita. Nobiles præterea ſunt, μ *Samus*, vulgò *Samo*; ν *Cos*, nunc *Lango*; & ξ *Carpathus*, *Scarpanto*; quæ contribuuntur Aſiæ. Sporades. Icaria. Patmus. Samus. Cos. Carpathus.

omnes ob improbitatem olim malè audiebant. Item (a) *Clarus*, unde *Apollinem Clarium* dictum quidam exiſtimant [x] (b) *Ios* parva inſula, in qua Homerum funeratum ſcribunt [y]. (c) *Melos* omnium inſularum rotundiſſima eſt. In Melios, Lacedæmoniorum colonos, bello Peloponneſiaco inclementer conſuluerunt Athenienſes, civibus eorum, & omnibus, qui pubertatem attigerant, interfectis; pueris verò ac fœminis divenditis.

ι (d) *Sporades* ita appellatæ ſunt, quod per æquor illud quodammodo ſparſæ, diſſeminatæque videantur.

κ (e) *Icaria*, ſive *Icarus*, ſupra Patmon ponitur, è regione Sami [z].

HEKELII.

[l] Sicuti iterùm teſtis eſt *Eraſm.* Loc. cit. Cent. v. *Adag.* lxxi. p. 154. col. b.

[m] Quam anteà *Aſteriam*, *Chamidiam*, *Cynethum*, *Lagiam* & *Pyrpilen*, quòd ignis ibi primùm ſit repertus, dictam eſſe novimus.

[n] Nam cùm anteà Mari tecta eſſet, *Latonæ* locum ad pariendum quærenti repentè ſe oſtendit.

[o] Ex qua opinione nominum illa Inſula eorum Deorum ſacra putata eſt, tantumque ei Religionis ſemper fuit, ut ne *Perſæ* quidem, quum Bellum toti *Græciæ*, Diis, hominibuſque indixiſſent, & mille numero Navium claſſem ad *Delum* appuliſſent, quicquam conarentur aut violare, aut attingere.

[p] P. m. 175. Edition. ex Interp. *Laurentii Vallæ* in fol.

[q] *Ac Plateam.*

[r] Hodiè dicitur *Pario*, quæ eſt famigerabilis ob Marmor candidiſſimum & ſculpturæ aptiſſimum, quod in ea reperitur. Vid. *Plin.* Lib. xxxvi. c. v. p. 634.

[ſ] Conf. *Eraſm.* Chil. i. Centur. v. *Ad.* xxxi. p. 42. col. b. & ex eò *Manutius* in *Adag. ſelectior.* p. 204 col. a.

[t] Lib. x. *Geographiæ* p. 79. Tom. ii. *Oper.*

[u] Quam *Sophianus* & *Niger* hodiè *Micolen* dictam putant.

[x] Quoniam illic *Fanum* habuiſſe dicitur, in quo *Reſponſa*, eporâ Aquâ, edebantur; breviore tamen vitâ bibentium.

[y] Oraculo np. ſic jubente, ut in Materna patria ſepeliretur, propterea quod Matre certâ, Patre verò incertò natus eſſet.

[z] Unde autem dicta ſit, docet *Ovid.* Lib. viii. *Metam.* Fab. V. *v.* ult.

BUNONIS.

λ Prope Letum eſt (f) *Patmus*; nomen habere traditur à veſtigio pedis. (g) *Amorgus* etiam Sporadibus aſſcribitur à Strabone [a]: patria eſt *Simonidis* Poëtæ Jambici: quem ad affectus movendos & lachrymas eliciendas plurimum habuiſſe virium perhibent.

μ (h) *Samus* contra Epheſum ſita eſt: ubi primum vaſa fictilia facta ſunt. *Samii literati* per ignominiam dicuntur, id eſt ſtigmatis notati. Deficientibus enim civibus coacti ſunt Samii ſervos ſuos ſtigmate notatos in civium numerum & ad reip adminiſtrationem recipere. Samo ortus eſt *Chœrilus* Poëta, qui victoriam Athenienſium contra Xerxem verſibus ſcripſit; pro ſingulis verſibus ſingulos ſtateres aureos recipiens.

ν (i) *Cos* vel *Coos* contra Halicarnaſſum ſita, patria eſt *Apellis* pictoris & *Hippocratis* medici; inſula ferax & pecoribus abundans. *Coi* fuêre diſerti, & *Chii* loquaces: unde proverbium: *Chius Coum loqui non ſinit.* [b]

ξ (k) *Carpathus* [c] mari vicino nomen dedit. Ea jacet [d] contra Ægyptum, inter Cretam & Rhodum; à qua vicinum pelagus *Carpathium* appellatur. Hic Proteus aliquando regnavit.

HEKELII.

[a] Lib. x. *Geogr.* p. 83. Tom. ii. Oper.

[b] Sic *Chius ad Coum* ap. *Eraſm.* Chil. ii. Cent. vii. *Ad.* lxviii. p. 460. col. a. & *Manutium* in *Adagiis* p. 682. col. a. de *Comparatione* & *Pugna vehementer inæquali* dicitur.

[c] Quatuor Urbibus inſignis.

[d] Ducentorum Stadiorum circuitu.

(a) Clarus. (b) Ios. (c) Melos. (d) Sporades. (e) Icaria. (f) Patmus. (g) Amorgus. (h) Samus, (i) Cos. (k) Carpathus.

CAP. XI.

De incolis Græciæ & nova ejus deſcriptione.

I.

Græciam omnium Europæ terrarum primam habitatam fuiſſe, cum multa alia, tum in primis ſitus argumento eſt: quippe quæ proxima accedit Aſiæ, ubi primum hominem formatum ſcimus. Inde igitur brevis ac facilis in Græciam trajectus. Suis ſibi Regibus, Ducibus ac Magiſtratibus diſcreti, populi ac civitates egerunt, donec *Philippo* Macedone debellante tota Græcia Incolæ Græciæ.

Macedonico imperio ſubjecta eſt. Dein *Romani* ejus imperio potiti, poſt hos *Gothi* ac *Hunni* devaſtârunt magis, quam coluerunt: noviſſimi Saraceni ac *Turcæ* in hunc uſque diem tenent.

II. Hinc Græcia, abolitis priſcis regionum ac populorum vocabulis, in nova nomina diviſa eſt: quæ olim Peloponneſus erat, nunc α *Morea* dicitur; quæ Græcia propriè, nunc β *Livadia*; quæ Theſſalia, nunc

REISKII.

1 Græcia quidem propinquè Aſiæ adhæret, ut unus Archipelagus intercedat: Nec proxima tamen, ceu noſtro Cluverio videtur. Nam Thracia longe propior, unus ut Boſphorus interſit, adjungitur. (a) Neque gloria debellatæ totius Græciæ ad Philippum, ſed ad hujus filium Alexandrum à Græcis Scriptoribus transfertur: Quamquam *Philippus* bello inter Reſpub. ſociali moto callidis arcaniſque conſiliis libertati graviter inhiavit, vimque non exiguam intenderit. Denique *Romani* univerſàm Græciam ſub primis Impp. ſuo imperio coercuerunt. (b) Sed ab Auctore noſtro prætereuntur *tres Gallorum in Græciam expeditiones*: Una duce Brenno, altera duce Belgio aut Belgione, tertia duce Brenno & Acichorio, quam læviſſimam Pauſanias atque Polybius deſignant, quatuor extinctis regibus. Hos ergo Gallos potius, quam Gothos & Hunnos citare Auctor debuerat, quos nullam in Græcos veteres impreſſionem feciſſe memini: Nec *Saraceni noviſſimi, gens plane a Turcis alia*, domuerunt Græciam, neque adhuc tenent; Etſi Muavias & Soleimannus, duo Chaliſæ, Thraciam ſuis claſſibus obruerint. Sed nova Græcia nos ad ſeſe vocat, quam Turci (c) *Rumiliam*, Græcoſque *Rumilos* vocant, quod hi ſtolidius Romanorum nomine gaudeant. Quam vero ad hanc partem multa, quam inſignia obſervata ſuppetunt? Hæc de urbibus terriſque hodiernis ab Leunclavio, Taverneriо, Petro du Val, Neutſchuzio aliiſque Hodœporiorum Scriptoribus peti commodè poſſunt.

BUNONIS.

α In *Morea* nobiliora opida hodie ſunt (d) *Clarentia* ad mare Ionium, olim *Dyme*, *Clarentiæ Ducatus* hodie caput; cujus in bellis Turcicis frequens fit mentio. Eſt illa urbs in ſolo fertili ac amœno poſita; eratque, quum Peloponneſus ſuum haberet Principem, ſeu *Deſpotam*, magni nominis & celebritatis. (e) *Padras* ſeu *Patras*, olim *Patræ*; unde vicinus ſinus *le Golphe di Lepante* vel *de Patras*. Ibi martyrium ſubiit *S. Andreas*, hodieque illic colitur [a] (f) *Coranto*, olim *Corinthus*, urbs hodie ampla eſt; ſed ſine muris. Arx ejus antiqua Acrocorinthus hactenus manſit. Incolitur hodie *Coranto* à Turcis, & Chriſtianis: verum hi ab iſtis ſæpe acerbè affliguntur. In (g) *Belvedere* provincia eſt *Belvedere*, *Calloſcopium* Græcis, olim *Elis*, urbs magna, vicinæ regioni nomen dedit, quæ & ipſa *Belvedere* vocatur [b]. (h) *Navarin*, olim *Pylus*, *Meſſeniorum*, portum habet commodum, duplici caſtro munitum, quò Turcarum claſſis convenire ſolet, Europæos invaſura Chriſtianos. (i) *Modon*, olim *Methone*, munitiſſima Moreæ urbs, Saniaci Moreæ ſedes diu fuit; per incuriam præſidiariorum à Turcis capta eſt; omneſque puberes interfecti. Diligentiſſime hodie ſervatur ab Ottomannis [c]. (k) *Coron*, olim *Corone*, hodie bene munita eſt, quam ſoli Turcæ incolunt, Chriſtianis & Judæis in ſuburbia relegatis [d]. (l) *Arcadia*, forte olim *Cypariſſa*, portum habet commodum, ſed opidum ſatis elegans, hodiè ſplendorem amittit. Vicinus ſinus ab eo hodie vulgo vocatur *Golfo del Arcadia*. In Provincia (m) *Saccania*, quæ etiam *Romania Minor* aut *Romania Moreæ* hodie, olim *Argia* vocata, eſt (n) *Napli di Romania*, vulgo *Napoli*, olim *Nauplia*, urbs amœno loco ſita, & totius Moreæ civibus frequentiſſima; quoniam Turcæ Chriſtianos Græcos hîc duriter non habent, ſicuti alibi. *Argos*, hodie *Argo*, vicus eſt ex paucis tuguriolis & caſis conſtans. *Inachus fl.* in ſuperioribus ſuis partibus hodie dicitur (o) *Flaviza*; in inferioribus (p) *Cuueri*. In (q) *Tzaconia*, olim *Laconia* & *Arcadia*, eſt (r) *Muſithra*, olim *Sparta*, ſine mœnibus. Eurotæ fl. hic pons eſt impoſitus. (ſ) *Maino*, unde *Mainoitæ*, olim *Lectrum Laconiæ*, à quo haud longe abeſt portus ejuſdem nominis, (t) *Coturnicum* quoque *portus* dictus; quoniam innumeræ coturnices eò ſoleant convenire. Adjacens regio dives eſt oleo, vino, frumento. Indigenæ ſunt ſui juris, qui Turcas inſulanos ſæpe exagitant. (u) *Malvaſia* ſeu *Monembaſia*, olim *Epidaurus Limira*, Malvatico vino nobilis, quod inde nomen traxit; quamquam aliis quoque locis proveniat. (x) *Geremen*, olim *Gerenia*, ab Amurathe capta ac everſa, quum Peloponneſum occuparet. (y) *Lundari*, olim *Megalopolis*, hodie vicus eſt. (z) *Manti*, olim *Mantinea*, hodie vicus.

β In (a) *Livadia* proprie dicta, in qua olim Phocis, Doris, Locri, eſt (b) *Lepante*, Græcis *Inebechti*, olim *Naupactus*, à Bajazethe, anno Chriſti 1499, capta. Sed anno 1571, die 7. Octobris ad vicinas inſulas Echinadas maritimâ pugnâ victi ſunt Turcæ, duce Johanne de Auſtria, 25 millia Turcarum cæſi, quatuor millia capti, ad 14 millia Chriſtianorum, qui ad tranſtra religati erant, liberati ſunt: Tota ferè Turcarum claſſis periit, 200 triremibus aut captis aut depreſſis. (c) *Salona*, olim *Delphi*, hodie vicus eſt. In (d) *Stramulipa*, quæ olim *Bœotia*, eſt (e) *Badia*, olim *Lebadia*, in cujus vicinia ab incolis hodie oſtenduntur veſtigia *Antri Trophonii*. (f) *Anatoria*, olim *Tanagra*, ubi hodie armentorum greges. (g) *Orchomeno*, olim *Orchomenus* tenuis hodie vicus eſt. In (h) *Ducatu Athenienſi* eſt (i) *Setines*, olim *Athenæ*, urbs hodie ampla cum caſtello in colle poſito, in quo ſoli Turcæ degunt: reliquas partes urbis Turcæ pariter & Chriſtiani incolunt. Multa ibi oſtenduntur antiquitatis veſtigia, Areopagi, Academiæ

(a) Philippus non fuit Græc. domitor. (b) Expeditiones Gallicæ. (c) Rumilia. (d) Clarentia op. (e) Padras. (f) Coranto. (g) Belvedere. (h) Navarin. (i) Modon. (k) Coron. (l) Arcadia op. (m) Saccania prov. (n) Napli. (o) Plaviza fl. (p) Cuueri fl. (q) Tzaconia prov. (r) Muſithra. (ſ) Maino. (t) Coturnicum portus. (u) Malvaſia. (x) Geremen. (y) Lundari. (z) Manti. (a) Livadia, prov. (b) Lepante. (c) Salona. (d) Stramulipa. (e) Badia. (f) Anatoria. (g) Orchomeno. (h) Ducatus Athenienſis. (i) Setines.

nunc γ *Janna*, & Epirus, *Canina*. Macedonia verò in quatuor partes; quæ Thraciæ contermina, δ *Jamboli* vocatur; quæ Theſſaliæ proxima, ε *Camenolitari*; quæ Illyrico ſive Dalmatiæ jungitur, ζ *Albania*, proxima, antiquus ac nobiliſſimus Principatus, *equitum ſuorum robore atque virtute nunc maxime clarus*; & omnium medio, ipſum » *Macedoniæ* priſcum nomen.

III. Urbi-

Academiæ &c. Capta fuit à Mahumede anno Chriſti 1455, (a) *Port Lion*, ſeu (b) *Portus Leonis* ita dictus, à leone marmoreo, qui ad littus jacet. Qui olim portus iſtius fuerit ſplendor ac magnificentia, ex ejus ruderibus hodie cognoſcitur. (c) *Salina*, olim *Niſſa*, Megarenſium portus, hodie navium ſtatio infida. Hic nonnihil ſalis excoquitur. Haud procul inde abeſt locus, (d) *Megra* vulgo nunc dictus, ubi *Megaræ* ſunt rudera. *Sunium* [e] promontorium, hodie vocatur *promontorium columnarum*, à columnis ibidem exſtantibus.

HEKELII.

[a] Vid. Not. *Bunonianæ* ad Sect. IV. Cap. VII. Libr. huj.

[b] *Urbis Elidis* meminit quoque *Virgil.* Lib. VI. *Æn.* v. 589. dicitque *Amnem Elidis* Lib. III. *Æneid.* v. 692. & Lib. I. *Georg.* v. 50. *Eliadum Equarum* etiam fit mentio.

[c] Via eſt peregrinantium *Hieroſolymam* à *Venetiis*.

[d] Eſt & *Corone* Pars *Salaminis*, item Urbs *Bithyniæ* opp. atque *Tranſſylvaniæ*, quæ Prov. olim *Sarmitegetuſa* dicta.

[e] Sophiano *Cabo delle Colonne* appellatum.

BUNONIS.

γ (e) *Janna*, quæ hodie vocatur, eſt Theſſaliæ antiquæ major pars, à *Janna* munitiſſimo opido ita dicta, quod in lacu cognomine poſitum eſt. (f) *Tricala*, olim *Tricca*, quæ *Singiacci* (ſic referente *Busbeq. epiſt.* I. Turcæ præfectum vocant, cui *Singiaccus*, *i. e. globus aureus* in ſummo haſtili equitum turmæ ſignum præmittitur) ſedes eſt Leunclavio. (g) *Armiro*, olim *Eretria*, unde Sinus Pelaſgicus hodie dicitur *Golfo di Armero*. *Piſrem ſeu Peſtremo Singiacci ſedes Leunclavio; quo illa loco ſita ſit, incertum illi.*

δ *Jamboli* olim Macedoniæ pars orientalis, in qua *Cavalla* opidum cum portu, ex Macedonia in Thraciam tranſitus: haud procul ab illa urbe via publica inter montes magno labore multiſque ſumtibus eſt parata. *Sitrocapſa* vicinis auriſodinis nobilis eſt, ex quibus magna auri copia eruitur; olim *Sermilis* dicta.

ε (h) *Camenolitari* eſt antiquæ Theſſaliæ ac Macedoniæ pars aliqua, in qua (i) *Cogni*, caſtrum *Coginium*, ad coërcendos latrones olim conditum; hodie fere deſertum. (k) *Tyriſſa*, urbs antiqua, hodie vicus eſt [f]. In eo tractu mons eſt (l) *Domonigniſa* vulgò dictus, cujus paſcua laudantur.

ζ (m) *Albania*, Turcis *Arnaut*, diſtinguitur in *Superiorem*, quæ Macedoniæ pars occidentalis; & *Inferiorem*, quæ olim Epirus & exigua pars Helladis. In illa eſt (n) *Durazzo*, olim *Dyrrachium*: (o) *Scutari*; Turcis *Iſcodar*, olim *Scodra*; (p) *Vallona*, quondam *Aulon*, ad ſinum capaciſſimum, duobus caſtellis munitum. In mediterraneis eſt (q) *Croja* totius Albaniæ nobiliſſima; ex qua *Scanderbegus* fortiſſime reſtitit Turcis: *Albanopolis* hodie deſerta, à Turcis vaſtata. *Ocrida* ad lacum cognominem, ex quo Drilon fl. erumpit, munita, & Saniaci ſedes. *Veſtigrad* virtute Scanderbegi nobilis, ex qua defatigavit Turcas. *Belgrad* in hiſtoria Scanderbegi ſæpe memorata. In (r) *Albania inferiori*, quæ Epirus antiqua & exigua Helladis pars eſt, (ſ) *Canina* caſtellum munitiſſimum Aulonenſi Sinui imminens, quem contra piratas tuetur. *Acroceraunii montes*, qui ei ſunt vicini *Montes Diaboli* appellantur, itemque montes *Chimeræ*, paſcuis *abundantes*, unde pinguia redeunt armenta. (t) *Chimera*, olim *Elyma*, vicinæ regioni nomen dedit, urbs quondam magna; hodie fere deſeritur ex quo ſub jugo eſt Turcico. Incolæ ejus regionis *Chimeriotæ* neque hodie deſinunt libertatem ſuam montium opportunitate propugnare. (u) *Butrinto*, olim *Butrotum*, in ruderibus jacet. Sinus ejus hodie vocatur Almone, piſcibus abundans. (x) *Larta* ex Ambraciæ ruinis crevit. (y) *Perga* [g], olim *Torone* [b], ſub Venetorum poteſtate, opidanos habet opulentos. (z) *Baſtia* à nonnullis Albaniæ conſtituitur limes; quum vero Ambracina ditio a pleriſque illi aſcribatur; ulterius extendetur. Ad eandem Albaniam refertur *Deſpotatus* ſeu *parva Græcia*, in qua (a) *Peſchera*, fere ad oſtia Apri ſeu Acheloi fl. opidum hodie eſt tenue; quod oſtium *Acheloi* paulatim obſtruitur, (b) *Neocaſtro* haud procul ab Eveni fl. oſtio eſt, Deſpotæ quondam ſedes; crudelitate & avaritia Turcarum fere periit. (c) *Alcippo*, ad Sinum cognominem eſt.

HEKELII.

[f] Mercator eam *Cereſi* vocat.

[g] Vel *Parga*.

[b] Ut &, *Nigro* teſtante, *Agiomamma* & *Rampa*, ſive *Caſtel Rampo*, uti *Pinetus* ſcribit, dicta.

BUNONIS.

» (d) *Macedoniæ* partes hodie recenſentur quatuor, *Jamboli*, *Camenolitari*, *Janna*, & *Macedonia proprie dicta*. Tres priores modo ſunt explicatæ; reſtat *Macedonia proprie dicta*, in qua (e) *Salonichi*, olim *Theſſalonica*, de qua Auctor noſter ſectione III, mox ſequente. (f) *Citros* [i], olim *Pydna* urbs ampla, quæ *hactenus* videtur antiquum obtinuiſſe ſplendorem. (g) *Veria*, olim *Berœa*, hodie vicus eſt. (h) *Zucria*, olim *Pella*, nunc vicus eſt; antiquitatis monumenta illic eruuntur.

BU-

(a) Port Lion ſeu. (b) Portus Leonis. (c) Salina. (d) Megra. (e) Janna prov. & urbs. (f) Tricala. (g) Armiro. (h) Camenolitari prov. (i) Cogni. (k) Tyriſſa. (l) Domonigniſa mons. (m) Albania ſuperior. (n) Durazzo. (o) Scutari. (p) Vallona. (q) Croja. (r) Albania inferior. (ſ) Canina. (t) Chimera. (u) Butrinto. (x) Larta. (y) Perga. (z) Baſtia. (a) Peſchera. (b) Neocaſtro. (c) Alcippo. (d) Macedonia proprie dicta. (e) Salonichi. (f) Citros. (g) Veria. (h) Zucria.

Theſſalonica.

Dyrrachium.

Croja.

III. Urbium in univerſa Græcia nunc celeberrima eſt *Theſſalonica*, (1) vulgo *Salonichi*, ingens atque opulenta; emporium mercatoribus Judæis frequentiſſimum. Secunda eſt *Dyrrachium* Albaniæ, vulgo *Durazzo*, (2) urbs validiſſima, at minus culta ob gravitatem cœli. *Croja*, (3) Scanderbegi patria, item eſt urbs munitiſſima in mediterraneis Albaniæ.

(1) *Et totius hodiernæ Græciæ celeberrimum. Judæorum Synagogas* 30, *& Græcorum Chriſtianorum totidem templa numerat. Archiep: Græci etiam ſedes. Vendita fuit Venetis a proprio principe An.* 1423, *& Turcis ſubdita An.* 1431, *regnante Amurato* 2do.

(2) *Urbs provinciæ optima & commercio Italico celebris obſidione cincta fuit ab exulibus quibuſdam A. ab V. C.* 315, *unde bellum Peloponneſiacum ortum habuit. Stirps primæ familiæ Gallicæ Andegavenſis cognomen de Duras ab oppido illo ducit.*

(3) *Propter obſidionem feliciter contra Turcas ſiſtentatam, Scanderbegi auſpiciis An.* 1443, *nobilis.*

BUNONIS.

(a) *Antiquiores Græci* ob perpetua bella diu proceſſere armati, ac habitu militari: deinceps palliis ſunt uſi. Pueri comam nutriebant, eamque ſectam alicui Deorum ſuorum, ac præcipue fluminum geniis conſecrabant. Ludis, & ſaltationibus, ac palæſtræ dediti certamina celebrabant ſolemnia. Indoctus habebatur, qui fidibus neſciret canere. Ædibus habitabant ſplendidis & commodis. Mulieres Gynæceis continebantur. Mortuorum corpora plerumque comburebant, multis etiam pretioſis in rogum conjectis. Sepultura carere graviſſima habebatur pœna. Bonas literas excolebant & amplectebantur. Hinc Græcia fœcundiſſima doctis urbibus perhibetur à Manilio. Hinc Horatius [k]; *Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Muſa loqui &c.* Cicero Græcos appellat *homines doctiſſimos.* De qua re nullum dubium eſſe poteſt ei, cui auctores & Scriptores Græci non ſunt ignoti. Vix tamen ulla gens alia majoribus vitiis fuit contaminata; pleraque Horatius [l] expreſſit hocce verſiculo;

Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine & ira
Iliacos intra muros peccatur, & extra.

De ſtupris & mulierum raptu multa tradit Herodotus. Polybius iis objicit fraudes. Mendaces & adulandi peritiſſimos eos proclamat Juvenalis. Latini Scriptores fere omnes arguunt Græcos levitatis. Vino obrui inter vitia illis non fuit poſitum. (b) Græciæ, quæ hodie habetur latitudo à Varnæ territorio ſub gr. 45. uſque ad promontorium Tænarum, vulgo *Metapan*, aut *des Cailles*, extenditur ad milliaria Germanica CL. Longitudo à Dulcinio vulgò *Dulcigno*, in Albaniæ limite, uſque ad Boſphorum Thracicum, eſt milliarium Germanicorum cxxxv. (c) Græcia illa, olim fœcunda ac fertilis, hodie multis in locis deſerta eſt. Qua de cauſa ante annos haud adeo multos Turcæ aliquot millia Calabrorum in Albaniam invitârunt; eiſque agros ibidem tribuerunt. Multæ hujus ſolitudinis ac vaſtitatis afferri poſſunt cauſæ. (d) Hodierni Græci dominorum ſuorum mores pleroſque ſunt amplexi. Qui ſub Turcarum degunt Imperio, dominorum ſuorum fere ſimiles ſunt. Qui ſub Venetorum ſunt poteſtate, eorum vivunt more [m]. Univerſi antiquam iſtam pergræcandi & epulandi ſervant conſuetudinem: Zelotypia laborant: ſplendide veſtiuntur [n]. Græca lingua vocibus Arabicis, Turcicis, Sclavicis, Latinis ac Italicis eſt corrupta. *Cruſius* in Turcogræcia ſua tradit ſeptuaginta & plures in lingua iſta hodie obſervari dialectos; Theſſalonicenſes tamen cæteris loquuntur purius. Armis Græci ferè deſtituuntur, artes mechanicas & rem exercent nauticam, quibus excellunt. Turcæ, ſi quos ex Græcis animadvertunt opulentiores, eoſdem fictis etiam criminibus accuſatos bonis omnibus exuunt [o]. Græcis ſub Turcarum Imperio præſunt *Saniaci*, vulgo *Sangiac* ſeu *Sazas*, qui ſunt provinciarum præſides. Tributum Græci pendunt quotannis in ſingula capita; auferuntur ex liberis robuſtiſſimi, qui militaribus exercitiis inſtructi ſunt Geneſſari, Turcicæ militiæ robur. Ab iſto liberorum Tributo eximuntur Nauplienſes, Rhodii, Conſtantinopolitani, Bulgari, & Hungari. Græci numero multo ſuperant Turcas, ſed imbelles ſunt: Albani ad arma paratiores ſunt. Conſilia ſua haud bene tegunt: unde illorum ſæpe ſunt proditæ conſpirationes. Mainotæ, ſeu *Tzacones*, qui ſunt in Morea feroces & bellicoſi, Græcorum profitentur ritus, hactenus liberi, Turcarum vim fortiter repreſſerunt. Decem armatorum millia in aciem poſſunt educere milites expeditiſſimos, & peritiſſimos ſagittarios. Majoribus navibus portus ſuos ingredi non permittunt, ſed minora tantum admittunt navigia mercaturæ gratiâ. Hoſtiles naves, quibus potiuntur, incendunt; piraticæ Turcicas vexant & deprædantur inſulas. Eccleſiam Romanam Græci habent pro ſchiſmatica, Epiſcopi Romani primatum exſecrantes. Spiritum S. à ſolo Patre procedere credunt. Nullum admittunt purgatorium. Sacramentum Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie laicis adminiſtrant; illudque celebrant in pane fermentato. Unctionem extremam & Confirmationem rejiciunt. Sanctorum animas ante diem judicii gratioſa Dei viſione frui, aut impiorum in inferno torqueri negant. Sacerdotibus permittunt matrimonium ita, ut ante ordinationem uxores ductas iis liceat retinere; nec poſt ordinationem conceditur uxorem ducere. Matrimonium quartum omnino prohibent, adeo ut Patriarchæ nonnulli Imperatores, quondam, ea de cauſa communione excluſerint ſacra. Statuarum religioſum cultum rejiciunt; pictas tamen in templis habent ſuis imaginibus. Quatuor temporum jejunia obſervant: *Primum*, à Sexageſima ad Paſcha; *Secundum* Petri & Pauli, ab octava Pentecoſtes ad horum Apoſtolorum feſtum: *Tertium* B. Virginis, ab initio Auguſti uſque ad Aſſumtionem. *Quartum* S. Philippi, à feſto hujus Apoſtoli, quod incidit in 14 Novembris ad Natalitia Chriſti. Calogeros ſeu Monachos ſuos multum venerantur, qui duram agunt vitam, ex labore manuum ſuarum viventes; Ex illis ſolis Patriarchas, Archiepiſcopos & Epiſcopos ſuos eligunt [p]. Qui cum Turcis contrahunt matrimonium, excommunicantur. De his & aliis hodiernorum Græcorum moribus ac ritibus legantur *Cruſius*, *Boterus*, *Poſſevinus* & *Leunclavius*.

HEKELII.

[i] *Sophiano* Chitro.

[k] Lib. de *Arte Poetica*, v. 323. ſeq.

[l] Lib. 1. Epiſt. 11. v. 5. ſeq.

[m] Apud utroſque tanta regnat *Barbaries*, ut nulla apud eos Urbs inveniatur, in qua ſit Academia. Nemo eſt etiam, qui ſuos Liberos Artes liberales, aut Litteras edoceri curet.

[n] Utuntur enim Veſtibus conſuetudini ipſius Principis reſpondentibus.

[o] *Græci*

(a) Antiquorum Græcorum mores. (b) Græciæ novæ Longitudo & Latitudo. (c) Soli natura in Græcia. (d) Græcorum recentiorum mores.

[o] *Græci* omnes *generaliter* paucâ ſupellectile, uti *Turcæ*, contenti ſunt, nec ſupra plumeos Lectos cubant. ſed culcitras, ſive centones lanâ, aut panni tonſurâ ſuffultos ſubſternere ſolent.

[p] Sunt autem Patriarchæ Eccleſiarum *Græcanicarum* quatuor, *Conſtantinopolitanus* nempe, *Alexandrinus*, *Hieroſolymitanus* & *Antiochenus*. Sed qualis ſit eorum moderatio in *Epiſcopos* & *Presbyteros*, quotque quilibet millium aureorum quotannis Turcæ pendeat, vid. *Maginus* Part. II. *Geogr. Ptolem.* fol. 166. fac. b.

CAP. XII.

De Creta Inſula.

I.

AT inſularum Græco littori objacentium maxima omnium eſt *Creta*, Græcis Latiniſque monumentis plurimum celebrata. Hæc quippe prima potuit *navibus* & *ſagittis*; prima *Minoe* duce claſſe pugnavit; *equeſtres pugnas* prima docuit, laſcivas vertigines implicare; prima literis *jura* junxit; ſtudium item *Muſicum* hinc initium cœpit. (*Sunt verba Solini Cap.* XVI. potuit. *i. e. potiùs fuit.*) Creta.

II. Nomen deducunt alii à *Crete* Nympha, Heſperidis filia; alii à *Crete*, rege Curetum; quidam primum *Aëriam*, deinde *Curetim*, & Μακαρόννησον nonnulli, id eſt, *beatam inſulam* à temperie cœli appellatam exiſtimavêre. Incolæ Græcis dicuntur *Cretes*, Latinis *Cretenſes*. [1] Cretæ nomina.

III. Inter Ortum porrigitur Inſula & Occaſum tractu longiſſimo, hinc Aſia, illinc Africa objacentibus: à *Septemtrione* Ægæis & ſuis, id eſt, Creticis æſtibus verberatur: ab *Auſtro* Libycis undis perfunditur & Ægyptiis. *Longitudo* ejus maxima à Samonio promontorio, nunc *C. Salomoni*, ad promontorium Corycum, nunc *Cornico*, milliar. Germ. LXX. *Latitudo* circa mediam ſui partem maximè patens milliar. Germ. XV. Cretæ fines & Magnitudo.

IV. *Centum* in ea *urbium* clara fama eſt. Sunt tamen etiam in antiquis auctoribus, qui non centum urbibus, ut prodiderunt, qui prodige lingua largiti ſunt, ſed magnis & ambitioſis ſtipatam exiſtiment. Clariſſimæ fuerunt, Urbes Cretæ.

REISKII.

1 (a) *Creta* nulli Nymphæ, aut Jovis filio, aut regi apud Hiſtoricos obſcuro vel plane incognito, ſed ductis in hanc Inſulam Phœnicum coloniis nomen cultumque majorem debuit. Regio enim Paleſtinæ una fuit Arabibus כְּרִיתָא *Keritha* (ſic apud Giggejum legitur) Syris & Phœnicibus כְּרִית *Creth* dicta, cujus incolæ כְּרֵתִי (b) *Crethi* Hebraice dicuntur, voce in S. literis frequenti, quam aliquoties LXX Interp. κρῆτας, i. e. Cretenſes vertunt. Hinc regio utraque urbium nominibus nonnullis, gens autem bellico armorum ſtudio, ſagittis potiſſimum & arcu conveniunt. Quo ſpectat fabula, quæ Diodoro Lib. V placuit, de undecim Curetibus, unoque horum Saturno, qui navibus appulſi artem inſulæ ſagittariam primi introduxerint. Contra vero Stephanus de Gaza Philiſtæorum metropoli obſervat, illi cognomen Minoæ olim additum ab Minoe, qui eò adſociatis duobus fratribus commearit. (c) Atqui Minos rex Cretæ primus prædicatur, regnique illius antiqui conditor, quod per multa ſtetit ſecula, donec in Principatum deſineret. Hinc apud Dionem Duces ultimi ſeu Principes duo memorantur, & urbes quibus præfuerint, captæ paulo antea quam tota inſula in ditionem Romanam venerat, Q. Cæcil. Metello auſpice A. V. C. 685. Hinc Græcis Impp. ſubjecta furore Saracenico & impetu domata A. V. C. 826, nec ſimul tamen tota Græcia uti Cluverius narrat. Rudera (d) *Labyrinthi* hodierna, ut extant Bellonio αὐτόπτῃ veterem lapidicinæ formam retulerunt, ex opere priſco nullum veſtigium: Petrus Martyr tamen Lib. II. Legat. Babylon. aliique auctores jactatis Cretenſium ruderibus inſiſtunt. Quid porro actum ſit cum Candia, hodieque agatur, Hiſtorici & Geographi tradunt. (e) Nam præter majores *urbes quatuor*, minora fere *quindecim* adhuc extabant *oppida*, quæ vero à Turcis per bellum ultimum disjecta aut lacera jacent. Reſp. vero Venera ære multo A. 1193, inſulam acquiſivit, tenuitque tot ſecula, donec Turcis per deditionem cedere cogeretur: (f) Adhuc tamen Sudam ſive Sittam, Carabuſam, Sinamque longam arces & portus munitiſſimos retinuit.

BU-

(a) Creta. (b) Crethi. (c) Regnum, denique Principatus. (d) Labyrinthus. (e) Candia capta. (f) Exceptis Arcibus & portubus.

runt, α *Gortyna*, caput insulæ ; β *Cydon*, quam Græci *matrem urbium* appellavere ; γ *Gnossus* Minois regia, *Therapnæ*, *Dium*, δ *Lyctus*, ε *Lycastus*, *Phæstus*, *Manethusa*, ζ *Dictynna*.

Montes. V. Montes item celebres, η *Dictæus*, ϑ *Idæus*, ι *Corycus*, κ *Cadiscus*. λ *Labyrinthus*, in medio ferme fuit, mirandum *Dædali* opus, itinerum ambages, occursusque ac recursus inexplicabiles continens, lapide polito, ac fornicibus tectum.

Cultores Cretæ. VI. μ *Incolæ* perpetuo *vitiosissimi* & ν *piratica* infames, initio rerum Regibus regebantur, post Ducibus. Q. *Metellus* insulam edomitam in provinciæ formam redegit; mansitque sub Imperio, primum Romano, mox Constantinopolitano, donec cum reliqua Græcia à *Saracenis* occupata fuit. Recuperatam deinde *Balduinus*, Flandriæ Comes & Imperator Constantinopolitanus, Bonifacio Marchioni Montisferrati dedit ; à quo tandem ξ *Veneti* grandi pecunia mercati etiam nunc tenent. *Candia* (1) nunc à Metropoli sua indigitatur : habetque urbes claras quatuor, contra Turcarum irruptiones munitissimas ;

(1) Seculo 15°. *obsidionem plus minus duobus Annis contra Turcas sustinuit, ubi infestissimi illi Christiani nominis hostes supra 50000 hominum amiserunt.*

EUNONIS.

α (a) *Gortyna* [*a*] hodie *Gurtina* exiguus pagus [*b*] est ab Ida monte 10 millia passuum distans : & ab ora litorea 12 : olim ad Lethæum, seu Lethen fl. fuit sita.

β (b) *Cydon*, Cydonia & Cydonis in ora Septentrionali est, hodie *Canea*, urbs valde munita, quam Venetis eripuerunt Turcæ anno 1646. [*c*]

γ (c) *Gnossus*, *Gnosus* & *Cnossos*, [*d*] urbs excisa, C stadiis à Gortyna fuit & à litore XXV : hodie pagus est. *Gnossiacum merum* memorat Lucanus. Gnosso civitate *Strabo* oriundus erat, natus tamen Amasiæ, civitate Ponti.

δ (d) *Lyctus* vel *Lyttus* olim clara urbs, nunc pagus est ad Dictæum montem, XV millia passuum à litore septemtrionali ; in quo (e) *Chersonesus* erat Lyctiorum emporium. Nonnullis hodie est *Paleocastro*.

ε (f) *Lycastum* opidum interiisse tradit Strabo.

ζ (g) *Dictynna* [*e*], ad Cisamum promontorium est, quod hodie *Capo Spada* appellatur.

η (h) Mons *Dictæus*, *Dictinnæus* sive *Dictæ*, inter Idam montem est, & promontorium Samonium: cujus juga ita excandescunt, ut eminus navigantes magis putent nubila. Solin.

ϑ (i) *Ida* mons ante Solis ortum videt Solem : ibi *Jupiter* nutritus. Varronis ævo, Jovis visitabatur sepulchrum. [*f*]

ι (k) *Corycus* mons & promontorium in parte insulæ occidentali est.

κ (l) *Cadiscus* sive *Cadischi* mons & promontorium, oppositum est Peloponnesi promontorio Maleæ.

λ Artifex iste opus hoc ad exemplar Ægyptii antiquissimi (m) Labyrinthi struxerat : & vix centesimam ejus partem, judice Plinio, expressserat. Apud Gortynam urbem fuisse scribitur. In eo Minotaurus à Theseo interfectus est. Vestigia Labyrinthi istius monstrantur haud procul à radicibus montis *Psiloritti*. In agro Caneæ sunt montes *Spachioti*, vulgo *Sfachie*, olim *Leuci* dicti, in quibus habitant *Sfachiotæ*, genus hominum ferox, & ad arma paratum. Eos solent Veneti ad bellum conducere : verum Cretenses sunt & fluxæ fidei. Nostra ætate Turcas à Sfachiotis in bello isto, quod hodie ibidem geritur, fuisse adjutos, conqueruntur Veneti.

μ Cæterum hæc insula multis celebrata est fabulis, adventu Europæ, Pasiphaës, & Ariadnes amoribus. Optimis olim usa est legibus, quas *Minos* ab ipso Jove acceptas Cretensibus tulisse perhibetur. Græci magno in pretio eas habebant. Sequenti tamen ævo mores prolapsi sunt ; habitique sunt Cretenses perfidi ; unde proverbium [*g*] ; *Cretensis cum Cretensi*, i. e. improbus cum improbo: item, *cum Cretensi Cretiza* [*b*]. Omninò autem pugnaces erant, plurimumque valebant navali apparatu. Hodie *vero* Cretenses plerique sunt imbelles ac timidi, si *Sfachiotas* modo memoratos exceperis.

ν Post Tyrannidem, qua oppressi aliquando fuerant, latrociniis sese dediderunt. *Cilices* deinde eos invasere. Romani verò universos deleverunt, captis, præter cæteras Cretæ urbes, Cilicum castellis piraticis, Imperatore Metello, cui cognomen inde *Creticum* impositum est.

ξ Demum anno 1645, Turca insulam hanc invasit, ab eaque tempestate bellum de illa geritur : Venetis fere solis tantam belli molem sustinentibus.

HEKELII.

[*a*] Sive Gortys, vel *Gortyn.*

[*b*] *Vel potius Oppidum.*

[*c*] Meminit ejus & eorum, qui incolunt istam, *Virgilius* Ecl. x. v. 59. Lib. x. *Æneid.* v. 265. & Lib. XII. v. 858. Unde & *Poma Cydonia* passim. Est & *Cydonia Stephano* Urbs *Ciliciæ*.

[*d*] Olim *Geratas* appellata.

[*e*] Cujus & *Pomponius Mela* Lib. III. c. VII. p. m. 205. meminit.

[*f*] In hoc quoque Monte *Paris* sententiam tulisse fertur pro *Venere* de *Pomo aureo* adversus *Palladem* & *Junonem*. De eo vid. *Strabo* Lib. x. p. 60. Tom. II. oper. Ab hoc Monte *Ida* quidam Gentilium ignari *Ebraicarum* rerum putant *Judæos* dictos tanquam *Idæos*. Quam sententiam verò meritò rejecit *Petr. Joannes Olivarius* in *Annotationib.* ad *Pomp. Melæ* Lib. III. c. VII. p. 205.

BU-

(a) Gortyna. (b) Cydon ſ. Canea. (c) Gnoſſus. (d) Lyctus. (e) Cherſoneſus. (f) Lycaſtus. (g) Dictynna ſ. Dictamum. (h) Mons Dictæus. (i) Ida. (k) Corycus. (l) Cadiſcus. (m) Labyrinthus.

mas ; ο *Candiam*, π *Caneam* (1), ϱ *Rethymum* (2) & σ *Sitiam*. *Archiepiſcopatus* eſt unus Candiæ ; *Epiſcopatus* octo.

(1) *A Turcis An.* 1645, *expugnatam.*

(2) *A Turcis An.* 1646, *ſubditam.*

BUNONIS.

ο (a) *Candia* in latere Septemtrionali ſita, eadem putatur eſſe urbs, quæ olim *Cytæum* : quamquam Cytæum aliis hodie *Sittia* ſive *Citie* exiſtimatur ; aliique ſque *Fraſcia*. Candia hæc *urbs ampla & totius inſulæ primaria ac munitiſſima* diuturnam Turcarum ſuſtinuit obſidionem.

π (b) *Canea*, olim *Cydone egregie munita* à Turcis hodie tenetur, quod modo memoratum. In agro Caneæ eſt (c) *Suda* arx cum portu commodiſſimo, in ſinu *Amphimalo*, nunc *de la Suda*, multarum navium capace ; ultimum Venetæ dominationis in hac inſula præſidium.

ϱ (d) *Retimo*, olim *Rhytimna* erat in litore Septemtrionali, eſt ad Platonici fl. oſtia, urbs dives ac frequens ; portum habet ſatis commodum, ac caſtrum in rupe poſitum.

σ (e) *Sittia* ; in quatuor illis urbibus Cretenſibus minima, ſed frequens, ampliſſimo gaudet portu, qui in præcipuis hujus inſulæ ponitur. In eodem litore Septemtrionali eſt ; unde inſulæ pars Orientalis appellatur : nam ſecundum quatuor illas urbes, in quatuor territoria hodie diſpeſcitur Creta, incoliturque tribus hominum generibus, *Nobilibus Venetis*, *Nobilibus Candiotis*, & *Græcis*. Nobiles Veneti ſunt à nobilibus Venetis orti ; Nobiles Candiotæ à civibus Venetianis. (f) De cætero *vinum* mittit Creta, quod *Malvaticum* vocant ; & *ſaccarum*, quod ab inſula hac *Candiæ* dicunt. *Cupreſſum* & *Cypariſſum* fert copioſam : cæſæ etiam cupreſſi repullulant. Gnoſii inventas fruges ſibi vendicabant, audacter cum Atticis hâc de re contendentes. Ager Creticus *Silveſtrium Caprarum* copioſus eſt : *cervo* eget, *lupos*, *vulpes*, aliaque quadrupedum noxia nunquam educat. Serpens nulla, larga vitis, mira ſoli indulgentia. Herba ibi eſt, quæ ἄλιμος dicitur, ea admorſa diurnam famem prohibet. Avem *noxiuam* non habet, &, ſi invehatur, emoritur. *Phalangium* ibi eſt aranei genus, quod ictum hominem veneno interficit. Apoſtolus Paulus Titum Cretæ fecerat Epiſcopum, eumque Presbyteros in civitatibus ſingulis conſtituere juſſit. *Anno* 1669, Inſula hæc, *Canea* & *Candia* urbe primariâ expugnatis, in Turcarum pervenit poteſtatem, *Sudæ* verò & *Retimo* in Venetum hactenus fuit dominio.

HEKELII.

[g] Apud *Eraſm.* Chil. I. Cent. II. *Ad.* XXVI. & XXVII. p. 61. col. b. & *Manutium* in *Adag.* p. 90. col. b.

[b] Vid. id. *Eraſmus* loc. cit. p. 62. col. a.

(a) Candia. (b) Canea. (c) Suda. (d) Retimo. (e) Sittia. (f) Felicitas ſoli.

CAP. XIII.

De Thracia.

I.

POST Strymona amnem Macedoniæ proxima eſt Thracia ; inter validiſſimas Europæ gentes maximè fera & barbara ; Regio nec cœlo læta, nec ſolo ; &, niſi qua mari propior, infœcunda, frigida, eorumque quæ ſeruntur malignè admodum patiens. α

II. Nomen habere putatur vel à *Thrace* Martis filio [a] ; vel, ut aliis videtur, ab *aſperitate* ſoli cœlique & gentis feritate, quaſi Τραχεῖα. *Terminos* habet, à Septentrione Æmum montem, quo à Mœſis diſterminatur ; ab *Oriente* Pontum & Propontidem ; à Meridie *Ægæum* mare ; ab Occidente *Strymona* amnem. *Longitudine* occupat à Strymonis fontibus ad Panyſi oſtium & opidum Meſembriam mill. German. LXX. *Latitudine* verò ab Æmo monte juxta Nicopolim ad β Maſtuſiam Cherſoneſi promontorium mill. German. LX. I

Thraciæ Nomen & Limites.

Magnitudo.

III. *Di-*

BUNONIS.

α *Lapides* in ea feruntur eſſe carbonibus ſimiles, qui incenſi, & aqua reſperſi, acrius exardeſcant, ſtabris reſtinguantur.

β *Maſtuſia* prom. hodie vulgo *Capo Griego*, eſt in ora Thraciæ Auſtrali, Sigæo prom. Troadis oppoſitum, ab Atho monte CXIII millia paſſuum in Ortum recedens

HEKELII.

[a] Vel à *Thraca*, *Nympha* incantatrice.

REISKII.

1 Valeant incertæ origines ac fabuloſæ, quia S. in literis ex Japhethi progenie veriores nunc ſuppetunt. Namque inter filios Japhetheos unus ponitur תִּירָס *Thiras*. Gen. X. v. 2. eliſâ ſub initium vocali, pro Samech ultimo ſi Græcam lite-

Divisio Thraciæ populi.

III. *Divisam* quondam fuisse in quinquaginta strategias, auctor est Plinius. Is populos in ea recenset, Strymonem amnem accolentes, γ *Denselatas* [b], δ *Medos*: ad Nestum amnem, ε *Digeros*, ζ *Bessorumque* multa nomina, inter *Eleos*, *Diobesos*, *Carbilesos*, *Brysos*, *Sapæos*, Hebrum accolentes, η *Odrysarum* numerosam gentem, *Odomantas*, *Carbiletas*, *Pyrogeros*, *Drugeros*, *Cænicos*, *Hypsaltos*, *Benos*, *Carpillos*, *Botiæos*, *Edones*, *Cicones*, *Bistones*, *Selletas*, *Priantas*, *Doloncas*, *Thynos*, *Celetas*: omnium autem sæviissimos *Scordiscos* memorat Florus.

ram ξ substituas, inde Θρᾷξ *Thrax* proveniet: Sic enim hæc mutua literarum duarum permutatio constituta in Alphabeto à Phœnicibus ad Græcos traducto etiam tenetur. Josephus tamen Gorionides, & R. Abraham Zachuth per Samech efferunt תראסיה *Tharsia*, i. e. Thracia. Adde veterum auctoritates, Eusebii nempe, Hieronymi, Epiphanii pluriumque: Sed ex omnibus unum audi Fl. Josephum Lib. 1. Antiquit. c. 7. Θείρας δὲ Θείρας ἐκάλεσεν, ὧν ἦρξεν. Ἕλληνες δὲ Θρᾷκας αὐτοὺς μετωνόμασαν. *Thires autem Thiras eos vocavit, quibus imperaverat: Græci autem ipsos Thraces vocarunt.* Hinc Bochartus Lib. III. Phaleg. 2. multa hujus nominis vestigia inter Thraces vicinosque populos demonstrat: Ut sunt Athyras portus & sinus & fluvius non procul à Byzantio in propontidem exiens: Tyras urbs Mœsiæ: Teres Græcè apud Thucydidem Τήρης, qui regnum Odrysarum in Thracia valde amplificaverat. Plura omittam & ad locum Plinii Lib. IV. c. 11. transibo, qui Thraciam in quinquaginta strategias divisam prodidit. Strategia Græce στρατηγία exercitus aut militiæ præfecturam denotat. Ergo pro bellicis præfecturis numerosis equidem gens ferox armorumque studiosissima terræ suæ partitionem attulit.

BUNONIS.

γ *Denthéleti* amnem Strymonem accoluerunt dextro latere.

δ Et *Medi* Bysaltas usque; lævo.

ε *Digeri.*

ζ *Bessorumque* multa nomina ad Nessum fl. Pangæi montis ima ambientem inter populos ibi memoratos.

η *Odrysarum* gens infundit Hebrum accolentibus *Carbiletis*, *Pyrogeris*, *Drugeris*, *Cænicis*, *Hypsaltis*, *Benis*, *Carpillis*, *Botiæis*, *Edonis*. Eodem in tractu sunt *Syaletæ*, *Briantæ*, *Dolangæ*, *Thynicæ*, *Laletæ*, Majores Æmo, Minores Rhodopæ subditi; inter quos Hebrus amnis. Ita fere hos populos recensèt Plinius lib. IV. cap. XI. *Cicones* Mela ad Ismarum montem & Hebrum fl. collocat. De *Bistonibus* lege Isaacum Tzetzen. Hi à Poëtis sæpe pro universa Thracum gente usurpantur.

HEKELII.

[b] S. *Denseletas.*

CAP. XIV.

De Urbibus veteris Thraciæ, Fluviis ac Montibus.

I.

Oppida Thraciæ. OEsyme. Neapolis. Abdera.

OPida clara olim in Thracia fuere à Strymone amne in litore Ægæo, α *OEsyme*, β *Neapolis*, γ *Abdera*, à Diomedis sorore conditum opidum, unde

BUNONIS.

α (a) *OEsyme* sive *OEsyma* & *OEsima* [a] ad Zisacti fl. ostia quem à Septemtrione premit lacus (b) *Prasias*, cujus meminit Herodotus, vicinas habebat æris fodinas.

β (c) *Neapolis* ad Symboli montis collocatur radices, urbs maritima, Sinui Pierico fere vicina.

γ (d) *Abdera* inter Nesti & Hebri ostia, à Clazomeniis amplificata *Clazomenæ* dicta est. *Solinus.* Est *Democriti* illius patria qui nunquam sine risu in publico fuit [b]. Quum CIX annos expleviisset, triduum calidorum nidore panum, spiritum jam jam exiturum remoratus est. Abderâ quoque oriundus fuit *Protagoras.* *Abderitanos* stupori mentis obnoxios esse scribit Cicero. Ad Abderam, Plinio teste [c], sunt pascua, in quibus equi pasti in rabiem vertuntur: quemadmodum apud Potniam asini.

HEKELII.

[a] Quam *Thucydides* Lib. 4. Urbem *Macedoniæ* facit.

[b] Unde & *Abderita* & Γελασῖνος dictus. Vid. *Quenstedii Dialog.* de *Patriis Viror. illustrium.* p. 444.

[c] Lib. XXV. c. VIII. p. 461. lin. 41. Meminit idem *Plinius* hujus Civitatis Lib. VI. c. XI. p. 54.

REISKII.

(1) Ut in gentibus Thraciæ numerandis Auctores variant, ita in urbibus, quas Ptolemæus plures, alii pauciores nominant. Clara interim fuit Maronea, quam ab Marone Osiridis vel Bacchi comite structam voluerunt: Turris itidem quam à Diomede vocârunt, & oppidum in quo fabula equis suis parata dicitur servasse. Eleus Ptotesilai sepulchro, & quod ibi accidisse Pomponius Mela refert, prodigioso arborum marcescentium exemplo decantatissima fuit. Abdera

(a) OEsyme. (b) Prasias lacus, (c) Neapolis. (d) Abdera.


Istrici
Tyrangitæ
Tauriſci
Carpates Montes
Arpy
Ratacenſii
Bistricia
DACIA
Sereth
Czukaun
Suczona
Vedes Waiwode
Pruth fl.
Tyras fl.
BESSARABIA
Lapuzna
Getarum Solitudo
Biellogrod
Tyra
Niconia
Zabolcienſis com.
Prendaveſii
Scebiurgium
Claudiopolis
Clauſe Burg
Medieſius
Stephanopolis
n Braſſa
Jaſu
MOLDAVIA
Margoſeſt
Tariſto
Roſone Lacus
Moncaſtro
Rop
Varadinum
h Waradein
TRANSILVANIA
Alba Julya
n Hermanſtat
Cacoenſii
Tyrageta
Zolnock
MEDI TERRA
Targorod
Brady
Grutungi
Biephi
Buridi enſi
Czongrad
Gyula
Vaſtinii
Kilia
Porulatenſii
Cotenſii
Polada
Segedinum
Genadium
n Chonad
Zeugma
Utpia Trajana
Aczud
Arubium
Getæ
Albocenſii
Rebnick
Tervingi
Falzin
Bartacha proxa
Peuceſtæ
Romulianum
Temeſwar
Meleſomlio
Saldenſii
Birmſomlio
Pudna
Orbeſſus
Strathus
Troſmis
Troglodita
Belgrad
Taurunum
Columbarium
Vimnacium
Burhi
Cingeſi
Sigiinni
Salonicz
Brakilova
Varna
Dionyſopolis
Carpedonia
Zenebitz
Scharad
Bodon
Dortanus
Severinum
Pons Trajani
Danubius fl.
Bratlon vel Brigilono Novæ
Axiopolis
Scor diſci
Meſembria
Archialus
Orach
Drin
Cepeliza
Novibaza
Scodrus Mons
Priſtina
Novogrod
Vidina
Endere
Foſa
Orbelus M.
Aemus Mons
Stibagna
Ulpianum
Moeſy
Bodza
Sophia
Arribantium
Scupi
Triballi
Selletæ
Pyrogeri
Hypſalti
Prhante
Halmydeſſ? Sinus
Halmydeſſus h.
Salmidiſſus
Delta
Dolonca
Thyni
Phrygea
Thracius
Bosporus
Beryulæ
Chioriſtis
Bizyntium
Celetæ
Arnus fl.
Cardilet
ODRYSÆ
Carbileſi
Bryſæ
Boti
Cupilli
Bifſto nes
Druſibala
Cenici
Beſſi
Sapæi
Diobeſſi
Nicopolis
Pera
Cardia
Cardus
Samos
Abidus
Dardanum
h Dardanello
Antiocheta
Caſtr Murato
Ernamo
Lemnos
Athos prom
Athos Mons
Olynthus
Denſeletæ
Syleus campus
Pruſias
Contesa
Stagyra
Arethuſa
Thaſſalonica
Limæcaſi
Pella
Edeſſa
Trachir
Antigonea nunc quæ olim
Lambli
Corpillus
Deuriopus
Philippi
Neapolis
Tumulo
Mædic
Digeta
Prianta
Beni
Odomantæ
Nicopolis
Emum
Hadriano polis
Arſiſcus
Hebrus fl.
Meſtus fl.
Nestus fl.
Lisſus fl.
Axius fl.
Strymon fl.
Lucus
Lian Moeſy
Ulpianum
Rettiarii
Nicopolis
Orſeſy
Marcianopolis
Dorcoborum
Tiriſcum
Ibar
Scupi
Sardica
Ulpia Serdica
Sardi
Coſſi
Piephi
Timacum
Aureus Mons
Margus fl.
Morava fl.
Ibar fl.
Drinus fl.
Timacus fl.
Naiſſus fl.
Timogelia
Galatis
Heraclea
Tomi
Tropolis
Nazius fl.
Tyras fl.
Hypanis fl.
Boryſthenes fl.
Tyrageta
Lycoſtenæ
Proſlacta
Peuce
Liger fl.
Getæ
Arrabo
Deſſior et Novi odunum
Ulmorum prom.
Axiopolis
Dorcoborum
Bratlon vel Brigilono Novæ
Nentidava
n Ernuſtat
Durcolo
Aluta fl.
Rebneck
Targoviſco vel Terris ſedes Waiwode
Sarmiſegetuſa
Arcum
Dombrovitza
Aluta
Rebnick
Aczud
Vaſtinii
Cotenſii
Taiphali
Alpeſtris
Getæ
Falzin
Bartacha proxa
Pudna
Orbeſſus
Strathus
Gaſas n Galacz
Troſmis
Peuceſtæ
Tropolis
Tomi
Galatis
Heraclea
Varna
Dionyſopolis
Carpedonia
Meſembria
Archial

unde & nomen habuit, idem & *Clazomene* dictum, fuit in eadem regione opidum δ *Tinda*, Diomedis equorum ſtabulis dirum, ε *Maronea*, inter hanc & Hebrum fluvium ζ *Doriſcus*, locus ubi Xerxem Perſarum Regem copias ſuas, quia numero non poterant, ſpatio dimenſum ferunt. η *Ænus*, ab Ænea profugo condita; paulumque à mari recedens quondam ϑ *Cypſella*. Tinda. Maronea. Doriſcus. Ænus. Cypſella.

II. In Cherſoneſo, quam Thraciæ cognominant, ι *Cardia*, κ *Eleus* & λ *Seſtus*, cui objacet ex Aſia *Abydus*, utraque Leandri amore nota. Prope regio, in qua Xerxes diviſas pelago terras ponte (mirum atque ingens facinus) auſus jungere; & copias ex Aſia in Græciam traduxit: μ *Callipolis*, cui oppoſita in Aſiæ litore ν *Lampſacus*: & in radice Cherſoneſi ſedens ξ *Lyſimachia*. Cardia. Elæus. Seſtus. Callipolis. Lyſimachia.

III. Inde

dera Clazomeniorum Teiorumque colonia quoque Anaxarchum Philoſophum, Hecatæum & Nicænetum hiſtoricos, pluresque alios illuſtres viros progenuit: Ergo ne vervecum patriam cum Juvenale, aut fluporis ream hanc facito. Hœmus vero mons in tantam non potuit abire altitudinem, in quantam à Pomponio pluribuſque protrahitur, ut inde duo maria Euxinum & Hadriaticum conſpectui ſimul offerrentur, partim ob immenſum, quo disjunguntur, ſpacium, partim ob montes, qui interjacent, altiſſimos: Sic Strabo quondam Lib. VII. Nec Geometricæ nec Opticæ rationes, aut humana oculorum acies id permittunt, uti ab Voſſio ad Pompon. l. cit. adſtruitur. De Atho ſupra diximus: Cineres in hujus aris, quas Ethnici pro more ſtruxerant, & vertice nunquam diſſipatos inter Prodigia Pomponius refert: Sed hoc quicquid eſt, excelſis montibus eſt commune.

BUNONIS.

δ (a) *Tinda* Abderæ vicina eſt: Melæ vocatur *Turris Diomedis*.

ε (b) *Maronea* eſt ad Iſmari fl. oſtia, prius *Ortugurea* dicta, poſtea *Hipparchia*; item *Cynoſſema*; hodie *Marogna* vocatur.

ζ (c) *Doriſcus* apud Hebrum fl. eſt.

η (d) Et *Ænus* ſive *Æneum* opidum fere apud Hebri fl. oſtia, opidum Thraciæ liberum, ubi Polydori tumulus apud Plin. Æneæ opus, ut Maro docet; olim Straboni *Poltiobria*, Stephano *Poltumbria*, & Appian. *Synthus*: hodie Græcis *Eno*, Turcis, *Ignos*; ſinus vicinus inde hodie vulgò dicitur *Golfo di Enos*.

ϑ (e) *Cypſella* ſive *Cypſala* à Cypſelo Ixionis filio condita, Ortelio etiam *Juſtiniana Nova* vocatur, hodiè *Chipſala*, *Chapſilar* & ſecundum alios, *Ipſala*, appellatur. Melas fluvius eam alluit.

ι (f) *Cardia* Melanem ſinum illuſtrat, qui inde & *Cardianus* appellatur; quod in cordis faciem ſita urbs *Cardia* vocata eſt. Hanc urbem illuſtrarunt *Eumenes* & *Hieronymus*, hiſtoriæ conditor, ejus æqualis, qui Cardiani ambo.

κ (g) *Eleus* ſive *Elæus* apud Maſtuſiam ponitur frontem. Nigro hodie vocatur *Critea*.

λ (h) *Seſtus* ſive *Seſtos* & *Abydus*, hodie *Seſto* & *Abydo*; inde paullo verſus Auſtrum ſunt caſtella illa, quæ hodie *Dardanelli* vocantur, in quibus multa tormenta poſita ſunt ad excludendas hoſtiles claſſes. Nomen habent ab antiquo Dardano, quod in Aſiæ fuit litore. Ex Chriſtianorum vero navibus, quæ præſidiario militi centum numeravit aureos, Conſtantinopolim abire licet: pluribus tamen quam quinque non permittitur unà tranſitus: & quæ redeunt, tenentur Abydo (ad Seſtum enim navium ſtatio infida eſt) per tres dies commorari: ut, ſi urbe diſceſſerint hoſpite inſalutato, hic detentæ præſto ſint, die demum tertia mittuntur, qui videant, num fugitiva ſint mancipia, num furtivæ merces. Anguſtiæ Euripi hic vix mille & quingentos habent paſſus. *Seſtus* Gellio etiam vocatur *Poſidonium*. Caſtaldus ait urbem eſſe dejectam, locumque appellari à nautis *Malido*, à Turcis *Bogazoſſar*, & *Bagazaſſar*.

μ (i) *Callipolis* hodie *Gallipolis*, Turcis *Gepole*, in colle jacet, ex quo gratiſſimus aſpectus eſt in Propontidem [d]. *Soleiman*, Orchanis Turcici Regis filius, quum *Callipolin* opidum tam opportunum cepiſſet an. C. 1357, *Joannes* Imperator Conſtantinopolitanus id adeo ſprevit, ut diceret, *vini amphoram tantum eſſe amiſſam, & ſtabulum quoddam porcorum*. Sed quid hic fuerit amiſſum, eventus docuit. Ex Callipoli enim Thraciam eſt depopulatus, Hadrianopolin & Philippopolin cepit Turca, lateque ſuum extendit imperium. Hodie Gallipoli ſagittæ parantur, qua ex arte plerique victitant.

ν *Lampſacus* [e] una eſt ex iſtis tribus urbibus quas Perſarum Rex donavit *Themiſtocli*, unde ſumeret vinum: reliquæ duæ erant *Magneſia*, quæ ei panem præberet, & *Myus*, ex qua obſonium haberet. [f]

ξ (k) *Lyſimachia*, aliter *Hexamilium*, orientale iſthmi litus obſidet, ut Cardia occidentale. Hæc à *Lyſimacho*, uno ex Alexandri M. ducibus condita, quum Cardia concidiſſet, hodie *Hexamili* vocatur, nomen ejus tulit. Poſt an. tamen 22 terræ motu ſubverſa eſt: inſtaurata tamen poſteà. *Antiochus* hanc ſibi aſſerebat cauſam belli contra Romanos; inſtauraverat enim eam ruinis deformatam; adeoque hæreditario jure repetebat.

HEKELII.

[d] Nomen habet à Conditore *Caligula*, & dicitur quaſi *Caligulæ Polis*. Datur & *Galatco* Urbs *Apuliæ* ejuſdem nominis, ſita in extremo Promontorio longè in Mare procurrenti, ſed arctiſſimo *Iſthmo*, adeò ut in aliqua Parte vix curribus ſit pervius. Munita eſt & Rupibus ſepta. A Continenti unicus eſt aditus, in quo Caſtellum eſt munitiſſimum.

[e] A *Lampſace* puella quadam ejus loci ſic dicta.

(a) Tinda. (b) Maronea. (c) Doriſcus. (d) Ænus. (e) Cypſella. (f) Cardia, ſinus Cardianus. (g) Elæus. (h) Seſtus. (i) Callipolis. (k) Lyſimachia.

Pactya. Bisanthe. Perinthus. Selymbria. Byzantium. Constantinopolis. Thraciæ opida ad Pontum.

III. Inde in Propontide ο *Pactya*, π *Bisanthe*, ϱ *Perinthus*, mirifico σ amphitheatri splendore clara, τ *Selymbria*, atque in ipso Bosphoro υ *Byzantium*, antè *Lygus*, postmodum *Nova Roma*, & noviſſime *Constantinopolis* dictum. Urbs omni ævo clariſſima, à Constantino Imperatore in ſedem Imperii electa: manſitque eadem dignitate, donec Turcarum impia gens ann. CIↃCCCC LIII. occupavit, neque tunc decus ſuum perdidit, cum etiam nunc Imperii Turcici caput colatur, nomine *Stambol.* (1)

IV. De reliquo opida in Ponto. φ *Phinopolis*, χ *Halmydeſſus*, ↓ *Peronticum*, ω *Apollonia* paullum è mari recedens, magna quondam; α *Toza*, β *Anchialus*, γ *Meſembria*, terminus Thraciæ.

V. Intus δ *Byzia*, arx Regum Thraciæ, à Terei nefaſto crimine, ſic opinati veteres, inviſa hirundinibus. ε *Philippopolis*, anteà *Poneropolis*, dein à ſitu *Tri*

(1) *Urbem hanc celeberrimam, Conſtantinus ex ruderibus Trojæ Byzantii, &c. ſtruxit; Capitolium, Circum, Amphitheatrum, fora, portica, & ejuſdem alia quæ Romæ veteris famam auxerunt, condidit; multum autem priſtini decoris, ex quo Turcarum ditioni ſubdita, amiſit. Situm tamen ameniſſimum Amphitheatri forma jactat, ſtationem navibus totius fere mundi tutiſſimam habet, & undecunque efflant venti commercio aut cum Europa, Aſia aut Africa gaudet, quod ſibi ſoli eſt naturæ donum; exceptis autem palatiis quibuſdam, Moſchis, ptochodochiis & id genus aliis nihil notatu dignum præbet; plateæ enim exiguæ, inæquales, tortæ, ædes etiam humiles & ligneæ.*

[f] Hèic notandum, quòd nonnulli ſint *Geographorum*, qui *Lampſacum illam*, quam *Themiſtocles* à *Perſarum* Rege per gratiam acceperit, *Phocenſium* ſtructuram fuiſſe dicunt, eamque Vino generoſo claram, quæ priùs *Laomedontis*, deinde *Pithyuſa* eſt vocata.

BUNONIS.

ο A Propontide ad Melanem ſinum inter duo maria porrecti *muri* procurrentem excludebant Cherſoneſum. Non longe inde aberat (a) *Pactya* urbs illuſtris; ultra quam *Novus murus Xenophontis* &

π (b) *Biſanthe* cognomine *Samiorum* Meliæ ponitur ad Arzi fluminis oſtium, ad quem & *Reſiſtum*, ſed trans eundem.

ϱ (c) *Perinthus* urbs olim Thraciæ, ad Propontidem maxima, antea *Mygdonia*, [g] poſtea *Heraclea* nominata [b]. Splendidis palatiis inſtructa ſcribitur à Veſpaſiano, & aliis Rom. Imperatoribus.

σ Quin amphitheatrum illud ex uno marmore fuiſſe produnt; quod ſeptem orbis miraculis annumeratum accepimus. Eam urbem Diodorus lib. 16. ita deſcribit: *Perinthus*, inquit, ad mare poſita in edito loco peninſulæ longitudinis ferme ſtadii unius. Ædificia habet frequentia & præalta, ut quemadmodum collis clivus ſurgat, ita domus una alteram ſuperet altitudine. Videturque totius civitatis facies inſtar theatri. A Philippo Maced. oppugnata.

τ In litore illo inter Bathynium & Athyram fluvios ſequitur (d) *Selymbria*, Plinio; *Selybria*, Ptolemæo; *Olybria*, Straboni & Suidæ; antea *Selyn*, cui addita vox *Bria*, quæ lingua Thracica urbem ſignificat. Ejus muri ſunt diſturbati; rudera tamen, balnea & templa antiquam oſtendunt magnificentiam. Adjacet eidem hodie Caſtrum, quod Turcæ incolunt.

υ (e) *Byzantium* ad Boſphorum ſive *Boſporum* Thracicum ex adverſo Chalcedonis ſitum, Clauſtrum Ponticum naturâ & opere fuit permunitum. Diu fuit imperii & veræ religionis domicilium, multoſque viros tulit; in quibus *Joannes Chryſoſtomus* haud poſtremo loco numerandus. In muro ſeptem turres erant à portis Thraciis mare ſpectantes; in prima earum ſi quis vocem emitteret, aût lapidem in eam jaceret, eâ arte fabricata erat, uti per machinam quandam ad proximam, indeque porro ad ſequentes tranſiret ſonus, neque ante deſineret, quam ad ultimam integer eſſet delatus. *Templum* etiam urbs illa [i] habet *Sophiæ* conſecratum magnificum ſanè. Themiſtius cives ejus beatos prædicavit flumine, aëris temperie, loco terræ, portu maris, templo & mœnibus. A Mahomete poſt quinquaginta quatuor dierum oppugnationem capta eſt, indeque ingentes calamitates ab illo quaſi capite in reliquum Europæ corpus fluxerunt.

φ (f) *Phinopolis* à Phineo conditore nomen habet, hodie nomen retinet *Phinopoli*.

χ (g) *Halmydeſſus*, aliis *Salmydeſſus*, unde Sinus quoque nomen habet; ei vicinum eſt promontorium (h) *Thinnias*, cum ejuſdem nominis opido.

↓ (i) *Peronticum* Thinniæ finitimum eſt. [k]

ω *Apollonia* Magna *cognominata a Pompejo* haud longe à Peronticо in ſinu commodiſſimo ſita eſt, Plinio [l] *Antium* dicitur, ac aliis *Inſula*. Ex ea urbe Lucullus *Apollinem* in Capitolium detulit; Hodie vocatur *Siſſopoli* Nigro: Pinetus tamen ait, nomen hodie retinere.

α *Toza* ad oram maritimam eſt, haud longe à Sinus Halmydeſſi greſſu.

β *Anchialus* itidem ad mare eo loco ſita eſt, quo olim erat *Meſſe*, ut Plinius exiſtimat; Sophiano hodie eſt *Anchialo*; Mercatori *Lenkis*; aliis *Achello*.

γ *Meſembria* ad eandem Ponti Euxini oram eſt [m]. Reliqua opida porrò in eadem ſequuntur Ponti ora.

δ (k) *Byzia*, nunc *Vice*, in Sithonia regione, quam Orpheus vates nobilitavit, ab Apris 50 millia paſſuum in Septentrionem jacet: hodie præfecti ſedes eſt.

ε (l) *Philippopolis* etiam Ἀδριανούπολις dicta trans Orbelum & Rhodopen montes eſt ad Hebrum fl. Philippi Cæſaris opus; non patris Alexandri, ut tradit Leunclavius. [n]

HEKELII.

[g] Ab *Hercule*.

[h] *Procopio* eſt *Paracia* & *Antonio Perintheras*: Hodie *Pera Volaterrano* dicitur.

[i] Quam *Severus* & ejus Filius *Antoninus* Impp. *Antoniam*, & non pauci Hiſtorici *Novam* vel *Secundam Romam* dixerunt.

[k] *Mercator* id nuncupat *Verdiſo*.

[l] Lib. IV. H. N. c. XI. p. 54. lin. 47.

[m] *Strabo* Lib. VII. *Geogr.* p. 584. ſcribit, hoc oppidum antea *Menebriam* dictam eſſe, quam *Herodotus* vocat *Meſambriam*, *ſ.* Μεσάμβριαν.

[n] *Carolus Stephanus* in *Dictionario Geogr. Poët.* p. m. 919. col. a.

BU-

(a) Pactya. (b) Biſanthe. (c) Perinthus quæ & Heraclea. (d) Selymbria. (e) Byzantium ſive Conſtantinopolis. (f) Phinopolis. (g) Halmydeſſus ſive Salmydeſſus. (h) Thinnias prom. & op. (i) Peronticum. Opida Mediterranea. (k) Byzia. (l) Philippopolis.

Trimontium; ζ *Trajanopolis*, ν *Adrianopolis*, à conditoribus dicta opida. Præterea ϑ *Olynthus*; vel clariſſima, ι *Heraclea*, κ *Topiris*, & λ *Philippi*.

VI. Fluvii celebres ſunt, μ *Neſtus* ſeu *Neſſus*, ν *Hebrus*, ξ *Athyras*, ο *Bathynias*. In montibus π *Æmus*, ϱ *Rhodope* & σ *Orbelus* principatum tenent.

CAP.

BUNONIS.

ζ (a) *Trajanopolis* à Trajano Imperatore ſic dicta, ad quam *Ariſtus fl.* ex Rhodope ortus in Hebrum cadit, hodie nomen retinet; ac inde verſus Septentrionem (b) *Plotinopolis*, à Trajani Imperatoris, ut videtur, conjuge appellata.

ν (c) *Adrianopolis* ad Taxi & Hebri confluentes ſita, olim & *Ælia*, *Uſcudama*, & *Oreſta* dicta. Ab *Oreſte* nimirum condita; ab *Adriano* Imp. [o] oraculi voce monito, inſtaurata, ſive amplificata, nomina iſta obtinuit. Turcæ hanc regni ſedem, etiam ante captam Conſtantinopolim, habuerunt. Hodie nomen illud retinet.

ϑ (d) *Olynthus* à Mela & Xenoph. Thraciæ aſſcribitur, ab aliis Macedoniæ, in qua jam memorata eſt hujus libri 4. c. 9. v. 4. Mela poſuit eam inter Athon montem & Pallenen urbem: nunc jacet à Philippo Macedone everſa, locus tamen adhuc *Olintho* nominatur [p]. De ea inter Spartanos & Athenienſes certatum eſt.

ι (e) *Heracleæ* exſtitêre plures; hanc Plinius [q] *Heracleam* ad Ponticum litus collocat ſecundum *Calatin* Auſtrum verſus. Perinthus quoque alio nomine *Heraclea* nuncupata eſt.

κ (f) *Topiris*, ſeu *Toprus* & *Toparum*, hodie *Ruſio*, Philippis 38 millia paſſuum in ortum diſtat.

λ De (g) *Philippis* in Macedonia dictum eſt hujus lib. 4. c. 9. ſ. 4. Cæterum in Thracia quoque memorandi veniunt (h) *Longi Muri* in præſidium Conſtantinopolis à Septemtrione verſus meridiem ad Barbaros reprimendos deducti; eorum latitudo erat 80 pedum: erantque longi milliaria LX ut Suidas tradit. Nicephorus verò refert muros illos longos fuiſſe paſſus mille quingentos, ac latos viginti pedes; ac fuiſſe ex ſilicibus ita exſtructos, ut mons potius quàm murus videri potuiſſet. Opus iſtud ab Evagrio tribuitur Anaſtaſio Imperatori. Muros illos à Barbaris captos recepit Juſtinianus, eoſque turribus muniit, ut teſtatur Procopius, lib. 4. de ædif. Juſtin. Ad Cherſoneſum quoque fuit ejuſmodi moles à Miltiade exſtructa, ac à Cardia Factyam uſque deducta: Cujus rei meminere Herodotus in Melpomene & Plinius *lib.* 4. *c.* 11. Hic in Propontidis litore urbs condita, à qua muri iſti ad Melanem Sinum fuerunt extenſi ad Cherſoneſum excludendum.

μ Ad (i) *Neſſum* eſt Nicopolis, ejuſque oſtium Thaſo inſulæ oppoſitum. Ab oſtio Strymonis 60 millia paſſuum in ortum diſtat, Pangæo ortus [r]. Neſſus quibuſdam Thraciæ terminus eſt. Eundem leones nunquam tranſibant in Ortum: neque Acheloum Ætoliæ verſus Occaſum. In Xerxis iſtic tranſeuntes camelos impetu facto magnam eorum ſtragem fecerunt leones iſti.

ν (k) *Hebrus*, antea *Rhombus*, hodie *Mariſa* dictus. alios ſuperat nobilitate & magnitudine, multaque flumina accipit, Orbelo [ſ] monte ortus, & longo tractu [t] in mare Ægæum devolutus.

ξ (l) *Athyras* ſeu *Athyrus*, Plinio [u] *Pyradas*, hodie *Aqua dolce*, in Propontidem labitur.

ο (m) *Bathynias* quoque in Propontidem influit. Paterculo [x] eſt *Bathinius*, *Bathinis* Melæ: hodie *Bathino*. (n) *Melas* Rhodope monte editus, in Sinum cognominem ſibi decurrit. Fluvius ille Xerxis copiis ſitientibus non ſuffecit, ſed ab iis exhauſtus eſt. In Pontum Euxinum (o) *Panyſus* labitur, cujus oſtio veteres Geographi Mœſiam & Thraciam diſterminabant. Nigro hodie vocatur *Laniza*.

π (p) *Æmus* ſive *Hæmus* in tantam altitudinem abit, ut Euxinum & Adriam ex ſummo vertice oſtendat. Thraciæ verſus Septemtrionem terminus eſt. Pars ejus, ex qua Hebrus & Strymon oriuntur, *Scomius* dicitur Thucydidi.

ϱ (q) *Rhodope* ad Pontum Euxinum ſe extendens mediam ferè ſecat Thraciam, variè nominatus [y]. Ex eo *Arzus* aliaque flumina profluunt. *Marti* ſacer erat cum fluviis illis, quod is ibidem natus putatur.

σ (r) *Orbelus*, Lazio teſte, Mons Macedoniæ eſt, eamque à Mœſia Superiori diſtinguit. Porrò in his regionibus quoque celebris mons (ſ) *Pangæus* eſt, ubi aurifodinæ, quas Cadmus inveniſſe fertur. Regio ad Pangæum *Medica* vocatur: ut *maritima*, quam *Pæones* habebant, *Græcia & Macedonia maritima*, in qua ad litus erant (t) *Neapolis*, (u) *Paſtos* & (x) *Scapteſila*, unde uxorem Thucydides aurifodinis locupletem duxerat. Ibi quoque ipſe, jam exſul, hiſtoriam ſuam ſcripſiſſe fertur ſub platano. Trans *Biſtonidem* lacum *Iſmarus* mons eſt & lacus. Mons (y) *Iſmarus* eſſe ſcribitur ad Hebrum fl. & Maroneam urbem; cujus accolæ fuerint Cicones. In iiſdem locis quoque erat (z) *Lyſſus* amnis.

HEKELII.

[o] *Cœlio Rhodigino* Lib. XVII. *Antiq. Lection.* c. 11. col. 893. teſtante.

[p] Erat olim ſub *Athenienſium* Imperio.

[q] Qui Lib. XV. c. 30. p. 266. dicit, *Heracleam*, *Ponti* Oppidum, *Lauro* inprimis abundare.

[r] Hic Fluvius uti *Diomedis* Fabulis infamis, ita *Democriti* Patriâ, quam præterfluit, clarus. Hodiè *Neſto* dicitur *Sophiano*. Et ſcribit *Bellonius*, eum à *Turcis* hodiè dici *Charaſou*; à *Græcis* verò *Meſtro*.

[ſ] S. ut alii volunt, *Rhodope*.

[t] H. e. ſupra *Philippopolin* & à Regione *Samothraciæ* Inſulæ.

[u] Lib. IV. c. XI. p. 55. *Pydaras*, ſeu, uti Editio *Alviſiano-Veneta legit*, Pydaras, & non Pyradas.

[x] Lib. II. *Hiſtor.* cap. CXIV. Sect. 4.

[y] Dicitur a. *Rhodope* à *Rhodope*, *Thracum* Regina, in hunc Montem, ut fabulantur Poetæ, converſa, vel, ut placet aliis, ibi ſepulta; vel à *Rhodope*, *Strymonis* Amnis Filiâ, ex quâ *Neptunus Athon* Gigantem genuit, qui & ipſe Monti nomen dedit.

BU-

(a) Trajanopolis. (b) Plotinopolis. (c) Adrianopolis. (d) Olynthus. (e) Heraclea. (f) Topiris. (g) Philippi. (h) Longi Muri. (i) Neſſus. (k) Hebrus. (l) Athyras. (m) Bathynias. (n) Melas. (o) Panyſus. (p) Æmus ſive Hæmus mons. (q) Rhodope. (r) Orbelus m. (ſ) Pangæus mons. (t) Neapolis. (u) Paſtos, & (x) Scapteſila, opida. (y) Iſmarus m. (z) Lyſſus fl.

CAP. XV.

De incolis Thraciæ; & urbibus nunc claris: item de Patriarchis Græcanicæ religionis.

I.

Incolæ Thraciæ. Mores Thracum.

INcolarum Thraciæ antiquiſſima habetur origo. Una gens habitarunt *Thraces*, aliis aliiſque diſcreti & nominibus & moribus, in univerſum feri, ſævi, atroces & cruenti α. Suis antè parebant Regibus; poſteà Macedonum tributarii facti: rurſumque ſuo juri redditi, multis prœliis à Romanis fuſi, tandem à C. *Scribonio Curione* Procoſ. perdomiti; Imperioque Romano ſubjecti ſunt. Dehinc eadem, qua Græcia ac Macedonia, uſa eſt Thracia fortuna, donec in Turcarum manus pervenit; quorum Imperio omne decus dignitatemque præſtat; quippe heic Turcarum caput ac ſedes eſt *Conſtantinopolis*, antè memorata, urbium totâ Europâ omnium maxima ac populoſiſſima; quam *Conſtantinus* Imperator *Novam Romam* appellavit: unde novum nomen Thraciæ ortum, quo nunc β *Romania* indigitatur.

Hadrianopolis. Philippopolis. Trajanopolis. Seſtus. Abydus.

II. Secundum à γ Conſtantinopoli locum inter Thracicas urbes obtinet δ *Hadrianopolis*, Turcis *Endrem* dicta, magna quidem atque ingens, at mœnibus haud cincta, ædificiiſque vilibus exſtructa. Tertia ε *Philippopolis* ſatis numerosè incolitur, nec cedit huic *Trajanopolis*. ζ *Seſtus* & *Abydus* ſibi invicem objectæ, clauſtra Turcici imperii in his oris perhibentur.

III. Cæ-

EUNONIS.

α (a) De Thracum [a] moribus ita referunt auctores. Ad mortem paratiſſimi ſunt. Alii redituras putant animas obeuntium: alii, etſi non redeant, non extingui tamen, ſed ad beatiora tranſire. Alii, emori quidem, ſed id meliùs eſſe quàm vivere. Itaque lugentur apud quoſdam puerperia, natique deflentur: funera contra feſta ſunt, & veluti ſacra, cantu luſuque celebrantur. Ne fœminis quidem ſegnis eſt animus; ſuper mortuorum virorum corpora interfici, ſimulque ſepeliri, votum eximium habent. Vini uſus quibuſdam ignotus eſt: epulantibus tamen, ubi ſuper ignes, quos circumſident, quædam ſemina ingeſta ſunt, ſimilis ebrietati hilaritas ex nidore contingit. De *quibuſdam* [b] hoc dicitur: alios enim Thraces ebrietati deditos, ſtrenuos fuiſſe potatores omnino conſtat; quum ex melle vinum miſcuerint; ex frumento potionis genus confecerint, quod *brytum* dixêre [c]. A Piſone olim quidam capti in ipſa captivitate rabiem oſtendêre; quum catenas morſibus tentarent. Et certè Martis quidam pulli erant, pugnaciſſimi & impavidi. Eundem, alioſque paucos Deos, quos colebant, humanis hoſtiis placabant; præſertim in bellum & prœlia abituri. Quum tonaret, Deo ſuo, ſagittis in cœlum excuſſis, minitabantur. Iidem otium, ut rem pulcherrimam, amplexi magnopere ſunt. Rapto vivere decorum inprimis; Agriculturæ ſtudere ſordidum, & contemptum, barbaro prorſus judicio cenſebant. *Thracia* incolitur hodie à Græcis, Turcis & Judæis. Turcæ plerique otium ſectantur, & militiam: agriculturam permittunt indigenis Græcis Chriſtianis; mercaturam Judæis ac Italis.

β *Romania* etiam *Rumelia* vocatur, quod in ea Roma nova, id eſt, Conſtantinopolis ſita. Longitudo ejus ab urbe *Cavalla* in finibus Macedoniæ, ad caſtella ſupra Conſtantinopolin, eſt milliarium Germ. LX. Latitudo à promontorio Maſtyſia, vulgo *Cabo Grega* in Cherſoneſo, ad Panyſi fl. oſtia fere eadem eſt.

γ *Conſtantinopolis* ſuperiori cap. ſ. 3. memorata hodie triangularis eſt: ſeptem colles inſtar veteris Romæ continet: plateas anguſtas habet & inæquales, & portum commodiſſimum. Palatium Imperatoris vocatur *Seraglio* & *Seraile*; quod, anno C. 1665, incendio periit. In caſtello, quod vulgo *ſeptem turres* vocatur, theſauri Imperatoris aſſervantur. Extra urbem in altera Portus ora eſt ſuburbium *Pera* ſeu *Galata*, (utroque enim appellatur nomine) à Genuenſibus primum condita; quam Latini incolunt: Anno 1660, incendio fere tota periit. Caſtella etiam ſunt in utroque Boſpori litore; in Europæum equites Melitenſes bello capti conjiciuntur.

δ *Hadrianopolis* aëre gaudet puro ac ſereno, ab Amurathe facta ſedes regia, quam ille ex Bithynia eo tranſtulit; manſitque reliquorum Imperatorum ſedes uſque ad captam Conſtantinopolin.

ε *Philippopolis* mœnia conciderunt: hodie vocatur *Philiba*.

ζ *Seſtus* & *Abydus* cap. ſuperiori ſect. 2. memorata ſunt.

HEKELII.

[a] Qui plerumque ſunt colore fulvo & cæruleo, & in vertice inprimis criniti.

[b] Saltem.

[c] Conf. *Maginus* Part. II. *Geogr. Ptolem.* fol. 167. fac.

Græcorum religio.

III. Cæterùm quia ad hoc loci perventum eſt, uti Græciæ ſtatum præſentem conſideremus, operæ pretium eſt cognoſcere, Græcos jam olim à Romana Eccleſia ſeceſſiſſe, nec Pontificem Romanum ceu caput agnoſcere. Religionem quippe peculiarem inter ſe habent, diverſam ab ea, quam Romana Eccleſia profitetur. Nec ſoli Græci hanc ſequuntur, ſed complures aliæ nationes, *Bulgari*, *Servi*, *Boſni*, *Sclavoni*, *Illyrii*, *Albani*, *Moldavi*, *Valachi*, *Ruſſi*, *Muſcovitæ*, *Tartari*, *Circaſſi*, *Mengreli*, cunctæque nationes *Ponticæ*, & *Tartarorum* interior pars. Capita jam inde quatuor ſibi conſtituerunt, quos *Patriarcharum* titulo reverentur. Horum, ut diverſæ ſunt ſedes, ſic in diverſas regiones inſpectio & regimen. Princeps & caput univerſæ Eccleſiæ Græcanicæ eſt *Patriarcha Conſtantinopolitanus*, à quo dependent, quotquot Græcanicæ religionis Chriſtiani per omnem Europam diſperſi degunt: *Alexandrinus*, cujus *Cairo* in Ægypto ſedes; qui & Arabiæ Eccleſias regit: *Hieroſolymitanus*, in Syria ſupremus agnoſcitur: In reliqua Aſia *Antiochenus*. 1

167. fac. b. qui addit, quòd & *Thraces* Allio inprimis delectentur.

REISKII.

1 Origines Thracum ab ævo ultimo, ab uno inter Japhethi filios ita derivavimus, ut ſatis ad hanc rem dictum fuerit. Illi ergo ex ſua gente proprios creârunt reges, donec Philippus Macedo fuſo rege præpotentem ejus civitatem Olynthios ſubegit. Inde Byzantium aggreſſus, dum oppugnationi acerrimæ inſiſtit, ab ea, concurrentibus ad arma Græcis, recedere cogitur. Sed Alexander filius bellum proſecutus, omnem Thraciam ſuo, quod moliebatur, imperio adjecit. (a) Poſt obitum Alexandri Lyſimachus inter Duces bellicos unus, ſibi Thraciæ regnum nomenque regium uſurpavit: Qui cum in bello Aſiatico cecidiſſet, Thracia regno Macedonum ad tempus ſubjecta, denique Romanis armis poſt A. V. C. 676, ſæpius vexata, ſub Veſpaſiano ad Rom. Imperium acceſſit, Suetonio Eutropioque ita teſtantibus. Sub Græcis vero Impp. Diœceſin Thracicam ſex provinciis amplificatam conſtituit. (b) Conſtantinus M. enim Byzantio tanquam *novæ Romæ*, *Urbi æternæ*, *regiæ*, *auguſtiſſimæ*, *ſacratiſſimæ* (tot elogia nummi & inſcriptiones exhibent) primatum poſtea Conſtantinopoli ſuæ in Eccleſiaſticis & Politicis quendam contulerat. Sed eheu rerum vices! Namque urbs ea (c) Turcis dominantibus Stambol per contractionem barbaram nunc dicitur, urbs ampliſſima quæ duo milliaria Germanica & dimidium æquat ambitu, (d) Gallipoli ſuburbio, duabus arcibus marinis, quas Dardanellas nominant, & munimento ad ſeptem turres validiſſimo firmata, nec non *Seraglio* Turc. *Patiſchah Serai*, i. e. Imperatoris Palatio illuſtris. Conf. P. Gillii Coplin. Thom. Smith Notit. Cpolit. Tavernirium part. III. de Imperio Turcico, Puſendorfii Introduct. in Stat. Europ. & Diſſert. Boſii Chronico Dreſchl. additam. De ſtatu eccleſiæ Græcæ Chriſtoph. Angeli, Alex. Roſſ. Ed. Sandes, & Brerewodum de Religionibus &c.

(a) Thracia Macedonibus ſubjecta. (b) Romanis. (c) Turcis. (d) Gallipolis.

CAP. XVI.

De Mœſia. 1

I.

Mœſiæ fines, diviſio.

SUpra Macedoniam ac Thraciam α *Mœſia* eſt, quam Romani *Cererîs horreum* ob fertilitatem ſoli appellavere, ab *Aureo* & *Scodro* montibus intra *Iſtrum* & *Æmum* ad *Pontum* uſque extenſa; in *Superiorem*, quæ nunc Servia eſt, & *Inferiorem*, quæ Bulgaria, diviſa. Terminus in medio utriuſq; eſt *Ciabrus* fluvius. In β *Superiori*

Superior.

BUNONIS.

α (a) *Mœſia* etiam *Myſia* dicitur aliis: at *Myſia* Aſiæ Minoris pars eſt.

β Mœſia Superior incipit, ubi Savus Danubio miſcetur. Ibi ſtatim occurrit (b) *Taurunum*, poſtea *Belgradum* dictum, quod ſuperiùs in Pannoniæ deſcriptione l. 3. c. 1. memoratum eſt. Non longe inde diſtat (c) *Mons Aureus*, quem *Probus* Imperator militari opere vineis conſevit; ut *Almum* apud Sirmium. Vicinum ei erat (d) *Murgum* opidum: ad quod *Carinus* Imperator cum Diocleriano congreſſus dum victos avidè premit, ſuorum ictu interiit.

REISKII.

1 (a) Mœſia, Romanis ac Græcis Auctoribus vocatur Myſia, ut inde confuſio Aſiaticæ hujus ac Europææ, de qua loquimur, regionis facillima provenire poſſit:

(a) Mœſia etiam Myſia. (b) Taurunum op. (c) Mons Aureus. (d) Murgum op.

Dardani. Inferior. Triballi. Peuceſtæ. Troglodytæ. Scythæ. Getæ.

periori populorum quondam clariſſimi γ *Dardani*, regioque ipſa *Dardania*, Macedoniæ contermina; In *Inferiori* δ *Triballi* omnium nobiliſſimi: poſt hos *Peuceſtæ* & *Troglodytæ*, jam Scythicæ gentes: infimam quippe inferioris Mœſiæ partem, quæ ad Pontum accedit, ε *Scythæ* tenuerunt: quorum pars validiſſima ζ *Getæ* ad utramque Danubii ripam, hinc in Mœſos, illinc in Dacos tranſeuntes.

II. In Mœſia dextram Danubii ripam frequentibus olim opidis ſtipatam fuiſſe, Ptolemæi teſtatur Geographia; idemq; in Mediterraneis haud modicum eorum numerum recenſet. At in litore Pontico clara maximè fuêre, η *Sarpedonia*, ϑ *Dionyſiopolis*,

Sarpedonia. Dionyſiopolis.

poſſit: Fluctuant quoque Græci, neque certas Mœſorum origines definiunt. Strabo Lib. VII, ab Europæis coloniam deductam, & ab ea nomen Aſiaticis Myſia impoſitum arbitratur. Sed ab his potius eo digreſſis Europæos quis denominatos exiſtimet, vel ideo quod Aſiam prius habitatam nemo temere diffiteatur; deinde quod Mœſos & Thraces non ſolum originibus, ſed terris etiam multi Auctores veteres compingant. Unus Ptolemæus Thraciam Mœſiamque diſtinctiùs paulo ſejungit, & terram utramque ſuis limitibus circumſcribit. Sed de urbibus pauca: Inter quas claruit quondam *Iſtropolis* (ita Cluverio vocatur) (a) *Iſtros* pluribus antiquis Auctoribus, tanquam Iſtro proxima: Hinc nummi & inſcriptiones, ſi quæ hujus mentionem faciant, manifeſto ΙΣΤΡΗΗΩΝ, h. e. *Iſtreorum* vocabulo utuntur. (b) Calatis Megarenſium & Heracleotarum colonia fuit, diverſo tamen tempore, quod Voſſius in Notis ad Pompon. Melam explicat Lib. II. c. 2.

BUNONIS.

γ *Dardani* admodum ſordidi ac agreſtes fuere, quippe qui ſubter ſterquilinia effoſſas ſpecus incoluerunt. Muſicæ tamen ferè continuè operam dedere, fiſtulis uſi, ac fidibus. *Strabo* [a]. Ter tantum in vita lavabantur; Quum naſcerentur; quùm matrimonium irent; & poſt mortem. *Ælianus Var.* l. 4. c. 1. Cum Scordiſcis juncti Dardani Macedoniam & Græciam populati ſunt, templum Delphicum etiam aggreſſi; ſed cum ſuorum clade fuerunt rejecti. Lucius Scipio auro corruptus iniit cum iis fœdus; unde bellorum civilium initium fuiſſe exortum putat *Appianus in Illyricis*.

δ *Triballi* [b] à Scordiſcis olim ad Getas compulſi ſunt [c]. Strabo. Vires tamen illos recepiſſe, colligimus ex bellis cum Philippo & Alexandro geſtis.

ε Cæterum Mœſiam Inferiorem Jornandes Scythiam Minorem, Zoſimus *Scythiam Thracenſem*, Plutarchus *Scythiam Ponticam* appellarunt, & incolas ejus *Celto-Scythas*. *Ephorus* tradit ex ea gente ortum *Anacharſidem*. Uxores & liberos, ac cætera omnia habebant communia, præter gladium & poculum. Erant candidi ac minime fallaces. A vicinis tamen poſtea corrupti ſunt. *Plinius* [d] Scythas hoſce vocat *Aratores*; Quoniam præter cæterorum Scytharum conſuetudinem terram agroſque colebant.

ζ *Getæ* inferius c. 18. ſ. 5. pluribus memorantur. Reliqua in his oris opida non nimis clara ſunt; ne flumina quidem (c) *Moſchius*; (d) *Timachus*, (e) *Pingus*, (f) *Margis*, (g) *Ciabrus*, omnia Hæmo monte edita. Ciabrum Cluverius terminum inter utramque conſtituit Mœſiam. At alii (h) *Temenitem* montem & (i) *Jatrum* ſive *Jetrum* fluvium terminos inter utramque Mœſiam faciunt.

η *Mœſiæ Superioris* memorantur opida *Neſſus*, hodie in Servia eſt *Nyſſa* [e]: *Scupi*, ſeu *Scuppi*, hodie *Scopia* ſeu *Vſchub*: *Arrhibantium*, Lazio eſt *Wuziterno*: *Dardania*, cujus meminit Tzetzes in Lycophron. Verum hominis Græculi putatur commentum *Tricornium*, Antonio *Turium*, aut *Dorium*; Lazio eſt *Coraſceve*; Nigro *Columbatz*. (k) *Viminatium*, *Biminatium* Procopio; forte eadem cum inſula [f] *Viminatio*, cujus mentionem fecerunt Paulus Diaconus, & Niceph. Calliſtus. Niger putat hodie *Vidino* eſſe ad Danubium; Lazio eſt *Wucziderna*. (l) *Rettiaria* Mœſorum cognominata; Lazio *Reſſana*; Nigro *Nicopoli*. (m) *Ulpianum* à Juſtiniano reſtauratum, dictumque (n) *Juſtiniana Secunda*. In *Mœſia Inferiore* opida erant, (o) *Sarpedonia* ad Erginum fl. *Sarpedonium litus* ad hanc urbem Neptuno ſacrum fuit: quod adeo conquutitur fluctibus, ut in proverbium abierit de rebus valde turbulentis, ac clamoſis & obſtreperis. [g]

ϑ (p) *Dionyſiopolis* ad Ziram fl. ſita, antea *Crunnos* dicta, Jovio & Ferrario (q) *Varna* eſt, *Lazio* Chaliaera. *Varna* clade Uladiſlai Hungariæ Regis notiſſima eſt; quem Julianus Cardinalis Pontificis auctoritate impulit, ut contra quam pactus erat, Amurathi Turcarum Imperatori bellum inferret. Sed profligatis Chriſtianorum copiis, ipſe Rex obtruncatus eſt, ejuſque caput in ludibrium conto ſuffixum eſt. Clades illa contigit anno C. 1444.

HEKELII.

[a] Lib. VII. p. 578.

[b] A *Niceta Servii* dicti.

[c] Vid. *Strabo* loc. cit. p. 557. ſeq.

[d] Lib. IV. c. XI. p. 54. lin. 41. & Lib. VI. c. XIII. p. 86. lin. 4.

[e] Eſt & *Neſſus Thraciæ* Fluvius, à *Turcis Charaſou*; à *Græcis* v. *Meſtro* dictus. Homo unus ex *Centauris*, *Ixionis* np. atque *Nubis* Filius, *Neſſi* quoque nomine eſt inſignitus.

[f] *Iſtri*.

[g] Vid. *Eraſm.* Chil. II. Cent. IX. *Adag.* XIX. p. 488. Col. a. & ex eo *Manutius* in *Adag. Select.* p. 724. Col. a.

BU-

(a) Iſtros. (b) Calatis. (c) Flumina, Moſchius. (d) Timachus. (e) Pingus. (f) Margis. (g) Ciabrus. (h) Temenites. (i) Jatrus. (k) Viminatium. (l) Rettiaria. (m) Ulpianum. (n) Juſtiniana ſecunda. (o) Sarpedonia. (p) Dionyſiopolis. (q) Varna.



THE CATARACT *in the* DANUBE *call'd* STRUDEL

Cataracta Danubij Strudel vocata.



THE CATARACT *in the* DANUBE *call'd* WURBEL

Cataracta Danubij Wurbel vocata.



nyſiopolis, ι *Timogetia*, κ *Tomi*, Ovidii Poëtæ exilio nobilis, λ *Iſtropolis* & *Eleutheræ*. Timogetia. Tomi. Iſtropolis. Eleutheræ.

III. *Iſter* fluvius, omnium Europæ maximus, in Germaniæ jugis *Abnobæ* montis ortus, per multas lapſus gentes *Danubii* nomine, immenſo aquarum auctu, & unde primum *Illyricum* alluit, iſt, id eſt, ad *Savi* confluentem. Iſter quondam appellatus *ſexaginta* circiter amnibus receptis, medio fermè eorum numero navigabili, in Pontum vaſtis *ſex* fluminibus ſive oſtiis evolvitur. Singula autem oſtia tanta ſunt, ut prodatur, in quadraginta millia paſſuum, id eſt, mill. German. X longitudinis, vinci mare, dulcemque intelligi hauſtum. German. vulgo *die Donaw*, Sarmathis ac Scythis *Dunay*. μ Iſter fl. ſeu Danubius.

De incolis Mœſiæ, & duobus noviſſimis in ea regnis, Servia ac Bulgaria.

IV. *Mœſos* populos feros, truces Barbarorumque barbaros, à Thracibus genus duxiſſe, tradunt auctores: cum ipſa Mœſia pars aliquando Thraciæ fuerit. M. *Licinius Craſſus* perdomitos Imperio Romano ſubjecit. Deinde in Superiorem Mœſiam Servi, Inferiorem Bulgari, utraque ex Sarmatia Aſiatica, advena gens invecti, duo inibi regna de ſuo nomine, hi Bulgariæ, illi Serviæ condiderunt. At noviſſimi Turcæ in utrumque infuſi etiam nunc tenent. ν 2 Mœſiæ Incolæ.

V. Ca-

BUNONIS.

ι *Timogetia* ad idem Ponti Euxini litus ponitur.

κ (a) *Tomi*, Nigro *Conſtantia*, ac Cœlio Calcagnino *Tomeſuar*, nomine haud abludente dicitur. *Giofanius* tamen hodie *Kioviam* appellari contendit, ob vicinum lacum *Oviduue-lezero*, id eſt, lacus *Ovidii* [b]. Urbem hanc alluit Naxius fl. quem alii dictum putant Abſarum & Ægialum. Arrianus in periplo Euxini tradit hic Medeam diſcerpſiſſe fratrem ſuum; unde urbi nomen natum. Cis Tomos eſt (b) *Calatis*, ſeu *Callatia*, Lazio *Kilia*, Nigro *Pandalla*: ultra vero eſt

λ *Iſtropolis*, Nigro *Groſſea*, Caſſaldo *Stravico* [i]. Porro in hac Inferiori Mœſia ad Jatrum fl. eſt Nicopolis, urbs Chriſtianorum clade nobilitata. Sigiſmundus enim Imperator, non tam virtute hoſtium, quam diſcordia ſuorum, à Bajazethe Turca victus, Conſtantinopolim fugiens vix ſalutem ſibi expediit. Contigit clades illa anno 1396. Annales vero Turcici referunt cladem iſtam ad annum Heg. 794, qui eſt annus æræ Chriſtianæ 1392, adeoque quatuor annis à noſtris diſcrepant Scriptoribus. In eadem Mœſia Inferiori ſunt (c) *Dinogetia*, Nigro *Drimago*. (d) *OEſcus* Triballorum ad OEſcum fluvium: (e) *Noviodunum*: (f) *Novæ*, Lazio *Novomont*: (g) *Duroſtorum*, Lazio hodie *Dora*: (h) *Odyſſus* [k] ſeu *Odeſſus*, quam Niger putat eſſe Varnam; Cedreno vocatur *Barna*. Cæterum Solinus Mœſiam *Cereris horreum* ob fertilitatem à Romanis appellatam ſcribit. Ipſa quingenta hominum millia ex Dacia Auguſto imperante per Ælium Carum, ſeu ut aliis placet, Licinium Craſſum eo tradu&ta aluit.

μ (i) Trajanus Imperator Rom. pontem Danubio impoſuit, ut expeditior eſſet in Dacos militia. Metuebat enim, ne Danubio frigoribus conglaciato, Romanis, qui trans flumen eſſent, bellum inferretur; quod ſi eveniret ut poſſet per eum copias facile traducere. Sed Adrianus contra metuens, ne barbari oppreſſis cuſtodibus pontis, in Mœſiam tranſirent; ſuperiores partes pontis diſturbari juſſit. Pontis ejus rudera hodie ad Sendroviam opidum ſupereſſe, recentiores prodiderunt: ad *Severinum* à pleriſque ponitur.

ν *Bulgari* à Volga fluv. videntur dicti. Niceph. Gregoras nomen eorum *a Bulga* fluv. derivat. Alii tamen contendunt reliquias eſſe Gepidarum. [l]

HEKELII.

[b] *Lexicographi* eam nuncupant *Tritonicen*.

[i] *Mileſiorum* Colonia.

[k] *Ammiano* circa *Danubium* Urbs eſt. Item *Pannoniæ* Urbs eſt *Antonino*, à *Lazio Neumarch* dicta. *Ptolemæo Mœſiæ Inferioris* oppidum, ubi *Danubius* in oſtia effunditur.

[l] *Volaterranus* eos è *Scythia* egreſſos putat.

REISKII.

2 (k) Sic eſt, Mœſiam multi veterum Auctorum aut Thraciæ innectunt, aut hujus partem faciunt: Ut vel inde Mœſos à Thracibus ortum cepiſſe, merito ſuſpiceris. Ergo gens utraque primum uno regno, unaque Rep. gaudebat: Donec M. Licinius Craſſus Proconſul A. V. C. DCCXXVI, ab Mœſis, Baſtarnis, Thracibus, Getiſque ſuperatis triumphum egerat. Neque tum Mœſia tamen in provinciam redacta, ſed ſub Imp. Veſpaſiano fuit, & duplex *ſuperior* nempe ſive *prima*, & *ſecunda* ſive *inferior* facta. Veruntamen adhuc Thraciæ inferiorem Mœſiam & Notitia Imp. Rom. & Rufus Feſtus annumerat, Præſidialem quippe provinciam. Denique gens Sclavica palude ab Mœotide, A. C. 669, prorupit, (l) Serviorum, Sirbiorum & Soraborum nomine notata, perq; noſtram Germaniam olim longius diffuſa (maxime circa Serveſtam *Zerbſt* & *Zerbick*) donec hos intra limites compellebatur. Hinc Principatus Serviæ, feudum regis Bulgari, qui quoniam Eleazaro Balco illum impertierat, (m) Deſpotis ſubſequentibus Lazarorum appellatio adhæſit. At Serviâ demum ab Amurathe III, debellatâ, Turcico ſeſe jugo, A. 1382, ſubmiſit, Bulgari autem ex Aſiatica ultra Volgam Tataria effuſi, & ab vicino, quod accolebant, flumine dicti, hac in Mœſia Illyrico & Macedonia regnum

(a) Tomi. (b) Calatis. (c) Dinogetia. (d) OEſcus. (e) Noviodunum. (f) Novæ. (g) Duroſtorum. (h) Odyſſus ſeu Varna. (i) Pons Trajani. (k) Mœſia Romanis ſubdita, duplex facta. (l) Serviis ſubjecta. (m) Deſpotis,

Senderovi. Vidna. Bodon. Novograd.

V. Caput regni Serviæ regumque quondam ſedes, ξ *Senderovia*, Ungaris *Zendrew*, Turcis *Semender*, (1) ad Iſtri ripam ſita: Prætereà *Vidna*, *Bodon* & *Novograd* nobilia ſunt opida; quorum hoc arce munitum inexpugnabili. At Bulgariæ regni caput eſt ο *Sophia* (2), urbs magna & populoſa.

(1) *A Cæſareis, An. 1688, capta, & An. ſequenti deſerta, olim Epiſcopatus.*

(2) *At non munita. Beglerbegus qui ibi reſidet primum locum inter Gubernatores Turcicos cis Helleſpontum obtinet.*

ſtatuerunt novum A. 690, à Turcis itidem A. 1393, ſubactum.

BUNONIS.

ξ (a) *Senderovia*, olim [m] *Singidunum* [n], à Turcis, A. 1439, captum, *Fanum S. Andreæ* ſeu *Semendria*, quondam Raſciæ fuit metropolis: Ad Senderoviam in Danubii ripa Sigiſmundus Hungariæ Rex à Turcis magna clade affectus, vix ſalvus evaſit ultra Danubium fugiens, quod contigit anno Chriſti 1409. *Cuſpin.* In Servia quoque eſt (b) *Nonibazaria*, Deſpotarum quondam ſedes: (c) *Orachum*, ad Drinum fl. hodie Saniaci Serviæ ſedes; quæ de cauſa ſatis culta eſt, habeturque primaria. Ad Raſciam pertinet (d) *Alba Græca* [o], mœnibus hodie carens, caſtrum habet munitiſſimum, in quo Chriſtiano non licet pernoctare. Secundo Danubio deſcendenti porro obvia ſunt (e) *Tricornium*, (f) *Viminacium*, ac plura non nimis clara opida.

ο *Sophiæ*, loco parum ſalubri poſitæ, reſidet Beglerbegus Rumeliæ: hac ex Hungaria in Thraciam itur. Ad eam monſtrantur Sardicæ urbis rudera. (g) *Nicopolis* quoque Bulgariæ urbs eſt Chriſtianorum clade nota, aç modo numerata. (h) *Varna* eadem calamitate nobilis; à Coſaccis perhibetur exuſta. (i) Omnis Servia ac Raſcia mire *fertilis* eſt, ac præcipue in Caſſovico Campo, qui indigenis *Caſſonupole*, Germanis *Amelsfeld* appellatur, tribuiturque Bulgariæ, quam attingit. (k) Ager ad Belgradum omnium totius Europæ perhibetur amœniſſimus. *Incolæ* ſunt laboris patientiſſimi; agriculturam exercent, aut militiam ſequuntur; ad quam à Turcis pellici ſolent: aut alii alicui rei operam impendunt. Turcæ pagos ad publicas vias incolunt. Habuit Servia *Deſpoten*; cui Boſnia quoque paruit; eoque occiſo Hungari eam ſibi fecerunt vectigalem. A Turcis occupata per Beglerbegum fuit adminiſtrata, qui ſedem ſuam habuit Belgradi. Promotis vero Imperii Turcici finibus Beglerbegus Budam tranſlatus, legatum ſuum, vulgo *Caimacan*, reliquit Belgradæ; per quem Servia regitur. (l) *Bulgaria* regio aſpera eſt, & montoſa, boum ac ovium greges facile alit. (m) Vicinis ſuis, qui Serviam incolunt, moribus fere ſunt ſimiles *Bulgari*: lacte ac pecorum carne victitant; decimum quemque ex iis Turcæ ad militiam legunt.

HEKELII.

[m] *Antonino* teſte.

[n] Vel *Aurelio Victori*, qui eam Urbem conſtituit *Pannoniæ*, *Singidonum*.

[o] *Vulgo Griechiſch Weiſſenburg*, *Nonderalba* alioquin dicta.

(a) Senderovia. (b) Nonibazaria. (c) Orachum. (d) Alba Græca. (e) Tricornium. (f) Viminacium. (g) Nicopolis. (h) Varna. (i) Serviæ natura. (k) Soli ac incolarum mores. (l) Bulgariæ natura. (m) Bulgarorum mores.

CAP. XVII.

Summa univerſæ Scythiæ deſcriptio.

Item de veteri Scythia Europæa.

I.

Scythiæ Magnitudo.

TRans Iſtrum Mœſis contermina eſt *Scytharum* gens omnium toto orbe vaſtiſſima, quippe ex Mœſia inferiori in Aſiam ad *Tabin* uſque promontorium & fretum *Anian*, *Longitudine* terrarum milliarium German. CIↃ amplius occupat. *Latitudine* vero ab Oceano Septemtrionali ad Caucaſum montem fonteſque Indi fluminis milliaribus German. circiter LX. Dividitur autem univerſa *Scythia* in *Europæam* & *Aſiaticam*. De hac poſterius in ipſa Aſia; nunc Europæam prius expediamus. 1

II. Ter-

REISKII.

1 (a) Scythiam doctrinæ planioris causâ triplicem faciemus, *vetuſtiſſimam* puta *mediam* & *hodiernam*: *Vetuſtiſſima* illa tam longe patuit lateque, ut Celtoſcythiam, cum eaque Hiſpanos, Gallos, Britannos, Teutones, itemque terras ſeptentrionales una comprehenderet. Nec tamen dixerim, nonnullis Auctoribus opinio inſedit, *omnem Europam Scythiæ annumeratam*. Neque unus, qui citatur, ex Hippocrate, locus id liquido confirmat. *Media* vero quam

(a) Scythia triplex.

II. Terminatur *Europæa* ab *Occaſu* Patiſſo flumine; ab *Septemtrione* lineâ à Patiſſi fontibus per Amadocam paludem (quæ eſt in Lituania) ad Boryſthenis fonteis, atque inde aliâ lineâ ad Tanais ortus ducta; ab *Ortu* ipſo Tanai & Ponto Euxino; à *Meridie* Iſtro, & ubi is ad Nicopolim inflectitur, rectâ lineâ ab Occaſu in Orientem ad Pontum ductâ, Scythiæ Europææ limites.

III. Totum hoc terrarum variis gentibus ac populis diſtinguitur; quorum clariſſimi, præter *Troglodytas* in inferiore Mœſia commemoratos, *Daci*, quorum regionem nunc tenent, *Moldavi*, *Valachi*, *Tranſſilvani*, & Hungarorum pars inter Patiſſum amnem & Tranſſilvaniam; *Getæ*, quos ad utramque Iſtri ripam in Mœſiam & Daciam extendi, ante diximus; nunc Bulgarorum & Moldavorum pars: *Tyragetæ* & *Arpii* inter Tyram flumen & Iſtrum; nunc inferior Moldaviæ pars Ponto objacens: Inter Tyram & Hypanim amnes *Carpiani*, *Callipides*, *Iſtrici*, *Axiaces* & *Jazyges Eneocadlæ*; quorum omnium ſolum nunc Podolia: *Baſtarnæ*, iidem & *Peucini*, quorum pars una in Germania, pars altera in Scythia Europæa; nunc Ruſſia minor ſeu Nigra: *Boryſthenitæ*, inferior Lithuaniæ pars verſus Pontum: *Neuri*, ad Boryſthenis fontes, inde *Geloni*, *Thuſſagetæ*, *Budini* & *Agathyrſi*, in Moſcovia inter Boryſthenis fontes & Tartariam minorem: *Alani* ac *Roxolani* in Moſcovia, ad ſiniſtram *Donez*, id eſt, minoris *Tanais* ripam: *Hamaxobii* ſive *Hamaxobitæ*, ad Gerrhi fluminis fontes in Tartaria minore: *Georgi*, *Nomades*, *Baſilides* & *Tauroſcythæ* ſive *Scythotauri*, itidem in Tartaria minori: *Tauri* ſive *Taurici*, qui Tauricam ſive Scythicam Cherſoneſum incoluerunt: In his *Boſporani* utrinque Boſporum Cimmerium accolentes: *Jazyges Mœotæ*, juxta *Mœotim* paludem ad Tanaim uſque protenſi, *Arimaſpi* & *Eſſedones* ac *Tanaitæ* ipſo *Tanais* flexu cincti. Troglodytæ. Daci. Getæ. Tyragetæ. Arpii. Carpiani. Callipides. Iſtrici. Axiaces. Jazyges Eneocadlæ. Baſtarnæ ſeu Peucini. Boryſthenitæ. Neuri. Geloni. Tuſſagetæ. Budini. Agathyrſi. Alani. Roxolani. Hamaxobii. Georgi. Nomades. Baſilides. Tauroſcythæ. Tauri. Boſporani. Jazyges Mœotæ. Arimaſpi. Eſſedones. Tanaitæ.

quam dixi Scythia Græcis Romaniſque Scriptoribus in Europæam & Aſiaticam diſpeſcitur, tractu ſane ampliſſimo extenſa: *Hodierna* haud arctioribus terminis definita, omnem Tatariam Europæam & Aſiaticam includit, nomine ſolo mutato. (a) Hujus nominis Græcas origines ἀπὸ τῆς σκύτης, i. e. *corio* deducunt: Alii rectius ab arte, qua excelluerunt Scythæ, ſagittaria, & vocabulo Germanico. Sic Bochartus Phaleg, Lib. III, c. 13. & Voſſius Lib. III. de Idololat. c. 99. ubi Scythis optimos adſignarat ſagittarios: *Unde, inquit, Scytharum appellatio. Nam ſeptentrionalibus uti & Germanis ſchieten* (addo etiam *skieten*) *eſt ſagittam arcu emittere.* Quid? quod Boxhornius ſingulari ad Nicol. Blankardum ſcriptâ epiſtolâ eò contendit, ut Scythas Germanice locutos argumentis probabilibus monſtret. Rationes autem ſolidas Bochartus urget, in primis Scytharum originibus docendis. (b) Omnium enim parens ipſi *Magog* Ebr. מגוג fuit, unus ex Japheti filiis; à quo Magogitæ vel Magogæi etiam dicti leguntur. Joſeph. Lib. I, c. 7. Hinc Abydenus ex eoque Syncellus tum Scythicas ab uno illo Magogo tum quoque gentes Celticas deduxerunt.

(a) Scythæ cur dicti. (b) Horum origo.

CAP. XVIII.

Dacia.

I.

TRans Iſtrum igitur Mœſis contermini fuerunt *a Daci*, Scythica gens, fera, atrox & barbara. Regio ipſa *Dacia* terminatur à *Septemtrione* Carpathicis jugis & Hieraſo amne; ab *Oriente* eodem Hieraſo & Iſtro; à *Meridie* itidem Iſtro; Daciæ fines.

BUNONIS.

a (a) *Dacos* antiquitus appellatos fuiſſe *Davos* putat Strabo [*a*]; unde frequentia nomina ſervorum apud Comicos: *Daos* ſeu potius Δάης nominat Euſtathius.

HEKELII.

[*a*] Lib. VII. p. 556.

(a) Daci.

Iſtro; ab *Occidente* Patiſſo. Complectitur hodie Hungariæ partem, prædictam *Tranſſilvaniam*, *Valachiam* & *Moldaviam* fere totam. 1

Dacia Ripenſis. II. Diviſa fuit olim in *Ripenſem*, *Alpeſtrem* & *Mediterraneam*. β *Ripenſis* eſt, quæ hodie dictam Hungariæ partem complectitur, cum parte *Valachiæ*. In

Alpeſtris. hac Populi *Prendaveſii*, *Albocenſii*, *Saldenſii*, *Tervingii*, *Burrhi*, *Cingeſi*. γ *Alpeſtrem* nunc incolunt major pars *Valachorum* & *Moldavi*. Quondam in ea populi

Mediterranea. *Piephigi*, *Siginni*, *Sinſii*, *Cotenſii*, *Taiphali*, *Cacoenſii*, *Ciſtoboci*. δ *Mediterranea*, quæ & *Gepidia*, tota nunc eſt *Tranſſilvania*. In hac olim populi *Cacoënſii*, *Buridienſii*, *Biephi*, *Ratacenſii*, *Tauriſci*.

Ulpia Trajana. III. Urbs olim clara fuit ε *Ulpia Trajana*, ante ζ *Zarmiſogethuſa* dicta; nunc *Varheli* eodem ſitu eſt in Valachia.

Mariſus & Aluta fluvii. IV. Fluviorum celeberrimi: η *Mariſus*, Germ. *Mariſch*, Hung. *Maros*. Et ϑ *Aluta*, Germ. *die Alt*, Hung. *Olt*.

V. Incolas

BUNONIS.

β (a) *Dacia Ripenſis* Tibiſcum & Danubium attingit; & in Meridiem vergit: & Daci Danubium accolentes (b) *Daci Danubiani* dicebantur: In illa Ripenſi Dacia, quæ hodie Hungariæ pars eſt, præcipua opida ſunt *Wardeyn* & *Zatmar*, hodierno bello Ungarico nota. *cap.* 2. *hujus lib.* 4. *memorata*.

γ (c) *Alpeſtris Dacia* inter Ripenſem & Mediterraneam interjecta eſt.

δ (d) Mediterranea in Septemtrionem inclinat, eamque Carpathos mons inſtar theatri jugis ſuis includit.

ε *In Ripenſi Dacia* olim fuere urbes claræ (e) *Zurobara*, ſeu *Zarobara*, nunc *Temeſwar*, Temeſia: (f) *Liziſis*, cujus rudera ſuperſunt, locuſque Lazio dicitur *Laorzalos*: (g) *Zeugma*, quam nonnulli [b] putant eſſet *Clauſenburg* [c]; Lazio eſt *Zazſebes*, quod Germ. *Mublenbach*: (h) *Tibiſcum*, quod Lazio *Titut*: (i) *Romulium*, à Romula, *Galerii* Imperatoris matre ibidem ſepulta, appellatum. *In Mediterranea Dacia* fuit

ζ (k) *Zarmiſogetuſa* ab Auctore memorata: (l) *Tapæ*: (m) *Æmonia* Nigro eſt Severinum: (n) *Succi*, ubi anguſtiæ & clauſtra Succorum; hodie munimentum *Turckzueſt* Lazio: (o) *Patruiſſa*, Lazio Braſſova, vulgo *Cronſtadt*: (p) *Nentidava* Lazio eſt *Noſſenſtadt* Germanis; quæ Hungaris *Biſtricca*, aliis eſt *Eriniſtat*, (q) *Alba Julia*, à Julia Auguſta, M. Aurelii Imperatoris matre ſic dicta, antea *Apulum*, & *Colon. Apulenſis*, hodie, ut Lazius putat, eadem quæ Germanis *Weiſſenburg*, & Hungaris *Gulafeiruar* vocatur. *In Alpeſtri Dacia* (r) *Frateria*, Nigro *Jurgano*, Lazio *Zazuara*: (ſ) *Pinum*, Lazio *Wincz*, Nigro *Phiſtonæ*: (t) *Paloda* diruta, ubi nunc Campi *Bleichisfeld*: (u) *Utidavæ*, hodie *Utuarbel*, id eſt Utidavæ rudera: (x) *Petrodava*, *Petersdorff*: (y) *Scandava*: *Sclesburg*; ac alia opida minus clara.

η (z) *Mariſus*, qui & *Rhabon* dicitur, Carpatho monte editus, recipit (aa) *Sargetiam* amnem; in quo *Decebalus* Dacorum Rex, cui Trajanus bellum intulit, theſauros ſuos defodit; neque tamen vel ſic eos occultare ſatis, aut Romanis ſubducere potuit. Strabo [d] tradit, Romanos hoc flumine uſos ad omnia ſubvehenda, quæ videbantur neceſſaria ad bellum Getis inferendum. *Mariſus* hic in *Tibiſcum* ſe effundit. (bb) *Tibiſcus* vero, qui & *Patiſſus*, & *Tibeſis* appellatur, ex eodem ortus monte, poſt longum ſpatium cum Danubio ſe conjungit.

ϑ (cc) *Alutæ* fons Mariſi vicinus, eodemque monte editus, in eundem properat iſtrum.

HEKELII.

[b] Inprimis *Ritbaymerus*.
[c] Vel *Cleſeburg*.
[d] Lib. VII. *Geogr.* p. 557.

REISKII.

1 (dd) Daciam *proſtatu diverſo ac tempore* aut ævo triplicem ſtatuemus, ſcilicet *vetuſtam*, *mediam*, & *noviſſimam*: *Vetuſta* illa ſuis gaviſa regibus עציני *Pazinac* ab Joſepho Gorjonide vocatur, à Patzinacis aut Patzinaitis, quos Cedrenus Suidaſque memorant. A Plinio autem *Daci Romanis dicti* feruntur, *alias Sarmatæ*, *Græcis Sauromatæ*, Lib. IV, c. 22. A Strabone contra *Daci* Δάκοι, *qui olim Davi* Δᾶοι *appellati fuerant*: Unde tot ſervi apud Comicos Davorum nomine notantur, tanquam à Dacia oriundi. *Mediam* vocabimus eam, quæ Romanis, ex ævo Auguſtæo cognita, & à Trajano Imp. ſub imperium, A. C. 103, redacta, *Diœceſin Dacianam*, in eaque duas provincias tum Conſulares tum Provinciales fecerat. (ee) Hæc ergo Romana fuit periodus, quam ſequebatur Gothica, Gepidica, tandemque Hungarica, ob Gothos Gepidas Hungaroſque qui Daciam infederunt. (ff) Unde dignoſcimus, quantum Getæ veteres in Dacia commorati & Gothi è Scandinavia effuſi differant. Loccenius quidem in Antiquit. Sueo-Goth. Lib. I. c. 1. gentes duas fere ſynonymas putat, & contrarias Pontani è Deſcript. Dan. Cluveriique ex Antiquit. German. rationes elidere conatur: Loca tamen Auctorum veterum multa obſtant & Viri Clariſſimi ſententiæ adverſantur. (gg) Amplius illud eſt, quod moneo, ne à Dacis tanquam gens alia disjungantur Sarmatæ; Neve Saxonum in has terras tranſitus

ævo

(a) Dacia Ripenſis. (b) Daci Danubiani. (c) Alpeſtris Dacia. (d) Mediterranea. (e) Zurobara ſeu Temeſwar. (f) Liziſis. (g) Zeugma. (h) Tibiſcum. (i) Romulium. (k) Zarmiſogetuſa. (l) Tapæ. (m) Æmonia. (n) Succi. (o) Patruiſſa. (p) Nentidava. (q) Alba Julia. (r) Phrateria. (ſ) Pinum. (t) Paloda. (u) Utidava. (x) Petrodava. (y) Scandava. (z) Mariſus, (aa) Sargetia, (bb) Tibiſcus, (cc) Aluta flumina. (dd) Dacia triplex. (ee) Romanis ſubdita. (ff) Getæ Gothique differunt. (gg) Daci & Sarmatæ parum.

V. Incolas ante *Getas* fuiſſe tradit Plinius; *Dacos* poſteà à Romanis appellatos. [t] *Getarum* nomen manſit circa utramque Iſtri ripam, ut ante dictum. Regibus illi ſuis regebantur, donec Trajanus Imperator Daciam perdomitam in Provinciæ formam redegit. Poſteà *Sarmatæ* invicti, dein *Gothi*, moxque *Hunni*. [u] Poſt hos *Saxones*, Germanica gens, à Carolo Magno devicti, cum leges victoris ferre nequirent aut nollent, in univerſam Daciam tranſierunt. Hinc etiamnum frequens, licet corruptus, in iis oris durat Germanicus ſermo. Exinde eadem gens, quæ Pannoniæ partes occupaverat, Hungari Saxonibus ſeſe miſcuerunt, unde mixta nunc utriuſque gentis lingua. Tum vero *diviſa* fuit univerſa Dacia in nova nomina. Ea pars quæ Patiſſo amni annexa, *Hungariæ* titulo acceſſit. Quæ ante Dacia mediterranea erat, *Tranſſilvania* appellata: Inter hanc & Iſtrum *Valachia*: Inter hanc & Hieraſum *Moldavia*; cujus titulo etiam adjectum, quicquid inter Hieraſum & Tyram amnes interjacet.

Incolæ Daciæ. Getæ. Sarmatæ. Gothi. Hunni. Saxones.

ævo Carolino & victoriis Francicis adſcribatur: Id utrumque noſtro Cluverio videtur, cum Hiſtorici ex illa ætate aut taceant aut contrarientur. *Noviſſima* tandem Dacia nobis erit, quæ Tranſſylvaniam, Walachiam & Moldaviam, qui ſtatus rerum eſt præſens, ambitu ſuo comprehendit.

BUNONIS.

[t] *Getas* à Dacis per cataractas fuiſſe diſtinctos, apparet ex Strabone [e]; & verſus Germaniam *Dacos*, ad Ortum *Getas* nominatos. *Zamolxis*, Pythagoræ qui fuerat famulus, in patriam reverſus, genti ſuæ ac proceribus acceptus fuit, quod oſtentorum cœleſtium prænunciaret eventa. Hinc in regni ſocietatem à Rege aſſumtus primus ſacerdos factus ejus Dei, quem Getæ colebant; ac deinceps ſacerdotes Regibus fuerunt à conſiliis. *Strabo* [f]. Quum ſub Orole Rege adverſus Baſtarnas non bene pugnaviſſent, Getæ ſomnum capturi juſſi ſunt caput ponere, quo loco habuiſſent pedes, & uxoribus ſuis ſervire; donec acceptum eluerent dedecus. *Juſtinus*. Ab Alexandro Magno bello ſunt petiti. Poſt ejus obitum Dromichares Lyſimachum cepit, eique gentis ſuæ commonſtravit egeſtatem, monuitque ne tales invaderet, ſed amicos haberet. *Strabo*. [g]

[u] Quæ de Saxonum in Tranſſilvaniam tranſitu hic affert Cluverius, illa idoneis Scriptorum deſtituuntur teſtimoniis.

HEKELII.

[e] Loc. cit. p. 556.
[f] Lib. VII. p. 545.
[g] Loc. cit. p. 552.

CAP. XIX.

Tranſſilvaniæ, Valachiæ & Moldaviæ deſcriptio.

I.

TRanſſilvaniæ Principatus, qui ſylvis undique, unde ei nomen Latinum, & montium jugis clauditur, Hungaricè *Erdeli*, Germanicè *Siebenbürgen*, Saxonibus haud dubiè à *ſeptem opidorum numero* dictus eſt. Qua ratione etiam nunc Sarmatis ſeu Sclavis *Siedmgrodska Ziemia*, hoc eſt, *Septemcaſtrenſis regio*, indigitatur. Poſtquam Saxones colonos recepit, cultius habitari cœpit. Namque opida in ea illi condiderunt, quæ in hanc diem clara ſunt. [v]

Tranſſilvania. Tranſſilvaniæ opida.

II. [a] *Cibinium*, ſive Hermanopolis, vulgo *Hermanſtadt*, caput Provinciæ eſt:

Cibinium.

BUNONIS.

[v] (a) *Cibinium* ſive *Hermanopolis* [a] ex ſeptem Saxonum urbibus prima eſt, ad Cibin rivum, inter paludes & piſcinas partim in colle, partim in planitie poſita, ædificiis & propugnaculis ſuperbiens, magnitudine cum Vienna Auſtriæ comparatur. Hic cæteræ civitates conventus habent. Cives ex uſu vini Chiragra plerumque laborant. Inde uno milliari diſtant fodinæ ſalinæ in *Wyzagna*, Germ. *Saltzburg*.

HEKELII.

[a] Ab *Herman*, *Græcorum* Imperatore, quem fundatorem credunt, ita appellata.

REISKII.

[v] (b) Tranſſylvania regno Hungarico & Waywodæ ſuo ab regibus impoſito diu ſubjecta provincia, ſylvis undique ac montibus Carpathicis circumſepta, nomen ſuum ex ævo barbaro aſſumſit, tanquam quæ trans ſylvas jaceat: Ita *Septemcaſtrenſis* etiam ex media ætate dicitur, à ſeptem caſtris ſive burgis, urbibuſque præcipuis, Germ. *Siebenbürgen*. Urbes enim & amplas & munitas, nec frumentario ſolum, ſed ſalino, pecuario, metallico, & vini proventu etiam felices continet: (c) Incolas vero trium generum alit, *nempe Saxones, Hungaros, Siculoſque. Saxones* ſeptem,

(a) Cibinium ſive Hermanopolis. (b) Tranſſylvania. (c) Incolæ hujus triplices.

Alba Julia. Claudiopolis. Biſtricia. Sciburgium. Mediesus. Corona.

est: β Alba Julia, Germ. *Weiſſenburg*, (1) Hung. *Giulafeierwar*, Principis superioribus annis sedes: γ Claudiopolis, German. *Clauſenburg*: (2) δ Biſtricia, German. *Biſtriz*, Hung. *Beſterze*: ε Sciburgium, German. *Schiesburg*, Hung. *Segeſwar*: ζ Mediesus, Germ. *Medwiſch*, Hung. *Megies*: η Stephanopolis, seu *Corona*, Germ. *Croonſtadt*, Hung. *Breſlaw*. [b]

III. Quæ nunc duæ regiones Valachiæ ac Moldaviæ nominibus distinguuntur, superiori ætate uno ϑ Valachiæ vocabulo censebantur. Incolis *Woloska Zemla*, id est, Valachia terra, & gens ipsa *Wolochy*. Dividebatur autem tota Provincia in Majorem, & Minorem: Major postea ι Moldaviæ nomen recepit: κ Minori Valachiæ titulus remansit. Quæque suo parebat Principi seu Duci, quem Sarmaticæ gentis vocabulo, λ *Waywodam* appellant; Polonis quondam utra-

(1) *A Julia Imperatoris Marci Aurelii matre condita, uti ex inscriptione ibi huc usque asservata liquet. Episcopi & Academiæ sedes.*

(2) *A Saxonibus & Hungaris culta, qui satis amice degunt.*

septem, quas vocant, sedibus divisi (*Sieben Stule*) non à Carolo M. ejecti, nec à Geisa, rege Hungarico huc deportati (quod Isthuanfius in Hist. Hungar. sentit) nec miro Hamelensium puerorum exitu huc primas colonias duxerunt; Sed Ammianus Marcellinus ævo suo in Dacia Ostsalos, originis Germanicæ gentem tertio jamdudum seculo habitasse memorat. Confer heic Hornii Orbem polit. p. IV, in Transsylv. *Hungari* cum Saxonibus conjuncta; *Siculi* ad fines Moldaviæ loca sejuncta incolunt, septem, uti loquuntur, sedibus distincti. (a) Sed mutata Resp. in Principatum, A. 1512, desiit, quem ab rege suo Johan. de Sapolia Waywoda, Hungariam bello adortus obtinuit, regno tamen obnoxium futurum: Sed clientela Turcica & tributum, quod quinque imperialium myriadas excessit, annum post hac intervenerat, (b) Zatmaria eo ipso anno pace facta regno rursus Hungarico accessit: (c) Waradinum etiam obsessione diuturna & oppugnatione acerrima, A. 1692, captum.

(d) *Wallachia minor* sive *Transalpina*, Græcè *Mauroulachia*, & *major* sive *Cisalpina*, Græcè *Ungrelachia*, vulgo (e) *Moldavia*, hæc utraque Principatum Græcis Impp. debet, qui Δεσποτας, i. e. *Dominatores* vel *Despotas* imposuerunt suæ clientelæ deditos, sed Cpoli capta (f) Muhamedes II, Turcicus Imp. rejecto Dracole, Despota vel Waywoda *Wallachiam* subegit, novo posthac homine imposito sibique tributario. *Moldavia* autem regno Hungarico diutius subjecta, ob rebellionem sui Waywodæ perfidam Turcico adhæsit imperio: Hinc Turci quoque *Bessarabiam* occupârunt, Moldaviæ ademtam.

BUNONIS.

β (g) *Albæ Juliæ*, quam ad Ompaius fl. qui ibi in Marisumlabitur, alluit, multa visuntur antiquitatis monumenta; Bathorianam domum nunc Professores Gymnasii incolunt; inter quos nuper eminebat Joh. Henric. Alstedius.

γ (h) *Claudiopolis*, Hungar. *Coloswar*, ad Schomos fl. urbs ampla & frequens; à pluribus habitatur Photinianis. Hic Transsilvaniæ Princeps conventus solet habere publicos. Anno 1662, ab Abaffio Transsilvaniæ Principe ac Turcis diu frustra obsessa est, Cæsarianis, qui in præsidio erant, sese fortiter tuentibus: sed tamen anno 1664, à militibus prætidiariis Abaffio venditur. [c]

δ (i) *Biſtricia* ad Biſtritz fl. posita in regione vitifera, quæ vulgo *Nosverland*, urbs elegans & valida est [d]; Cives hic purius loquuntur Germanice, quam in reliquis Transsilvaniæ civitatibus; sed ob aëris & aquæ vitium multi hic sunt strumosi, surdi, muti, & fatui. Inde 4 milliaribus abest opidum (k) *Rodua*, ubi aurifodinæ.

ε (l) *Sciburgium* ad Kochel fl. sita non adeò munita est.

ζ (m) *Mediesus* in interioribus partibus Transsilvaniæ est. Templum habet in monte munitum pro more gentis.

η (n) *Stephanopolis* in postrema Transsilvaniæ parte intra montes amœnissimos sita mœnibus & arcibus editis munita est. Tribus suburbiis amplissimis gaudet: quorum unum Bulgari, alterum Hungari, Saxones & Ciculi tertium inhabitant. In Transsilvaniæ finibus quoque est (o) *Waradinum*, supra memoratum, quod à Turcis expugnatum est anno 1660; itemque (p) *Zatmaria* opidum munitissimum, quod à perfidis præsidiariis militibus Abaffio Transsilvaniæ Principi venditum est anno 1664. Cæterum multi (q) *Valachi* per universam Transsilvaniam sparsi, ac præcipue montana versus *Walachiam* incolunt; itemque regionem exiguam, ub. *Haczag*, opidum *Haczag*.

ϑ *Valachia* ista [e] ad fluvium, qui vulgo *Nieſter* [f] appellatur, Pontumque Euxinum sese extendit.

ι (r) *Major*, qua *Moldavia* à *Moldavo* fluv. nomen habet, versus Pontum porrigitur, eique annumeratur *Bassarabia* [g] regio in qua *Moncastro* [b] opidum.

κ (s) *Minor* versus Danubium extenditur.

HEKELII.

[b] Vel *Brasso*.

[c] Est & *Plinio* Lib. v. *Hist. Nat.* c. XXIV. p. 74. lin. 12. seq. *Cappadocum*, sive *Cappadociæ* Urbs.

[d] *Hungaris*, *Sambuco* teste, *Besterèze*, *Germanis* verò *Noesn* dicta.

[e] Aliis *Valagnia*, aliis quoque *Flacia* dicta.

[f] *Ister*.

[g] Seu Bessarabia.

[b] Seu *Chermen*.

BUNONIS.

λ Princeps Valachiæ vulgo *Hospodar* appellatur: uterque vero cum *Moldaviæ*, tum *Valachiæ* Princeps, Turcarum Imperio hodie obnoxius est. (t) *Moldavus* Turcarum

(a) Principatus. (b) Zatmaria. (c) Waradinum. (d) Wallachia. (e) Moldavia. (f) Nunc Turcis tributaria. (g) Alba Julia. (h) Claudiopolis. (i) Biſtricia. (k) Rodua. (l) Sciburgium. (m) Mediesus. (n) Stephanopolis. (o) Waradinum. (p) Zatmaria. (q) Valachi. (r) Valachia Major. (s) Valachia Minor. (t) Moldavorum & Valachorum mores.

utraque ſtipendiaria. Nunc partem Hungariæ Rex partem Turcarum Imperator tenet. Valachiæ caput ac ſedes Vaivodæ eſt *Targowisko*: reliqua loca ſunt *Brailaw* & *Dombrowitza*. Moldaviæ caput eſt ac Vaivodæ ſedes *Czukaw*: reliqua opida ſunt, *Margoſaſt*, *Tariſko*, *Moncaſtro*. Moldavia.

Turcarum Imperatori tributi nomine quotannis pendit magnam pecuniæ ſummam, offertque 500 equos & 300 falcones. Similiter *Valachus* tributum dat Turcarum Imperatori, qui hodie pro ſuo arbitrio Valachis Principem imponit. Cæterum Moldavia fertilis eſt & valde rigua, vinum fert generoſum. Nec deſunt auri ac argenti fodinæ; verum nemo ſcrutatur. Equos nobiles inde abducunt Turcæ. Sunt verò Moldavi Valachis humaniores; equites operam in bellis conducunt Turcis [i]. *Valachia* ſilveſtris licet ſit, vino tamen & frumento abundat; magnos alit greges ovium & boum; qui per Hungariam & Germaniam venduntur: Iſtorum equi habentur vegeti ac laboris patientiſſimi. Sunt autem Valachi paſtores, bubulci, ſubulci [k], ac in bello feroces.

HEKELII.

[i] Vinum etiam *Malvaticum*, quod ex *Creta* in *Poloniam* & *Germaniam* deportatur, per hanc Regionem tranſit, unde ex hoc *Vaivoda* magnum vectigal recipit.

[k] Et ut plurimùm animo inſtabiles, iracundi, otio indulgentes.

CAP. XX.

Tattaria minor; ubi Taurica Cherſoneſus.

I.

TAttarorum nomen longe lateque per Aſiam & Europam diſperſum eſt; cujus limites poſteà in Aſiâ dicemus; at nunc de parte ejus agamus, quæ *Tattaria Europæa* ſive *Minor* dicitur. Tattariæ Europææ, ſive Minoris fines.

II. *Tattaria* igitur *Minor*, ſive Præcopenſium Tattarorum regnum, eſt ea Scythiæ Europææ pars, quæ fluviis *Boryſthene* & *Pſola* ac *Deſna* (quæ duo in Boryſthenem exeunt) & *Tanai* minori, vulgo *Donetz*, ipſoque Tanai, *Mœoti* palude ac *Ponto* cingitur. 1

III. Quinam antiquitus populi has oras incoluerint, ſupra demonſtratum eſt. Cæterum omne litus hujus tractus Græcorum coloniis juxta atque monumentis inclytum fuit: maxime vero α *Taurica Cherſoneſus*, non minus quam ipſa Incolæ Tattariæ minoris.

REISKII.

1 (a) Nomen & genus Tataricum Europæam Scythiam pervaſit, ex Aſiatica traductum, & illud quidem A. C. 930 circiter in Hiſtoria tum Arabica, tum Græca Latinaque cœpit inclareſcere. Id vero gentile apud Barbaros cognomen fuit uni ex Mogulenſibus nationi proprium תתר *Tatur*; Denique reliquis eorum gentibus cunctis commune adeo factum, ut per Europam & Aſiam latiſſime nunc pateat. (b) Europæa vero Tataria duplex hominum genus continet, *unum Nagayenſe*, minori Tanai vicinum, *alterum Precopenſe*, in (c) Taurica Cherſoneſo habitans; Duobus his generibus accedunt Tatari *Czukowienſes*, Ruſſiæ propinqui, & *Budziakenſes*, Moldadaviæ propiores. Tota regio plana, ut plurimum inculta, horrido aeri & ventorum injuriis expoſita: Cherſoneſus cultior 140 German. milliaria ſuo ambitu, octo urbes, & octo millia *Coy*, i. e. Pagorum continet. Urbes duæ, *Caffa* munitiſſima, Tatariæ clavis, & *Aſſaca* Sultano Turcico ſubſunt: Iſthmus alicubi vix milliare Germanicum æquat. (d) Gentem heic Tauricam quæ ſermone, moribus, ore ipſo, corporiſque habitu Germanos referat, Busbequius in Epiſt. IV, refert. (e) Tota hæc Tataria A. 1400, ſui juris facta Chamum ſibi proprium creavit, cui ſedes frequentior *Baccaſarai* (alias *Boſtanſerail*) rarior autem *Krima* placet, rariſſima, ubi theſauros recondidit, *Mancup*. Demum vero ab Amurathe III, ſubacta, & Chamus eliſo gutture necatus A. 1584 periit, ſucceſſore, quem victor impoſuit, dato.

BUNONIS.

α (f) *Cherſoneſus* illa *Taurica* [b] Ponto Euxino undique & Palude Mœotide cincta eſt, hanc ab illo ſejungit, vel potius utriuſque aquas conjungit (g) *Boſporus Cimmerius*. Peninſula hæc anguſto Iſthmo continenti adhærens, à Septemtrione in Euxinum Pontum procurrit, ſeque paulatim dilatans, duo efficit promontoria; alterum in Ortum, ubi *Theodoſia* urbs; alterum in Occaſum. Tum paulatim attenuatur in id promontorium, quod *Arietis Frontem* vocant, quodque in Pontum prominens, Minoris Aſiæ litoribus obvertitur.

B U.

(a) Tatariæ origines. (b) Tataria Europæa duplex. (c) Taurica Cherſoneſus. (d) Gens ortu German. (e) Tataria ſui juris. (f) Cherſoneſus Taurica. (g) Boſporus Cimmerius.

Panticapæum. Cimmerium. Theodosia. Tattariæ divisio.

ipsa Græcia celebrata. In hac Græorum urbes claræ, β *Panticapæum*, nunc vulgo *Pontico*; γ *Cimmerium*, in medio Chersonesi; δ *Taphros*, nunc *Przekop* (1), & ε *Theodosia*, nunc *Kaffa*. [a] (2)

IV. Scythæ in universum tenuerunt; at postquam ζ *Tattari*, ex Asia profecti occuparunt, *Tattaria* dicta est, *Minorque* cognominata, ad differentiam *Majoris* quæ est in ipsa Asia.

Tattaria Præcopensis & Cremea.

V. Divisa est in *Præcopensem*, & *Cremeam*. *Præcopensis*, quæ Sarmatis *Przecopska* dicitur, est ipsa Chersonesus Taurica, à *Przekop* [b] id est, fossa, quæ in Isthmo facta est, seu ab opido ejusdem nominis huic apposito, cognominata. *Cremea*, *Krymska* incolis, est reliqua pars extra Chersonesum, à *Krym* opido, quod olim *Cremnos*, dicta. At quia imperii sedes est in Chersoneso, η tota Tattaria Minor Præcopensium Tattarorum regnum appellatur.

(1) *Arcem habet munitissimam Gubernatoris sedem qui viatores examinat & neminem sine Chami commeatu progredi finit.*

(2) *Urbs ampla munita, a Christianis, Turcis & Tartaris culta, 4000 domus numerat, portum habet tutum, unde commercium civibus haud exiguum cum Europæis & Asiaticis; alia etiam, antea haud temnenda, oppida sunt Ingermon, Sarigermen, Wolodimer.*

BUNONIS.

β (a) *Panticapæum* sive *Panticapæa*, à vicino flumine Panticape nomen habens, ad Bospori introitum est opidum longe validissimum, olim à Milesiis condi tum [c]

γ (b) *Cimmerium* [d] opidum Plinius [e] trans fretum collocat; à quo Bosporus cognomen habet.

δ (c) *Taphros* vel *Taphroe* in isthmo Chersonesi collocatur. Auspiciis Trajani Imperatoris olim capta est.

ε (d) *Theodosia* [f] olim urbs potens, à Genuensibus frequentata, à *Muhammede II*, capta est anno 1475, Genuensibus quibusdam auro corruptis. Hodie præfecti Turcici seu Beglerbegi sedes est.

ζ Tattari [g], qui hodie eas incolunt regiones, iisdem fere sunt moribus, quibus olim Scythæ. Nam neque fixas sedes habent, pecora & armenta sua cum totis familiis sequuntur, uxores liberosque in plaustris secum ducunt. Et hi cæteris, qui in opidis degunt, longe nobiliores se existimant & præstantiores; quippe quorum virtus fumosis non queat contineri urbibus; & sine quorum custodia isti salvi esse non possint. Videntur igitur Tattari isti non genus, sed nomen tantum mutasse.

HEKELII.

[a] S. *Capha*.

[b] Quam *Ptolemæus* inter quinque illas insignio-res *Chersonesos*, vel *Cherronesos* in ordine *quartam* locavit.

[c] *Stephanus* dicit, hanc Urbem esse conditam ab *Æta* Filio, cui *Agathem*, *Scytharum* Rex, locum istum donaverat, esseque cæterarum verè Metropolin.

[d] Olim *Cerberion*.

[e] Lib. VI. c. VI. p. 83. lin. 41.

[f] *Demostheni* dicta *Teudesia*.

[g] Vel *Tartari*.

[h] Vel *Brezclzop*, vel *Prucuplii Sclavonica* Linguâ.

BUNONIS.

η (e) *Tattaria* admodum fœcunda est & ferax, etiam extra Tauricum; quanquam non satis diligenter colatur: ut ex agris quinquagesimum sæpe redeat granum frumenti; & milii centesimum. Equos Tartaria habet exiguos & strigosos, sed duros & laboris patientissimos: ac boves magnos & pingues, præcipue ad Borysthenem fluvium, quem ajunt melle fluere, quoniam ex mellifera veniat regione; & lacte ob læta pascua, quæ circa istum sint fluvium. *Tauricam illam Chersonesum* mediam secant montes ardui & horridi in partem Septemtrionalem & Australem. (f) Est vero Tartarorum gens copiosa ac frequens, ob plures, quas ducunt, uxores. Memoratur Tartarus, qui quadraginta liberos uno anno ex diversis susceperit uxoribus. Laborem, sitim ac famem facile ferunt Tartari, carne & lacte vescuntur equino, capitibus equinis [i] præcipue delectantur [k]. Terram colere indignum putant homine; Fixas non habent sedes; armenta sua cum totis familiis sequuntur, latissimos campos inter Borysthenem & Tanaim, pascuis subinde mutatis, pervagantes: neque enim diu in eodem permanent loco; ac inimicis suis precantur, ut diu in uno hæreant loco, quemadmodum Christiani. In vestitu nullus luxus, sed sordes apparent. In præliis fugam simulantes tela sua à tergo petite mittunt: & exspiraturi calcibus & dentibus pugnant; & tum maxime timendi, quum moriuntur. In bello captos Turcis vendunt, aut sibi servant, præcipue virgines: sunt enim valde libidinosi. Senes verò juvenum telis conficiendos, decollandos aut lapidibus obruendos, objiciunt; & is est Juventutis ludus. Plerique Tartari athei sunt, ad corporis voluptates omnia referentes: cæteri Muhammedis sequuntur impostoras. Sponsus aut Sponsa si ante matrimonium consummatum moritur, ridiculis ceremoniis effertur. Mortuos suos terrâ obruunt; quum cæteri Tartari aliam habeant sepeliendi consuetudinem. Urbes verò Tartarorum, ac præcipue Caffam, multi incolunt Christiani, Armenii & Judæi, quibus suis permittitur vivere legibus. Princeps Tartarorum iis nuncupatur, *Kan*, seu *Han* & *Cham*, id est, *Rex*, qui ad cxx millia, ac sæpe ad cc millia equitum educere solet. Anno Christi 1584, Tartaria hæc in Provinciæ formam redacta est ab Amurathe; & Tartari antehac liberi & indomiti, ex Ottomannorum sociis, istorum facti sunt servi. *Chytr. Sax. lib.* XXVI. Sedes *Chami* Tartarorum in Chersoneso hodie perhibetur esse *Kalla* [l]. *Joh. Antonius Maginus commentar. novar. Geogr. Tabul.* de his ita scribit. Victus immundissimi ac sordidi sunt, (*Tartari*) mappis enim non utuntur, non mantilibus, nisi perpauci: bibunt aquam, lac, cerevisiam ex milio coctam. Vinum apud eos ut plurimum non reperitur: advectum sicut cæteri homines, avidissime bibunt, usque ad ebrietatem, quæ apud eos gloria. Laudant acetosum lac, quia stomachum eorum confor-

(a) Panticapæum. (b) Cimmerium op. (c) Taphros. (d) Theodosia. (e) Tattarici soli natura. (f) Tattarorum mores.

latur. Ipſa gens fera, atrox ac rapida, non in opidis vel civitatibus, ſed campestribus

fortat, & medicinæ purgativæ vim habet. Herbis variis, maxime autem iis, quæ juxta Tanaim creſcunt, ſuaviter veſcuntur, & inter cæteras magnifaciunt herbam, quam *Paltracan* vocant, quæ maxime eos nutrit, vigoremque eis præſtat. Quum igitur hæc herba fructum producit, libenter Tartaria ſua deſerta, & ſolitudines permeant, in quibus nihil pro victu invenitur. Nam ſi alium victum non habent, hæc ſola herba iis ſufficit, quam frequenter inveniunt, & ſuper currus & equos eam deferunt. *Sigiſmundus ab Herberſtein rerum Moſcoviticarum Commentar. tradit ſequentia.* Tartari, *ſcribit ille*, in hordas [*m*] dividuntur, in quibus Sawolhenſis horda & celebritate & multitudine primas tenuit: nam reliquæ hordæ omnes ex ea originem traxiſſe dicuntur. *Horda* autem illis *conventum*, ſeu *multitudinem* [*n*] ſignificat. Quamvis autem quælibet horda peculiare nomen habeat, ſcilicet *Sawolhenſium*, *Præcopenſium*, *Nahaiſenſium*, & aliæ multæ, quæ omnes Mahomedani ſunt: Turcas tamen ſe vocari ægrè ferunt, probrique loco ducunt; Sed *Beſermani* appellari gaudent, eoque nomine & Turci ſe appellari volunt. Ut autem varias longe latéque provincias Tartari incolunt; ita etiam moribus, ipſoque vitæ genere non in omnibus conveniunt. Homines ſtatura mediocri, lata facie [*o*], obeſa, oculis intortis & concavis, ſolâ barbâ horridi, cætera raſi. Inſigniores tantum viri crines contortos, eoſque nigerrimos ſecundum aures habent, corpore valido, animo audaci: in Venerem, eamque præpoſteram putres, equis aliiſque animalibus quoquo modo interemptis ſuaviter veſcuntur: demptis porcis, à quibus lege abſtinent. Inediæ ſomnique adeo patientes, ut toto nonnunquam quatriduo ea perferant, laboribus neceſſariis nihilominus intenti. Rurſus aliquid forte ad vorandum nacti, ſupra modum ſe ingurgitant, eâque crapulâ priorem inediam quodammodo reſarciunt, nihil reliqui facientes: atque ita cibo laboribuſque obruti triduo, quatriduove perpetuo dormiunt. Quos ſic altum dorminentes Lithuani & Rutheni, in quorum regionem derepente irruunt, prædaſque inde abigunt, inſequuti, omni amoto metu paſſim ſine excubiis, ordine, cibo, ſomnoque ſepultos opprimunt incautos. Equitantibus porro ſi fames ſitiſque moleſtia fuerit, quibus inſident equis, venas ſolent incidere, hauſtoque eorum ſanguine famem pellunt, atque jumentis hoc prodeſſe putant. Et quoniam incertis omnes ferè vagantur ſedibus, ſtellarum, in primis verò poli arctici, quem ipſi ſuâ linguâ *Seleſnikoll*, hoc eſt *ferreum clavum* vocant, aſpectu, curſum ſuum dirigere ſolent. Lacte equino in primis delectantur, quod eo homines & fortes & pingues fieri credunt. Herbis quam plurimis, præſertim iis, quæ circa Tanaim creſcunt, veſcuntur, ſale pauciſſimi utuntur. Horum reges, ſi quando ſuis commeatum diſtribuant, quadraginta hominibus vaccam unam aut equum dare ſolent: quibus mactatis, inteſtina præſtantiores tantum ſumunt, ac inter ſe dividunt, quæ ad ignem eatenus calefacta, ut adhærentia ſtercora decuti poſſint abſtergique, vorant. Non ſolum autem digitos pinguedine unctos, ſed etiam cultrum lignumve, quo ſtercus deterſum fuerat, ſuaviter lingunt, ſuguntque. Capita equorum, ut apud nos aprorum, in deliciis habentur, præſtantioribuſque tantum apponuntur. Equis cervice depreſſa, puſilliſque, ſed fortibus abundant, qui æque inediam laboremque bene ferre poſſunt; ramiſque & corticibus arborum, herbarumq; radicibus, ungulis è terra excuſſis, evulſiſque aluntur. His ita ad laborem aſſuefactis Tartari commodiſſime utuntur: ajuntque Moſci, perniciores hos ſub Tartaris, quam ſub aliis eſſe. Hoc genus equorum *Pachmat* vocant. Sellas ſtapedeſque ligneas habent, niſi ſi quas alias à vicinis Chriſtianis rapuerint, aut emerint. Et ne equorum dorſa atterantur, gramine, ſeu arborum foliis eas ſuffulciunt. Flumina tranſnatant: qui ſi forte fugientes inſequentium hoſtium vim extimuerint, ſellis, veſtibus, aliiſque impedimentis omnibus abjectis, armis tantum retentis, effuſiſſime fugiunt. Porrò arma illorum ſunt arcus & ſagitta; framea apud eos rara. Pugnam cum hoſtibus eminus audaciſſimè ineunt: in qua tamen non diu perſeverant; ſed ſimulatâ fugâ hoſtibus inſequentibus, occaſione datâ, primum in eos à tergo tela torquent: dein converſis derepente equis, in diſſipatos hoſtium ordines denuo impetum faciunt. Cum in patentibus campis pugnandum eſt, hoſtemque intra teli jactum habent, non ſtructâ acie prælium ineunt; ſed ſinuoſo agmine in gyrum, quo certior & liberior in hoſtem jaculandi via pateat, circumferuntur. Eſtque euntium & redeuntium mirus quidam ordo, in quam quidem rem ductores, quos ſequuntur, harum rerum peritos habent; qui ſi vel hoſtium telis icti ſuccubuerint, aut forte metu perculſi in ducendo ordine aberraverint, tanta totius exercitus fit confuſio, ut nec amplius in ordinem reduci; nec tela in hoſtem torquere poſſint. Hoc genus certaminis ipſi à rei ſimilitudine *Choream* appellant. In anguſtiis autem ſi forte decertandum eſt, nullus hujus ſtratagematis eſt uſus, atque ideo fugæ ſe mandant: quoniam nec clypeo, nec lanceâ, nec galeâ muniti ſunt, ut hoſtem in ſtataria pugna ſuſtinere poſſint. In equitando hunc morem ſervant, ut contractis in ſellam ſedeant pedibus, quo facilius in utrumque latus ſe poſſint convertere: &, ſi quid forte delapſum, de terraque tollendum fuerit, ſtapedibus innixi, nullo negotio tollunt; in quo adeo exercitati ſunt, ut etiam currentibus celeriter equis id efficiant. Haſtis impetiti in alterum latus ad declinandum ictum adverſarii ſubito ſe demittunt: alterâ duntaxat manu pedeque equo adhærente. Dum vicinorum provincias infeſtant, quiſque duos aut tres, pro opibus, equos ſecum ducit, ut uno ſcilicet defatigato, altero ternove uti poſſit, laſſos interim manu ducunt. Frena leviſſima habent, flagellis pro calcaribus utuntur. Caſtratos tantum equos habent, quod tales arbitrantur plus laboris inediæque ferre poſſe. Veſtimentis iiſdem tam viri quam fœminæ utuntur, nec in cultu à viris quicquam differunt, niſi quod caput velo lineo tegant, caligiſque itidem lineis nautarum maritimorum inſtar utantur. Eorum reginæ dum procedunt in publicum, facies ſolent obtegere. Reliqua turba, quæ in campis paſſim degit, veſtes ex ovium pellibus confectas habent: quas non mutant, niſi longo uſu prorſus attritæ, laceræque fuerint. Uno in loco non diu commorantur, rati gravem eſſe infelicitatem, diu in eodem loco hærere. Unde irati quandoque liberis, grave malum imprecantes ſolent dicere; *ut eodem in loco perpetuo tanquam Chriſtianus hæreas, propriumque fœtorem hauriat.* Quare depaſtis uno in loco paſcuis, cum armen-

campis ac silvis vaga agit. Unius regis Imperio parent, cujus regia est *Przekop*.

tis, uxoribus & liberis, quos in plaustris secum circumferunt, alio migrant. Quamvis hi, qui in opidis & urbibus degunt, aliam vivendi rationem sequantur. Si bello aliquo graviore implicantur, uxores, liberos, senesque in loca collocant tutiora. Justitia apud illos nulla: nam ut quisque re aliqua indiguerit, eam ab altero impune rapere potest. Si quis apud judicem de vi, illataque injuria conqueritur, reus non negat; sed ea re se carere non potuisse dicit. Tum Judex hujusmodi proferre solet sententiam: *si tu vicissim re aliqua indigueris, rape ab aliis.* Sunt qui dicunt, eos non furari: an vero furentur, aliorum esto judicium: certè homines rapacissimi sunt, nempe pauperrimi, ut qui alienis semper inhiant, aliorum pecora abigunt, homines spoliant, abducuntque, quos Turcis aliisque quibuscunque aut vendunt, aut redimendos concedunt, puellis tantum servatis. Civitates & castra rarò oppugnant: villas, pagosque comburunt, adeoque de illatis damnis sibi placent, ut, quo plures provincias desolaverint, hoc se regna sua ampliora reddidisse putent. Et cum quietis impatientissimi sint, mutuo se tamen non interimunt; nisi reges inter se dissideant. Si in dissensione aliqua quispiam occidatur, autoresque sceleris capti fuerint, equis, armis, vestibus tantum ablatis, dimittuntur. Homicida porro, accepto vili equo & arcu, his verbis à judice dimittitur: *I, & rem tuam cura.* Auri argentiq; apud illos usus extra mercatores fere nullus: rerum tantum permutatione utuntur. Quod si quid pecuniæ ex rebus venditis vicini corraserint, eâ Muscovitæ vestes aliaque vitæ necessaria emunt. Fines inter se (*de campestribus Tartaris loquor*) nullos habent. Erat aliquando à Moscis pinguis Tartarus quidam captus, cui cum Moscus dixisset: *Unde tibi, canis, tanta pinguedo, cum non habeas, quod edas? Cur non habeam,* inquit *Tartarus, quod edam; cum tam vastam ab Ortu usque ad Occasum terram possideam? ex qua nonne affatim nutriri possum; tibi potius, qui tam parvam orbis portionem tenes, & quotidie pro illa contendis, deesse puto quod edas.*

HEKELII.

[i] Quæ tantummodò *præstantioribus Viris* apponuntur.

[k] Vorant & suaviter Carnes aliorum Animalium quoquomodo interemtorum semicoctas, præterquam *Porcorum*, à quibus, Lege sic postulante, abstinent, qui *Mahumetani* sunt. Vescuntur etiam Sanguine equino, & per se & cum Milio permixto hauriendo interdum sanguinem è venis incisis Equorum, quibus insident, si equitantes à Fame & Siti molestentur.

[l] Notandum autem, quod *Martinus Broniovius* Descriptionem TARTARIÆ *Coloniæ* A. CHR. M. D. XCV. in fol. ediderit, Eorumque Bellum *Martinus Martinus* apposite satis descripserit, qui Liber editus est *Amstelodami* cum Figg. æneis A. CHR. M. DC. LV. in 12.

[m] Quemadmodùm fortè olim *Ebræi* in *Tribus*.

[n] Sive *Cœtum hominum*.

[o] Pectore & Scapulis ampli, Naso simi, colore tetri & deformes.

CAP. XXI.

Sarmatia Europæa.

I.

Sarmatiæ fines.

ULtimi Europæarum gentium fuêre *Sarmatæ* [a], Græcis dicti *Sauromatæ* [b], regionem totius Europæ latissimam incolentes, in Scythiam quoque Europæam protensi: quin etiam in Asiam usque ad Hyrcanum mare nomen eorum pertinebat; ubi *Sarmatæ Asiatici* dicebantur. [c]

Sarmatæ.

II. Sed *Europææ Sarmatiæ limites* fuerunt, ab *Occidente* Vistula amnis, Suevicum mare, Finnicus Sinus, & linea ab hoc Sinu ad Sinum Granvicum sive lacum Album perducta; quibus à Germania separatur: à *Septemtrione* Oceanus Sarmaticus, sive Mare Concretum: ab *Ortu* iidem limites qui Europæ: à *Meridie* Mœotis palus, Isthmus Tauricæ Chersonesi, Pontus, Ister, & Hierasus; dein Carpatici montes, ubi in cuneum inter Patissum Istrumque procedit.

Sarmatiæ Magnitudo.

III. *Longitudo* ejus porrigitur ab Istri ac Patissi confluentibus ad *Obii* ostium mill. German. IↃXL. *Latitudo* verò inter *Rha* fluvium & dictum Sinum Granvicum CCCLX.

IV. Com-

HEKELII.

[a] Ab *oculis Lacertarum*.

[b] Vel *Saurommatæ*.

[c] Σαυρὶς enim *Lacertam* & ὄμμα *oculum* denotat.


Tab 32
pag. 190
MOURMANSKOYMORE
North Cape
Norvegicum et Danicum
quia Russi Norvegos et Danos
Mauremans vocant.
OCEANUS SARMATICUS
MARE AMALCHIUM
CONCRETUM
Prom. Litarmin
Mare
Fretum Weygats
SAMOIEDAE
Hyperborei
Riphei montes
OBDORA
LAPPONIA
DICKI LOPPI
Lacus Granvicus
MARE ALBUM
NORVEGIA
BOTNIA
SINUS BOTNICUS
SUECIA
TAVASTIA
KARGA POLIA
Waga
Wologda
Ustjuga
Czemissi
Logowoy
Galetz
MOSCOVIA
Ysgetia
Besetski Petin
Novogrod
Novogrod
Iaroslau
Suzdal
Tweer
Moscua
Bielska
Smolensko
Geloni
Worotin
Borysteni
Polonia
SCYTHIA
Bastarnæ seu Peucini
Podolia
Callipedes
Iazyges Eneocdlæ
Arpii
Bulgaria
Gethæ
Trajanopolis
Constantinopolis
Adrinopolis
Philippopolis
Nomade
Georgi
Mare della Zabathe
Mæotis Palus
Crimia seu
Hamaxobii
Iazyges mæotæ
Tartaria Przecopensis
Nagayski
Petigori
Cabarda
Caucasus montes
Sonscha Regia
Corax mons
Colchis
Mengrelia
Mo-schi
Albania
Georgia
Derbent
Chabadi
Astracan
Salinæ
Christallinæ
Tanaitæ
Arimaspi
Essedones
Basilides
Owet
Nagia
Kalmukki
Astracan
Saraitsich
Taick
Cosmai
Solacinit
Rifan
Frutach
Mazanis
Melmenesnach
Chochinacho
Tancho
Irmonech
Canabusi
Chinis
Dolgo
Salinæ
Chabadi
Derbent
Getera
Cambytes
Armactica
Artinissa
Ibes-ria
Georgia
Alba-nia
Tartaria Europæa
Iughoria
Pezora
Siberia
Iagoria
Pegaorda
Lepin
Sagolin
Welitu
Irtische fl.
Tumen
Ieroni
Pars
Bulgaria
Bulgar
Sepultura celiberrima
Czremissi
Nagornoy
Czyrkassi
Sarmatia
Amazones
Mordua
Roxolani
Asia
Ostjuga
Wiatka
Moloma
Belator
Sarra
Cazan
Volga olim Rha fl.
Wasiligorod
Novogorod
Volga
Vologda
Ruszovia
Dunaburg
Riga
Memel
Dantzig
Thorn
Prussia
Plozko
Cwarsaw
Lapponia
Carelenburg
Kopda
Sinus Botnicus
Sue
Mare Balticum
Sinus Finnicus
Revel
Narva
Novogrod
Petin
Pleskow
Nova Russa
Stara Russa
Dunaburg
Breslaw
Tilse
Kenigsberg
Thorn
Grodno
Vilna
Minsk
Borysteni
Turow
Severin
Potivola
Aga
Chersonesus
Taurica
Cimericum
Cherso
Kalla
Bosphorus
Trapezus
Trebisonda
Phasis fl.
Absorusset
Absyrtus
Pontus Euxinus
Mare Caspium
Sarmatia et Scythia Russia et Tartaria Europæa



IV. Complectitur hodie *Moldaviæ* partem, inter Tyram, Istrum & Hierasum amnes; *Hungariæ* partem inter Patissum & Istrum; *Poloniæ regnum* ultra Vistulam, *Borussiam*, *Livoniam*, *Lituaniam*, *Russiam Albam*, hoc est, Magni Ducis Moscoviæ imperium, & *Minoris Tattariæ partem*, quæ *Cremea* dicitur. Sarmatiæ partes.

V. Populorum in universa Sarmatia Ptolemæus complura nomina recenset. At ut regio hæc Romanis pariter ac Græcis parum nota, sic illa incerta. Clarissimi tamen ac notissimi, præter eos, quos in Scythia Europæa explicuimus, erant Germanis contermini *a Venedi*, qui nunc sunt *Livones*, *Borussi* ac *Poloni*, inter Vistulam, Lituaniam & Podoliam; tum *Jazyges* inter Istrum & Patissum, quos Ptolemæus *Metanastas* cognominat, id est, *Vagos*: Plinius *Sarmatas* affirmat: Tabula itineraria *Sarmatos Vagos*. Sarmatiæ populi. Venedi. Jazyges.

BUNONIS.

a Venedorum vestigia videntur esse reliqua in Livoniæ opido *Wenden*; itemque in Curlandiæ opido *Windau*. Sinum etiam accoluere Codanum; unde ea in parte appellatus *Sinus Veneticus*. In Pomerania quoque est *Wenden*, & *Venedorum Marchia*, quo *Venedi* olim migrârunt. Magna igitur olim fuit Venedorum [*d*] natio.

HEKELII.

[*d*] *S. Vindelicorum*, uti *Straboni*. Lib. IV. *Geog.* p. 374. seq. & Lib. VII. p. 535. placet, sive *Vindilorum Plinio* Lib. IV. H. N. c. XIV. p. 61. lin. 29. vel aliis *Vandalorum*.

REISKII.

1 (a) Sarmatia hodierna toties perlustrata nostram non fugit notitiam, uti vetus illa Romanorum Græcorumque cognitionem effugerat. Nam quantis in tenebris cuncta Sarmatica latent, si priscos solum Auctores consulas? Romani solos regionis fines, non viscera penetrârunt: Græci nunquam huc ausi excurrere, nedum arma huc sua convertere. Interim haud absurde Plinius Lib. VI. c. 7. *Dein Tanaim colunt Sarmatæ*, inquit, *Medorum, ut ferunt, soboles, & ipsi in multa genera divisi*. Pomponius quoque Mela Lib. IV. c. 3. *Sarmatæ gens habitu armisque Parthis proxima*. (b) Quoniam ergo Media & Parthia plurimum conveniebant, Bochartus ideo conjectat, dici Sarmatas ex Chaldæo idiomate שְׁאַר מָדַי *Sar-Madai* quasi Medorum reliquias: Ut ad unum ex Japheti filiis parentem, ad Madai nempe Gen. X. v. 2. referantur. Sed hæc ἐνδόξως omnia dicta sunto.

(a) Sarmatæ ab Medis orti. (b) Et denominati.

CAP. XXII.

De incolis Sarmatiæ, fluviis ac montibus: item de Hyperboreis.

I.

GEns quidem universa Græcis dicta fuit, habitu, armis, moribus vivendique ratione *Scythicæ* ac *Parthicæ* similis; ideoque ejusdem originis cum his fuisse conjicere licebit. Verum, quum sibi ipsis dicti sint *Russacy*, & ad *Riphæos* usque montes incoluerint, eosdem esse credibile est, quos Mela *Riphaces* appellat, tanquam posteri *Riphati* Noachi abnepotis. Cæterum de rebus gestis ipsorum, antequam sub Slavorum nomine nosci cœperunt, parum in veterum monumentis reperitur. 1 Sarmatiæ incolæ. Riphaces.

II. Flumina in Sarmatia, præter ea quæ in Pontum defluere diximus, fuere, *Suevi*- Sarmatiæ fluvii.

REISKII.

1 Sic conjectura Cluverii fert illud, quod superius paulo nostra locis Auctorum veterum duobus nixa. Nunc Justinum addimus ex Lib. 41. *Sermo Sarmatis inter Scythicum Medumque medius, ex utroque mistus*. (a) Gentes igitur affines fuerint oportet, quia sunt ejusdem originis, cujus Parthi Medique fuerunt, ejusdem patris Madai progenies. Quid igitur cum *Riphate* Noachi abnepote? Riphaces Pomponiani, si qui extiterunt, unam è Sarmatis gentem constituunt. Riphæa vero juga polo Arctico vicina ab Europæis Sarmatis nimium quantum distant. Flumina non tangam, sed (b) juga Carpathica, è quorum dissolutis per caniculares nivibus, magnaque hinc vaporum copia exorta (c) *Etesiæ* nascuntur, regionibus quidem nostris, cæterisve occidentalibus, sed Græciæ ac terris vicinis, quibus illi montes ad Boream jacent, annui. (d) De Hyperboreis Poetæ

(a) Sarmatica gens ex Madao non Riphate. (b) Carpathica juga. (c) Quorum Etesiæ. (d) Hyperborei.

Chronus.

Turuntus.
Chefinus.
Clylipenus ſinus.
Granvicus ſinus.
Sarmatiæ montes.
Carpates.
Riphæi ſive Obii.
Hyperborei.

Suevicum mare ſive *Codanum* Sinum petentes α *Chronus*, vulgo Germanis accolis *Mämmel*, Polonis *Niemen*: β *Rubo* in Venedicum Sinum, qui nunc accolis *der Riegiſch bodem* prope Rigam ſeſe exonerans; nunc *Diuna* Polonis, *die Dune* German. *Turuntus* in Moſcovia, nunc *Welikarzeka*: & *Cheſinus*, in Clylipenum ſive Granvicum Sinum ſeſe evolvens: nunc Ruſſis accolis *Lowat*, & poſtquam emenſus aliquod ſpatium, *Wolchow*.

III. Montes ſunt, *Carpates*, nunc *Krapak*, Poloniam ab Hungaria ſubmovens: *Riphæi*, qui & *Obii*, à Sinu Albo ad Obii oſtium extenſi; Ruſſis ſive Moſchis nunc *Weliki Hameny poyas*, id eſt, *magnum lapideum cingulum* dicti, quia orbis cingulum eos perhibent.

IV. Sed operæ pretium fuerit hoc loco cognoſcere ea, quæ de *Hyperboreis*, fabuloſis celebrata miraculis gente, veteres tradiderunt. Hos alii Europæ, alii Aſiæ dederunt, plerique utrique. Fuerunt (ſi fuiſſe credimus) ſupra LX gradum in litore Septemtrionalis Oceani, ultra Aquilonem (unde & nomen eis à Græcis quæſitum) Riphæoſque montes, ſub ipſo ſiderum cardine. Regio aprica, felici temperie, omni afflatu noxio carens, per ſe fertilis. Cultores juſtiſſimi, & diutiùs quam ulli mortalium, & beatiùs vivebant. Quippe feſto ſemper otio læti non bella noverant, non jurgia, non ægritudinem ullam: ad innocentiam omnem æquale votum. Domus iis nemora lucique, & Deorum cultus viritim gregatimque, in diem arbores victum ſubminiſtrabant. Mors non niſi ſatietate vitæ; ubi eos vivendi tædium ceperat, mortem ultrò accerſebant, & voluntario interitu caſtigabant obeundi tarditatem. Epulati delibutique ſenes luxu, ac ſertis redimiti, ſemetipſos in pelagus ex certa rupe præcipites dabant. Quod genus ſepulturæ beatiſſimum exiſtimabant. γ

CAP.

Græci ac Geographi portentoſa ſibi ſomnia formârunt: Quæ dum Plinius ex alieno ſenſu repetit Lib. VI. c. 12. acute, *ſi credimus*, addit, gentemque hanc fabuloſis celebratam miraculis notat. Olaus tamen Rudbeckius in Atlantica ſua fabulam recoxit, & Sueoniæ vel Suediæ ſuæ hanc applicare ſtuduit.

BUNONIS.

α (a) *Chronus* ex Ruſſia Alba ortus per Lituaniam partemque Samogitiæ decurrit, Grodnow aliaque opida rigat; & Vilna fluvio ad Kowinow recepto, inde porro in *lacum Curonenſem* influit, ad cujus oſtium Pruſſiæ caſtrum munitiſſimum idem cum flumine nomen habet, vocaturque *Memel*. [a]

β (b) *Rubo* in Ruſſia exoritur, *Polotzkum*, *Duneburgum* & *Kokenhauſen* alluit, priuſquàm ad Rigam mare ſubit Balthicum. In Sarmatia hac quoque eſt (c) *Boryſthenes* fluvius vulgò *Nieper*, qui in Ruſſia ſupra Smolenskium ortus, poſt longa contecta ſpatia, in Pontum Euxinum decurrit. Inſulas habet, in quibus plebeji ex opidis & pagis Palatinatus Kiovienſis & Braſlavienſis congregati, nomina ſua militiæ dant gratis, qui ſe (d) *Coſachos* vocant, in vicinas regiones & Turciam excurrunt, Pontum Euxinum infeſtantes. Numerus eorum ad quadraginta millia excreſcit; qui deinde omnes ferè in hiberna abeunt, paucis in cuſtodiam inſularum iſtarum relictis, ne ab hoſtibus occupentur. Militant hi abſque ſtipendiis, ſolâ præcâ contenti. Solet tamen Rex Poloniæ iis certam pecuniæ ſummam ad arma paranda & reficienda donare. Habet etiam hic fluvius cataractas & præruptos ſcopulos, per quos aquæ cum ingenti fragore decidunt. Clariores in Sarmatia hac fluvii porrò ſunt *Donajecius*, *Varta*, *Noteſſius*, *Niceſter*, *Bugus*, *Prutus*, *Bobus*, *Pripetius*, *Narva*, *Drevantia*, *Berefina*; item *Ocka* & *Volga* in Moſcovia, omnes ferè navigabiles.

γ Iſta de Hyperboreis Plinius [b] tradit, quos ultimos Europæ in Septentrionem habitatores norat, aut famâ acceperat antiquitas [c]. Noſtræ memoriæ homines longiſſimè per illum Oceanum navigarunt, & litora illa plus ſemel luſtrarunt, etſi non ſine magnis periculis, magnoque labore. Qui tamen non iſtam cœli ſolique felicitatem, ſed aëris inclementiam & horrorem ſenſerunt.

HEKELII.

[a] *Stella* & *Ritbaymerus* hunc Fluvium *Pruſſiæ* adſcribunt, eumque *Pergel* dicunt; tamen his contrarii ſunt *Bilibaldus Prickbaimerus* atque *Martinus Cromerus* cum noſtro *Bunone* conſentientes.

[b] Lib. IV. H. N. c. XII. p. 60. lin. 16. ſeqq. & Lib. VI. c. XIII. p. 8. lin. 30. ut & c. XVII. p. 87. lin. 47.

[c] Horum Populorum *originationem* vid. ap. *Strabonem* Lib. I. *Geogr.* p. 110. Meminit & Eorum *Pindarus* Lib. I. *Pythior.* od X. Antiſtr. II. v. 9. ſeqq. ut & *Pauſanias* Lib. I. *Eliacor.* p. 145. lin. 10. ſeq. Verſio a. *Romuli Amaſaci* per *Fried. Sylburgium* Francof. 1583. in fol. ed. fac. p. 133. lin. 3. ſeq. atque *Plutarchus* in *Camillo* p. 140.

BU-

(a) Chronus Nimeus ſive Memel fluvius & opidum. (b) Rubo. (c) Boryſthenes ſ. Nieper. (d) Coſachi.




SUECIÆ PARS
Sinus Finnicus
MARE olim Gothicum
ESTHONIA
Livonia
Letten
Venden
BALTICUM
Commonly Calld THE EAST SEA.
DUCATUS SAMOGITIA
LITHUANIA
MAGNUS DUCATUS
RUSSIA ALBA
WOLSCH Russ. Petin
Selonschi Petin
Riphaces seu
RUSSIA
Riphæi
NIGRA
Vulgo
Geloni
Thussagetæ
SEVERIA
MOSCOVIÆ
Budini
Aga thirsi
PARS Alani
Roxolani
Campi Deserta
ASIÆ
PARS
POLONIA MAIOR
POLONIA MINOR
RUSSIA RUBRA
PALATINATUS KYOWIENSIS
Zolta Woda
Loca Deserta
Dzike Polie
WALACHIA
MOLDAVIA
Tyragetæ
Basternæ
Montes Carpatici
HUNGARIÆ PARS
AUSTRIA PARS
BOHEMIÆ PARS
Mare Nigrum olim P. EUXINUS
PARS
Veteris et Novæ
REGNI POLONIÆ
Magniq Ducatus,
LITHUANIÆ
Cum suis Palatinatibus
ac Confiniis Descriptio
Mill. Polo Commun
Mill. Germanica
Mill. Verenica
Mill. Moscovitica
Stockholm
Ladoga
Riga
Dorpt
Narva
Revel
Pernaw
Wilna
Minsk
Smolensko
Moscua
Woloc
Mosaiseo
Dorohobus
Witepsk
Pskow
Novogrodek
Kiew
Kaminiec
Lemberg
Cracovia
Lublin
Warsaw
Thorn
Dantzig
Stettin
Pom eranie
Francfurt
Breslaw
Prag
Wien
Presburg
Constantinow
Zhorow
Leopolis
Halicz
Jaslo
Brailow
Bulgaria Pars
Nomades
Scythæ
Tauro Scythæ
Crim Tartar
Circassi
Temrok
Pharani
Taman
Sive Pars
Tanais vulgo Don A.
Volga A.
Borysthenes A.
Occidentalis Sarmatia
Sosna vica
Palus Mæotis
Limen Mæotis
Cimmerii Bosphorani olim
Hamaxobi
Asoph
Copenhagen
Lübeck
Kyow
Rudak
Pultawa
Charkow
Orel
Achsy
Rylsk
Kursk
Putywl
Konotop
Rumne
Czernichow
Severiensis
Starodub
Magnus Ducatus
Mezzislavien sis
Mezzislan
Mohilow
Mohilovien sis
Orsa
Borysow
Minsenſis
Rohacz
Rzeczyca
Rzebrels
Lubie cz
Terra censis
Paludes Pinscenſes
Pinsk
Polesia
Dubrowica
Volhynia
Zytomirz
Rodemost
Ostrog
Constantinow
Ostrog
Cite
Olyka
Visnowiec
Palatinatus Volhyniæ
Podolia
Kamieniec
Smatyn
Mohilow
Jazy
Brac law
Neo Konstantinow
Campi Deserti
Loca Orionis
Felzin
Arpii
Bielgrod
Budziak
Kilianowe
Ostrow
Cherson
Tauro
Crim
Kala
Bes
Cassa
Tauro
Nowegorod
Ilmen Lacus
Nova Russa
wielka
Deretschi Petin
Neuri
Wiesliß
Smolenscen
Pal. et Ducatus
Pal. wit tepsien
Pal. A. fontes
Palatia A
Pal. et nen censis
Pal. Vil.
Pal. Novogr odensis
Pal. Ana
Pal. Lublinensis
Pal. Cracovien sis
Pal. Sira
Pal. Inowlo
Pal. Posnan
Pal. Brzesc
Pal. Plocz k
Pal. Rava
Pal. Sand omir
Pal. Calis
Pal. Gnesn
Pal. Lanczi
Pal. Sirad
Pal. Lancicen sis
Pal. Rogen
Pal. Brzesc
Pal. Chelm
Pal. Belz
Pal. Halicz
Pal. Podol
Pal. Kiow
Pal. Bracla
Pal. Jazy
Pal. Smolen sis
Pal. Witepsk
Pal. Polock
Pal. Dunaburg
Pal. Livo nicus
Pal. Curlandia
Pal. Samogitia
Pal. Vilnen sis
Pal. Trocen sis
Pal. Rigen sis
Pal. Wenden sis
Pal. Derpa censis
Pal. Revel
Pal. Pernaw
Pal. Wesenberg
Pal. Oesel
Pal. Dagoen sis
Pal. Wenden
Pal. Livo nicus
Pal. Curlandia
Pal. Samogitia
Pal. Vilnen sis
Pal. Trocen sis
Pal. Rigen sis
Pal. Wenden sis
Pal. Derpa censis
Pal. Revel
Pal. Pernaw
Pal. Wesenberg
Pal. Oesel
Pal. Dagoen sis

CAP. XXIII.

De Poloniæ regno, Provinciisque ei subjectis.

I.

POlonicum regnum *a*, quod vastum nunc obtinet terrarum spatium, à principio arctis includebatur finibus ; quippe cujus summa Longitudo inter Occasum & Ortum à *Schwibussen*, proximo Silesiæ opido, juxta *Crossen* ad *Leuczнam*, proximum Russiæ opidum, non excedebat mill. Germ. LXXX. Latitudo verò maximè sinuata inter fontem Vistulæ, & opidum Masoviæ *Wangrow*, mill. LX. Verùm accesserunt postmodo ejus titulo *Lituania*, *Russia Nigra* sive *Minor*, *Podolia*, *Volinia*, *Podelassia*, *Masovia*, *Perussia*, *Samogitia* & *Livoniæ major pars*. 1 Veteris Poloniæ fines.

II. Sarmatæ, ut antè retuli, hæc omnia primò tenuerunt, præter eam Poloniæ partem, quæ in Veteris Germaniæ solo citra Vistulam sita est. Quanquam & Prussiam & Livoniam Germanica gens, ut in Germaniæ descriptione ex Tacito demonstravimus, ab initio incoluit; quæ in hanc diem perpetuò mansit. Solum est in universum frumento fertilissimum ; nisi qua silvæ vastiores intercedunt.

III. *Termini* autem totius regni Poloniæ sunt, à Septemtrione mare Suevicum & Sinus Venedicus, lineaque à *Pernavia* Livoniæ opido ad Dunæ fontes ducta; qua Sol exoritur, Borysthenes, sive *Dnieper* ; à Meridie Tyras, sive *Nyester*, & Carpates mons ; qua occidit Sol, Silesiæ & Marchiæ Brandenburgicæ Pomeraniæque junguntur. Poloniæ fines.

IV. *Longitudo* harum finium summa est, inter duo opida *Schwibussen* antè dictum, & *Czyrkassi* in ripa Borysthenis situm, mill. Germ. CC. *Latitudo* inter *Pernaviam* Livoniæ opidum, & *Carpatem* montem supra Transsilvaniam mill. CL. (1) Magnitudo hodiernæ Poloniæ.

V. *Dividitur* in regiones ac Provincias suprà dictas ; quarum singulas explicare aggredimur. Divisio.

(1) *Brietii Longitudo 690, mill. pass. & Latitudo 640.*

CAP.

BUNONIS.

a Regio tota ferè plana & aprica est, nisi quà ad fines Hungariæ accedit, montana & silvestris. Quo longius autem inde recedit ; eo lenius declivis est, magisque exculta, & meliore gleba. Nisi quod in meditullio minoris Poloniæ (a) *Calvus mons* supereminet, in quo Monasterium *S. Crucis*, ligno, in quo Salvator noster pependit, celebre. Reliqui colles ferè in toto regno sunt potius, quàm montes. Silvestris sane fuit superioribus temporibus pleraque omnis Polonia : sed nunc ubique diligenter excolitur.

REISKII.

1 (b) Polonia genti Slavicæ huc delatæ colonias novas novumque nomen debuit ; Coloniæ illæ aut priscos exturbârunt Sarmatas, aut mistos sibi sociârunt : Nomen ex vocabulo derivatum Sclavonico *Pole* planitiem aut planam regionem significat, ita Sclavis advenis dictam, quotquot duce Lecho, post A. C. 550, huc insederant. Ab hoc *Lechidæ* orti per annos centum & amplius, post *Cracidæ*, hinc *Piastæi* principatum, & tandem *Fagelionida* regnum multo amplius tenuerunt. Hinc plures regni provinciæ, quas accuratius Hartknoch de Regno Polon. Lib. I. c. 11. Starovolscium secutus numerat ; (1.) *Poloniam majorem*, (2.) *Poloniam minorem*, (3.) *Lithuaniam*, (4.) *Russiam rubram*, (5.) *Russiam albam*, (6.) *Borussiam regalem*, (7.) *Pomerelliam* sive *Pomeraniam*, *Pomeraniam ulteriorem*, (8.) *Massoviam*, (9.) *Samogitiam*, & *Partes Livoniæ nonnullas* : Decimam Petrus du Val addidit, sed in hoc denario duas simul Polonicis Scriptoribus ignotas, Borussiam plane omissa.

BU-

(a) Calvus m. Monasterium S. Crucis. (b) Polonia Sclavis advenis dicta,

CAP. XXIV.

Polonia proprie dicta.

I.

Poloniæ nomen.

POlonia proprie dicta, incolis *Polska*, à vocabulo *Pole*, quod Slavonica lingua *campum* significat, notationem accepit; quia tota campestris est ac plana. I

Divisio.

II. Dividitur in *Majorem*, & *Minorem*. α *Major* Germaniæ contermina est, β *Minor* Moraviæ, Hungariæ ac Rusiæ. *Minor* supremam nunc fert dignitatem ab urbe *Cracovia* regni capite. At *Major* dicta fuit altera, cum divideretur regnum, quia illic sedem fixit *Lechus* gentis conditor. [b]

POLONIA MAJOR.

Polonia Major.

Posenania.

III. Majoris caput est γ *Posenania*, incolis *Posnan*, German. *Posen* (1), urbs præclara ac supra Polonorum cultum splendida, emporiumque celeberrimum.

Gnæsna.

δ Secunda est *Gnæsna* (2), incolis *Gniezno*, German *Gniesen*, mercatu nobilis, antiquissima Polonicarum, primaq; sedes Principum. Reliqua opida sunt, ε *Calisia*.

(1) *Commercio celebris, probe munita. Jesuitarum Collegium ibi splendidum. Judæi multis immunitatibus gaudent.*

(2) *Olim totius Poloniæ Metropolis, hodie autem Poloniæ minoris. Templum Cathedrale divitiis refertum jactat, inter alia Tiaram nuperi Archiepiscopi 23000 l. Sterling. Æstimant, portæ æneæ Corinthiacæ a Taurica Chersoneso allatæ imprimis spectabiles. Incendio multum, An. 1613, passa, indies minuitur.*

BUNONIS.

α (a) *Major Polonia* habet à *Meridie* Silesiam; ab *Occasu* Marchiam & Pomeraniam; à *Septemtrionibus* partem Prussiæ & Masoviam, à quibus Vistulâ disterminatur; *ab Ortu* Poloniam Minorem. Tota fere hæc terra plana fluviisque irrigua est; nisi quòd Cujaviæ nonnulla pars clivosa est, collibusque molliter & ad fertilitatem commodè distincta. Dividitur Polonia Major in *octo Palatinatus* sive *Satrapias*; *Posnaniensem*, (cui & *Wschoviense* territorium adjungitur) *Calissiensem*, *Lancisiensem*, *Brestcusem*, *Juniviadislaviensem*, (& hæ duæ Satrapiæ vulgò *Cujavia* dicuntur) *Siradiensem*, *Ravensem*, & terram *Vielunensem*.

β (b) *Minor Polonia* tam ratione Longitudinis, quàm Latitudinis quinquaginta fere continet milliaria: in tres solet dividi Palatinatus sive Satrapias, *Cracoviensem*, *Sendomirienſem* [a] & *Lublinensem*, quæ eo ipso ordine, versus Septemtrionem & Ortum æstivum jacent. Est verò Polonia Minor contermina à *Septemtrione* Massoviæ atque Podlachiæ; ab *Occidente* Majori Poloniæ; ab *Ortu* Russiæ, *a Meridie* Hungariæ & Silesiæ finitima est.

HEKELII.

[a] Vel *Sandomirienſem*.

[b] Autor, atque fundator.

REISKII.

1 Polonia quidem major amplitudine antestat, sed dignitate in Comitiis aliisque congressibus, quales sunt Commissiones & tribunalia, cedit: (c) Tunc enim regnum in tres partes dividitur, nempe *Poloniam minorem*, *majorem*, & *Lithuaniam*. Sicut autem provinciæ regni omnes in Palatinatus aut Satrapias, hæ vero, in Castellanias iterum dispescuntur, ut Starostiæ, i. e. Regimina vel Præfecturæ urbium & vicorum singulis subsint: Ita in utramque Poloniam hæc congruit divisio. Antiquissima tamen urbium (d) *Gnezno* exstat, ab Lecho condita, & Ducum diuturna sedes, à nido aquilino, quem sub ipso conditu forte repererant, vocata. Hinc insignia regni Polonici coronatam aquilam eamque argenteam ostentant. Proxima huic (e) *Cracovia* Regum sedes, tribunali regio supremo clara, & tripertita; unde Tripolin vocant. *Rakovia* vero ob hæresin, quæ diu hoc invaluerat, Arianam sive Socinianam, A. 688, diruta hodieque jacet. (f) Regnum hoc unum in Europa electitium superest, idque ex Ottonis III. Imp. ævo, qui Boleslaum III, regem creasse legitur; non apud historicos tantum *Germanos*, sed *Polonicos* ipsos, Cromerum Lib. IV. & Lubienskium ex *Epitaphio* cathedrali Posnanensium Ecclesiæ inscripto. Poloniam quippe Conradus saliquus vectigalem primus fecerat: Heinricus II, autem Boleslaum jure beneficiario sibi obligârat.

BUNONIS.

γ (g) *Posnania* ad Vartam fl. sita districtui nomen dedit, primumque sibi locum inter Satrapias vendicat: Gymnasio publico [c] nobilis est.

δ (h) *Gnesna* septem inde distat milliaribus; ejus Episcopus Ecclesiæ Polonicæ Primas est, & inter Proceres totius regni primus. Interregni tempore ille Proregis habet auctoritatem [d]. Cætera (i) *Palatinatus Posnanienſis* opida sunt *Costerium* [e], *Vschovia* [f], *Slupeja*, *Pysdra*, *Coninum*, *Keina*, *Kazimiria*, *Nacum*, *Curnicum* [g]. *Senatores* hujus Satrapiæ sunt *Archiepiscopus Gnesnensis*, *Episcopus Posnanienſis*, *Medirecensis*, *Rogosnensis*, *Stemensis*, *Præmentensis*, *Crivinensis* & *Santocensis*.

ε (k) *Calisia* sive *Calissum*, urbs ad Prosnam fl. inter paludes jacet: Collegium ibidem est Jesuiticum splendidum. Palatinatus hic multa habet opida minora & obscura; *Palatinum* proprium, & *Castellanos* sex, *Calissiensem*, *Gnesnensem*, *Landensem*, *Nacensem*, *Biechovienſem*, & *Camenensem*.

BU-

(a) Majoris Poloniæ fines, & Satrapiæ. (b) Minoris Poloniæ fines & Satrapiæ. (c) Tres regni partes in Comitiis. (d) Gnezno. (e) Cracovia. (f) Regni Polonici ortus. (g) Posnania. (h) Gnesna. (i) Reliqua Palatinatus Posnanienſis opida. (k) Calisia, ejusque Palatinatus.

liſia, Ptolemæo memorata, Polonis nunc *Kaliſz*. ζ *Lencicia* (1), η *Plotsko*, & ϑ *Petricovia*, vulgò *Pietrkow* (2) Juridico conventu (*tribunal* incolæ vocant) maxime celebris. Lencicia. Petricovia.

POLONIA MINOR. Polonia Minor.

IV. Princeps Minoris eſt ι *Cracovia*, vulgò *Krakow* (3), caput decuſque totius regni ac ſedes regia : urbs magna atque ingens, & licet inter incultas, ipſa tamen magnifica admodum & ſuperba. *Corrodunum* eſſe Ptolemæi, haud malè conjiciunt docti viri. Secunda à Cracovia eſt κ *Lublinum*, vulgò *Lublin* (4), urbs egregie latericia eſt, in qua olim Rex *Popielius* à muribus corroſus & abſumptus legitur. (p) *Bydgoſtia* mœnibus cincta eſt. Cracovia. Corrodunum. Lublinum.

ι (q) *Cracovia* Academiâ [*l*] quoque nobilis eſt. Anno 1655, à Suecis occupata ; ſed poſtea à Polonis ope Cæſarianorum recuperata eſt anno 1657. [*m*]. *Cracovienſis* (r) *Palatinatus*, præter *quatuor* territoria, *Cracovienſe*, *Lenovienſe*, *Biecenſe* & *Sandecenſe*, etiam *tres Ducatus* in ſe continet, *Oſvecimenſem*, *Zatorienſem*, *Severienſem*, & Comitatum *Scepuſienſem*. Opida hujus Palatinatus clariora ſunt, (ſ) *Czenſtochia* percelebre habens Cœnobium Eremitarum in *Claro monte* ſitum, egregiè munitum : (t) *Miſtovia* ad Vartam : (u) *Novopolia* ad Pilciam Ill. Koniecpolſciorum ſedes. (x) *Lelovia* territorii caput : (y) *Pilcia* Zbaravii Ducis ditio : (z) *Severia* Ducatus caput, arcem habet munitam in inſula ſtagni, & aliam *Lipovecie*, famoſam carceribus inſolentioris Cleri Diœceſis Cracovienſis : (aa) *Slaucovia* argenteis fodinis celebris : (bb) *Ilcuſſia* argenti & plumbi fodinis dives : *Opatovecia*, *Coſicia*, *Proſovia*, *Miechovia*, militum ſepulchri Chriſti ditio. Cæterum hic Palatinatus Cracovienſis metalla & foſſilia in regno hoc ferè ſolus poſſidet. Effoditur plumbum & argentum apud *Ilcuſſiam*, *Slaucoviam*, *Severiam*, & *Novagoram* : æs & aurum ad *Novotargum*, & in montanis circa *Sandeciam* : Sal metallicus inſtar ingentium ſaxorum apud *Bochnam* & *Veliſcam* ; marmor apud *Seleciam* ; nitrum apud *Viſliciam* : Vitriolum apud *Beciam* : cuprum & carbones apud *Tencinum* : chalybs apud *Podoloneſiam* : terri & vitreorum officinæ cum pluribus in locis, tum apud *Oſſiniam* ſunt.

κ (cc) *Lublinum*, urbs quidem non eſt ſpatioſa ; attamen benè ornata ædificiis, & Palatinatus Lublinenſis caput, cui adjuncta eſt (dd) *Terra Lucovienſis*. Tota Polonia Minor unum tantùm habet Epiſcopum Cracovienſem, cui & Lublinenſis Epiſcopatus ſubjectus eſt. Duos tantùm habet Senatores, *Palatinum* & *Caſtellanum Lublinenſem*. Secundum poſt Lublinum locum tenet (ee) *Cazimiria* ad Viſtulam. Reliqua opida clariora hic ſunt, *Opolia*, *Curovia*, *Craſnicia*, *Levartonia*, *Urzendovia*, *Lenczna*, &c.

BUNONIS.

ζ (a) *Lencicia* [*b*] in paludibus ſita, unde Palatinatus nomen habet ; dividiturque is in tria territoria ; *Lencicienſe*, *Brezinenſe*, & *Orlovienſe*. Præter *Palatinum* habet quatuor *Caſtellanos*, *Lencicienſem*, *Brecinenſem*, *Inovlodenſem*, & *Conarienſem*.

η (b) *Plotsko* [*i*] ſive *Ploſcum* Maſoviæ opidum eſt. [*k*]

ϑ (c) *Petricovia* in Siradienſi Palatinatu eſt : ſeptem milliaribus inde diſtat *Siradia* ad Vartam poſita, unde Palatinatui nomen eſt. (d) In *quatuor territoria* Palatinatus iſte dividitur, *Siradienſe*, *Schadkovienſe*, *Radomſcenſe*, & *Petricovienſe*. Habet præter *Palatinum Caſtellanos* quatuor ; *Siradienſem*, *Roſpirenſem*, *Spicimirienſem*, & *Conarienſem*. Opida præter illa ſunt præcipua *Vidavia*, *Varta*, *Pabianice*, *Laſcum*. Huic Palatinatui adjacet (e) *Terra Vielunenſis*, quæ proprios magiſtratus habet & *Caſtellanum*. Dividitur in territoria *Velunenſe*, & *Oſtreſſovienſe*, ubi opidum (f) *Boleſlavecia* cum arce munitiſſima. (g) *Velunia* urbs templum habet Canonicorum & aliquot monaſteria. Cæterùm in Majori Polonia *Palatinatus* porrò ſunt, (h) *Ravenſis* habens *Palatinum* & *Caſtellanos* tres, *Ravenſem*, *Sochaciovienſem*, & *Goſtinenſem*. Opida præcipua hic ſunt, *Rava* cum arce munita, in qua honoratiores captivi detenti ſunt ; *filius naturalis Caroli* regis Sueciæ, bello Livonico captus ; item *Baudiſius*, *Streffius*, *Taiſius*, aliique in Pruſſico bello ante hæc capti : *Lovicium* Archiepiſcopi Gneſnenſis ſedes quinque milliaribus Ravâ diſtat : *Volboria* Cujavienſis epiſcopi ſedes. *Goſtinium Demetrii Suiſcii* magni Ducis Moſcoviæ captivitate nobilitatum. (i) *Cujavia* in duos Palatinatus dividitur, *Breſtenſem* & *Junivladiſlavienſem* ; ubi (k) *Goplus* lacus. (l) *Breſtenſis Palatinatus unum* habet *Palatinum*, & tres *Caſtellanos*, *Breſtenſem*, *Cruſvicienſem*, & *Covalienſem* : *Territoria* quatuor, *Breſtenſe*, *Cruſvicienſe*, *Covalienſe* & *Prædicenſe*. In Breſtenſi eſt (m) *Uladiſlavia* Cujavienſis epiſcopi ſedes. Idem (n) *Breſte* vallo, muris & foſſâ cinctum eſt. Palatinatus *Junivladiſlavienſis tria* territoria complectitur ; *Bydgoſtenſe*, *Bobrounicenſe*, & *Junivladiſlavienſe*, quod à *Goplo* lacu & opido (o) *Cruſvicia* ad Viſtulam uſque & Pomeraniæ fines extenditur. Præter *Palatinum* ad Conſilium Regium mittit *tres Caſtellanos*, *Junivladiſlavienſem*, *Bydgoſtienſem*, & *Conarienſem*. *Cruſvicia* Breſtenſis Palatinatus opidum, in Junivladiſlavienſis ſatrapiæ finibus poſita eſt ad *Goplum* lacum. In lacu iſto arx

HEKELII.

[*c*] Ac tribus Nundinis.

[*d*] Natus eſt quoque Legatus *Summi Pontificis* in univerſa, qui reges novellos coronandi ſummam auctoritatem habeat.

[*e*] *S. lites non niſi ordinum conventui evocatæ ; 4. Nundinis quotannis etiam celebris.*

(1) *Oppidum munitum. Regis Staniſlai qui cum Auguſto Saxone pro corona litem iniit, & Suecorum ope obtinuit, patria.*

(2) *Urbs nitida inter paludes ſita ; conventus ordinum ibi ſemel in Anno habetur.*

(3) *Palatium ibi Regis ſplendidum. Confeſſio Auguſtana hic, An. 1551, recepta : forum totius Europæ Ampliſſimum jactat, ſupra 50 templa numarat, quod Cathedrale vocatur divitiis immenſis repletur. Salinis etiam in vicinia nobilis, unde annuus proventus 400000 Librarum francicarum.*

(4) *Paludibus cincta, muris etiam & arce munita, tribunali etiam gaudet, unde lites non niſi ordinum*

(a) Lencicia, ejuſque Palatinatus. (b) Plotsko. (c) Petricovia. (d) Siradienſis epiſcopatus. (e) Terra Vielunenſis. (f) Boleſlavecia. (g) Velunia. (h) Palatinatus Ravenſis. (i) Cujavia. (k) Goplus lacus. (l) Breſtenſis Palatinatus. (m) Uladiſlavia. (n) Breſte. (o) Cruſvicia. (p) Bydgoſtia. (q) Cracovia. (r) Palatinatus Cracovienſis. (ſ) Czenſtochia. (t) Miſtovia. (u) Novopolia. (x) Lelovia. (y) Pilcia. (z) Severia. (aa) Slaucovia. (bb) Ilcuſſia. (cc) Lublinum, Palatinatus Lublinenſis. (dd) Terra Lucovienſis. (ee) Cazimiria.

egregia ac lauta, negotiationibus ſublevata: quippe mercatus eſt totius regni
Sendomiria. nobiliſſimus. Tertia eſt λ *Sendomiria* (1), Polonis *Sendomierz*.

V Cæterum à Lecho primo gentis conditore Principes populum rexerunt
(c) *Muris & arce munita, a Tattaris, An. 1240, ſpoliata, a Suecis, An. 1655, Capta, a Polonis An. ſequenti recuperata. In hac provincia arbores frugiferæ cunctas totius Poloniæ ſuperant.* ad uſque μ Boleſlaum Chabrium, qui primus Poloniæ Rex ab Othone III, Roman. Imperatore, circa ann. CIↃ. pronunciatus eſt.

[e] *S. Koſciem.*
[f] *S. Vuſchou.*
[g] Notandum autem, quod *Maginus* & alii *Geographi* hunc ordinem *Oppidorum* invertunt, & alia quæ *Poſnaniæ* propria, *Caliſiæ*, eaque nonnulla, quæ ad *Caliſiam* ſpectant, *Poſnaniæ* attribuunt.
[h] *S. Lancicia.*
[i] *S. Ploſko.*
[k] Sede Epiſcopali clarum.
[l] A *Caſimiro* II. Rege circa Ann. CHR. MCCC LXIV. fundatâ.
[m] In hujus Arce Reges Poloniæ non ſolùm coronantur ſed & ſepeliuntur.

BUNONIS.

λ (a) *Sendomiria* in ſcopulo eminenti ad Viſtulam ſita, arcem habet Regiam; *Palatinatus Sendomirienſis* metropolis. Dividitur Palatinatus iſte in *octo* territoria, *Sendomirienſe*, *Radomienſe*, *Stenzicenſe*, *Corcinenſe*, *Viſticienſe*, *Chencinenſe* [n], *Opocinenſe* [o], & *Pliſnenſe*; habetq; *Senatores* ad Conſilium Reip. ſpectantes numero *novem*: *Palatinum*, & *Caſtellanos Sendomirienſem*, *Viſticienſem*, *Radomienſem*, *Zavichoſtenſem*, *Zarnovienſem*, *Malogoſtenſem*, *Polanecenſem*, & *Cenchovienſem*. Abundat hæc Satrapia metallis auri, argenti, æris, lazurii apud *Kielcios*: plumbi & argenti apud *Chencintam*; ferri & chalybis ad *Vonchociam*, *Boazantium*, & *Sydloveciam*; ac marmor quoque eruitur apud *Cunoviam*. Quatuor milliaribus à Sendomiria diſtat (b) *Opatovia*, urbs inſignis. Opida clariora porrò hic ſunt *Radomia*, *Jedliniſko*, *Solecia* ad Viſtulam, *Ilza*, *Bozentini* ad (c) *Calvi montis* (quo in univerſa Polonia altior non invenitur), radices. In ipſo montis jugo illa Benedictinorum Abbatia eſt, ligno crucis, capite præcedente memorato, celebris: *Malogoſtia*, *Racovia* Photinianorum antehac nidus: *Sydlovia*, *Pilſna*, &c.

μ *Otto III*, Rom. Imperator non contulit *Boleſlao* dignitatem regiam, ut vulgò putatur, ſed *Boleſlaus* iſte regia inſignia ipſe ſibi ſumſit & uſurpavit tempore *Conradi II*, Imperatoris: verùm dignitas illa ei non fuit diuturna; nam paulo poſt mortuus eſt Boleſlaus: ejuſque filii à Conrado II, in ordinem ſunt redacti. Tempore Henrici IV, an. 1077, *Boleſlaus Audax* Polonorum hactenus Dux etiam regium nomen & inſignia aſſumſit; ſed neque hic dignitatem iſtam diu potuit uſurpare. Tandem poſt *Friderici II* fata, *Præmiſlao* autore, regiam dignitatem ſibi vindicare auſa eſt Polonia. Cæterum (d) Poloniæ ſolum, quod ſupra etiam dictum, multarum rerum ferax eſt, ac præcipue frumenti, cujus ingens copia per Viſtulam Dantiſcum quotannis defertur [p]. Sal ibi effoditur, & magna vis plumbi [q]. Poloni verò feroces ſunt, ad bellum proni, ingenioque valentes, & ad literas idonei, natura ſua in difficili illa lingua diſerti, ac ipſe quoq; ſequior ſexus in conviviis & congreſſibus eleganter & copioſe dicit. Omnes fere Poloni, etiam inferioris ſortis homines, Latinè ſciunt [r]. Libertatis ſuæ amantiſſimi ſunt, & mores ſuos ac antiquam in veſtitu retinent conſuetudinem. Equis utuntur velociſſimis; multoque equitatu ſuo ſalva hactenus fuit Reſp. inprimis contra Turcas [ſ]. Ipſàque Polonia adverſus hoſtes iſtos Germaniæ propugnaculum habetur.

HEKELII.

[n] *S. Chechinyenſe.*
[o] *S. Opoznoinſe.*
[p] Uſus a. *Vini* omnino eſt rarus, nec Vineæ cultura Genti, cujus potus Cereviſia, cognita.
[q] Et *Mellis.*
[r] Variarumque Gentium idiomata callent.
[ſ] Militiæ munus non niſi Nobilibus, iiſque, qui ex Oppidis honeſtiore ſunt ordine, permittitur. Latrocinia *Poloni* præcipuè ignorant, tantaque apud eoſdem eſt ſecuritas, ut hybernis menſibus etiam ſinguli tenuibus vehiculis, & uno quidem duntaxat aut altero jumento, immenſa itinerum ſpatia conficiant.

(a) Sendomiria Palatinatus caput. (b) Opatovia. (c) Calvus mons. (d) Poloniæ ſoli natura.

CAP. XXV.

Lituania, Ruſſia & Podolia.

I.

Lituania. *Lituania*, Polon. *Litwa*, German. *Littawen*, ſuos habuit anteà Principes, *magni Ducis* titulo illuſtres, donec *Jagello* anno CIↃCCCLXXXVI. in Regem Poloniæ electus magnum Lituaniæ Ducatum Polonico regno adjunxit. α Regio eſt

BUNONIS.

α *Sylveſtris* olim fuit pleraq; omnis *Lituania*, ſed à Sigiſmundi Senioris temporibus ad hodiernam uſque diem Regum ſtudio nunc ubique ferè excolitur. [a]

BU-

eſt totius regni vaſtiſſima, ſylvis horrida, paludibus fœda. ß *Longitudo* ejus maxima inter *Polotæ* fluv. fontes (qui ſunt in confinibus Livoniæ & Moſcoviæ ;) & *Daſſow* proximum Ponto opid. milliar. German. CCLX. *Latitudo* inter Chronum & Boryſthenem amnes milliar. LXXX. 1 †

Ejus magnitudo.

II. Urbibus, vicis atque ædificiis tota regio planè inculta eſt. Caput eſt γ *Vilna* (1), German. *Wilde*, ampla ac ſpatioſa, Cracoviæ magnitudinem exæquans, at ligneis plurimùm conſtans ædificiis. Major equidem hac, at incultior, δ *Novogardia*, vulgo *Nowigrod*. Clara item atque magna eſt ε *Kiovia* : vulgo *Kijow*, ad Boryſthenem ſita. *Daſſaw*, ad Pontum accedens, ve-

Novogardia. Kiovia.

† *Aliis autem Longitudo tantum 660 mil. paſſ. & Latitudo 360.*

(1) *Arcibus duabus munita, quarum una ſatis elegans. Templa ſunt ſatis magnifica. In Cathedrali ſepelitur, Monumento Argenteo magni valoris, Caſimirus a Leone pontifice canonizatus. Campanam etiam jactat quæ pulſari nequit, niſi 24 hominum ope. Cives otioſi, belluones, & magnatibus ſervorum loco habentur. Crapulæ etiam maxime diditi. Græci hic habent Epiſcopum patriarchæ Conſtantinopolitano ſuffraganeum.*

BUNONIS.

ß (a) *Longitudinem* ejus à confinio Palatinatus Lublinenſis, ad Livoniæ terminos Starovolſcius, quem hic tutius ſequimur, ſtatuit nonaginta milliarium Germanicorum ; *Latitudinem* quadraginta & p urium milliarium, à finibus Pruſſiæ ab Occaſu, ad Albæ Ruſſiæ terminos verſus Ortum. Lituaniæ etenim fines ad Pontum minimè pertingunt, à quo multis abſunt milliaribus. Dividitur in *tres* Palatinatus, *Vilnenſem*, *Trocenſem* & *Breſcianenſem*.

γ (b) *Vilna* à flumine appellata Academiam [*b*] habet, anno 1579, fundatam. Anno 1610, incendio ferè tota perierat, ſed reſtaurata deinde eſt elegantiùs. Nuper, anno 1655, à Muſcovitis erat occupata, ſed, anno demum 1660, à Polonis recuperatur. (c) *Vilnenſis Palatinatus* primum in magno Lituaniæ Ducatu locum tenet. Habet *Palatinum*, qui Vilnæ Præfectus eſt, & *Caſtellanum*. Lituaniæ *Tribunal* in ipſâ urbe eſt [*c*]. Cæterum opida hic quoque ſunt (d) *Lida*, atque (e) *Oſmiana*, territoriorum capita, & Ducis *Radzivilli* (f) *Bierze* cum arce munitiſſima. Alter Lituaniæ (g) *Palatinatus* eſt *Trocenſis*, qui *Palatinum* tantùm habet & *Caſtellanum*. In Lituania enim non eſt mos creare minores Caſtellanos, prout in Polonia fit ; ideo quilibet Palatinatus Lituaniæ *duos* tantum habet *Senatores*, *Palatinum* & *Caſtellanum*. Ipſâ (h) *Trocenſis urbs* quatuor à Vilna milliaribus diſtat, inter paludes ſita. (i) *Grodna* ad *Chronum* fl. vulgo *Memel*, poſita eſt. Flumini iſti *Sigiſmundus III*, pontem impoſuit ligneum quidem, ſed ita *affabre* factum, ut ſimilem Polonia non habeat. Tertius (k) *Palatinatus* hìc eſt *Breſcienſis*, Lublinenſi Satrapiæ vicinus ; præcipua opida habet *Cameneciam*, *Cobriniam*, *Janoviam*, *Voiniam*, *Roſoſiam*, *Vlodavam*, *Bialam*, ubi Palatium *Ducum Radzivillorum* pulcherrimum eſt & Gymnaſium publicum. (l) *Breſcie* arcem habet in ſcopulo inter *Bugum* & *Muchavecium* fluvios ſitam. (m) *Pinſcenſis regio* proprios habet magiſtratus tam terreſtres, quam caſtrenſes. Silvis & paludibus regio illa obſita, piſcium, mellis & ferarum copiâ celebris eſt. Habet (n) *Pinſcum* opidum ; cujus opidani mercaturam exercent, Græcanicæ religioni ut plurimum addicti.

HEKELII.

[*a*] Cœlum etiam inclemens habet, Animalia, omnis generis parva producens. In hac Regione Feræ quoque, præter eas, quæ in *Germania* reperiuntur, ſunt *Biſontes*, *Uri*, *Alces*, *S. Onagri*, Equi Sylveſtres, & aliæ. Cæterùm hæc Gens miſera eſt & gravi ſervitute oppreſſa, maximè in *Villis* & *Pagis*, & Veſtitu vili, eiſque, uti *Polonis*, ſermo eſt *Sclavonicus*.

[*b*] Ut & Arcem magnam, tamen inelegantem & ſine arte exſtructam.

[*c*] Clarent ibidem *Græcorum* Templum, & illud, quod *S. Staniſlao* eſt conſecratum.

REISKII.

1 (o) Lithuania tandem in hiſtoriis ſeculo duodecimo, & gens ipſa obſcurior ex latebris ſylvoſis innoteſcere cœpit, cum primus Mendogus, Vir ſtrenuus & pugnax, novo principatu ornatam patriam à Dominatu Ruſſico vindicaret, A. 1252. Hunc ſecuti alii, eoſque inter Gediminus, Ruſſia partim & Boruſſia ſubacta potentior, adſumpto magni Ducis nomine primus Vilnam, A. 1305, condidit. Denique Jagello Hedwigen, unicam Ludovici, regis Hungarici Polonicique filiam toro ſuo ſociavit, fidemque Chriſtianam una cum ſubditis amplexus, regno provincias omnes innexuit. (p) *Vilna* ergo adhuc ampla, ſed ædibus pleriſque ligneis inornata, portis nunquam aut raro clauſis patula, & ſectis bene multis adhuc varia viget : (q) *Grodno*, quæ Stephano regi ſedem aliquando præbuit, comitiis ſolennibus inclareſcit. (r) *Ruſſia nigra ſive rubra* Ukraynam, eademque tres Palatinatus, nempe Braclavienſem, Kiovienſem & Czernichovienſem continet. (ſ) *Kiovia* bello ultimo capta Ruſſis hodieque paret : Qui pactis, A. 1667, induciis illam elapſo biennio reſtituendam promiſerant, ſed moris continuis injectis adhuc detinent : De Cryptis Kiovienſium ſingularibus miriſque Joh. Herbinius libellum edidit lectu ſane dignum. (t) *Caminiecka* Turcis obſeſſoribus, A. 1672, dedita, clavem regni totius hoſti præbuit aut reliquit : Hæc enim firmiſſimum Podoliæ propugnaculum fuit, ac Ruſſiæ rubræ, quam Hartknochius antea citatus huc extendit.

BUNONIS.

δ (u) *Novogardia*, [*d*] Ruſſiæ Albæ urbs eſt. [*e*]

ε (x) *Kiovia* in Ruſſia Rubra Palatinatus caput eſt.

HEKELII.

[*d*] *S. Novigrodum.*

[*e*] Hanc Urbem dicunt nonnulli *Roma* eſſe majorem. Nam complectitur in circuitu ſuo *ſeptem Milliaria Germanica* ; cùm *Roma* ſaltem *ſex* habeat & dimidium.

(a) Magnitudo Lituaniæ. (b) Vilna. (c) Palatinatus Vilnenſis. (d) Lida. (e) Oſmiana. (f) Bierze. (g) Trocenſis Palatinatus. (h) Trocæ. (i) Grodna. (k) Palatinatus Breſcienſis. (l) Breſcie. (m) Pinſcenſis regio. (n) Pinſcum opidum. (o) Lithuania, Ruſſis ſubdita, Principibus ſuis, Regno Polonico. (p) Vilna. (q) Grodno. (r) Ruſſia nigra. (ſ) Kiovia. (t) Caminiecka. (u) Novogardia. (x) Kiovia.

veterum est ζ Ordessus. ν *Kawno*, German. *Kawen*. Mulso, quod vulgò *Medum* vocant, nobile est opidum.

RUSSIA NIGRA.

Russiæ Nigræ situs.

III. Provincia hæc inter Poloniam Minorem, Voliniam, Lituaniam, Podoliam, Moldaviam, Transsilvaniam, & Hungariam sita, *Minor* dicitur ϑ *Russia*, sive *Russia Nigra*, Pol. *Czarna Rusz*, ad differentiam *Majoris* sive *Albæ*, quod est Muscoviticum Imperium. Latinè *Russos* & *Ruthenos* vocant incolas, quos à *Roxolanis* originem atque nomen habere putant. Ea pars quæ Carpaticis affixa jugis, incolis *Podogorze*, quasi submontana, indigitatur.

IV. Suos aliquando Russia habuit Duces; postmodum Poloniæ regno adjecta. ι

Leopolis.

V. Caput Ducatus est *Leopolis* κ, Pol. *Lwow*, Germ. *Lwenburg* [*f*], quod contractè *Lemburg* [*g*] efferunt; emporium Turcicis mercibus celeberrimum (1). Reliqua opida sunt, *Pryzemysl*, *Halyxc*, *Chelm*.

(1) *A Leone principe, An.* 1289, *condita, & Archiep. titulo insignita An.* 1414; *a Cosacis, An.* 1648, 120000 *hominum frustra obsessa, a Turcis, Anno* 1672, *capta, sed conventu postea restaurata. Multum ex splendore pristino, motibus bellicis amisit, piscibus sale conditis quæstum magnum cives faciunt. Templa habent splendida, Ornamentis præciosis decorata. Armenii hic habent Archiepisc. pontifici Romano subjectum, & Græci alterum patriarchæ Constantinopolitano suffraganeum.*

PO-

BUNONIS.

ζ (a) *Ordessus* ab Ortelio ad Sagaricum ponitur sinum: à Ptolemæo autem ad Axiacen fl. collocatur.

ν (b) *Couna* Samogitiæ opidum ad *Chroni* seu *Nemini* ripas est, illam à Moscovitis in nupero bello captam Poloni recuperarunt anno 1661.

ϑ (c) *Russia* ea, quæ Poloniæ subjecta est, extenditur in longum, ab orâ Pecucensi ad confinia Livoniæ, per ducenta plus minus milliaria; in latum verò à Polonia Minori aut Lituania, versus Ortum ad vastos Tartarorum campos, aut Moscoviam, per centum viginti. Dividitur in *Russiam Albam*, quæ ad magnum Ducatum Lituaniæ spectat; & *Russiam Rubram*, quæ *Roxolania* propriè dicta ad Poloniam pertinet. Nam tertia pars, ultra Tanaim & fontes Borysthenis posita *Russia Nigra* ab antiquis, à recentioribus autem vulgò obtinuit *Muscoviam* appellari, (*ita Starovolscius in Polonia sua*). Quæ igitur *Russia* Cluverio dicitur *Nigra*, eadem Starovolscio *Rubra* est. Habet (d) Russia hæc à *Meridie* Ungariam, Moldaviam, & Bessarabiam: ab *Ortu* Scythiam desertam & Moscoviæ Ducatum: à *Septemtrione* Albam Russiam, *Stiro* & *Pripecio* fluminibus disjunctam: *ab Occasu* verò Minorem Poloniam, *Visloca* & *Vepro* fluviis divisa [*b*]. Continet *septem* Palatinatus, *Russiæ*, *Podoliæ*, *Volhyniæ*, *Belzæ*, *Braslaviæ*, *Kioviæ*, terramque *Chelmensem* & *Halicien sem*. (e) *Russiæ Palatinatus* habet *Senatores* Regni Archiepiscopum *Leopolien sem*, Episcopum *Præmisliensem*, & *Kovien sem*, *Palatinum Russiæ*, & *Castellanos* quatuor, *Leopolien sem*, *Præmisliensem*, *Halicien sem* & *Sanocensem*. In totidem quoque territoria dividitur Palatinatus.

ι (f) *Russi* sub *Vlodomiro* Kovien si Duce, à quo Kovien sium & totius Russiæ Duces orti sunt, cui *Anna*, soror Basilii & Constantini Zimiscæ Imperatorum, nupta fuit, Christi Doctrinam à Græcis receperunt. Quare & hodierna die Russi Græcæ Ecclesiæ ritus tenent, & Metropoliten ac Episcopos à Constantinopolitano Patriarcha confirmatos habent. Vlodomiri illius duodecim filii omnium Russiæ Ducum stirpes fuerunt: quorum posteri diuturna cum Poloniæ Regibus bella gesserunt. Donec tandem Russia Meridionalis, cujus caput est *Leopolis*, sub *Casimiro III*, Rege à Polonis subacta est. *Kiovia* verò tandem à *Casimiro III*, in provinciam est redacta.

κ (g) *Leopolis*, Russiæ Palatinatus caput, propugnacula habet satis firma, & duas arces [*i*]. Opida præter id præcipua hujus territorii sunt *Gliniani*, *Zloczovia*, *Zboravia*, *Grodecia*, *Komarna*, & *Zolkovia*. *Alterum* hujus Palatinatus *territorium* est (h) *Præmisliense*, ubi urbs *Præmislia*, arcem habens in scopulo sitam. Castella Nobilium passim hic reperiuntur, ob frequentes Tartarorum incursiones, munita. Opida verò celebriora sunt *Samboria*, *Jaroslavia* nundinis clara, *Resovia* cum arce. Pagos multos hìc inhabitant Germani, à Polonis olim eò traducti. *Tertium territorium* est (i) *Sanocense* Ungariæ montibus & Transylvaniæ vicinum. *Quartum est* (k) *Halicien se* Transylvaniæ & Moldaviæ finitimum, Tyra fluvio è Carpathiis montibus orto ferè medium secatur. Ejus pars Australior trans Tyram posita, vulgo *Pecucia* appellatur. Opidum præcipuum est *Halicia*. Pecuciæ verò caput est *Sniatinum* ad Prutum fl. nundinis annuis haud ignobile opidum. Cis Nestrum sive Tyram est *Podocum* arce munitum.

HEKELII.

[*f*] S. *Deumpurg*.

[*g*] Vel Lemberg.

[*b*] Unde a. hæc Regio nomen suum acceperit, variæ sunt opiniones, inter quas verisimilior est, eam antiquitùs *Rossejam* appellatam fuisse, qs. *Gentem disseminatam*, seu *dispersam*. *Rossja* enim *Ruthenorum* Linguâ *dissemination em*, seu *dispersionem* propriissime denotat. Notum enim est, quod hi Populi totam *Sarmatiam Europæam* & *Asiaticæ* Partem occupârint, atque ab Oceano glaciali ad Mediterraneum usque Mare & Sinum *Adriaticum*, nec non à Ponto Euxino ad *Balthicum* Oceanum usque Colonias suas extenderint. Omnes itaque illi Populi, qui Linguâ *Sclavonica* utuntur, & Ritum, fidemque CHRISTI *Græcorum* more sequuntur, communi vocabulo *Russi*, s. *Rutheni* appellantur.

BU-

(a) Ordessus. (b) Couna. (c) Russiæ magnitudo & divisio in Albam, Rubram, & Nigram. (d) Russiæ Rubræ fines. (e) Palatinatus Russiæ. (f) Russorum Duces & religio. (g) Leopolis. (h) Territorium Præmisliense. (i) Sanocense, & (k) Halicien se.

PODOLIA.

VI. λ *Podolia*, Pol. *Podole*, inter Moldaviam, Ruſſiam Nigram, Voliniam & Lituaniam ſita, vaſtiſſimis campis, pecori quam hominibus alendis benignior, paſcuis gaudet mirum in modum luxuriantibus; adeò ut boum ingentium immania cornua vix è gramine appareant. Podoliæ fines.

VII. Caput regionis eſt μ *Kamienijecz* (1), urbs mira ac ſtupenda ratione [k] in arduo ſaxo condita; qua re, cùm ſæpius à Tattaris, Turcis ac Valachis peteretur, inexpugnabilis exſtitit. Reliqua loca ſunt *Chmielnik*, *Tzudnow*, *Bratzlaw* & *Orczakow*, quod Tattari occupatum tenent. Kamieniecx. (1) *Polonis conventu Carlovicenſi reſtituta, An.* 1699.

BUNONIS.

λ *Podolia* Ruſſiæ Rubræ pars territoria habet *Camenecenſe*, *Trembulienſe*, & *Laticzovienſe*.

μ (a) *Camenetia* [l] *XXX* milliaribus benè longis diſtat à Leopoli verſus Ortum hybernum: habetque duos Epiſcopos *Romano-Catholicum* & *Armenum*. Urbem iſtam hodie Turcæ tenent. Secundo ab hac urbe lapide eſt arx Potociorum *Paniouce* dicta à *Johanne Potocio*, Palatino Braſlavienſi, exſtructa, celebris oppugnatione Turcica, quæ contigit anno 1621. Opida porrò in (b) Podolia præcipua ſunt *Trembowla*, *Latiſzovia*, *Huſiatinum*, *Barum*, *Czartcovia*, *Janovia*, *Zincovia*, *Miſazibozia*, *Jeſupolis*, *Grodecia*, *Jaelovecia*, *Satanovia*, *Zuanecia*, *Tarnopolia*, *Kitaigrodum*, *Dunaigrodum* & alia, ſingula ferè ob Tartarorum irruptiones munita. Podolia enim continuis ferè Barbarorum incurſionibus vexatur, quæ ſi pace frui poſſet, certè nec Italiæ aut Hungariæ ſoli ubertatem & divitias invideret. Senatores hujus Palatinatus ſunt tres, *Epiſcopus Camenecenſis*, *Palatinus Podoliæ*, & *Caſtellanus Camenecenſis*. (c) *Chmielnicum* ad *Braſlavienſem* pertinet *Palatinatum*, qui ultra Podoliam in Tartarorum finibus poſitus nomen habet à (d) *Braſlavia* ad Bogum fl. ſita. *Vinnicza* hic nobilitatis conventu & judicio nobilis eſt. Præterea in hoc Palatinatu opida ſunt *Moracbua*, *Jaroſovia*, *Zitomiria Sarogrodum* & *Felſtinum*. Senatores hic ſunt duo, (e) *Palatinus* & *Caſtellanus*: In duo diſtinguitur Palatinatus territoria, *Vinnicenſe* & *Zitomirienſe*.

Cæterùm Ruſſiæ Rubræ aſſcribit Starovolſcius quoque (f) *Palatinatum Czerniechovienſem*, Ruſſiæ Nigræ partem, quam Moſcis ademptam Uladiſlaus IV, Poloniæ adjunxerat. Habebat *Palatinum* & *Caſtellanum*. Cæterum Palatinatus Podoliæ, Kiovienſis, & Bratzlavienſis terræ hodie vulgò (g) *Ukraina* nominatur. Hæc provincia hodie in partes ſciſſa; quarum aliæ parent Turcis, aliæ Moſcovitis ſublunt.

HEKELII.

[l] Claret quoque Archiepiſcopatu, ubi & *ipſe Metropolitanus Ruſſiæ* ſuam Sedem retinet, & ſunt ibidem plurimæ Eccleſiæ tum *Romani*, tum *Græcorum* Ritus. *Armeni* quoque, qui Mercaturam exercentes ibidem degunt, *Baſilicam* ſuæ Religionis, Antiſtitemque atque Sacerdotes habent.

[k] Ac divina ferè manu.

[l] S. *Camyeniec*.

(a) Camenecia. (b) Podoliæ opida. (c) Chmielnicum. (d) Braſlavienſis. (e) Palatinatus opida. (f) Palatinatus Czerniechovienſis. (g) Ukraina.

CAP. XXVI.

Volinia, Podelaſſia, Maſovia, Livonia, Samogitia. I.

VOLINIA.

I.

Volinia, Pol. *Wolin*, inter Poloniam, Lithuaniam & Ruſſiam Nigram porrecta, opida præcipua habet, *Lutzko*, *Wlodimirz*, & *Krzemieniec*. α Volinia.

P O-

REISKII.

1 (a) Alba Ruſſia, quam ex Hartknochio recenſemus, Cluverio plane omiſſam, ſex Palatinatibus conſtat, Novogrodenſi puta, Meiſlavienſi, Vitepcenſi, Mindenſi, Poloccenſi, Czernichovienſi. Huc etiam (b) *Smolensko* pertinet, inter Polonos Ruſſoſque ambigua, his tamen adhuc ſubdita. (c) Maſovia vero nomen ab Maſo Mieciſlai Regis pincerna legitur ſumſiſſe, ſibique Duces præfeciſſe proprios; Germanico quondam noſtro Imperio ſubjectos: Quorum familia cum exſpirâſſet, Poloni provinciam occupârunt. Urbs hujus Paſſavia per ſe ambula & Comitiis Regni habendis frequentiſſima, ſed munitionibus parum inſtructa. Pomerella ſeu Pomerania ulterior & Caſſubia, heic apud auctorem noſtrum terris Polonicis excluſa utraque ſequenti capiti reſervabitur.

BUNONIS.

α (d) *Volinia*, ſive *Volhynia* Palatinatus Kioviæ occidua, in duo dividitur territoria *Cremenecenſe* & *Luccorienſe*. Habet Senatores tres, *Palatinum*, *Caſtellanum* Volhyniæ & *Epiſcopum* Luceorienſem, qui ſedem ſuam habet in arce, ut *Ruſſorum* Epiſcopus in urbe ſuam. Alius etiam Ruſſorum Epiſcopus ſedem ſuam habet *Volodomiriæ*. Opida in hoc Palatinatu præterea ſunt, *Rubeſovia*, *Socalia*, *Czattoriſcum*, *Oleſcum*, *Orilovia*, *Brodi*, *Olika*, *Cremenecia* territorii ſui caput, arcem in ſaxo eminentiſſimo oſtentat; *Viſnioveeia*, *Zaſlavia*, *Conſtantinovia*, *Baſilea*, *Dubna*, *Zbaravia*, *Oſtrogium*, *Dermanum*, urbs *Monachi Ruſſici S. Baſilii*; & *Miedireczum*, pleraque munita loca. [c]

(a) Alba Ruſſia. (b) Smolensko. (c) Maſoviæ. (d) Volinia.

Podelaſſia.

PODELASSIA.

Podelaſſiæ ſive Podlachiæ Palatinatus.

II. β *Podelaſſia*, Pol. *Podlaſze*, inter Lituaniam, Maſoviam & Boruſſiam poſita, Lituaniæ quondam pars, ſingularis poſteà provincia facta, Poloniæ titulo acceſſit [a]. Loca notiora ſunt, *Bielsko*, *Tykozyn* [b], *Auguſtow*.

MASOVIA.

Maſovia.

III. γ *Maſovia*, Pol. *Mazowſze*, German. *die Maſaw*, inter Boruſſiam, Poloniam & Podelaſſiam ſita, ſuos habuit antè Duces, quorum ſtirpe exſtincta, Ducatus, ann. CIↃ IↃ XXVI, Poloniæ titulo inſertus eſt. Caput provinciæ eſt

Varſavia.

ſ *Varſavia*, Pol. *Warſzaw*, German. *Warſaw*, regni comitiis, quæ hic haberi conſueverunt, celebris. (1)

LIVONIA. 2

Livonia. Ejus fines.

IV. *Livonia*, German. incolis *Lieſland*, nobiliſſima atque ampliſſima regio, ab

(1) *Duplici muro ac foſſa prealta cingitur. Palatium regium amplum & elegans, pontem habet ligneum ſtructuræ nobilis.*

BUNONIS.

Volhyniæ conterminus eſt (a) *Palatinatus Belzenſis*, Leopolienſium & Chelmenſium terris vicinus, qui duos habet Senatores, *Palatinum* & *Caſtellanum* Belzenſem. (b) *Belza* inter paludes ſita eſt. Palatinatus hic in quatuor dividitur territoria, *Belzenſe*, *Buſcenſe*, *Grodlenſe*, & *Grabovecenſe*.

Inter Volhyniam & Palatinatum Lublinenſem eſt (c) *Terra Chelmenſis*. Urbs (d) *Chelma* duos habet *Epiſcopos*, *Catholicum* & *Ruſſum*; ſed Catholici cathedra *Graſnoſtaviam* tranſlata eſt. Terra hæc in duo territoria diviſa duos habet Senatores, *Epiſcopum* & *Caſtellanum* Chelmenſem. Opida præcipua hic ſunt *Chelma*, *Rozana*, *Vlodavia* & *Craſnoſtavia* ad Veprum fl. quo *Maximilianus* Archidux Auſtriæ ad Poloniæ regnum evocatus, ab adverſa factione *Johanne Zamoſcio* Duce victus, in cuſtodiam deductus eſt. Qui Zamoſcius in vicinia iſta condidit (e) *Zamoſcium* opidum, quod Academiâ ornavit.

β *Podelaſſiæ*, ſive *Podlachiæ* Palatinatus Maſoviæ tribuitur à Starovolſcio. Habet duos Senatores, *Palatinum* & *Caſtellanum* Podlachiæ. In tria diſtinguitur territoria, *Drogiczynenſe*, *Mielnicenſe*, atque *Bielſcenſe*, ſecundum tria opida præcipua.

γ (f) *Maſovia* [d] Starovolſcio, ex quo pleraque hæc de Polonia deſumpta ſunt, dividitur in quatuor Palatinatus, *Plocenſem*, *Podlachicum*, de quo jam dictum, in eum qui peculiariter *Maſoviæ* nomen retinet, atque (g) *Terram Dobrinenſem*. *Dobrinenſis Terra* inter Cujaviam & Pruſſiam poſita, in *tria* dividitur territoria, *Dobrinenſe*, *Ripinenſe*, & *Libnenſe*. Præter iſta tria opida, *Skompe*, opidum hic eſt alicujus nominis. Senatores Terræ Dobrinenſis ſunt *Caſtellani tres*, *Dobrinenſis*, *Ripinenſis*, & *Slonnenſis*.

(h) *Palatinatus Plocenſis* inter Viſtulam & Pruſſiam jacens in *quatuor* diſtinguitur territoria, *Plocenſe*, *Zavorenſe*, *Mlavenſe*, & *Stenenſe*. Habet Senatores quinque, *Epiſcopum*, *Palatinum* & *Caſtellanum* Plocenſes: deinde *Raciazenſem* & *Siepercenſem Caſtellanos*.

(i) *Maſovia* ipſum *Palatinum* habet Generalem, atque *Caſtellanos ſeptem*, *Cyrnenſem*, *Varſovienſem*, *Viſnenſem*, *Viſegradenſem*, *Zacrocimenſem*, *Ciechanovienſem*, & *Livenſem*. In *duodecim* dividitur territoria, *Cyrnenſe*, *Viſnenſe*, *Zembrovienſe*, *Varſovienſe*, *Nurenſe*, *Viſſegrodienſe*, *Zacrocimenſe*, *Ciechanovienſe*, *Lomzenſe*, *Rozanenſe*, *Macovienſe*, & *Livenſe*. Præter hæc territoriorum capita, nobiliora opida hic ſunt *Pultovia*, *Czernienſcum* ad Viſtulam, *Miſcum*, *Varca*, *Vengrovia*, *Garvolinia* cereviſiæ bonitate nobilis, *Staniſlanovia*, *Brocum*, *Viſcovia*, *Seroicza*, & demum *Lomza*.

ſ (k) *Varſavia* [e], Poloniæ centrum, quadraginta milliaribus à Poſnania & Cracovia diſtans. Habet palatium regium à Sigiſmundo III, magnificè exſtructum: itemque extra urbem aliud *Viaſdoviæ* Viſtulam proſpectans. In ſuburbio *Cracovia* dicto verſus Viaſdoviam eſt tropæum victoriæ de Moſcis reportatæ, capella nimirum, in qua ſepultus *Joh. Demetrius Suiſcius*, Magnus Dux Moſcorum, qui captivus vitam in carcere *Goſtiniæ* finierat, unà cum duobus fratribus. Nuper anno 1655, Carolus Guſtavus Suecorum Rex hanc Polonorum Regum ſedem occuparat operibuſque munierat; verùm ſequenti mox anno præſidium Suecicum à Polonorum Rege ex ea urbe pulſum eſt.

HEKELII.

[a] A. CHR. M. D. LXIX.

[b] Ubi Theſaurus aſſervatur Regius.

[c] Hæc Regio propter Agri fertilitatem Frugum omnigenarum eſt abundans, & Sylvis ferigenis Stagniſque piſcoſis referta. Incolæ ſtrenui & bellicoſi ſunt, *Ruthenicoque* idiomate Moribuſque & Religione utuntur.

[d] A *Maſſao*, hujus Regionis Duce, ſic denominata.

[e] Ubi optimum Hydromeli conficitur.

REISKII.

2 Livonia primo ex Germanicis mercatorum, maximè Bremenſium, navigationibus, poſthac bellicis Teutonicorum equitum expeditionibus in notitiam Geographicam pervenit. Unus Ptolemæus Lib. II. (l) Levonum (Græce Λευόνται) meminit: Aſt incolas

eos

(a) Belzenſis Palatinatus. (b) Belza. (c) Terra Chelmenſis. (d) Chelma. (e) Zamoſcium. (f) Maſoviæ diviſio. (g) Dobrinenſis Terra. (h) Plocenſis Palatinatus. (i) Maſoviæ Palatinatus. (k) Varſavia. (l) Levoni.

ab Septemtrione Finnico Sinu terminatur; ab Oriente Nava amne & *Peybas* lacu, & Magnæ Ruſſiæ Lituaniæque latere Occidentali; à Meridie linea ab opido Lituaniæ *Dodina*, in ripa Duinæ fluvii poſito, ad *Memmel* Boruſſiæ opidum perducta: ab Occaſu mari Suevico. Longitudo ſumma inter Navam & *Memmel* mill. XC. Latitudo inter mare & *Dodinam* mill. LX. Dividitur in quatuor partes, quarum nomina incolis, ε *Eſten*, ζ *Letten*, *Curland*, & *Semigallen*. Harum prima Suedicæ eſt ditionis, reliquæ η Polono parent: Inſula ϑ *OEſel*, ad Danum ſpectat. Magnitudo.

V. Princeps urbium eſt ι *Riga* (1), nobile emporium; nec inferior commerciis κ *Revalia*, vulgo *Revel* (2), Eſthoniæ caput. Tertia eſt λ *Dorpatum*, vulgo *Derpt*; Veneda, vulgo *Wenden*, Venedico obverſa ſinui, Magiſtri militiæ ordinis Teutonici ſede nobilitata. μ *Curlandiæ*, quæ ſuperioribus annis in Ducatum unà cum Semigallia elata, caput *Goldingen*. Ducum autem ſedes *Mitow*. Riga. Revalia. Dorpatum. Veneda. Curlandia. Goldingen. Mitaw.

S A-

eos Scandiæ aſſignat inſulæ, hanc autem oſtio Viſtulæ vicinam: Sed de Scandia error duplex loco huic unico inſedit. Teneamus hoc priſcum de Levonis Viſtulæ propinquis teſtimonium, & cum Livoniæ populis, quantum fieri poteſt, conciliemus. Denique *Ordo Enſiferorum Equitum*, A. 1104, ab Innocentio III, Papa inſtitutus ad convertendam Livoniam excurrit, eaque ſubacta *Crucigeros ſive Teutonicos* ſive *Equites* ſociavit, ob bella Ruſſica, quæ tum exarſerant, & Polonica gerenda. Denique Sigiſmundus Auguſtus, Rex Poloniæ, debellata Livonia totum extinxit ordinem, Magiſtrumque hujus ultimum Gothard. Kettlerum (a) novo Curlandiæ ac Semigalliæ ducatu, & Vaſallum jure beneficiario ſibi regnoque devinxit. Sed poſtea Suevi *Livoniam ſeptemtrionalem* totam Ruſſis, omnem ſimiliter *tranſdunanam* & *ciſdunanam* Polonico regno ademptam ſuperiori & hoc noſtro ſeculo nunc tenent: (b) Pars aliqua Livoniæ auſtralis, quæ Lithuaniam tangit, per pacem Olivenſem, A. 1660, Poloniæ relicta. Dividitur autem quicquid eſt Livoniæ in ſex territoria, *Leitlandiam*, *Vikeclandiam*, *Eſtlandiam*, *Virlandiam*, *Hariam* & *Gervandiam*: De *Narva* munitiſſima & inſulis Livoniæ adjacentibus, *Oſelia*, *Dagedem*, *Mona*, *Wormſea*, cæteriſque minoribus non dicam.

BUNONIS.

ε (c) *Eſtia* in ſex dividitur territoria, *Harriam*, *Garnland*; *Viriam*, *Wirland*; *Allantakiam*, *Oldenboam*, *Jerviam* & *Wikkiam*. (d) In *Harria* eſt (e) *Revalia* munita urbs [f] cum arce; quæ, anno 1570, à Moſcovitis obſeſſa & oppugnata obſidionem ultra ſemeſtre in ſequentem uſque annum fortiter ſuſtinuit [g]. In (f) *Viria* ſunt *Weiſſenburg*, *Tolsberg* & *Borchholm*. In (g) *Allantakia* ſunt *Neuſchloſs* & *Nerva*, extremum Livoniæ verſus Euro-aquilonem propugnaculum, à Moſcis anno 1558, expugnatum; poſtea tamen à Johanne Sueciæ Rege captum. In (h) *Odenpoa* ſunt Wernebec, Helmet, Ringen & (i) *Derpatum* [b], quod à Guſtavo Adolpho Sueciæ Rege Academia [i] ornatum Moſcus captum tenebat: ſed poſt Suecis, facta pace, illud reſtituit. In (k) *Jervia* ſunt *Weiſſenſtein*, Lais, Overpolen & Vellin. In (l) *Wikkia* ſunt Haplcel, Leal, Lode & Parnovia.

ζ (m) *Letta* habet (n) *Rigam* cum munimento *Dunamunda* ad Dunæ oſtium. *Kockenhauſen*, *Creitzburg*, *Duneburg* ad Dunam fl. Item *Wenden* & *Wolmer* ad Treideram fl.

η Omnis illa (o) *Livonia*, excepta *Eſthonia*, ejuſq; capite *Revalia*, anno 1561, ſub *Sigiſmundi Auguſti*, Poloniæ Regis, conceſſit poteſtatem, ſalvis tamen juribus, immunitatibus & privilegiis. At Poſtea 1601, *Carolus* Sueciæ Rex Livoniam invaſit, ejuſque bonam partem ſubegit. Tandem ipſius filius *Guſtavus Adolphus* anno 1621, Rigâ per deditionem captâ, reliquam quoque domuit Livoniam. (p) *Mitoviam* quoque expugnaverat Suecus; ſed eam Poloni recuperarunt. Manſere igitur *Churlandiæ Duci* ſua, donec nuper, anno 1658, ipſe Dux inſidiis circumventus, cum univerſa familia in Suecorum veniret poteſtatem; omnique ſua ditione exueretur: reſtitutus tamen eſt hoc ipſo anno 1660.

ϑ (q) *OEſelia* ad Danum quidem ſpectabat; ſed ea vi pacis 1645, initæ, Suecis tradita eſt.

ι (r) *Riga* modò memorata eſt: eam nuper, anno 1656, oppugnabat Moſcus; ſed ab opidanis ſimul & præſidio fortiter repulſus eſt; Manet igitur Suecis cum reliqua Livonia, qua cedere coactus eſt Moſcovita. Anno 1677, urbs *Riga* igne ab incendiariis ſuppoſito magnam accepit calamitatem, ejuſque pars melior in cineres redacta [k].

κ De Revalia.

λ De Dorpato modò dictum eſt.

μ *Gothardus Ketler* ex ordinis Livonici, qui *Enſigeri* appellabantur, Magiſtro, primus Churlandiæ (f) Dux, autoritate & nomine *Sigiſmundi Auguſti* Poloniæ Regis, creatus eſt à Ratzevilio Palatino Vilnenſi in arce Rigenſi anno 1562.

HEKELII.

[f] Et amœna.

[g] Hæc Urbs inſignem habet Portum in Sinu Maris *Baltbici* atque Commerciis *Rigæ* haud quaquam cedit. Gaudet & Gymnaſio celebri, cujus Rector & Inſpector olim laudabilis erat *Heinricus Arningk*; hoc tempore v. præclare legit veſtigia ejus *M. Adam Herold*, Amicus meus ſingularis. Clarent ibidem in eod. Gymnaſio *Joann. Rudolff Brehmius* & *Heinricus Julius Woltemate*.

[b] *S. Dorpatum.*

[i] Ubi *D. Andreas Virginius* Theologus, & *D. Heinricus Heinius*, Ictus, non ita pridem ex voto docuerunt.

[k] Quod etiam factum Anno ſuperiori 1684.

B U-

(1) *Inter ampliſſimas, nitidiſſimas, ditiſſimas frequentiſſimas & fortiſſimas ſeptentrionis Urbes locum obtinet. Commode enim ſita eſt in Sueciæ Poloniæ & Moſcoviæ finibus, & propter commercium cum oppidis anſeaticis. Sedes etiam eſt ſuperintendentis Lutherani, & portu capaciſſimo gaudet.*

(2) *A Valdemaro Dano, An. 1228, condita, portu commodiſſimo & capaciſſimo gaudet; ex anſeaticis una. Sedes etiam ſuperintendentis, bene munita & commercio celebris. A Moſcis, An. 1557, fruſtra oppugnata, licet 100000 hominum obſidione cinxerunt.*

(a) Ducatus Curlandiæ. (b) Livoniæ partes. (c) Eſtia. (d) Harria. (e) Revalia. (f) Viria. (g) Allantakia. (h) Odenpoa. (i) Derpatum. (k) Jervia. (l) Wikkia. (m) Letta. (n) Riga. (o) Livonia. (p) Mitovia. (q) OEſelia. (r) Riga. (ſ) Churlandiæ Dux.

Samogitia.

SAMOGITIA.

VI. *ν Samogitiæ* Ducatus inter Livoniam & Boruſſiam ſitus, nullo ξ neque opido, neque caſtello, neque eximio aliquo ædificio inſignis, ſilvis ac nemoribus horridus, ſolo melle, quod hic præſtantiſſimum colligitur, notus eſt.

BUNONIS.

ν (a) *Samogitia* Palatinatum ſive Satrapiam non habet; ſed multas præfecturas: ſimulque ejus Toparcha, vulgò *Capitaneus*, locum in ſenatu regni cum Epiſcopo & Caſtellano habet.

ξ Provinciæ tamen caput eſt ad (b) *Roſiene* ad Dubiſſam fl. (c) *Couna* quoque urbs mulſo celebris, ad *Crononis* ſive *Niemini* ripas Samogitiæ adſcribitur à Starovolſcio.

(a) Samogitia. (b) Roſiene. (c) Couna.

CAP. XXVII.

De Boruſſia & Caſſubia: item de Epiſcopatibus & Academiis regni Polonici.

I.

PRuſſia, vulgo *Preuſſen*, ampliſſima atque illuſtriſſima regio, fluviis ac lacubus ſtagniſque frequenter rigua, frumento maximè ferax, quibuſdam dicitur perperam *Boruſſia*, quaſi à Boruſcorum antiqua gente, quam Ptolemæus in Moſcoviæ tractu ponit, hanc huc tranſiiſſe 1 ſuſpicantur. Alluitur à *Septentrione* ſinu Codano & Chrono flumine; ab *Ortu* clauditur Lituania & Podelaſſia; à *Meridie* Moſcovia & Polonia; ab *Occaſu* Caſſubia. Porrigitur *in longum* à Chroni oſtio, ad Torunium urbem in ripa Viſtulæ, mill. German. XLV. *In altum* ab opido Podelaſſiæ *Raigrod*, ad Viſtulæ oſtium, totidem. Diviſa ho-

Magnitudo.

Diviſio.

REISKII.

1 Recte habet illa Geographorum ſuſpicio, qui Boruſſiam à gente (a) *Boruſcorum* veteri (Græcè τῶν Βορύσσται) & ultam & denominatam ſentiunt. Namque à Ptolemæo Lib. III. illa Sarmaticis annumerata poſt ſinum locatur Venedicum, nec in ullo alio Moſcoviæ tractu. Quin dixerim, *Boruſcos* irrepſiſſe pro *Boruſſis* ex vitio librariorum communiſſimo: Ut neque perperam ſed recte Boruſſia dicatur, viris doctiſſimis approbantibus. (b) Gens autem illa perdiu obſcura, & cum finitimis colluctata, Slavis denique ſociata, inde crebris Polonorum irruptionibus bellicis, poſt A. 997, vexata, Boleſlao tandem Chobrio victam ſeſe dedidit: Sed perfida Chriſtianis natio victores & finitimos laceſſivit populos, ut Cunradus Maſoviæ dux A. 1226, *Equites aut fratres Teutonicos*, eoſque *Crucigeros* evocaret, qui totam Boruſciam, itemque Pomerelliam & Samogitiam armato impetu, nec annis ſexaginta effluentibus ſubegerunt. Sed cum Equeſtris Ordo quandam tyrannidem uſurparet, Caſimirus Poloniæ rex Boruſciam bello domitam, A. 1469, diviſit, ut pars una ſuperior regno Polonico, alteraque inferior equeſtri Ordini ſubeſſet. Denique Albertus Marchio Brandenburgicus XXXIV Ordinis Magiſter habitu equeſtri depoſito ab Rege Sigiſmundo A. 1525, Dux Boruſſiæ creari maluit, quàm in feudo Polonico extrema omnia experiri. (c) *Hinc Boruſſia hodieque duplex, regia nempe atque ducalis*: Hanc feudali nexu liberam Fridericus Wilhelmus, Elector Brandeburgicus, A. 1658, in Velavienſi tranſactione ſibi ac poſteris, & ſupremum Boruſſiæ imperium acquiſivit. (d) *Caſſubia* autem & (e) *Craina*, tractus terrarum non exigui regno ſubſunt Polonico; Itemque (f) *Pomerellia* ſive *Pomerania ulterior*, quæ ſeptem conſtat territoriis, *Sluchovienſi* nempe, *Tucholienſi*, *Suecenſi*, *Dorſavienſi*, *Zucovienſi*, *Puſcenſi* & *Miracbovienſi*: De his vide Hartknoch. l. cit. & Piaſeccium in Chron. De Polonicis Epiſcopatibus Aubert. Miræum Lib. I. c. 47. qui pro Rigenſi abolito Leopolienſem ſubſtituit, & Stan. Lubinski in Ploc. Academias adde Warſovienſem, & Vilnenſem. (g) De ſuccino veniſque hujus per Boruſſiam hinc inde ſparſis, item de littoribus maris Balthici, fluviis, lacubus, fontibus, & puteis ſucciniferis Phil. Jac. Hartman *Phyſicam & Civilem Hiſtoriam* A. 1677, edidit.

BU-

(a) Boruſci. (b) Boruſſia ſubacta. (c) Boruſſia duplex. (d) Caſſubia. (e) Craina. (f) Pomerellia. (g) Succinum Boruſ.


Tab. 34
Page 307
PRUSSIÆ
NOVA
TABULA
MARE
BALTICUM
THE
EAST
SEA
SAMOGI
TIÆ
PARS
CURISH NERUNG
LACUS
CURONENSIS
SCHALAVONI
SAMSEA
Samland
CASUBIÆ
PARS
Pauzker wick
Elbing
POMERELIA
COIA
VIAE
sive
POLONIAE
MAIORIS
PARS
MASOVIÆ
PODLACHIÆ
PARS
Grodno
English Miles
Harris Sculp.

PRUSSIÆ
NOVA
TABULA

hodie eſt in *Regalem*, quæ immediate Regi paret; & *Ducalem*, quæ Marchionibus Brandeburgicis in feudum conceſſa. α

II. *In Boruſſia β Regali* clariſſima urbium γ *Gedanum*, quæ & *Dantiſcum* [e], vulgò Pruſſia Regalis. Dantiſcum.

BUNONIS.

α (a) *Pruſſiam*, (b) *Cruciferorum Ordo Teutonicus*, Barbaris, qui ea loca tenebant, aut pulſis aut ſubactis, ſub ſuam redegerat poteſtatem; ac novis ſubinde è Germania deductis coloniis, caſtellis munitis, opidiſque quam plurimis conſtitutis, res ſuas firmarat, ut florentiſſima, paulo ante & circa annum C. 1400 eſſet Ordinis in Pruſſia potentia & auctoritas. Poſteà rebus ſecundis elati, quum Lituaniam Regi Poloniæ eripere conarentur Cruciferi, & nova ſubinde bella moverent, tandem ingenti prælio ad Drevanciam fl. in Maſoviæ finibus anno 1410, ab Uladiſlao victi, bonam Pruſſiæ partem amiſerunt. Quo periculo, fide ſubditorum liberati, poſteà inter ſe feralia aluerunt diſſidia, & graviſſimis exactionibus & tributis ſubditorum animos alienarunt. Acceſſit aliquot Commendatorum petulantia tyrannica, qui arces in urbibus tenebant, & Dantiſci ſenatores aliquot ac cives ſub amicitiæ ſpecie in arcem invitatos crudeliter trucidarunt, civium & nobilium filias & uxores ad libidinem explendam rapiebant; adeoque ſubditos illos veluti bello captos, pro mancipiis ſuis habebant. Tantas injurias quum Nobilitas & civitates majores diutiùs ferre nollent, Culmæ primum convenientes fœdus & ſocietatem ineunt ad libertatem, fortunas & privilegia tuenda; ac decernunt, de injuriis Magiſtri Ordinis & Commendatorum apud concilium provinciæ ſive fœderatos ſubditos queri licere. Quum verò fœdus iſtud veluti inhoneſte factum à (c) Friderico III, Imperatore, eſſet pronunciatum, adeoque abolendum; mulcta quoque Nobilitati & civitatibus gravis impoſita, ipſique ſubditi, amiſſa libertate & privilegiis, juſſi Magiſtro Ordinis ſine recuſatione obedire; juramentum fidelitatis Ordinis Magiſtro *Ludovico Erliſhuſio* renunciant, & in *Caſimiri* Poloniæ Regis clientelam, fidem & defenſionem ſeſe conferunt anno 1454. Fratres igitur ordinis, pleriſque arcibus & opidis amiſſis, cum Caſimiro Rege, anno 1466, demum coacti ſunt tranſigere his conditionibus; ut *Culmenſem* ditionem, *Michalovienſem*, *Pomerelliam* univerſam, unà cum *Elbinga*, *Chriſtburgo*, *Stuma*, *Tolkemith*, arcibus & territoriis, *Neringa* inſula ac *Warmienſi* diœceſi, jure ſempiterno Magiſter & fratres Ordinis cederent Regi: reliquam verò ulteriorem Pruſſiam, cujus *Koningsberga* caput eſt, velut Poloniæ Regis feudum poſſiderent, & in perpetua fide ac clientela Poloniæ Regum manerent; idque juramento tum confirmatum eſt. Aliquot etiam Ordinis Magiſtri, in eas jurabant conditiones, eaſque obſervabant. Sed *Fridericus Saxoniæ Dux*, Ordinis Magiſter, auxiliis ab Imperatore & Germaniæ Principibus promiſſis fretus, in Poloni verba jurare renuit: & quum bello, quod à Polonis impendebat, ſe imparem videret, relictâ provinciâ in Germaniam abiit. Poſt cujus obitum Ordinis Magiſter electus Albertus Brandenburgenſis Marchio Poloniæ Regi ſe ſubmittere recuſabat; quod & Cæſar & Pontifex id aperte prohibuiſſent. Belli molem aliquamdiu fortiter ſuſtinebat Albertus hic. At quum tantis Polonorum viribus diutiùs reſiſtere non poſſet, pacem cum Poloniæ Rege Sigiſmundo iniit, quâ (d) *Albertus* Marchio ex Ordinis Magiſtro *primus Pruſſiæ Dux*, & Poloniæ Regis Vaſallus eſt factus, anno 1525, Pruſſiamque illam ulteriorem, quæ ex eo tempore *Ducalis* dicta, in feudum perpetuum jure hæreditario accepit. Nuper tamen Rex Poloniæ Caſimirus Brandenburgico Electori *Frederico Wilhelmo*, qui Pruſſiam illam tenet, in Ducatum iſtum plenam conceſſit & liberam poteſtatem, omnibus juribus, quæ Poloniæ Reges in illum habebant, renunciatis.

β (e) *Pruſſia Regalis* in *tres* diſtinguitur Satrapias, *Culmenſem*, *Mariæburgenſem*, & *Varmienſem*. *Michalovienſe* territorium in Satrapiâ *Culmenſi* eſt. Satrapiæ Culmenſis opida ſunt, *Culma*, *Brodnicia*, *Crudentum*, *Padinum*, *Golubia*, *Rogozna*, *Brattianum*, *Covalia*, *Copriumicza*, *Lybavia*, & *Torunia*. In *Mariæburgenſi* Satrapia opida ſunt, *Mariæburgum*, *Elbinga*, *Stuma*, *Oneovum*, *Stargardia* & *Orneta*. In *Varmienſi*, *Heilsberga*, *Brunsberga*, *Fraunberga*.

γ (f) *Dantiſcum* [a] ad Viſtulæ & Moldaviæ confluentes, Cluverii noſtri [b] patria, à Stephano Poloniæ Rege, anno 1577, oppugnatum, obſidionem fortiter repreſſit. Poſtea tamen Regibus ſuis exſtitit fidele, cùm in bello Pruſſico, quod cœpit anno 1626, tùm maximè nuper, quo Regi Caſimiro, ferè ab omnibus deſerto, fidem omnium ipſorumque Polonorum opinione majorem firmioremque præſtitit, quæ Regi Regnoque ſaluti fuit; certiſſimum documentum, magnas & munitas urbes firmiſſima regnorum eſſe præſidia. Dantiſcum *Gymnaſio* etiam floret, viriſque nobilitate, prudentia & eruditione [c] in ſingulis abundat ordinibus, qui, in ſummo licet dignitatis gradu conſtituti, miram tamen omnibus oſtendunt ac probant comitatem & humanitatem [d]. Ad Viſtulæ oſtium eſt munimentum firmiſſimum, vulgò (g) *die Weiſſelmunde* dictum. Dantiſco Ortum verſus vicinum eſt cœnobium, (h) *Oliva* dictum, in quo Pax inter *Suecum* & *Polonum*, fœderatoſque *Cæſarem* & *Electorem* Brandenburgicum conciliata anno 1660.

HEKELII.

[a] Incluto *Heveliano* Nomine hactenus magis inclutum atque clarum redditum.

[b] *Et Bartholomæi Keckermanni.*

[c] Atque Autoritate.

[d] Vid. *Maginus* Part. II. *Geogr. Ptolem.* fol. 157. fac. a. ut & *Quenſtedtii* mei candidè venerandi *Dialogus* de *Patriis Viror. illuſtr.* p. 256. Olim claruêre in hac Urbe laudabili tam in Cathedra Eccleſiaſtica, quam Gymnaſtica docentes, *Joannes Botſaccus*, *Abrahamus Calovius*, *Joannes Maukiſchius*, & *Ægidius Strauchius*. Sed hodiè docent in Eccleſia *Conſtantinus Schutzius*, *Salomon Mollerus*, *Andreas Barthius*, *Georg. Bauerus*, *Sam. Schelguigius*, *Michael Engel*, aliique Viri Pietate atque Eruditione vere inſignes. In Gymnaſio v. *Joach. Hoppius*, *Jo. Petrus Titius*, *Wolfg. Roſteuſcherus*, *Frid. Buttnerus* & *Frid. Chr. Bucherus*.

[e] Hujus URBIS nequaquam ſatis deprædicandæ Eccleſiæ Evangelicæ atque Gymnaſio Regio hoc tempore præſunt ſumma cum laude *Andreas Kuhnius* atque *Samuel Schelvigius*, Theologi ſubtiliſſimi ac multis Magnatibus apprime grati. B U-

(a) Pruſſia. (b) Cruciferorum ordo. (c) Pruſſorum deſertio ab Ordine. (d) Albertus, Pruſſiæ Dux primus. (e) Pruſſia Regalis. (f) Dantiſcum. (g) Weiſſelmunde. (h) Oliva cœnobium.

vulgò *Danzighe*, nobiliſſimum Suevici maris Emporium, totius regni granarium, civitas dives & opulenta; mœnibus, foſſa ac vallo munitiſſima (1). Secunda ab hac eſt ♂ *Torunium*, vulgò *Thoorn* (2): celebre quondam emporium, antequam Gedanum ad id faſtigium perveniret; nunc nundinis maximè clarum. ♀ *Elbingium*, vulgò *Elbing*, Anglorum opibus, qui pannis hic negotiantur, in ſingularem nitorem indies creſcit. Reliqua opida notiora ſunt, ♁ *Mariæburgum*, firmiſſimum munimentum; ♅ *Grudentia*, ♃ *Bromberga*, ♄ *Culmia*; hæc antiquiſſima & opulentiſſima quondam urbs: ♇ *Braunsberga* publico Jeſuitarum collegio famigeratum opidum.

Torunium. Elbingium. Mariæburgum. Grudentia. Bromberga. Culmia. Braunsberga.

III. Ducalis ♈ Boruſſiæ caput ac ſedes Ducum eſt ☉ *Regius mons*, vulgò German. *Koningsberg*, Pol. *Krolewic*, urbs nobilis, & celebre maritimis mercimoniis emporium (3). Eſt prætereà verſus Septemtrionem ultima ☿ *Memel*, arx munitiſſima. (4)

Prussia Ducalis. Regius mons. Memel.

IV.

(1) *Inter Europæ celeberrimas non poſtrema, legibus ſuis regitur. Suffragium habet in ordinum Polonicorum conventu. Granaria multa ac ampliſſima jactat, unde quotannis* 730000 *Tritici Dolia præter alia frumenti genera venduntur. Molendinum unum habent unde ſingulis horis ducatorum aureorum uti vocantur* 24 *quæſtum faciunt. Viginti parochias continet. Templum S. Mariæ omnia ejus generis in Pruſſia ſuperat.* 3722 *feneſtris ornatur, & fontem* 24000 *aureis æſtimatum*

BUNONIS.

♂ (a) *Torunium* probe munitum habet Gymnaſium, & pontem in Viſtula flumine [*f*]: Suecorum miles, quem in nupero bello acceperat urbs, poſt diuturnam obſidionem difficulter ejectus eſt à Poloniæ Rege anno 1658, & anno 1665, à Regis Poloniæ militibus interceptum eſt.

♀ (b) *Elbingium*, ad lacum aquæ dulcis, vulgo *das friſche Haff*, ſitum, primùm florere cœpit, quum *Stephanus* Poloniæ Rex Dantiſcum obſidens negotiationes eò transferre ſtuderet: Quod idem molitus eſt Sueciæ Rex *Guſtavus Adolphus* bellum in Pruſſia gerens. Hodiè vero Angli Pannorum *Stapelam*, quam vulgò vocant, habent Dantiſci. Cæterùm Elbingium quoque Gymnaſio ornatum eſt.

♁ (c) *Mariæburgum*, ad Nogatum poſitum, arcem habet munitiſſimam, quæ olim Magiſtrorum Ordinis fuit ſedes. [*g*]

♅ (d) *Grudentia* ad Viſtulam eſt infra Culmiam.

♃ (e) *Bromberga* cis Viſtulam eſt ad Etoam fl.

♄ (f) *Culmia*, urbs antiqua, apud Viſtulam infra Torunium ſita, jure municipali, quod per univerſam Pruſſiam habetur in pretio, in primis nobilis eſt.

♇ (g) *Braunsberga* [*h*] ad Paſſariam fl. eſt. A Mariæburgo verſus Meridiem eſt (h) *Stuma*, ad quod pagus (i) *Stumsdorf*, qui tractatibus pacis inter Suecos & Polonos inclaruit.

♈ (k) *Ducalis Pruſſia* verſus Orientem provinciam habet (l) *Natangiam*, ſinu aquæ dulcis, Pregelo, Aliaque fl. interceptam: in qua opida *Palga*, *Heilgenbeil*, *Brandenburg* & *Creitzburg*. Inde trans Pregelum verſus Septemtrionem ſequitur (m) *Sambia* provincia ad cujus Occiduum & Boream latera mari Baltico cincta, Zephyro & Borea vehementiore ſpirantibus, (n) *Succinum* ſeu *Electrum* copiosè colligitur. Ad Meridiem habet *Regium montem*; jacetque provincia illa Sambienſis inter duos lacus aquæ dulcis, quorum alter Regio monti vicinus vulgo *Das friſche Haff* dicitur; & alter Sinus *Curlandicus*, *das Curiſche Haff*. Ex hoc navigia per Demam fl. in Pregelum commeant. A Dema fl. verſus Ortum ad Inſtrum fl. ubi *Georgenburg* eſt, extenditur (o) *Nadravia* provincia: & ſupra hanc, (p) *Sclavonia*, ad utramque Croniin Lithuania ripam, *Tilſa* opido Pruſſiæ ad Ortum æſtivum extremo, & *Labia* & *Ragneta* ſequitur. Hinc Ortum brumalem & Meridiem verſus, ad Lithuaniæ, Podlaſſiæ & Moſcoviæ fines, (q) *Sudovia* & (r) *Galindia* provinciæ Pruſſiam Ducalem terminant; perpetuis ferè ſolitudinibus & ſilvis horridæ, tametſi tenuibus opidis, *Oleſco*, *Stradauno*, *Licca*, *Johansburg*, *Ortelsburg* & *Niedeburg* ſparſim incoluntur. Introrſum verò ad Allæ ripam Orientalem eſt (ſ) *Bartonia* provincia, Natangiæ & Warmiæ finitima, agris & opidis frequentibus cultiſſima: & ad Occidentalem Paſſariæ ripam (t) *Pomeſania*, provincia ampliſſima, à Weſeca in Drauſum lacum illabente, ad Viſtulam & Oſſam uſque pertinens. Caput ejus eſt *Hollandia*; opidaque celebriora ſunt *Marienwerder*, Pomeſanienſis Eccleſiæ cathedralis olim ſedes; *Rieſenburg*, Epiſcopi olim proprium, *Roſenburg*, *Salfeld*, *Morung*, *Liebmul*, *Oſterrod*, *Hoenſtein*, & in vicinia (u) *Soſſavia*, *Gilgenburg*, & *Soldavia*.

☉ (x) *Regius mons* ad Pregelum jacet, aula Ducali, & Academiâ, quam *Albertus* primus Dux Pruſſiæ inſtruxit An. 1544, [*i*] inſignis [*k*]: tribus diſtinguitur opidis, ex quibus Academiæ & templi cathedralis ac Epiſcopi Sambienſis domicilium, undique Pregelus cingit; *Lœbnicum* verò & *Veterem Urbem* alluit; cui ad Boream *Principis Palatium* amplum & ſplendidum, cum inſigni Bibliotheca, (ex qua ſuum Concilii Tridentini Examen collegit B. Chemnitius) colli impoſitum adjacet.

☿ (y) *Memmela* ad Croni ſive Memmelæ fl. & ſinus Curlandici oſtia ſita eſt. Alter hujus Ducatus portus munitus eſt (z) *Pillavia*, per quem naves in ſinum citeriorem, *das friſche Haff*, ac porrò Regiomontum, Elbingium, &c. eunt.

HEKELII.

[*f*] Patria eſt *Nicolai Copernici*, Mathematici celeberrimi, nati A°. CHR. M. CCCC. LXXIII. denati verò ibid. A°. Secul. ſequ. XLIII. Claret Urbs

(a) Torunium. (b) Elbingium. (c) Mariæburgum. (d) Grudentia. (e) Bromberga. (f) Culmia. (g) Braunsberga. (h) Stuma. (i) Stumsdorff. (k) Pruſſiæ Ducalis territoria. (l) Natangia. (m) Sambia. (n) Succinum. (o) Nadravia. (p) Sclavonia. (q) Sudovia. (r) Galindia. (ſ) Bartonia. (t) Pomſania. (u) Soſſavia. (x) Regius mons. (y) Memmela. (z) Pillavia.

jactat. 12000 *milites facile alere poteſt, & aciem* 60000 *contra hoſtes luſtravit. Scoti ibi magnis immunitatibus ob opem fortiter contra Polonos navatam gaudent. Ditio hujus oppidi circuitum* 40 *mill. paſſ. continet, ſupra* 200000 *Incolas numerat civitas, & Armamentaria Inſtrumentis bellicis referta tria habet.* (2) *Urbs nitidiſſima, & ædium ſplendore nobilis, prætorium magnificum Amſtelodamenſi tantum ſecundum, habet. In Bibliotheca duæ Ciceronis epiſtolæ in tabulis cereis exaratæ aſſervantur. Civitas hæc a Sueco capta, An.* 1703, *& Munimenta diruta. Elbingium, a Polonis, An.* 1698, *a Boruſſorum Rege ereptum.* (3) *Urbs bene munita, commercio Succini flavi, Roborum, abietum, mellis & ceræ nobilis.* (4) *Inter lacus ſita.*

IV. ξ *Caſſubiæ* Ducatus, inter Boruſſiam ac Pomeraniam ſitus, latior olim erat quam nunc patet. Quippe tota ea Boruſſiæ pars, quæ circa Viſtulam *Pomerellia* nunc dicitur, Caſſubiæ Ducibus antè parebat. At ejus, quæ nunc *Caſſubia* nuncupatur, caput eſt *Conicia*, Polon. ſive Caſſubiis incolis *Chonitza*, German. *Konitz*. Reliqua opida ſunt *Slochow*, *Butow*, *Lavenburg*. Caſſubia. Conicia. Slochow. Butow. Lavenburg.

V. *Archiepiſcopatus* in univerſo regno ſunt tres, *Gnæſnenſis*, *Leopolitanus* & *Rigenſis*. Epiſcopatus XVI. *Academiæ duæ*, Cracovienſis & Regiomontana. Epiſcopatus & Academiæ Polonici Regni.

Urbs ob *Colloquium*, ſeu *Conventum*, inter diverſæ Religionis Chriſtianos, ſed ſine fructu, *autoritate Regia Polonica* inſtitutum, cujus Acta *Varſaviæ* A°. M. DC. XLVI. curiosè ſunt impreſſa. In *Thorunenſem Confeſſionem* extant *Animadverſiones* GEORGII CALIXTI A°. CHR. M. DC. LIV. in f. edit.

[b] Olim quoque Emporium haud incelebre.

[c] D. 17. Aug.

[d] Primus Rector fuit *Georgius Sabinus*, Poëta celeberrimus, & *Martini Chemnitii*, redivivi illiu *Lutheri* Matruelis. Claruêre olim in eadem *Academia* æquè ac *Eccleſia Joannes Behmius*, *Jacob Boblius*, *Bernhardus Derſchovius*, *Joan. a Geldern*, *Cæleſtinus Miſſenta*, uterque *Georgius* & *Andreas Mylii*, Parens & Filius, *Joan. Papius*, *Levinus Pouchenius*, *Huldaricus Schœnbergerus*, Cœcus, *Fridericus Wagnerus*, *Paulus Weiſſius*, Virique docti ac litterati alii. Sed hactenus claruit *Chriſtianus Dreierus*, immò clarus eſt non ſolùm in *Pruſſia*, ſed & in tota *Germania Martinus Kempius*, Vir valdè ac egregiè doctus, mihique amiciſſimus.

BUNONIS.

ξ Caſſubiæ hujus qui agros incolunt, ex lingua Venedorum cognoſcuntur eſſe ſoboles.

CAP. XXVIII.

Moſcoviæ ſive Ruſſiæ Albæ Magnus Ducatus.

I.

ULtima Europæ regio eſt α *Ruſſia Alba* ſive Major, omnium vaſtiſſima; inculta, ac paludibus ſylviſque invia: Eadem β *Moſcovia* à capite ſuo. Gens ipſa rudis, perfida, ſervituti ſupra modum addicta, vulgato nomine nunc *Moſcovitæ* appellantur. Ruſſia ſive Moſcovia.

II. Finitur ipſa regio à *Septemtrione* mari concreto [a]; ab *Ortu* iiſdem finibus, quibus Europa, hoc eſt, *Obio* ac *Tanai* amnibus; à *Meridie* Tanai minore, vulgo *Donetz*, Deſna & Pſola; ab *Occaſu* Boryſthene & Narva, lineaque inter horum fontes ducta. Fines Ruſſiæ.

III. *Lon-*

BUNONIS.

α *Ruſſia* iſta *Alba* dicta videtur, partim quòd incolæ colorem iſtum præferant; partim quod nivibus campi cooperti diutius quàm alibi durent, & inſpectantibus omnia alba repræſentent, ut etiam in naturam animalium color iſte tranſeat. Siquidem ibi lupi, urſi, lepores, vulpes, aliaque animalia inveniuntur alba, quæ aliis in locis nata alium ſolent habere colorem. Cæterùm Ruſſia iſta, quæ trans Boryſthenis fontes eſt, Starovolſcio *Ruſſia Nigra* appellatur.

β *Moſcorum* ſeu *Moſcovitarum* nomen huic Ruſſorum parti ab arce & flumine *Moſqua*, in Occam & Wolgam ſe exonerante, tribui cœptum eſt, tertio abhinc ſeculo, quum *Johannes* quidam Dux, Danielis filius, ſedem ſuam ibi conſtituiſſet, cujus poſteri ſuo quodam fato creſcentes, vicinos Ruſſorum populos in multas ditiones diviſos, & ſeraliter inter ſe diffidentes, paulatim connubiis, ſucceſſionibus, vi & fraude ſibi adjunctos, longè Moſchis nobiliores & potentiores, imperio ſuo ſubdiderunt. Unde Moſchorum nomen in omnes illis ſubjectas nationes, quarum nomina in titulo ſuo annumerare magni Moſcoviæ Duces ſolent, propagatum eſt. *Chytræus Chronic. lib.* 1. [b]

HEKELII.

[a] Seu *glaciali*.

[b] Conf. *Martini Cromeri* Lib. 1. de *Origine* & *Rebus Geſtis Polonor.* c. IX. p. 15. ut & *Petri Petreji de Erleſunda* Pars 1. *Hiſtoriæ Muſcoviticæ*. p. 3.

REISKII.

1 Muſcovia quidem hiſce terminis, qui ab Auctore noſtro ſiguntur, (a) Imperium vero Muſcoviticum, quod ſupra Europæis annumeravimus, neutiquam iis coercetur. Hoc enim, ortum ſi reſpicias, à duobus regnis, Caſanenſi & Aſtrachanenſi uſque ad Perſiam

Rr &

(a) Imperium Muſcoviticum.

Magnitudo.

III. *Longitudo* ſumma inter promontorium *Litarmin*, vulgo *Cæpo Obii*, & *Pſolæ* confluentem, ad opidum *Czerkaſſy*, implet milliar. German. CCCLXXX. Latitudo inter *Corelenberg* opidum in confinio Finlandiæ, & Obium flumen, juxta opidum *Lepin*, mill. CCC. γ (1)

Ruſſiæ Ducatus.

IV. Dividitur in complures Ducatus ac provincias, quæ plerumque à præcipuis urbibus denominantur. Ducatuum princeps eſt *Moſcovia*, incolis *Moskwa*; cæteri. δ *Wolodimir*, ε *Moſayſko*, ζ *Twer*, η *Ruſzowa*, ϑ *Niſſ Nowogrod* [c], id eſt, inferior Novogardia, ι *Rezan*, κ *Worotin*, λ *Smolensko*,

(1) *De Longitudine ac Latitudine ditionum Muſcovitarum parum inter Authores conſtat. Sunt qui Latit. ab Aſtracano, in Gradu 46 uſque ad Grad. 73 computant, adeo ut 1620, mil. paſſ. efficiat: Longit. vero a Gradu 47, ad 80, uſq; unde millia paſ. 1980 numerant. Lector aſſiduus itinera Isbrandi Idei legati Muſcoviti, conſulat.*

& mare Caſpium; ſin ſeptemtrionem, ab Lithuania uſque ad glacialem Oceanum, & ultra Tartariam Aſiaticam excurrit, neque limites ullos hoc ibidem pari Belgæ referunt. Gens ipſa & regio unde ortum nomenque ceperit, diſquiritur. (a) Bocharto credibile fuit in Phaleg Lib. III. c. 13. ab רֹאשׁ, i. e. *Rhos* & *Meſech* Ezech. c. XXXVIII. v. 2. i. e. *Roſſis & Moſchis, proximis Araxi populis, deſcendiſſe Ruſſos & Moſcovitas, gentes in Europæa Scythia celeberrimas.* Illud è Geographo Nubienſi & Tzetze comprobat, qui Scythas Tauricos Ῥῶς Rhos vocavit; Roxolanos Plinius & Ptolemæus tanquam ab Roſſis Alanisque medios; Moſchos Aſiaticos item Strabo atque Pomponius. (b) Sin Sclavicam hiſtoriam ſequamur, tum *ab Ruſſo Lechi Czechique fratre* origines deducemus proximas, quia remotas ex antiquis Auctoribus conſtituimus. (c) Gens autem diu ethnico ſqualore fœda, interque Duces ſuos ab ſeculo ſexto, A. C. 550, circiter obſcura latuit, donec *Wlodimierus Conſtantinopoli baptiſmum & Baſilii nomen ab Imp. Græco, A. 961, ſuſciperet*: Hinc Ruſſi Græcam Eccleſiam hodieque ſub Patriarcha proprio ſectantur. Quot vero regna, ducatus, & provincias hodierna Moſcovia complectatur, Olearius in Itiner. Muſcovit. multis capitibus, titulisque Czaris bene longo addito declarat. (d) Moskua vero tantæ non eſt amplitudinis, quantam Cluverius illi attribuit, poſt tot excurſiones bellicas & vaſtitates Tataricas non minus quam Polonicas, itemque poſt tot incendia fortuita eaque graviſſima: Urbs enim ipſa ex vicis pluribus pagiſque in corpus ligneum confuſum coaluit, ac *Londinum una cum ſuburbio æquat*, Anglis qui adfuerunt, teſtantibus. Tota Ruſſia vino, vitibus, cervis, & carpionibus caret: Feris aliis & piſcibus abundat: (e) Incolæ ſementem *Junio incboato* faciunt, quam continuus ſolis æſtus tam ſubito maturat, ut *poſt octo hebdomadas adultumque* Julium metant. De cæteris rebus Ruſſicis obſervatu dignis confer Ægid. Fleſcher Anglum; de Religione Muſcovitica, Joh. Fabrum, Alex. Roſſium, & B. Gerhardi atque Danhaueri Diſpp.

BUNONIS.

γ Ex quo Sueci magno Moſcoviæ Duci Ingriam & Careliam extorſerunt, Ruſſia illa magnitudinem illam verſus Occaſum hodie non habet. At verſus Ortum Ducis illius imperium Europæ limites tranſgreditur.

δ In *Volodomirienſi* Ducatu (f) *Volodomiria* civitas XXXVI milliaribus [d] Moſcovia diſtat.

ε (g) *Moſaisko* XVIII milliar. commun. ab eadem jacens Moſcovia ad Smolencenſem pertinet Ducatum. [e]

ζ *Twerienſis* Ducatus inter Ruſovienſem & Volodomirienſem eſt ipſa urbs (h) *Tueria* [f] à Moſcovia verſus Occaſum Solis æſtivum jacet XXX mill. Germ. [g]

η (i) In *Ruſovienſi* eſt quoque (k) *Taropiecz* civitas.

ϑ (l) *Novogrodiæ Inferioris* Ducatus caput eſt ad Occæ & Volgæ confluentes C milliar. commun. à Moſcovia. [h]

ι *Reſanenſis* Ducatus inter Occam & Tanaim fluvios jacet, in qua (m) *Reſan*, (n) *Colluga* ad Occam fl. (o) *Tulla* ad Upæ & Tullæ confluentes, (p) *Odojum* ſive *Odo* caſtrum ad Tullæ & Occæ confluentes, à quo Meridiem verſus eſt locus paluſtris (q) *Mſeneck* LX milliar. à Moſcovia jacens caſtrum dirutum, quod vicinorum aſylum eſſe ſolet à Tattaris metuentium. [i]

κ *Vorotinenſis* Ducatus caput (r) *Vorotina* XXXIX milliar. à Moſcovia [k] jacet.

λ *Smolenſcenſis* Ducatus L. milliaria patens ad Borylithenem eſt. In eo præter (ſ) *Smolenſcum* urbem ſunt oppida illuſtria (t) *Drohobus*, (u) *Viſma*, & (x) *Moſaisko*. *Smolenſcum* à Moſcovia LXXX abeſt milliaria [l], in editiore loco poſitum, muro ſex cubitos lato, LII turribus firmum, ſpeculam & propugnaculum in medio urbis habet in monte excelſiore. Urbs hæc à *Baſilio* Moſchorum Duce capta eſt, anno 1514, die 30 Julii, quum illa ante centum annos eodem menſe, in Vitoldi Lithuanorum Ducis poteſtatem veniſſet. Sed Sigiſmundus III, Poloniæ Rex, Anno 1611, eam recuperavit. Anno demum 1632, medio Novembri à Moſcovitis cœpta eſt obſideri; eamque fortiter ſuſtinuit obſidionem, donec ſequenti anno Uladiſlaus IV, Polonorum Rex, cum exercitu adventans ſpem liberationis oſtenderet: ac tum ipſi obſeſſores Moſcovitæ à Polonis obſeſſi, in eas redacti ſunt angustias, ut liberum diſceſſum ſupplices peterent, & à clementiſſimo Rege impetrarent: diſceſſerunt primo Martii, 1634. Attamen, An. 1654, à Moſcovitis oppugnata, & capta eſt urbs illa, & ab iiſdem hodie tenetur.

HEKELII.

[c] Seu aliis *Nowogorod*.

[d] *Polonicis*.

[e] Hunc *Joannes*, prædeceſſor *Baſilii* Ducis, *Alexandro, Polonorum* Regi, per vim eripuit.

[f] *S. Twerda*.

[g] *Ma-*

(a) Muſcoviæ origo ultima. (b) Muſcoviæ origo proxima. (c) Muſcovia Chriſtiana. (d) Moskua. (e) Ruſſiæ fertilitas. (f) Volodomiria. (g) Moſaisko. (h) Tweria. (i) Ruſzowa. (k) Taropiecz. (l) Novogrodia infer. (m) Reſan. (n) Colluga. (o) Tulla. (p) Odojum. (q) Mſeneck. (r) Vorotina. (ſ) Smolenſcum. (t) Drohobus. (u) Viſma. (x) Moſaisko.

lensko, μ *Bielska*, ν *Pleskow*, ξ *Weliki Nowogrod* [*m*], hoc eſt, Novogardia magna, ο *Bielejezero*, π *Jaroſlaw*, ϱ *Swiera*. Principatus, σ *Roſtow* & τ *Suſdal*. Provinciæ, *Wolsko*, υ *Corella*, φ *Wologda*, χ *Uſtiug*, ↓ *Dwina*, ω *Wiatka*, α *Jughora*, β *Petzora*, γ *Condora*, δ *Permen*, ε *Czeremiſſi Nagorni*, ζ *Czeremiſſi Longowi*, η *Mordwa*, ϑ *Kargapole*, ι *Megrina*. Principatus & Provinciæ.

V. Urbes

[*g*] *Maginus* dicit, hanc Urbem *Moſcovia* longe majorem atque magnificentiorem eſſe.

[*h*] Hic Ducatus *Volodomiriæ* nequaquam cedit fertilitate.

[*i*] Hujus Ducatus Titulum Magnus Dux aſſumit. Et hæc Provincia, ſ. Ducatus, omnibus Moſcoviæ Provinciis, ſeu Ducatibus, verè eſt fertilior. Hoc enim, ut ajunt, ſingula Grana Frumenti binas quandoque, pluresve Spicas proferunt, quarum Culmi tam densè accreſcant, ut nec Equi facile tranſire, nec Coturnices inde evolare poſſint. Datur & ibi magna *Mellis*, *Piſcium* atque *Avium* copia, nec *Feræ* deſunt, *Aſpreoli* inprimis, *Hermelli* atque *Caſtores*. Fructus Arborum cæteris *Moſcoviæ* Fructibus longè nobiliores ſunt. Gens autem audaciſſima atque belliçoſiſſima eſt.

[*k*] Tribus verò à *Colluga*.

[*l*] *Polonica*.

[*m*] *Nowogorod*.

BUNONIS.

μ Inter Livoniæ & Lithuaniæ confinia eſt Ducatus (a) *Bielska*, cujus civitas *Bielska*, haud procul à fl. Duna, LX mill. à Moſcovia.

ν *Pleſcovienſis* [*n*] Ducatus caput (b) *Pleskovia*, Ruſſis vocatur *Pskow*, ad *Pskowam fl.* haud longè à lacu eſt qui *Peipus* vulgò dicitur, XXXVI milliaribus à Novogardia ſita, per civium diſcordiam [*o*] in Moſcovitæ venit poteſtatem, anno Chriſti 1509. Olim urbs libera ſola in toto Moſcovitæ Imperio muris cincta, & in tres partes diviſa, quarum ſingulæ ſuis clauduntur mœnibus.

ξ *Novogrodienſis* [*p*] Ducatus habet (c) *Novogrodiam magnam*, ampliſſimam olim & potentiſſimam [*q*] totius Ruſſiæ civitatem, XL milliaribus à Narva Livoniæ portu, XXXVI à Pleſcovia, CXX à Moſcovia ad Lowatam fl. ſitam. Emporium olim fuit celebre, ab Hanſæ Teutonicæ mercatoribus frequentatum; ſed inde per tyrannidem & injuriam ipſius *Ducis Johannis Magni*, qui primus ſe totius Ruſſiæ ſcripſit Monarcham & Johannis Crudelis fuit avus, ejecti ſunt ann. 1494, quum urbem illam per ſeptem annos bello fatigatam cepiſſet, anno 1477. De hac ipſa urbe Ruſſis proverbium eſt: *Quis contra Deum valet, & magnam Novogardiam?* Circa initium noſtri ſeculi capta nihilominus eſt à Suecis haud ita magna manu.

ο (d) *Bielejezero* [*r*] ad ſtagnum [*ſ*] album haud procul Novogardia eſt. Ejuſdem nominis arx [*t*] in ſtagno albo condita eſt; quo belli tempore theſauros ſuos reponit Magnus Moſcoviæ Dux. [*u*]

π (e) *Jaroſlavienſis* Ducatus ad Volgam eſt, ut & ipſa urbs. [*x*]

ϱ (f) *Severienſis* Ducatus finitimum habet ab Ortu Verotinenſem & Reſanenſem Ducatus; à Meridie campeſtria deſerta, à quibus per *Sem* fl. diſtinguitur; ab Occaſu Lithuaniæ eſt conterminus; à qua Boryſthenes eum dividit: à Septentrione Smolenſcenſem & Moſcoviticum Ducatum attingit. Habet civitates (g) *Novogrod*, (h) *Sewerski*, (i) *Czernikow*, (k) *Potiwolo*. Hunc Ducatum Moſcoviæ Dux, Johannes Magnus modò memoratus, ſub ſuam redegit poteſtatem.

σ (l) *Roſtovia* [*y*] à Jariſlovia verſus Meridiem eſt XXXIV milliaribus à Moſcovia diſtans.

τ (m) *Suſdal* inde verſus Ortum ad Cleſmam fl. [*z*]

υ (n) *Corelia* hodie in Suecorum ditione eſt.

φ (o) *Wologda* ad Septemtrionem eſt.

χ (p) *Uſtiuga* ad Jugam fl. eſt.

↓ (q) *Dwina* [*a*] eſt ad Duinam fl. unde nomen habet. [*b*]

ω (r) *Wiatka* ad Orientem jacet ubi opidum (ſ) *Wetkal*.

α (t) *Jughoria* habet (u) *Jubri* opidum; Unde olim Hungari prodiiſſe feruntur [*c*].

β (x) *Pietzora* inde verſus Septemtrionem, ubi ejuſdem nominis opidum & flumen eſt.

γ (y) *Condora* itidem verſus Septemtrionem ad Turam fl. ubi (z) *Wirchaturia* opidum.

δ (aa) *Permia* à Condora verſus Meridiem eſt; ubi *Permavelick* op. At porro in his partibus Septemtrionalibus remotiſſimæ Europæ provinciæ ſunt (bb) *Sibiria*, cujus caput (cc) *Tobol* civitas. (dd) *Obdora* ad litus ſeptemtrionale eſt.

ε (ee) *Ceremiſſi* regni Caſani Tartari appellantur [*d*]: ac (ff) *Nagorni*, quod montana incolunt: ſicut

ζ (gg) *Ceremiſſi Longowi* à fœnorum ſtruibus dicuntur.

η (hh) *Mordwa* ad Meridiem eſt Reſaniæ vicina.

ϑ (ii) *Kargapolia* à Moſcovia verſus Septemtrionem jacet.

ι Sicut & (kk) *Megrina*. Supererat (ll) *Claletz* provincia, quæ *Caſan* regnum Tartari in Aſia attingit.

HEKELII.

[*n*] Vel *Pskonienſis*.

[*o*] *Proditione* nempe *Sacerdotum*.

[*p*] *S. Novogardienſis*.

[*q*] Nobiliſſimam, locupletiſſimam.

[*r*] Seu *Biolyſezo*.

[*ſ*] S. Lacum.

[*t*] Inexpugnabilis.

[*u*] Vid. Sect. V. Cap. huj. Hic Ducatus totus Bene eſt paluſtris, ac ſylvoſus, unuſque ex Titulis *Magni Ducis Muſcovitæ*, & à *Muſcovia* tam abeſt, quàm à *Novogardia Magna*, centum nempe Mill.

[*x*] Hic Ducatus olim aſſignabatur *Secundo Genitis* Ducis *Moſcoviæ*, ſed *Joannes Baſilides*, *Moſcoviæ* Dux, redegit eos in ſervitutem, Reditus eorum & Titulum nunc habens.

[*y*] *S. Ruſchovia*.

[*z*] Clarebat olim Caſtro ejuſdem nominis, & Civitate ubi Sedes erat Epiſcopalis. Hactenus verò

(a) Bielska. (b) Pleskovia. (c) Novogrodia magna. (d) Bielejezero. (e) Jaroſlavia. (f) Severienſis Ducatus, (g) Novogrod. (h) Sewerski. (i) Czernikow. (k) Potiwolo. (l) Roſtovia. (m) Suſdal. (n) Corelia. (o) Wologda. (p) Uſtiuga. (q) Dwina. (r) Wiatka. (ſ) Wetkal. (t) Jughoria. (u) Jubri. (x) Pietzora. (y) Condora. (z) Wirchaturia. (aa) Permia. (bb) Sibiria. (cc) Tobol. (dd) Obdora. (ee) Ceremiſſi. (ff) Nagorni. (gg) Ceremiſſi Longowi. (hh) Mordwa. (ii) Kargapolia. (kk) Megrin. (ll) Claletz.

V. Urbes in hac regione cunctæ constant ligneis ædificiis, ac luto illitis; amplæ quidem sunt, sed quarum viis sæpe latissimi campi intercedant. Caput imperii est κ *Moskva* (1), urbs supra modum atque fidem magna, ut quæ quadraginta unum & quingenta ædificiorum millia complectitur. Arx est in ea magni Ducis, quem incolæ *Czar*, id est, Imperatorem vocant, Domicilium viginti millium hominum capax: quos præsidii causa Magnus Dux perpetuo alit.

VI. Reliquæ urbes sunt totidem ferè, iisdemque nominibus, quot Ducatus ac provinciæ. Quarum λ *Wolodimir* caput erat antè Imperii (2). μ *Ustiug* celeberrimum totius Russiæ in mediterraneis emporium (3). Maritima emporia sunt ν *S. Nicolai* (4), & ξ *S. Michaelis Archangeli* opida

Wolodimir. Ustiug. S. Nicolai. Archangeli op.

(1) *An.* 1571, *incendio fere delata, &* 80000 *hominum periere. An.* 1611, 41000 *domus igne consumptæ &* 200000 *hominum a Polonis occisa. Circuitus urbis* 16 *m. pass. incolas secundum hodiernos scriptores* 700000 *numerat. Domus ex ligno constructæ igni admodum obnoxiæ. Multi Græci Persæ & Tattari ibi degunt, protestantibus liber cultus conceditur. Templa & Capellas* 2000 *numerat. Palatium Czarium, optime munitum, & dimidium civitatis obtinet. Turres cupro deaurato teguntur. Campanam totius mundi maximam jactat,* 33600 *lib. ponderantem.* (2) *Adhuc secundum locum obtinet, & Czarum ipsum ducis titulo decorat. Sedes regia inde mota, ob Tattarorum viciniam.* (3) *Pellibus scilicet.* (4) *Portus in ripa Dwinæ sinistra a S. Nicolao Moscorum patrono denominatus.* (5) *Olim Respublica adeo potens ut cesserit in proverbium, Frustra contenditur cum Deo & Novogardia. Sed ab immanibus Tyrannis Juan Vasili, & Juan Basilowick fede vastata, & Incolæ internecioni traditi; a Suecis, An.* 1611, *expugnata, sed conventu postea Moscis reddita.* 100 *Templa & Monasteria quorum Turres cupro deaurato tectæ adhuc numerat.* (6) *Oppidum adeo amplum, ut cum a Polonis, An.* 1581, *obsessa, præsidium* 70000 *peditum & 7000 equitum præter cives aluerit.* (7) *Provinciæ Metropolis, quæ* 40000 *Equites & 80000 pedites lustrare potest.* (8) *Ampla, sed infrequens, muris & arce probe munita, a Polonis, An.* 1611, *capta,* 100000 *Moscorum strage, at nunc Czaro reddita pellium commercio celebratur. Moscus hic quotannis sese & legatos peregrinos venatu oblectat.* (9) *Bene munita, & propter sylvas & paludes fere inaccessa, quo nomine, ab hostibus ingruente periculo, Moscus hic Thesaurum condit.*

à continuis *Tartarorum* incursionibus ita devastata est, ut ejus Vestigia vix videas.

[a] *Ruthenice Binos* significans.

[b] Incolæ victum ex *Piscibus*, *Feris* & *Ferarum* pellibus quærunt, quibus omnis generis abundant. In maritimis hujusce Regionis Locis *Ursos albos*, & eos pro majori parte in Mari degentes reperiri dicunt, quorum Pelles in Moscoviam sæpius deferuntur.

[c] Inde & Indigenæ, pelles pro Tributo Principi *Moscoviæ* solventes, linguâ adhuc utuntur *Ungarica.*

[d] Hi Populi in vastis Sylvis sine ullis ædibus habitant, propriam Linguam habentes & sequentes dogma *Mahumeticum.* Omnes tam *Viri* quam *Fœminæ* sunt cursu velocissimi, nec non Sagittarii perfectissimi, Arcu nunquam è manibus depositò, quo adeo oblectantur, ut etiam Filiis cibum non præbeant, nisi præfixum Scopum sagittâ feriant. Ferinâ Carne & *Melle* magna ex parte victitant, Pane rarenter vescentes. Pellibus vestiuntur, quas etiam pro Tributo Magno Duci pendunt.

BUNONIS.

κ Urbs illa divisa est in quinque partes, quarum (1) est *Kremelena-gorod*, id est, aula Imperatoris. (2) *Kitay-gorod*, id est, urbs media. (3.) *Izar-gorod*, id est, urbs Cæsarea. (4,) *Skorodom*, id est, urbs exterior. (5.) *Streletzka Sloboda*, id est, vicus militaris. Arx in ea dupla est, *Kytaygorod* & *Bolsagorod*; quas ab una parte *Mosqua* fl. ab altera *Neglina* fl. alluunt. Ad Sagittæ jactum inde est curia, quæ *Opryzna* dicitur, id est, separata habitatio, à *Johanne Basilide*, anno 1564, exstructa, in qua Magnus Dux cum præsidio *XXM* satellitum solitus est habitare. Pro his, & exteris ad potandum proclivibus trans Mosquam fl. opidum *Nialeuki* exstruxit, ubi illis ad nauseam usque potare est concessum.

λ (a) *Wolodimiria* Russiæ caput [e] erat ante Moscoviam urbem. [f]

μ (b) *Ustiug* memoratum est hoc ipso capite. [g]

ν (c) *S. Nicolai* opidum ad sinistrum Duinæ fl. ostium est, quo in mare Album se exonerat.

ξ Ad ejusdem Duinæ ripas (d) *Archangeli* opidum jacet. Reliquæ Moscovitici Imperii civitates illustriores sunt modo memoratæ, *Novogardia* (5), *Plescovia* (6), *Tveria* (7), *Smolenscum* (8), & *Vologda* (9) centum à portu S. Nicolai distans milliaribus. (e) Moscovitica tellus, sub rigido posita cœlo, fert tamen cannabis, lini & mellis magnam copiam [b]. *Pelles* pretiosæ inde exportantur. *Duina* fl. sicut Nilus agros vicinos inundatione sua fœcundat. Equos habet parvos, sed generosos, & falcones optimos. Lupi fere omnes ibidem sunt nigri, ac ea de causa terribiliores. (f) Cæterum Duces aut Comites, qui Dominium utile in bonis feudalibus liberum possideant, & ad hæredes eadem transmittant, in Russia ista nulli sunt. Addicit quidem Magnus Dux nonnullis pagos & agros, sed rusticorum operis nihilominus utitur, & quum libet, rursus adimit, adeò ut absolutum in subditos omnium rerum habeat imperium, & instar Numinis à subditis colatur; eique obedientia omnibus in rebus, absque ulla recusatione præstetur. Nam quicquid ille agit, aut molitur, quantumvis sit iniquum, Dei voluntate ac nutu geri existimant. (g) Nobilis à Duce, aut rusticus à nobili fustigatus insuper gratias agit, quod Dominus servum suum ita emendare dignatus sit. Summum religionis & pietatis studium præ se ferre princeps Moscorum, ipsiusque proceres videntur, dum singulis diebus ordinarias preces suas absolvunt, & templa sua creberrimè adeunt. (h) *Episcopi* in universo Moscorum imperio sunt XI, quos *Vladiccas*, id est, OEconomos & dispensatores suâ linguâ nominant: sacerdotes verò seu presbyteros, *Poppos* & *Archipoppos*. Horum *Metropolita*, qui à Constantinopolitano Patriarcha olim confirmabatur (nunc à solo Magno Duce delectus per duos aut tres episcopos conseceratur, ac quum libet Principi, removetur)

Moscoviæ

(a) Wolodimiria. (b) Ustiug. (c) S. Nicolai op. (d) Archangeli op. (e) Moscovitici soli natura. (f) Moscovitarum proceres. (g) Moscovitarum more. (h) Moscovitarum Episcopi.

da (1) à Belgis, Anglis, & Germanici Suevicique maris accolis frequentata. In opidum *Bielejezero*, quod in lacu conditum, bello ingruente, thesauros Magnus Dux abscondit. Sunt præterea Magni Moscoviæ Ducis imperio subjectæ Tattarorum quædam nationes Asiaticæ, de quibus posteà in ipsa Asia. Bielejezero.

(1) *Emporium Moscoviæ totius Nobilissimum 6. M. pass. supra ostium Duinæ situm, admodum frequens, at non magni circuitus; vectigal grave mercibus cujuscunque generis hic a Mosco imponitur.*

Moscoviæ residet. *Archiepiscopi* metropolitæ subjecti sunt *duo*, alter *Novogardiæ* Magnæ, alter *Rostovii* sedet. Reliquorum octo Episcoporum sedes sunt; *Smolenscum*, *Casanum*, *Tueria*, *Resania*, *Susdalia*, *Vologda*, *Columna*, & *Cortiza*. Eliguntur autem Episcopi ex monachis, veluti sanctioris vitæ hominibus, quorum monasteria frequentissima in Moscovitico Imperio sunt; omnia tamen ejusdem vestitus & ordinis, cujus D. Basilium autorem referunt. (a) Christianam enim religionem à Græcis Russi primùm acceperunt circa annum C. 980, quum Anna, soror Imperatoris Constantinopolitani, *Vlodomiro* Russorum principi, Kyoviæ sedem habenti, nupta esset. Episcopi verò suas diœceses rarò aut nunquam ipsi invisunt, ne quam suspicionem conspirationis cum subditis præbeant tyranno; sed in monasteriis ἡγεμόνας seu præpositos, & in opidis quibusdam laicos, vitam sacerdotum observantes, habent. In scholis legere duntaxat & scribere docentur pueri; nec Academiæ aut collegia in universo existunt Imperio Moscovitico; tum ut hæreseon, quas per eruditionem excitari putant, occasiones præcidantur; tum, ne Principe ipso sapientior aut doctior quis videatur. Quem solùm omnia, præsertim ad omnium gentium religiones pertinentia, scire, & omnes nodos ac difficultates uno verbo posse expedire, subditis persuasum est. Conjugalis amor plerumque frigidus est; quoniam sponso copia non datur suæ videndæ sponsæ, nisi post nuptias. Quartâ demum uxore defunctâ non licet viduo quintam ducere. Divortia permittunt. Morienti testimonium datur vitæ actæ à sacerdote scriptum, ut divus Petrus, cœli janitor, eo viso, statim *intromittat tale offerentem* [i]. Moscis versus Meridiem finitimi, & jam perpetui ferè illorum hostes, olim patroni & superiores Domini erant, *Crimei Tattari* [k]. *De rebus Moscoviticis plura cognituros legat comment. Pauli Jovii de legatione Basilii M. & commentarios rerum Moscoviticarum Sigismundi ab Herberstein.* [l]

REISKII.

[e] Ac Metropolis.

[f] In quam deinde *Johannes*, *Danielis* Filius, Magnus Muscoviæ Dux, sedem suam transtulit.

[g] Sed ego hoc loco adjiciendum esse existimo, quod non solum in hac urbe, sed & in ipso toto Ducatu *Panis* usus omnino rarus & propemodum nullus sit. Ideoque Incolæ pro Cibo utuntur Feris & Piscibus.

[b] *Vitem* non producit neque *Oleam*, *Cerasis* quoque ac *Nucibus*, præterquam *Avellanis*, caret. Aliorum generum Fructus profert; verum insuaves. Segetes asperrimo frigore diuturnæ Hyemis rarò matureseunt. Ideoque in Hypocaustis manipulos deficcant.

[i] Vid. de Gentis huj. *Religione*, *Sacrificiis*, *Nuptiarumque* ac *Funerum Ritu* Liber Singularis *Spiræ* A°. CHR. M. D. Lxxxv. in 4. exc.

[k] De *Bello Moscovitico Stephani Regis* editus est Tractatus ab *Henrico Heidenstein* Basil. 1588. in 4. descripsitque Narrationem *Legationis Zbaravianæ* & *Rerum apud Ottomannos* A°. CHR. M. DC. XXII. *gestarum Samuel Kuscewiz* Dantisc. A°. XLV. Sup. Secul. in 12.

[l] *Varios Muscovitarum Rerum Scriptores*, eosque *Francof.* ad *Mœn.* A. CHR. M. DC. in fol. exc.

(a) Moscovitarum Religio.

LIBER

LIBER QUINTUS.

CAP. I.

Summa Asiæ descriptio.

I.

EXplicatis omnibus Europæ partibus, tempus est *Tanai* trajecto Asiam ingredi. Hæc quippe Europæ connexa, imo innexa, cum & *Scythæ*, *Asiatica* gens, in Europam amplissimo tractu protendantur, & *Sarmatæ*, gens Europæa, ultimos fines in Asiam non minori tractu extendant. [a]

Asia nobilissima terræ pars.

II. Ipsa terra *Asiæ* ab initio rerum omnium nobilissima; ut quæ prima genus mortalium intra se conspexit & in alias mundi partes emisit. Prima gentium ritus, sacra, mores, rationemque vivendi alias docuit. Hæc denique est, quæ Deum ipsum humana specie tulit. Dictam Græcorum alii volunt ab *Asia* Nympha, Oceani & Tethyos filia, Japeti conjuge [b], alii ab *Asio* Manei Lydi filio.

Unde dicta.

Fines:

III. *Fines* sunt *ab Septemtrione* Oceanus Scythicus; ab *Oriente* mare Eoum; à *Meridie* mare Indicum, sive Rubrum; *ab Occidente* Sinus Arabicus, & Isthmus qui est inter Sinum Arabicum & Mare Internum; atque inde maria Phœnicium & Ægæum, Propontis, Pontus, Mæotis lacus, Tanais amnis & Obium flumen. (1)

Magnitudo.

IV. *Longitudo* ejus summa est inter Hellespontum & Malaccam, extremum Indiæ emporium, mill. Germ. CIↃ CCC. *Latitudo* inter fauces Arabici Sinus & *Tabin* promontorium, quod est ad fretum *Anian*, mill. CIↃ CCXX. 1

V. *Di-*

(1) *Diffundit se Asiæ continens ab occasu ad ortum a mari Ægeo ad mare Esonis, sive a gradu LV, ad gradum CLXXXII Longitudinis; atque ab Austro in Boream ab Ilbor seu Ioor, urbe Australissima aureæ Chersonesi, ad extremam Tartariam, sive a gradu I, ad LXXII, quin juxta alios LXXIV, Latitudinis Borealis. Insulæ autem ipsius, quæ jacent in mari Indico contra Sinam & Indiam, ad gradum XI circiter Latitudinis sese explicant. Proinde pars maxima insularum, & quædam partes ex continente intra Zonam sunt torridam; pars amplissima continentis est intra Zonam temperatam Septentrionalem, partesque minimæ in Zona frigida Septentrionali locum tenent. Vincit Asia Europam non solum, sed & Africam, magnitudine. Joan. Luyts. Introduct. ad Geog.*

Clima pro varia Latitudine multum variat. Solum plurimis locis fertilissimum, etiam in ipsa Zona torrida fructus fert nobilissimos qui frustra alibi quæruntur; nec desunt pretiosissimi lapides, optime notæ Metalla, montes fluminaque celebria. Asiatici habentur molles, capaces artium, ingeniis fere serviles, & amantes regiminis Monarchici. Fluxis vestibus delectantur. Idem.

HEKELII.

[a] De hac TERRÆ Parte, ejusque Provinciis extat, præter PII Ildi *ASIÆ Descriptionem*, BARTHOLDI NIHUSII *Tractatus Chorographicus*, A°. 1658, in 8. f. publicæ luci expositus. Extat & JOANNIS BAPTISTÆ GRAMMAYES *ASIA*, sive *ASIATICARUM Gentium Historia*, A°. 1611, *Antverpiæ* in 4. f. prelo subjecta. Sed *potiores ASIÆ Fluvios* lepidè describsit BOISSARDUS Lib. I. Eleg. XXI. à v. 169, usque ad. v. 202. Habitatores ac Incolas ASIÆ, quod hæc Regio sit clementissima atque temperatissima, excellenter formosos & probè coloratos esse, iis, qui pedem saltem è Patriæ limitibus trepidè fixerunt, etiam notissimum esse existimo. Hæc REGIO quomodò à *Regibus MACEDONUM* sit propriè occupata, docet ex *Strabonis* Lib. XII. GEOGR. *Hippolytus* à *Collibus* Cap. II. in *Princ.* p. 7.

[b] *Promethei* Matre.

REISKII.

1 (a) Nomen Asiæ inter veteres Græcos & Romanos æquivocum significationem variam, ipsa regio diversas quoque partitiones sustinuit: Omnes producere in præsenti, aut notationem nominis lengam conficere supervacuum erit. Valeat Græca eademque fabulosa vocis origo quam Auctor attulit: Illa propius ad verum accedit, quæ Bocharto & Spanheimio placet. (b) Namque cum Asia proprie dicta sive minor ex sensu veterum *magna peninsula, inter Africam Europamque medio loco* sita extet, verosimilius erit, Asiam à Phœnicio אסי *Asi*, vocabulo deduci, quod *medium* sonat. Rectè Pomponius

(a) Asia æquivoca. (b) Unde dicta.


ASIA
Antiqua et
NOVA
EUROPÆ
PARS
Nova
Zemlda
ANUS SCYTHICUS
seu
CONCRETUS
AMERICÆ PARS
Fretum Fortes Anian
MARE EOUM
SCYTHIA
INTRA IMAUM
EXTRA IMAUM
TARTARIA
DESERTA
IMAUM
CHINA
OCEANUS
CHINENSIS
Tropicus Cancri
Æquinoctialis
MARE ARABICUM et INDICUM
MARE INDICUM
PERSIA
FARSIA
Regnum Persis
Arabia Deserta
Carmania
Gedrosia
Mesopotamia
Media
Turcomannia
Sogdiana
Baltri
Sophorum
Golfo di Bengala Gangeticus Sinus
Zeylan
BORNEO
Archipelagus S. Lazari
Barussæ n Philippinæ Insulæ
Celebes
Mare Rubrum
Mediterranei Maris Pars
Ægyptus
AFRICÆ PARS
Severiensis Ducat Crimea
Palus Mæotis
Mare Caspium sive Hyrcanum
Kilmaskos
Karakithay
Cambodia
Pedir
Achim
Malacca
Sumatra
Java
Moluccæ
Mombaza
Quedà
Pegu
Siam
Tenasserim
Borneo
Sandonè
Sambas
Banjermassin
Macassar
Celebes
Manilla
Mindoro
Formosa
Lucanis
Bandanæ
Moluccæ
Ternate
Tidore
Gilolo
Timor
Solor
Flores
Java
Sumatra
Zeylan
Golfo di Bengala
Gangeticus Sinus
Arabia Deserta
Mare Rubrum
Dangla
Gedrosia
Carmania
Persia
Farsia
Media
Mesopotamia
Turcomannia
Sogdiana
Baltri
Sophorum
Kilmaskos
Karakithay
Mare Caspium sive Hyrcanum
Palus Mæotis
Severiensis Ducat Crimea
Mediterranei Maris Pars
Ægyptus
AFRICÆ PARS
Mare Arabicum et Indicum
Mare Indicum
Æquinoctialis
Tropicus Cancri
OCEANUS
CHINENSIS
CHINA
MARE EOUM
Fretum Fortes Anian
AMERICÆ PARS
ANUS SCYTHICUS seu CONCRETUS
Nova Zemlda
EUROPÆ PARS
SCYTHIA INTRA IMAUM
SCYTHIA EXTRA IMAUM
TARTARIA DESERTA
IMAUM
CHINA
OCEANUS
CHINENSIS
Tropicus Cancri
Æquinoctialis
MARE ARABICUM et INDICUM
MARE INDICUM
PERSIA
FARSIA
Regnum Persis
Arabia Deserta
Carmania
Gedrosia
Mesopotamia
Media
Turcomannia
Sogdiana
Baltri
Sophorum
Golfo di Bengala Gangeticus Sinus
Zeylan
BORNEO
Archipelagus S. Lazari
Barussæ n Philippinæ Insulæ
Celebes
Mare Rubrum
Mediterranei Maris Pars
Ægyptus
AFRICÆ PARS
Severiensis Ducat Crimea
Palus Mæotis
Mare Caspium sive Hyrcanum
Kilmaskos
Karakithay
Cambodia
Pedir
Achim
Malacca
Sumatra
Java
Moluccæ
Mombaza
Quedà
Pegu
Siam
Tenasserim
Borneo
Sandonè
Sambas
Banjermassin
Macassar
Celebes
Manilla
Mindoro
Formosa
Lucanis
Bandanæ
Moluccæ
Ternate
Tidore
Gilolo
Timor
Solor
Flores
Java
Sumatra




EUROPÆ PARS
RUSSIÆ PARS
TARTARIA
SCYTHIA
OCEANUS SCYTHICUS sive CONCRETUS
OCEANUS TARTARICUS
Nova Zemblæ Pars
Tabin Promont.
Wygats
Sten Inf.
SAMOIEDIA
Petzora
Molgomzaia
Obdora
Condora
Permia
Vsting
Bobrovesse
Czercamisse
Wologda
Duina
Pleska
Vstiug
Viatka
Chilinova
Calamdi
Colmak
Comari
Scythæ Saxones
Extra Imaum
Intra Imaum
Licomorye
Bulgaria
Nagaia
Astracan
Tumen
Serponow
Sitby Montes
Cumbalich
Gruslinda
KITHAISK
Desertum Dovisival
Desertum Lop
Ostorocora Mons
Montes
Quincy
CHINÆ
Xiamxy
Tangut
Ermi
Campion
Camul
Succuir
Belgian
Auxilu
Cingui
Tenduc
Sera
Cambalu
Tain
Motrik
Melati
Mongol
Tartar
Vnghueg
Tenduc
Lacus Taingin
Casili
Magog
Tazata Insula
MECRIDI
Sub Circulo Artico
Arctoa Caput
Ob fl.
Tanais fl.
Volga fl.
Rha fl.
Rhymnus fl.
Jaick fl.
Jemba fl.
Terek fl.
Kur fl.
Araxes fl.
Tigris fl.
Euphrates fl.
Indus fl.
Ganges fl.
Emil fl.
Tasckent
Peim
Cotam
Lop
Garcam
Alexandria Miam
Tasscar
MYXEPTUS
Montes Emodi
Carazan
Caratig
Carzan
Sacarungens
Damaly Montes
Damaly
Bre:
mas
KASARI TARTARI
KALMUCKI id est Crimiti Tartari
KARAKITAY id est nigra Cathaya
TVRKESTAN
ZAGATAYTARI
MARE DE SALA vel CASPIUM
BACHV olim HYRCANUM sive CASPIUM
Hircania Margiana
Taurus Montes
PARTHIA
CHORASAN
PERSIÆ PARS
Bichent
Alexandria Oxiana
Lacus Zabacabet
Lacus Salana
Lacus Aralensis
Samarchand
Larchen
Astracan
Chimis
Jaick
Risan
Tumen
Serom
Anarei Montes
Lapuri montes
Care Desertum per quod in Cathaycum accedeunt Tartari
Lop
Taurus Montes
SCYTHIA et TARTARIA ASIATICA
MAGNI MOGOLLIS IMPERII PARS

V. *Divisa* fuit olim universa in *Majorem* & *Minorem*. Regiones quas *Major* complectitur sunt istæ, *Sarmatia Asiatica*, *Scythia Asiatica*, *Serica*, *Sinæ*, *Indiæ*, *Insulæ* ad *Indias*; in Continenti rursus *Gedrosia*, *Carmania*, *Drangiana*, *Arachosia*, *Sogdiana*, *Paropamisis*, *Bactriana*, *Hyrcania*, *Margiana*, *Parthia*, *Persis*, *Susiana*, *Media*, *Albania*, *Iberia*, *Colchis*, *Armenia*, *Mesopotamia*, *Assyria*, *Babylonia*, *Arabia*, *Syria*, *Palæstina*, *Phœnice*, *Cilicia*, *Cappadocia*, *Galatia*, *Pontus*, *Bithynia*, *Pamphylia*, *Lycia*, & Insula *Cyprus*. In Minori sunt hæ: *Phrygia*, *Mysia*, *Lydia*, *Caria*, *Æolis*, *Ionia*, *Doris*, & Insula *Rhodus*. Asiæ Divisio antiqua. Majoris Asiæ provinciæ. Asiæ minoris provinciæ.

VI. At hodie tota Asia in *quinque* potissimum dividitur partes; quarum *I. Tartaria*; *II. China*; *III. Indiæ*, sub quibus insulæ adjacentes; *IV. Persarum* sive *Sophorum* imperium, sub quo comprehenditur *Armuziæ* peculiare regnum; *V. Turcicum Imperium*. 2 Nova Asiæ divisio.

ponius Mela inquit Lib. I. c. 2. *minorem Asiam Romanis æquoribus mediam excipi*: Eustathius ad Dionys. s. post. v. 27. eam cum Europa & Libya collatam μέσην ἀμφοῖν ἔχειν διάστασιν, i. e. *medium inter illas habere situm*. Itaque nomen ab Asia minori transiit ad majorem, quæ prima humani generis ab mundo condito diluvioque parens, prima Paradisi ac veræ, quam Semus constituerat, ecclesiæ sedes, prima coloniarum omnium, quotquot per orbem hinc omnem prodierant, origo fuit.

REISKII.

2 Mirum dictu est, quam Geographi recentiores in (a) Asia dividenda, hujusque partibus diffideant: Sunt quibus bimembris in *Citeriorem* sive *Septentrionalem* respectu Caucasi, & *ulteriorem sive Australem* divisio: Sunt quibus alia in *continentes terras*, & *insulas* partitio cum Petro Valleo placuit: *Nostro* Auctori sua pro *quinque partibus* majoribus probatur, quæ tamen ipsa obscurior & imperfecta non omnem Asiam æquat. (b) Itaque *pro Imperiis, regnis, & principatibus* quam alii partitionem amant, hanc in præsenti quoque tenebimus. Huc ergo ex Europæis duo pertinent; (1.) *Turcicum* longe lateque patens, (2.) *Muscoviticum* imperium, per Tataricas & septentrionales terras Asiaticas, Lucomoriam, Tingœsiam, pluresque alias productum, (3.) *Tatarico-Chinense* inter cætera, si Kirchero fides habebitur, vastissimum, (4.) *Indicum* magni Mogulis è Tataria ortum, (5.) *Persicum*. Porro *regna bene multa* occurrunt *Indica*, per continentem ac Insulas extensa. Ut sunt Kunkam Narchingæ, Mulabariam, Pegusiam, Japoniæ, Zeitom, Sumatræ, Bantam, &c. *regna* itidem *Lusitanico Hispanicoque regi* cum Philippinis, itemque amplissima *Dominia Belgio confœderato* & hujus Indicæ societati subdita. *Principatus* præ cæteris clarent, (1.) *Geurgianorum*, (2.) *Arabum Phylarcharum*, (3.) *Drusorum*, (4.) *Christianorum in monte Libanon*, (5.) *Sidonius*, (6.) *Gentium aliarum* sub Turcico Indicoque Imperio libertatem sibi tuentium: De singulis distinctim explicabitur.

(a) Asiæ divisio & partes. (b) Imperia, regna & principatus.

CAP. II.

Scythia Asiatica & Sarmatia Asiatica; item Serica & Sogdiana.

I.

PRima igitur Asiæ, post Tanaim, Regio est *Scythia* ipsaque, gens Scythæ, quos Persæ *Sacas* appellavere à proxima gente: antiqui *Arimeos* dixerunt. In Europam usque ad Istri ostia extendi, supra demonstravimus; ubi etiam fines eorum explicuimus. 1 (1) Scythia Asiatica. Ejus fines.

II. At *Scythia Asiatica fines* habet, ab *Occasu* eosdem quos ipsa Asia atque Europa: ab *Septentrione* mare Scythicum sive Concretum ad *Tabin* usque promontorium: ab *Ortu* mare Eoum, & Auxatios Casiosque montes, quibus à

(1) *Scythæ, nomen omnium populorum Septentrionalium, Asiæ maxime. Nam licet etiam in Europa Scythæ fuerint, illi tamen sæpius Getæ vocantur, aut Sarmatæ Cellarius Geog. Antiq.*

REISKII.

1 (a) Verba sub initium recitata non Auctoris nostri sed Plinii sunt ex Lib. VI. c. 17. unde *Sacarum nomen* aut Scythis omnibus commune, aut uni Scythicæ nationi *proprium* cognoscitur. Hæc præ cæteris æqui & justi studio inter veteres multum commendatur, nec Scythia sese sola cohiberi, sed in Armeniam suas colonias abduci voluit: Unde Σακασηνὴ *Sacasena* hujus regio dicta. Igitur si fines Scythiæ apud Autorem fixos respicias, tum vero Tatariæ Asiaticæ tractatus non sufficit, sed regiones aliæ iisdem limitibus concludentur.

REIS-

(a) Sacæ aut latius aut strictius dicti.

à *Serica* hodie *Catajæ* regno disterminatur; & *Ottorocoram* montem, quo à Sinis sive Chinensibus discernitur: à *Meridie* Emodos montes, quibus ab Indiis; & *Sogdia Oxiaque* juga, quibus à Persarum submovetur imperio; dein mare Caspium; mox *Caucasum* montem, quo ab Albania; & *Coracem*, quo ab Iberia & Colchide separatur. (1)

Magnitudo. III. *Longitudo* ejus atque Latitudo nobis in Europa dictæ sunt. Complectitur autem hodie totum Tartariæ Asiaticæ nomen; si regnum *Catajæ* excipias, quod Seres populi olim tenuere, & *Zagatajæ* partem nomine *Ocrage*, quam Divisio. Sogdii. *Divisa* fuit in *Sarmatiam Asiaticam*, *Scythiam intra Imaum* montem, & *Scythiam extra Imaum* montem.

SARMATIA ASIATICA. 2

Sarmatia Asiatica. IV. *Sarmatarum Asiaticorum* regio includitur fluminibus Tanai & Rha, sive *Volga*, mari Hyrcano, Ponticoque, & montibus Corace Caucasoque. Nunc *Tattari Czerkassi* eas terras tenent. Populi in ea à veteribus Geographis recensentur innumeri; at clari α *Turcæ*, sive *Turci*, qui Turcicum condiderunt Imperium. Prætereà β *Amazonum* muliebre genus, omnium clarissimum.

Scythia Intra & Extra Imaum montem.

Scythia intra & extra Imaum montem. V. Reliqua Scythia Asiatica in *duas* dividitur partes: quæ Occasum spectat, *Scythia intra Imaum* montem; quæ Ortum, (2) *Scythia extra Imaum* dicitur. In

REISKII.

(1) *Scythia Asiatica a Bosphoro Cimmerio, Mæoti palude, Tanai fluvio incipit, & inter Oceanum Septentrionalem ac pontum Euxinum, mare Hyrcanum, Jaxartem fluvium, Indicos montes, in extremum orientem ad Seres usque aut per illos etiam procurrit. Itaque fines ejus non ubique cogniti. Idem.*

(2) *Scythia intra Imaum, a fluvio Rha quæ vasta terra supra Caspium mare, & supra Jaxartem fluvium, & indè montes usque ad Imaum montem procurrit, & usque ad Oceanum Septentrionalem, saltem ad incognitam terram extensa est. Imaus autem citeriorem Indiam a Scythia disterminat, & inde longissimo jugo in Septentrionem procurrens, Scythiæ partem quæ intra jugum, ab altera quæ extra jugum est, dirimit.*

Scythia extra Imaum habet ab occasu Imaum, a Septentrione terram incognitam, ab ortu Sericam, a meridie Indiam extra Gangem. Idem.

Quæ Tartaria hodie appellatur Regio, antiquitus partim Serica partim Scythia nuncupata est. Luyts.

2 (a) Non soli Czirkassi Tatari, sed Nagajani & Zavolhenses, Imperio Muscovitico subjecti Sarmatiam tenent Asiaticam: *Turci* quondam illis finitimi ad Turkestanam propius rejiciuntur. Hæc enim regio Scythiæ adhuc supereſt, jugis montibusque Caspiis inclusa, & sedes Turcarum patria. (b) Turci autem ex Arabica voce תּוּרְק i. e. ab *relinquendo* nomen habent, quasi relictos diceres ab Alexandro scilicet magno. Hic enim apud Elmacinum Arabesque legitur, (c) *Gogum Magogumque, i. e. Turcos*, uti volunt, *Tataroſque* Caspiis jugis & montibus tanquam muro ferreo separasse, ne vicinas provincias ab sese occupatas irruerent: Hæc quippe de Gogo & Magogo communis Arabum, Syrorum & Judæorum sententia fuit. De (d) *Amazonibus* quas Auctor noster veterum narrationes comprobat, hasce libro peculiari scriptor Gallicus Petitus vindicavit, totamque hanc historiam, de qua sæpius dubitatum fuit, perspicue illustravit. De Turcis vero vide Chronicon Dreschlerianum nostris cum notis & additionibus Lib. II. c. 1.

BUNONIS.

α (e) *Turcæ* [a] à *Thogarma* orti, inter Mœotin paludem & Caspium mare ad Septentrionale Caucasi latus collocantur ab auctoribus. Isti vero ex Septentrionibus per Caucasias portas irruperunt, vicinasque secum traxerunt gentes, nempe *Comaros* à Gomer, *Massagetas* à Magog, *Tauros* à Thubal, & *Moschos* à Melchec ortos. *Mosci* hi inter Caspium mare & Pontum Euxinum, ubi *Albania*, *Iberia* & *Colchis*, ad Caucasum usque montem incoluerunt; *Armeniæque* partem ad Euphratem: ne quis eos cum Sarmatis Europæis hodiernisque Russis sive Moscovitis confundat, Plinius, Mela, & Herodotus unanimi consensu supra Caucasum circa Mœotin paludem & Tanaim amnem ponunt Sarmatarum nationem Turcas. Et huic regioni recte conveniunt, quæ Ezech. cap. 38, & 39. proloquutus est [b]. Quando vero hoc Turcarum cœperit imperium, hujus libri cap. 25. dicetur.

β (f) *Amazones Sauromatæ*, gens muliebris & bellicosa, auctoribus decantatissima, juxta Tanaim habitantes, Trojanorum adversus Græcos auxiliatrices, appellationem habent ab α privativa, & μαζὸς mamma s. papilla, ut vult Eustathius in Dionysium [c], quod adurerent dextras infantium mammas, ut ad sagittarum ictus & dimicandum cum hoste expeditiores forent, sicut etiam Justinus lib. 2. [d] prodit. Ex sedibus istis egressæ ad *Thermodoontem fl.* in Cappadocia consedere. Ibi regio Amazonum est & mons, ex quo *Thermodoon flumen* oritur. Ab eisdem *Ephesus* urbs Asiæ Minoris, Ioniæque caput, condita traditur [e]. Fuère & tales, si credimus Diodoro, ad mare Hyrcanum, & in *Libya*: imò hodiè, sicut Hispani tradunt, ad flumen dictum *Rio de las Amazones* apud Americanos sunt Amazones. Sed & maximam Atlantici maris insulam quandam habitatam ab illis, apud eundem Diodorum invenies.

HEKELII.

[a] *Musulmannos* seipsos vocantes.

[b] Sunt autem proprie *Turci*, ex *Chalcondilæ* mente, Homines agrestiorem victus rationem sequentes.

[c] Qs.

(a) Tatari Moscovitici. (b) Turci. (c) Gog & Magog. (d) Amazones. (e) Turcæ. (f) Amazones.

In Scythia *intra Imaum* montem populi inter alios fuere γ *Saſſones*, unde quidam Saxones in Germania ortos nugantur: & δ *Sacarum gens* magna, nunc *Turckeſtan* & *Tagaliſtan*, in confinibus Indiæ. Atque in his populi omnium Scytharum nobiliſſimi ε *Maſſagetæ*.

VI. *Fluvii* univerſæ *Scythiæ* celebres ſunt ζ *Obius*, & η *Paropamiſus*, ad quem nunc urbs *Camul*, uterque mare Septentrionale petentes: ϑ *Jaxartes*, nunc *Cheſei*; & ι *Rha*, nunc *Volga*, ſive *Volha*, & *Edel*, in mare Hyrcanum erumpentes. Fluvii Scythiæ.

VII. Montium maximus atque celeberrimus eſt *Imaus*; cujus Septemtrionalis pars nunc *Alkai* perhibetur; ubi Tartariæ Imperatorum ſepulchra. Inde ad Gangis fluvii fontes Indiæque fines CCCCL mill. Germ. longitudine protenditur. 3 Imaus mons.

SE-

[c] Qs. dicas *altera ex Mammis carentes*.

[d] Cap. 1. Sect. 3. ſeq.

[e] Conf. *Plinii* Lib. V. H. N. c. XXIX. p. 77. qui & Lib. VI. c. VII. p. 83. de Earum Connubiis agit. Claruit quoque inter *Amazones* & *Menalippe*, item *Hippolyte*, quæ ab *Hercule* capta & à *Theſeo* in uxorem ducta eſt. Meminit & Earum *Strabo* Lib. XI. *Geogr.* p. 110. Tom. II. & Lib. XII. p. 189. ut & *Maginus* Part. II. *Geogr.* Ptolem. fol. 230. fac. a.

BUNONIS.

γ (a) *Saſſones* iſti verſus Septentrionem ad Margum ponuntur fluvium. Sunt qui non ſolum Saxones à Saſſonibus; verùm etiam *Cimbros* à Cimmeriis, *Miſnios* à Myſiis, *Turingos* a Tyragetis, *Cauchos* à Cauconibus, *Friſios* à Phrygibus, alioſque populos aliunde deducunt, nuda vocabulorum alluſione decepti, omnibus licèt antiquis ſacrarum juxtà ac profanarum hiſtoriarum monumentis reclamantibus.

δ (b) *Sacæ* [f] Sogdianis finitimi ſine urbibus per deſerta habitârunt. Ab occaſu habent Sogdianam; à Septemtrione Scythiam intra Imaum montem; ab Ortu Scythiam extra Imaum; à Meridie Indiam intra Gangem [g].

ε (c) *Maſſagetarum* fines ita deſcribuntur ab auctoribus, ut à Septemtrionibus Oceano; ab Occaſu Obio & Rha amnibus; à Meridie Caſpio mari, & Oxo fl. fuerint incluſi. Ab his Cyrus Perſarum Rex cum exercitu exſtinctus eſt.

ζ (d) *Obius flumen* antiquioribus *Carambucis*, unde *Carambicæ*, Hyperboreorum gens, inſulani. E regione oſtii ejus inſula illa eſt *Nova Zembla*, olim *Elixona*, haud minor Siciliâ, teſte Hecatæo. Ab Obio flumine *Riphæi* montes, & (e) *Obii* ſeu *Obia juga* appellati ſunt. Celticæ promontorium *Lytarmis* ad Obii oſtium, hodie vulgò nautis dicitur *Capo d'Oby*, id eſt *promontorium Obium*. [b]

η (f) *Paropamiſus* flumen in Scythia extra Imaum montem eſt. Mons etiam iſte, ex quo Indus flumen oritur, Solino [i] & Mela [k] teſtibus, *Paropamiſus* vocatur.

ϑ (g) *Jaxarten* ſoli vocant *Bactri*: nam alii Scythæ *Silyn* nominant. Hunc eundem eſſe Tanain exercitus Alexandri Magni crediderunt. Verùm Dæmodamas dux Seleuci & Antiochi amnem iſtum tranſvectus, alium eſſe, quàm Tanain, deprehendit. Ultra Indi fontes in his Sogdianorum finibus Alexander M. (h) *Tertiam* condidit *Alexandriam*, ad conteſtandos itineris ſui terminos. Hic enim locus eſt, in quo primùm *a Libero* patre, poſt ab *Hercule*, deinde à *Semiramide*, poſtremo etiam à *Cyro* aræ ſunt conſtitutæ. Solinus. [l]

ι (i) *Rha fl.* in Moſcovitarum finibus exoriens, ad Tanain accedit ad ſeptem leucas, per Caſânum & *Aſtracanum* decurrens in mare Caſpium 25 oſtiis influit, tanta vi aquarum, ut illud multa milliaria dulce reddat: Europæis noſtris appellatur Volga, Tartaris Edel, Armenis Thamar.

HEKELII.

[f] Vel *Sagæ*, quos *Joſephus Magogas*, Veteres verò *Aramæos* vocant.

[g] Eorum, & in genere *Scytharum* Mores deſcripſit *Plinius* Lib. VII. c. 11. p. 106. lin. 32. ſeqq. ubi eos inprimis nominat ἀνθρωποφάγους, quod humanis corporibus veſci ſolent.

[h] *Maginus* Fluvium *Oby*, ex Lacu *Kytay* emanantem *Tartariæ* aſſcribit.

[i] In *Polyh.* c. LXV. p. 126. lin. 11. quamvis in *Specie* loc. cit. hujus Montis mentionem neutiquam fecerit; meminit tamen ejus Cap. LI, p. 110. lin. 43.

[k] Lib. III. c. VII. p. 223. lin. 41. ſeq.

[l] Loc. cit. Cap. LXII. p. 122. lin. 41. ſeqq.

REISKII.

3 (k) Imaus crucis inſtar ad plagas quatuor procurrit, & Scythiam ita ferè ſecat mediam: Hinc hodieque accolis Dalanguos & Naurgeurnes dicitur. (l) Caucaſus autem à Ponto Euxino ad mare Caſpium per Colchida & Albaniam procedit, hodieque Coxes ex antiquo nomine vocatur. Hunc Bochartus ex Armenica dialecto, & duabus quidem vocibus גוג חסן *Gog hoſan*, i. e. *Gogi munimentum* coaluiſſe conjicit. Falluntur vero priſci Geographi, ſi qui tantæ *hunc altitudinis faciunt, ut noctu faſtigium ſolaribus colluſtretur radiis*. Idque Kircherus in mundo ſubter. Lib. I. c. 14. & Varenius in Geographia Lib. II. c. 30. refelluut. Unus è fluviis probe notetur (m) Obius vel Obis, qui ex Aliæ lacu Kithaisko effluens, per provincias Ruſſicas in Oceanum glacialem Tobole recepto effunditur: De cæteris, quæ Auctor tradit, fluviis, ſufficiunto.

Sſ BU-

(a) Saſſones. (b) Sacæ. (c) Maſſagetæ. (d) Obius ſeu Carambucis fl. (e) Obii montes. (f) Paropamiſus fl. & mons. (g) Jaxartes fl. (h) Alexandria Tertia. (i) Rha ſeu Volga ſeu Edel. (k) Imaus. (l) Caucaſus. (m) Obius.

SERICA.

Serica. VIII. At Tartariæ nunc extremæ ad Eoum mare pars, quæ Catajæ regnum dicitur, olim fuit κ *Serica* regio, quam gens clariſſima *Seres* incoluerunt. Horum metropolim λ *Seram* eodem nomine etiam nunc exſtare, quidam contendunt. 4 (1)

SOGDIANA.

Sogdiana. IX. μ *Sogdiana* etiam regio, inter ν Oxi dexteram ripam & Sogdios montes ſita; quæ Perſici olim Imperii fuit, nunc Tattariæ pars eſt, ſub nomine *Ocrage*. (2)

(1) *Primi ſunt hominum qui noſcantur, Seres, Lanicio Silvarum Nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem: unde geminum fœminis noſtris labor redordiendi fila, rurſumque texendi. Tam multiplici opere tam Longinquo orbe petitur, ut in publico Matrona tranſluceat. Plin. Lib. 6. Cap. 20.*

(2) *Juxta Ptolemæum Auxios montes habet ab occidente, Sacarum gentem ab ortu: & recentiores Sogdianam uſque ad mare Hyrcanum proferunt.*

BUNONIS.

κ (a) *Serica* [m] terminatur ab occaſu Scythia, quæ extra Imaum eſt, à Septemtrione atque Ortu terrâ incognitâ Ptolemæo, à Meridie Indiâ extra Gangem & Sinis. *Sericum* inde primum exportatum eſt ad alias gentes. [n]

λ (b) *Sera* urbs hodie *Sindifu* Mercatori dicta, in extremis Sericæ partibus ad Ortum ponitur.

μ (c) *Sogdiana* terminatur, ab Occaſu & Septentrione Scythia intra Imaum montem; ab Ortu Sacis, à Meridie Bactriana & India.

ν (d) *Oxus* [o] amnis de lacu *Oxo* [p] exoritur, cujus oras *Heniochi*, *Bateni*, *Oxiſtagæ* accolunt; ſed præcipuam partem *Bactri* tenent. (e) *Alexandria* ibi fuit *Oxiana*; Duas enim ibidem condidit Alexander M. urbes, *Alexandriam Oxianam*, & (f) Ultimam.

HEKELII.

[m] *Caſtaldo* & *Nigro* CATAJA dicta.

[n] Conf. *Polyd. Virgil.* Lib. III. de *Rer. Inv.* C. VI. p. 222. Edition. *Zetzneriano-Argent.* in 12.

[o] Ab Incolis *Nicapracb*: à Perſis v. *Cappanach*, & Arabibus *Monarach* dictus.

[p] Seu Oxia.

REISKII.

4 (g) Serica Græcè Σηρικὴ ἀπὸ τῶν Σήρων, i. e. à Seribus, qui non tam ſuo, quam vicinarum Sinenſium nomine vulgò cenſentur, gente quidem Scythica, ſed Scytharum omnium mitiſſima & cultiſſima, juri, quieti, & naturalium rerum contemplationi dedita. Hæc enim continuam quater mille quingentorum annorum hiſtoriam ſuis annalibus ſervare conditam, & ſcriptores Moſe antiquiores habuiſſe legitur: Ut Iſaacus Voſſius novæ ſuæ Chronologiæ fundamentum ex hac Serica ſupponat, ſed ex incerta falſaque infirmius. Hodierna vero Serica ſive Cataja cum regnis Chinenſibus, Tatarico ſubeſt imperio, libertatis priſtinæ ac felicitatis inſcia. (h) Sogdiana, quam Alexander tertia ſibi cognomine ſtructa urbe, tanquam expeditionis termino exornârat, nunc Tatariæ acceſſit.

(a) Serica. (b) Sera urbs. (c) Sogdiana. (d) Oxus fl. (e) Alexandria Oxiana. (f) Alexandria Ultima. (g) Serica. (h) Sogdiana.

CAP. III.

Summa Tattariæ deſcriptio.

I.

Tattaria. *T'Attarorum* igitur nomen hodie tota Aſia ampliſſimum eſt, in Europam etiam, ut ante Scythicum, extenſum, ubi *Tattaria Minor* ſuprà memorata. Gens ipſa fera, atrox, cruenta, inconditis moribus, & omnium barbarorum maximè barbara. Regio plurimum inculta, triſtis, ſqualida atque deſerta. Nomen accepit à flumine α *Tattar*, quod *Mongul* regionem irrigans in mare Septentrionale effunditur.

Tattar fl.

II. Uni-

BUNONIS.

α (a) *Tattaria Aſiatica* à Septentrione terminatur mari Scythico, ab Occaſu Sinu illo longo, in quem Obius fl. labitur, & lineâ ad Tanaim & Volgæ oſtia ducta; à Meridie Caſpio mari claditur, attingitque Perſiæ regnum, poſt Indiam extra Gangem, & tandem Chinæ partem muro illo ſeptam: ad extremum ab Ortu partim Chinam, partim ipſam Americam per fretum Anian à ſe diſtinguit,

REIS-

(a) Tattariæ Aſiaticæ limites.

II. Universæ Longitudo est à Borysthenis ostiis ad *Tabin* usque promontorium mill. German. circiter CIↃ. Latitudo ab Obii ostio, ad finem *Bremas* regni in confinibus Indiæ ac Sinarum, mill. IↃC. 1 (1) Tattariæ magnitudo.

III. Universa dividitur in *Asiaticam* & *Europæam*, quam supra explicuimus. *Asiatica* quinque potissimùm partibus distribuitur, quarum nomina hæc; *Tattaria* deserta, Tattaria *Zagataja*, *Turckestan* regnum, *Cataini Magni* Imperatoris Imperium, & *Tattaria Vetus*. Divisio Tartariæ Asiaticæ.

REISKII.

1 (a) Tataria & gens Tatarica unde nomen ortumq; susceperit, superius Lib. IV. c. 20. à nobis expositum fuit, cum Europæam Scythiam lustraremus: Hæc enim Asiatica est illa parens, quæ sobolem isthanc sibi cognominem procreavit, & factis coloniis emisit. Plures equidem hoc genus hominum nationes continuit, omnes prisino Mogulensium nomine concluſos: Harum tamen præcipuas septem Haitho Armenus Histor. Orient. cap. 16. recensuit, in iisque *Tatarorum* unam, à qua denominatio ad omnes transiit; Ut de fluvio ac regione Tatar טתר huic genti cognomine, itemque de pluribus populis & Hordis nihil addam. Regio enim hæc orbis totius vastissima sua longitudine ad partem dimidiam graduum nostro in hemisphærio, totoque ambitu Europam, sed latitudine Asiam adæquat Chamis subjecta pluribus, sed uni omnium maximo Sopo, quem nominant: Cuncta quippe novem regnis præcipuis constat; ex iisque *quatuor versus austrum* jacent, (b) [1.] Usbek *nempe*, *alias* Zagarai & Mauronahum, [2.] *Thebet vel Thobeth*, [3.] *Taniu olim Tanguth*, [4.] *Ninchi olim Tenduc*: *Quinque* vero reliqua *versus Boream sita*; [1.] *Kalmuchi alias Bulgar*, [2.] *Chalzag*, [3.] *Karakithay*, [4.] *Calmach aut Naymans*, [5.] *Mongul* sive *Moab*, *Gog* & *Magog* autem Arabibus, ubi prisca illa Tataria fuit.

(1) *Limites Tartariæ magnæ sunt ab occasu mare Caspium & Tartaria Muscovitica; a Borea mare Scythicum sive Tartaricum; ab ortu mare Kalmachitarum & fretum Esonis, hodie* the Streights of Jesso; *ab Austro Sina, India sive imperium magni Mogolis, & Persia. Juxta novissimas chartas sita est intra gradum* 88 & 195 *Longitudinis, exclusa extra hanc Longitudinem Tartaria Moscovitica, nec non intra gradum* 32 & 62 *Latitudinis. Ortum versus maxime acuitur. Cœlum Tartariæ pro situs varietate variat. Plerumque friget, interdum fervet insigniter, intonat, fulminat, & spirat vehementissime, raro pluit, persæpe ningit. Solum scatet editis montibus, desertis late patentibus, Sylvis ingentibus, lacubusque. Producit, sic ferunt, Orizam, sericum, lanam, Rhabarbarum, Muscum, Zinziber, Cinnomomum, Caryophylla, neque caret fodinis auri & argenti, neque unionibus ac coralliis. Dives quoque est armenti & pecoris, inprimis equorum, qui parvi quidem, sed celeres, robusti & patientes laboris. Tartari dicuntur brevioris staturæ, crudeles, infidi, avari, spurci, venerei contra omne fasque decusque, optimi equites, certissimi sagittarii, penuriæ atque molestiarum tolerantissimi, deliciarumque ignorantissimi. Ædibus claudi nolunt, amant Tentoria in Aprico, lac, inprimis equinum, & Orizam. Ignari viarum, polarem stellam observant, partim Mahumedani sunt, partim Idololatræ, & versus mare Caspium Judæi & Christiani inveniuntur. Quando novus imperator in imperium succedit, non raro priora nomina regionum urbiumque permutat, magno Geographiæ incommodo.* Luyts.

(a) Tataria unde dicta. (b) Hujus provinciæ.

CAP. IV.

Tattaria deserta (1), *Zagataja & Turckestan.*

I.

Deserta Tattaria inter Tanaim, Volgam, Jaxartem amnes, Tapyros, Sebyos, Imaumq; montes sita, Sarmatiæ Asiaticæ partem, partemq; maximam Scythiæ intra Imaum montem complectitur. In *hordas* complures distributa; quarum præcipuæ sunt: *Zavolhenses*, quæ & *Bulgarorum* Tattarorum est horda; *a Casanen-* Tartaria Deserta. Tattari Zavolhenses. Bulgari. Casanenses.

BUNONIS.

a Casanæ Tartariæ Rex *Mechmedenim* filius Abrahami, & Nursulanæ, Magnum Moscoviæ Ducem, ut aliqui ipsius antecessores, initio superiorem agnovit; postea tamen ab eo defecit. Unde varia & diuturna inter Moscovitas & Casanenses bella exarserunt, donec tandem Joh. Muscovitarum tyrannus urbe Casanâ expugnatâ, toto illo Imperio Casanensi potiretur anno 1551, ut Chytræus habet; at secundum alios 52, aut 53. Ipsa urbs (a) *Casana* [a] ad Casancium fluvium est, haud longè ab ejus in Volgam confluente. [b]

HEKELII.

[a] Totius Regni Metropolis quippe.

[b] Hi *Tattari Casanenses* reliquis omnino sunt cultiores, ingeniosiores, & aliquantò humaniores, utpote qui & Agros colant, in domibus inhabitent, atque *Mercaturam* cum vicinis *Moscis* atque *Turcis* sæpissime exerceant,

(1) *Ejus pars est Tartaria Moscovitica ab occasu, ab ortu Tartaria vera, ab Austro Usbechia & mari Caspio clauditur.*

(a) Casana urbs.

Nohaigenſes. Aſtracanenſes. Baskirdenſes. Tumenſes. Zavolhenſes.

nenſis, β *Nohaigenſis*, γ *Tumenſis*, δ *Schiambacenſis*, ε *Coſakenſis*, *Aſtracanenſis*, quæ quondam peculiare regnum, & *Baskirdenſis* ; pleræque ab opidis cognominatæ. Harum incolæ, cum omnes liberi antè eſſent, nunc Moſcovitarum imperio audientes ſunt ; exceptis unis *Tumenſibus*, qui magno Chano Cataino parent.

II. ζ *Zavolhenſis* horda magna quondam dicebatur, quia ex hac cæteræ ortum duxerant ; unde etiam Imperator eorum *Vluchan* appellabatur, id eſt, Magnus Dominus, ſive Magnus Imperator.

Aſtracanenſes.

III. *Aſtracanenſis* regni caput eſt urbs *Aſtracan* ſive *Citrachan* prope oſtia Volgæ, ſalinis atque emporio clara ; qua de cauſa mercatores innumeri ex Moſcovia, Turcico Imperio, Armeniis & Perſide eò confluunt. »

IV. Sunt prætereà in deſerta Tattaria ϑ *Czyrcaſſi* inter Tanaim & Volgam in Aſiatica Sarmatia ; & verſus Oceanum in Scythia intra Imaum, *Mecriti* ac ι *Samoiedi*, quos Latinè dicas ſemetipſos devorantes ; aliique eodem tractu, *Molgomſai*, *Baidaique* ; utrique Solem, vel rubrum pannum in ſublime elatum, venerantes. Cæterum dexteræ Obii ripæ, circa mediam fluminis partem, appoſita eſt urbs magnitudine & incolarum numeroſitate ingens *Gruſtina*, Tattaris & Moſcoviticis negotiatoribus frequentiſſimum emporium. 1.

TAT-

BUNONIS.

β *Nohaigenſes* ſeu (a) *Nagaijenſes* Tattari, inter Volgam, & Saick fluvios ad Caſpium Mare incolunt : iidem quoque *Aſtracanenſes* dicuntur Oleario ab urbe Aſtracan, cujus loci Lat. ipſe deprehendit grad. 46, min. 22, quum tamen ea ab aliis Geographis grad. 48 vulgo ſcribatur. [c]

γ (b) *Tumenſes* ab his collocantur ad Ortum : quorum urbes *Tumen* ad Irtiſche fl. & *Jerom*. [d]

δ (c) *Schiambacenſes* ad Caſpium Mare ponit Boterus.

ε (d) *Coſakenſes*. [e] Nagaijenſibus & Tumenſibus traduntur ad Ortum eſſe.

ζ (e) *Zavolgenſes* & *Zabadienſes*, itemque *Bulgari* dicti, à Volga verſus Ortum habitant. Eorum principes *Zainchan* & *Batbis* Poloniam, Ruſſiam & Ungariam vaſtârunt, anno 1240, item *Temir Zar* opem tulit Vitoldo Lithuano & Uladiſlao Polono contra Crucigeros, anno 1410; *Sziachmetb* à Lituanis contra Præcopitas ſeu Crimæos Tattaros, anno 1500, evocatus, demum victus & captus Caunæ in cuſtodia obiit. Horum Zavolgenſium Tattarorum coloniæ vulgò habentur *Turcæ*, qui eadem cum his utuntur lingua, moribus, & bellandi ratione.

» (f) *Aſtracan* [f] à Caſano iter unius menſis abeſſe traditur [g]. Ea à *Johanne Baſilio* Moſcovitarum tyranno expugnata eſt, anno 1554, ejectiſque Tattaris, urbs illa Ruſſis eò traductis incolenda tradita. In ejus vicinia ſunt fodinæ, ex quibus ſalis eruuntur fragmenta ad inſtar Cryſtalli aut glaciei.

ϑ (g) *Cyrcaſſos* Olearius ad Caucaſum & Caſpium mare ponit, coſque Albaniæ partem incolere tradit [h]. Iidem ſub Moſcoviticum redacti ſunt Imperium. Munita loca Ruſſi tenent. Ad capræ in victimam mactatæ pellem expanſam & erectam preces ſuas fundunt ac epulantur.

ι *Samojedia* hæc à *Samogitia*, inter Livoniam & Pruſſiam ſita, de qua lib. IV. cap. 26, dictum eſt, longiſſimè abeſt. (h) *Samojedi* verò iſti hodiè adeo feri non ſunt, ut defunctorum amicorum carnes devorent : quin potius deprehenduntur humani ; humanitatem & benignitatem ſuam probârunt Hollandis, qui ad eorum litus fecerant naufragium ; ſoli ſui natalis ſunt amantiſſimi ; Religionem à Moſcovitis hoc demum ſeculo impetrârunt, Ruſſorum Magno Duci tributum ferarum pellibus ſolent pendere.

HEKELII.

[c] Horum *Tattarorum Horda*, h. e. conventus, S. Hominum cœtus in formam Civitatis coactus, initium ſuum habuit A°. CHR. M. CCC. XLIV. eſtque Septentrionalis cæterarumque Hordarum frigidior, ſummam hodiè Opum & bellicæ Laudis Autoritatem obtinens.

[d] Hanc Hordam ſolam ſub *Magni Chami Cathayni* Obedientia nuper adhuc perdurâſſe, diverſi tradunt Geographi.

[e] *S. Cozaczkienſes.*

[f] *S. Aſtrachan.*

[g] Inter alias hujus Regni dicitur opulentiſſima.

[h] Degunt in Campis & ſuper currus vitam traducunt, habentes Ritum gentilem, quòd Mortuos Sepulturæ loco arboribus ſoleant ſuſpendere.

REISKII.

1 (i) Tataria hæc deſerta dicitur ἐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καθ' ὅτι, i. e. *non abſolute quidem & ſimpliciter, ſed ſecundum quid*, ob hanc maxime cauſam, quod omni fere agrorum cultu careat. Urbes enim pagoſque alicubi nonnullos, ſed p ura per ſuas Hordas in paſcuis vagabunda incolarum genera complectitur, Ruſſicoque imperio ſubeſt. Urbium duæ ſunt præcipuæ Caſan & Aſtracan, ad Volgam ſitæ, qui ſeptuaginta ſeſe alveis in mare Caſpium exonerat : (k) *Caſan* ligneis vallis & turribus, arx hujus muro ſaxeo machinis tormentariis & circumfluo Kaſanka fluvio munitur, quotidianis nundinis frequentiſſima. Sed (l) *Aſtracham* major ad fines Europæ Aſiæque in Delgoy inſula jacet, mœnibus lapideis, & tormentis æneis in-

(a) Nagaijenſes Tattari. (b) Tumenſes. (c) Schiambacenſes. (d) Coſakenſes. (e) Zavolgenſes ſeu Bulgari. (f) Aſtracan. (g) Cyrcaſſi. (h) Samojedi. (i) Tataria cur deſerta. (k) Caſan. (l) Aſtracham.

TATTARI SAGATAI.

V. Deſertæ Tattariæ à Meridie conjuncti ſunt Tattari *Zagatai*, agro, opidis moribuſque cæteris cultiores ac nobiliores. Fines eorum à Septentrione κ *Jaxartes* flumen; ab Ortu *Turkeſtan* regnum; à Meridie Perſicum Imperium; ab Occaſu mare Hyrcanum. Caput regionis ac ſedes regum eſt λ *Samarcanda*, *Tamburlane* bellicoſiſſimo Tattarorum Imperatore maximè celebris; urbs magna ac lapide exſtructa, at parum frequens. *Zahaſpa* ad μ Oxi oſtia, & *Bikent* in Mediterraneis clara ſunt emporia quo Indi & Catajæ regni incolæ mercandi cauſa conveniunt. Tattari Zagatai. Samarcanda. Zahaſpa. Bikent.

TURKESTAN REGNUM.

VI. Proximum ab Ortu eſt ν *Turkeſtan* regnum, veterum Sacarum regio; cujus incolæ ſatis civiles & culti. Urbium notiſſimæ, ξ *Taskent*, ο *Cotam*, π *Caſcar*, ρ *Jarkem*. 2 Turkeſtan regnum.

CAP.

inſtructa, & commerciis Armenis, Tataricis, Indis, Perſicisque florentiſſima, ſed tota Ruſſorum poſt Tataros exturbatos colonia, itemque in ſuburbio Stulizzagorodæ, ubi milites vivunt.

BUNONIS.

κ (a) *Jaxartes*, etiam *Oxartes* olim dictus, hodie *Chaſel* ſive *Keſel*, ingens [i] Sogdianorum fluvius eſt, qui ab ortu in occaſum fluens à Caſpio mari excipitur.

λ (b) *Samarcanda* etiam *Maracanda* dicitur ad ripas fluvii *Amu* poſita, Maurinacherorum metropolis eſt. Hodie ibi reſidet unus Cham ex Tartaris Moſolimannis, oſtenditurque in Moſchea quadam ſepulchrum Tamerlani.

μ (c) *Oxus* maximus Sogdianæ fl. per Margianum in Hircanum mare decurrens variis à diverſis hodie appellatur nominibus, videlicet *Geichon*, *Deiſtanxa*, *Cappanach*, & *Abiam*. Plinio [k] *palus* etiam *Oxus* dicitur, ex qua hic fluvius egredi ſcribitur [l]. Cæterùm Zagatais perpetua fere bella ſunt cum Perſis. Tattariæ *Sagataianæ* [m] pars eſt terra *Usbeccorum*, quæ, ut *Teixera inquit*, ampliſſima provincia, licet ſuperioribus ſeculis Perſiæ fuerit ſubjecta, hodie non tantum ab ea ſeparata eſt, ſed & Perſis bellum infert, & nonnullam Perſiæ partem decerpſit.

ν *Turkeſtan* eſt deſertum (d) *Lop* indigenis *Xamo* dictum, ubi mira phantaſmata ſuis ſcreatibus ſeducunt viatores. Eſt verò regnum iſtud inter Zagatajos Tattaros & Chinenſes. [n]

ξ (e) *Taskend* [o] ad Sur fl. eſt.

ο Inter (f) *Cotam*, quo ex Cataja magna affertur moſchi copia, & *Taskend* Imaus mons interjacet.

π (g) *Caſcar* & ρ (h) *Jarkem* [p], à Taskend verſus Occaſum ſunt haud procul à Jaxarte fl. Mulieribus in *Peim* civitate, ſi maritus abſit diebus XX, aliis licere nubere ajunt. Cæterum à Cotam verſus Meridiem ſunt (i) *Carazani*, qui nobiles, etiam hoſpites, obtruncabant, eam domum maxime felicem putantes, in qua præſtantium virorum animæ vagarentur. Hic (k) *Caraja* urbs eſt ad lacum Salſum oſtreis refertum ſita. In *Cataja* [q] mulieres dentes deaurant, neque puerperæ ſe domi continere dicuntur; ſed viri *XLII* dies in lecto decumbentes, ac ſi ipſi partum edidiſſent. Sed Martino Martinio plura referuntur Tattarorum nomina & regna; nempe (l) *Samahania*, (m) *Tanyn*, *Niuche*, (n) *Niulhan*; *Caſcar* verò regnum ad Eoum uſque mare, ſupra Japoniam ſe extendit, ad fretum uſque Anian. Poſtremos autem ad mare iſtud eſſe ſcribit (o) *Yupos*, qui à loricis ex piſcium pellibus factis ita nominantur. Tartari in (p) *Thebet* ſeu *Tibet*, quæ Chinæ ad Oceanum eſt, loco monetæ utuntur corallis; Moſchi ſeu muſci ingens ibi copia eſſe perhibetur.

HEKELII.

[i] Et Magnus.

[k] Lib. VI. H. N. c. XVI. p. 87. lin. 11.

[l] Quod etiam conjicere licet ex *ejuſd.* Lib. XXXI. c. VII. p. 559. lin. 28.

[m] Seu *Zagathajanæ*.

[n] Hujus Regni Populi operam navant non ſolùm *Negotiationibus*, ſ. *Mercaturis*, ſed & *Scientiis Artibuſque* variis.

[o] Seu, ut alii ſcribunt, *Taſcam*.

[p] S. *Cjarciem*.

[q] Conf. *Lucæ Schrokii*, *Fil.* Viri celeberrimi ac omnibus Bonis Chariſſimi, *eruditiſſimæ* MOSCHI *Hiſtoriæ*, dono mihi miſſæ, Cap. XI. p. 50. ſeqq.

REISKII.

2 (q) *Zagataja* vel rectius Giagathai & Maurona-char extat vetus illa *Sugdiana* Chamo ſuo ſubdita, cui ſedes Samarkanda & Bochara, urbes Timurlenco ſeu Tamarlanæ ac dominatu hujus vaſtiſſimo illuſtres. (r) Timurlencus ille ab initiis obſcuriſſimis ad imperium totius orientis ex cunctæ Aſiæ Impp. unus emerſit, A. C. 1404, unuſq; ad mortem remit, inter filios ac nepotes poſtea diſſipatum. (ſ) Olud Beque *Turkeſtanam* invaſerat, una cum Partibus regnique ſeptem, e quibus Arabes illam compoſitam tradunt. Hæc vetus *Turcia*, *Turcarumque patria* fuit, ſi Arabſchajum, Naſvioddinum, Arabeique audias, e noſtris Gentium, Petrejum, Mullerum in Cataja, pluresque alios.

BU-

(a) Jaxartes, ſ. Oxartes fluv. (b) Samarcanda. (c) Oxus fl. (d) Lop deſertum. (e) Taskend. (f) Cotam. (g) Caſcar. (h) Jarkem. (i) Carazani. (k) Caraja. (l) Samahania. (m) Tanyn. (n) Niulhan. (o) Yupi. (p) Thebet. (q) Zagatai. (r) Timurlencus. (ſ) Olud. Turkeſtana.

CAP. V.

Cataini Magni Chani Imperium; item Tattaria Vetus.

I.

Magni Chani Imperium. Noruſſi, ſeu Noroſſi montes.

POtentiſſimum inter Tattaros imperium eſt Magni Chani in regnis *Cataja*, *Tangut*, *Tainfu*, & in provinciis *Tenduc*, *Camul*, *Ciarciam*, *Carakitay*, id eſt Nigra Cataja, & α *Teber*. Initium ejus eſt à *Noruſſis montibus* in confinibus Tattariæ deſertæ, extenditurque ad *Tabin* uſque promontorium & fretum *Anian* Longitudine IↃC circiter mill. Germ. Occupat Veterem Sericam, majorem partem Scythiæ extra Imaum montem, partemque Scythiæ intra Imaum. I (1)

(1) *Tartaria vera ſive vetus habet ab occaſu Tartariam deſertam, a Borea mare Tartaricum, ab ortu mare Kaimachitarum, ab Auſtro Cathayam, & Turcheſtaniam. Inter partes Tartariæ omnium maxima eſt. A tradita Tartariæ diviſione multum abeunt Arabes, qui ipſam in plures partes partiuntur, nomine vix notas Europæis, ſcilicet in regnum Bucharium, regiones Karacathaya, Mongalia, Kaimacha, regnum Kaſgarium, regio Mawaralnahra, regna Tibetum, Tangutum, Niucantum & Jupia regio. Alii regnum Niucanum, regionem Jupiam, & Niulhanam partes faciunt regionis Kinæ. Sunt, qui, neglecta Kina, enumeratis ſtatim partibus regionem Niulhanam adjiciunt. Ex hiſce partibus duæ primæ, regnum Bucharium,* Buchar, *ubi Calmuchi,* Kalmouks, *populi, & regio Karacathaya ſeu Chaulacha, nunc* Karacathay *aut* Chaulach, *ubi Chaulachitæ partem Tartariæ deſertæ tenent. Regio Mongalia,* Mongal. *Item* Moal *& Magog partem borealem tenet veræ Tartariæ, & in quatuor partes diſtribuitur, quarum occidentalis* Metrit *nominatur, Borealis* Su-Moal *ſive* Tartar; *Orientalis* Mercat, *& Auſtralis* Jeka-Moal, *alias* Jagog & Gog. *Regio Kaimacha, ſeu Naimana, cujus populi Kaimachitæ, ſeu Naimani,* Kaimachites *aut* Naimans, *vocantur, inſident partem auſtralem veræ Tartariæ. Citra, ultra, & ſupra fl. Ghammaſium, regnum Kaſgarium,* Kalgar, *alias* Chalzag, *& regio Mawaralnahra locantur, ubi ſuperius Usbechia. Regnum Tibetum,* Thibet *ſeu* Thobbat *eſt loco Turcheſtaniæ, & regnum Tangutum,* Tangut; *Item* Tanju *& Thokive, regnum Niucanum,* Niuche, *& regio Jupia,* Jupi, *ponuntur ubi alias Cathaya.* Luyts.

REGNUM CATAJÆ.

II. *Serica* eſt ipſum nunc regnum β *Catajæ*, vulgò *Kitay*, incolis (ut ferunt) adeo frequens, & agrorum cultu adeo læta, urbiumque ſplendore, ædificiorum

BUNONIS.

α Martinius in Chinæ finibus habet *Tibet* regnum.

β Per deſertum in (a) *Catajam* itur præcipuam Tattariæ provinciam. A Lopo diſtare ſcribitur iter unius menſis. Habet Cataja à Meridie montes & muros Chinenſes. Incolæ ejus cum Chinenſibus & (b) *Succuir* & (c) *Campion*, quæ civitates in finibus Chinæ ſitæ ſunt, negotiantur.

REISKII.

1 (d) De *Cataja* inter Geographos non ſolum antiquos ſed novos etiam tanta diſſenſio intercedit, ut alii hanc Chinæ regionibus annumerent, alii à China longius ſejungant. Græci veteres in rebus Alexandri M. geſtis cum Diod. Siculo Lib. XVII. *Cathaos* memorant: Strabo Lib. XV. ab Rege, qui tum temporis erat, Καθαίους *Cathajos* dictos voluit, orienti extremo Indiæque finibus vicinos: Ptolemæus Lib. VI. c. 15. χαίτας *Chætas* Seris proximos Scytas appoſuit: Unde Catajam ab Serica diverſum intelligimus. (e) Martinius in Atlante Sinico regnum Catajæ in ſeptentrionalibus Chinæ partibus collocavit, iiſque novem alias auſtrales oppoſitas demonſtravit: Golius in Additam. ad Sinicum Atlant. & Kircherus in China illuſtrata viro aſſenſum præbuit, pluresque ut præberent ſuum, facile induxit. Sed Arabes Abulfeda, Arabſchy, Azizus, Saidus, Alhacentus, noſtrateſque, Haitho, Paulus Venetus, Jovius Catajam & Chinam regiones natura diſſitas divellunt & ſeparant. Andr. Mullerus in Diſquiſit. Geograph. hiſtor. A. 1671 edita, Catajam *rubræ Tatariæ adſcribit*, regionem priſcis ab ortu Mogulibus vicinam: Quæ Chinenſibus dicta *Kin*, h. e. *aurea* nomen *a genere Tatarico Chatao* adſumſerit. (f) *Cambalu* nec tantæ magnitudinis aut tanti ſplendoris eſſe annotat, nec vero notari nomine, ſed corrupto quaſi *Cham Baleck*, i. e. *Domini urbem & Myuntham* Tataris vocari. (g) *Typographia orientalium* non Tataris, uſque regno Tangut, ſed Chinenſibus recte apud Hiſtoricos vindicatur: Ergo ex una regionum iſtarum confuſione provenit, ſi quidam Tatariæ hanc attribuant. *Tenduc* regnum *Ung Chan* tenuit, Chriſtianus, at Neſtorianæ hæreſi addictus, & Perſico *Freſleban* aut (h) *Preſterchan* cognomine vocatus, quaſi *Principem adoratorum* vocaveris, h. e. *Chriſtianorum*, quibus adorationem crucis Perſæ ita exprobrarunt. Ita cum Caſtello & Pocockio nobiliſſ. Ludolfus in Æthiop. Hiſtor. Lib. II. c. 1. Hinc *Preſterjohan* & German. *Prieſter Johan* ad Abyſſinos tranſiit, cum Ung Chan ab Gingiz Chano cæſus, anno 1209, periiſſet. (i) Tataria vetus nihil inſigne præter nomina vetuſta & Hordas ſuis gentibus diviſas credulis Europæis ſuppeditat: Tatari eam hodierni *Ninche* aut *Niulhan* nominant. Mirum vero eſt, non ſolum inter Judaicos Rabinos, ſed Chriſtianos etiam extitiſſe, qui contenderint in hancce regionem Tataricam *tribus decem Iſraëliticas* à Salmanaſſare Aſſyrio rege deportatas, ubi adhuc lateant.

BU-

(a) Cataja. (b) Succuir. (c) Campion. (d) Cataja. (e) Chinam diverſæ terræ. (f) Cambalu. (g) Typographia Sinenſium. (h) Preſter-Chan. (i) Tataria vetus.

ciorum nitore, atque omni denique divitiarum genere adeo affluens, uti neque Græciæ Veteri, neque Italiæ cedat. Urbium opulentiſſima eſt γ *Cambalu*, regia ſedes & caput totius imperii Magni Chani, quinque mill. German. ambitu comprehendens; quam duodecim ſuburbia, juxta numerum portarum, circumjacent, frequentiſſimum Indis ac Sinenſibus mercatoribus emporium. ♁ *Caindu* urbs velis ſubtiliſſimis, quæ ex arborum corticibus ad uſum fœminarum conficiunt, maximè eſt clara. Qua re tota olim *Serica* nota erat. Unde Plinius [a]: *Seres*, inquit, *lanificio nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem.* Cambalu. Caindu.

III. In regno *Tangut* artem typographicam ante CIↃ annos inventam fuiſſe, nonnulli contendunt. ε Tangut.

IV. *Tenduc* provincia, magni ac potentis Regis ζ Presbyteri (quod nomen poſtea Abiſſinorum Regi in Africa per errorem datum fuit) quondam regnum fuit. Tenduc.

V. *Tainfu* regnum amplum atque cultum vitibuſque fertile, artificibus ac negotiatoribus refertum, armorum bellicorum nobiliſſima inter Tattaros officina. Quin Serico ferro jam inde Plinius palmam tribuit. Tainfu.

TATTARIA VETUS.

VI. Poſtrema univerſæ Tattariæ pars eſt Vetus Tattaria, inter Paropamiſum amnem & Sericam ſive Catajæ regnum, ad uſque Septentrionalem Oceanum & fretum *Anian* extenſa. Dicitur vetus Tattaria, quia hinc primò nomen Tattarorum, ut ſuprà demonſtravimus, exortum eſt. η Regiones heic & hordæ complures, quarum nomina vix nota aut certa; At *Ung* & *Mongul* regiones ♆ *Gog* & *Magog* eſſe, viri docti docent. Tattaria Vetus. Ung Mongul. Gog. Magog.

CAP.

BUNONIS.

γ (a) *Cambalu* [b] urbs ad Puleſangam fl. eſt; eamque ambitu ſuo 28 millaria [c] continere alii tradunt. Serici tanta ibidem perhibetur negotiatio, ut nullus prætereat dies, quo non mille currus ſerico onerati eo vehantur. [d]

♁ (b) *Caindu* [e] urbi Cambalu vicina eſt; incolarum in *Caindu* & (c) *Camul* prædicatur hoſpitalitas. Hoſpitem quum accepit paterfamilias, rus concedit, uxorem & filias cum hoſpite relinquens, ut eum recte curent. Quam conſuetudinem cum Magnus Cham abrogaſſet, & poſteà ingens peſtilentia eos infeſtaret, credebant illi ſe à diis iratis ob morem iſtum abrogatum puniri, rogabantque Chamum, ut eandem reduceret conſuetudinem excipiendi hoſpites; quo dii placarentur. Cæterùm ſupra Catajam *Altai* ſive *Alchai* mons eſt, ubi Tattarorum Regum ſepulturæ.

ε (d) In *Tangut* telæ invenitur genus, quod cum in ignem conjicitur, purgatur. Ad (e) *Succuir* Rhabarbarum in copia colligi volunt: Ibidem quoque eſt (f) *Campion* emporium celeberrimum.

ζ Rex iſte in (g) *Tenduc Uncanus* dicebatur, eratque Chriſtianus, ſed Neſtorianæ hæreſi addictus, Eccleſiaſticam pariter & ſecularem Juriſdictionem in ſuos exercens. Is *Presbyter Johannes* vulgo appellabatur, quaſi *pretioſus Cham*. [f] Ejus poteſtas quum nimis augeſceret, ipſeque ſibi à ſubditis metueret ſuis, ac eos variis ſervitutum generibus premeret, defecerunt hi ab ipſo, & elegerunt ſibi *Canchium* ſive *Cinchim* quendam, qui fuerat faber ferrarius, ducem. Hic Uncanum regno & vita exuit. Poſteritamen ejus adhuc ſub Magni Chami Imperio rerum potiuntur. Eorum ſedem alii collocant in *Argon*. In finibus ejus regni ponitur *Sindacui* caſtrum, in quo Uncanus præſidium poſuerat contra irruptiones Tattarorum.

η Quum paſtores potiſſimùm ſint Tattari, paſcuorum gratia ſedes ſuas ſæpius mutant, & catervatim degere coguntur. Unde etiam *Hamaxobii* veteribus dicti, quod in curribus viverent, quibus hinc inde vehebantur.

♆ At ipſe Cluverius Germ. l. 1. p. 44. & ſeqq. Gog & Magog ad Mare Caſpium habitare multis contendit.

HEKELII.

[a] Lib. VI. c. XVII. p. 87. lin. 41. ſeq.

[b] Olim, ſicuti nonnullis placet, *Iſſedem Serica* dicta.

[c] *Italica* fortè.

[d] Defertur quoque ex *India*, *China* & aliis regionibus maxima *variarum Mercium*, *Lapidum* inprimis *pretioſorum*, *Unionum*, *Aromatum* & *Opum omnis generis* copia.

[e] Vel *Caindo*.

[f] Plura de eo habet paſſim *Jobus Ludolphus*, omnigenæ Eruditionis ac variæ Scientiæ Vir, in *Hiſtoria Æthiopica* nuper in fol. impreſſa. Scripſit quoque de *Rebus Abyſſinorum Nicolaus Godingus*, qui Liber exc. eſt *Lugd. Anno* M. DC. XV. in 8. Sed *Adami Conzenii* ABYSSINI *Regis Hiſtoria* impreſſ. eſt *Coloniæ Agripp.* Anno M. DC. XXXVIII. in 8. Maj.

REIS-

(a) Cambalu. (b) Caindu. (c) Camul. (d) Tangut. (e) Succuir. (f) Campion. (g) Tenduc.

CAP. VI.

De Sinarum regione ſive China. (1)

I.

Sina, ſ. China.

TAttariæ, qua ortum Solis proſpicit, annexum eſt *Chinæ* regnum, cœli temperie, fertilitate ſoli, amplitudine, opibus ac potentia haud cuiquam alii cedens. Gens ipſa (ſi credimus) ingenio omnes alias ſuperans. Sinas eſſe Ptolemæi, cum ſitus, tum ipſum vocabulum maximè convincit. Quippe quod Hiſpanis *China*, id Italis Tuſcis *Cina*, & Germanis *Tſchina* ſcribitur: ubi exiguam in pronunciatione deprehendas differentiam inter *China & Sina*. At ignorantia Hiſpanicæ pronunciationis quæ eſt in Ch, Græcæ literæ χ pronunciatio in vocabulo iſto apud alias nationes invaluit. Limites habet ab Occaſu *Damaſios* montes, quibus ab India & Tattaria ſeparatur; ab Septentrionibus *Ottorocoram*, & murum CCCC mill. Germ. inter hujus crepidines contra Tattarorum irruptiones exſtructum; ab Ortu Oceanum Sinenſem ſive Eoum; à Meridie eumdem Oceanum, & regnum *Siam*. Longitudo ſumma eſt à Tattarorum finibus, qua mare Eoum tangunt, uſque ad regnum *Siam*, mill. Germ. IↃ C. Latitudo inter Damaſia juga & Oceanum milliar. CCC. I

Limites.

Magnitudo.

Chinæ Provinciæ.

II. Dividitur totum regnum in complures provincias, quas illi præfecturas vocant: quarum maritimæ ſunt (2) *Cantan*, *Foquiem*, *Chiqueam* (3), *Nanquin* (4), *Xantum*, *Paquin*; mediterraneæ, *Xiamſii* (5), *Canſii*, *Sancii*, *Suchnam* (6), *Huanum*

(1) *Sinam communiter ſtatuunt Geographi intra gradum* 20 & 41, *alias* 43, *Latitudinis Borealis, & ab occaſu in ortum ad gradus circiter* 30 *porrigitur. Regio eſt inter cultiſſimas & nobiliſſimas Aſiæ, cœli ſatis temperati, præter tractum Borealem, in quo Bruma diu ſævit, abundans pecoris, frumenti, fructuum omnis generis, etiam malorum aureorum, mellis, Sacchari, Orizæ, ſerici, Rhabarbari, radicis Chinæ, nucis muſcatæ, muſci, auri, argenti, quæ lex publica vetat effodere, æris, ferri, Chalybis, vaſorum porcellanorum; quorum fruſta Claviculis æneis & filo conſui poſſunt, ne liquorem tranſmittant; fluminum, piſcium, unionum, avium. Populoſiſſima eſt: Scatetque urbibus & viris: Illarum nobiliores fere ſunt juxta quoſdam* 150, *& inferioris ſortis* 1222, *vicorum vero ſupra* 1500. *Murus quo contra Tartaros defenduntur excurrit ad* 300 *circiter millaria Germanica (aliis longe amplius) per planitiem quæ hic infrequens, per ſaxa abrupta ipſoſque montes, nullibi interruptus niſi qua montes editiſſimi. Ex ſilice ſtructus eſt, adeo ſolidus ut ne clavum quidem inter commiſſuras admittat, altus* 30 *cubitos ſinenſes, latus* 12 *ſive* 15, *præditus altis turribus, ad certam diſtantiam a ſeſe remotis, portiſque, ubi neceſſum eſt, quibus in muri tutelam Caſtella imminent, militum præſidiariorum habitatio. Adjiciunt Sinenſes, totos montes lapideos in fabricam ejus exciſos, atque deſertum arenoſum, quod ipſi cementum Subminiſtravit, abſumptum fuiſſe.*

Os Sinenſibus pro varia loci Latitudine flavet, nigrum eſt, aut albicat. Amant impenſe agriculturam & Alchymiſticam. Prolixis crinibus delectantur. Literarum loco utuntur figuris & imaginibus, quarum numerus fere innumerus. Tormenta, pulverem nitratum & artem typographicam diu ante Europæos cognovere, ut ipſi ferunt. Ingenioſi ſunt, vitæ perennis cupidiſſimi, ſuperſtitioſi, Idololatræ, interque ipſos complures ſunt pontificii. Luyts.

(2) *Abundat fructibus, frumento, lapidibus pretioſis, metallis, ſale nitri & ſerice.*

(3) *Hic Bombycum & ſerici optimi ſumma ubertas.*

(4) *Serici abundantiſſima. In ejus ditione montes ſunt ex quibus terra, materiis vaſorum porcellanorum maxima quantitate effoditur, & regio Sigillo munita in conterminam Provinciam tranſportatur ut ibidem hæc vaſa adornentur.* Luyts.

(5) *Abundans fluminum, inter quæ & Aurifera, pluviæ tamen non raro perquam indiga, locuſtis multum vexata, alias fertiliſſima.*

(6) *Nihil hic ad voluptatem deeſt, abundat ſerico, radicibus Chinæ, atque Rhabarbari.*

REISKII.

1 (a) China סין nomen ab imperatoria eaque priſca familia ortum ad exteros pervenit: Græcos itidem Ptolemæi ætate qui *Sericam Sinis* Σίναις vicinam recte collocat, & poſtremæ Indiæ annumerat. Tum enim Seres Indi & Sinæ verſus Orientem ultimi noſcebantur: Mirum vero eſt, cur Iſa. Voſſius in Obſervat. ad Pompon. Lib. I. c. 2. Sinas veteres *in Siam, aut Siamenſe regnum*, idque indicium ex infirmis rationibus mutet. Diverſa enim pronunciatio inter gentes varias, adhuc recepta nihil efficit; Unde *China* Europæis, Arabibus *Sina*, & *Tſchina* Turcis dicitur; Tataris *Mangun*; Ipſis Chinenſibus *Chunghoa* & *Chunguo*. (b) Regio hæc triginta circiter gradus in longitudinem a Promontorio Ningpo ad Damaſios montes; In latitudinem à gradu octavo decimo ad ſecundum & quadrageſimum procurrit, tota provinciis & urbibus cultiſſima. Regna in vaſto illo imperio Tatarico-Chinenſi numerantur quindecim, & cum iis Provinciæ totidem eædemque duplices, Boreales nempe ac Auſtrales, ſive maritimæ illæ ſint, ſive mediterraneæ. Sex equidem Boreales *Honan*, *Xemſi*, *Xanſi*, *Xantum*, *Peking*, *Suchnen*; Auſtrales vero novem, videlicet *Hahung* alias *Quamtung*,

(a) China. (b) Provinciæ hujus duplices.


SAMAHAN TARTARIÆ Sive SARMACANDÆ PARS
Xamo Desertum
Xamo Desert Europæis
Kin Mons
TIBET
REG
Kiang Regnum
USUCANG REGNUM
BENGALA
Pegu
REG LAOS Sinis
LAO QUO
KIAOCHI Sive COUCHINCHINA
HAINAN
Pratam
Bengala
Mare nigrum Sinis
Lop lacus
Ottococora M.
Quitelung
Yenking
Leatung
Tutuu
Shenkung
Pingari
Corea
Kiangyyuen
Kingki
Kingxun
Chungking
Cirenta
Tanghai
Ningkai
Cingcheu
Taiquen
Tuancheu
Kiang
Quangning
Cingyang
Tanghoa
Cingcheu
XANSI
XANTUNG
Ilungma
Kinggan
Kanchung
Cingyan
Yunning
Kincang
Siangyang
Nan KIN
Vangcheu
Lungmung
Kingcheu
Kienkiang
Kenkiang
Cheuxan Ins.
Changgue Ins.
Kinchcu
Venheu
Kienchang
Kinning
Fochieu
Kinghoa
Cuenchcu
Changcheu
Quemoy
Formosa
Prara Ins.
Macao
Suikien
Liuchcu
Cocheu
Liuthan
Chaoking
Quangchcu
Nanhiung
Lienchcu
Quangyuen
Yanning
Quanshi
Lieuchan
Quilin
Quenwang
Mangchoa
Tunghan
Mangking
Iuen kiang
Siangyuen
Chiangyuen
Cingheu
Vsa
Kienkiang
Kinchcu
Venheu
Kienning
Fochieu
Kinghoa
Cuenchcu
Changcheu
Quemoy
Kiang
Kia Lacu
Sefing Lacu
Mahalacu
Suna
Cingyan
Kiang
Ringcheu
Yuchang
Kenkiang
Kiangcheu
Kaoking
Vingo
Cingcheu
Tsiang
Tsilacu
Vangcheu
Lungmung
Ilungma
Kinggan
Kanchung
Cingyan
Yunning
Kincang
Siangyang
Nan KIN
Kiang
Ringcheu
Yuchang
Kenkiang
Kiangcheu
Kaoking
Vingo
Cingcheu
Tsiang
Tsilacu
Vangcheu
Lungmung
Ilungma



anum (1) [*a*], *Juana*, *Fuquam* (2), *Suinam*, *Quicheu* (3), *Quiancii* (4), *Cochinchina*, *Quancii*. α

III. Urbes per universum regnum esse tradunt celebres CCXL fossis murisque probe munitas, præter opida & pagos quorum infinitus numerus. Amplitudo autem urbium ex eo conjicitur, quod *Cantan*, una ex minoribus, tria amplius milliaria Germanica circuitu amplecti dicatur. β

IV. De regiâ est varia auctorum traditio; alii quippe γ *Paquin* eam vocant, alii δ *Xantum* quam eandem putant esse ε *Quinsai*. In Tattariæ finibus versus Septentriones sitam esse, omnes consentiunt. Ante erat regia ζ *Nainquin*, magna Regia Paquin, Xantum Nainquin.

tung, *Quamsi vel Kiansi*, *Kianguam*, *f. Nanking*, *Chakiang*, *Foblem*, *Quangiang*, *Quangsi*, *Quecheu*, *Junnam*: Adde amplius *Leautung*, regionem Tatariæ Niuchæ proximam, & *Coream* sive *Chaolien* Sinis quoque subditam: Unde Petrus Du Val sextam decimam addit. In quibus provinciis urbes præcipuæ ac florentissimæ 150, minores vel oppida 1222, vici extant innumeri: (a) Ex Urbibus duæ sunt Regiæ, una Borealium *Pequing*, alteraque Australium *Nanquing*. China ergo quasi urbs continua muro circumdatur stupendo ad 300 milliaria Germanica producto, 40 cubitos alto, sed 15 lato: Ut mûrum seu vallum potius Romanum in Britannia Scotis oppositum, & Hexanitum murum in Isthmo Corinthio ad quinque milliaria excitatum, valde superet. Tatari tamen facta irruptione muroque penetrato, A. 1649, tot regna sub imperium redegerunt, per octennium sævissimè grassati. Ecquis miranda Chinensium opera & naturæ dona singula enarret? De re literaria Chinensium & arte typographica Spitzelius Commentar. Kircherus volumine grandi Chinam illustratam, Mart. Martinius atlantem Sinicum notis Jac. Golii ornatum, Andr. Mullerus libro singulari Sinicas observationes de rebus historicis, Geographicis & Christianis monumento præsertim Sinico, (b) cui cum Jesuitis plurimum attribuit; Inventum etiam is ipse Brandenburgense, vel linguæ Sinicæ facilius legendæ ac intelligendæ clavem edidit: (c) De scutellis Chinensibus sive porcellanis Martinius explodit fabulam communissimam, qua ex *ovorum testis* corrasisque conchyliis marinis confici dicuntur, cum ex argilla figlina, terraque diaphana & arenosa confici soleant. (d) *Libros Chinenses* eosque in rebus Astronomicis, Geographicis, & Physicis conscriptos, chartæque Sericæ impressos bibliotheca Augusta, quæ hoic est, nonnullos continet. (e) *Missiones Jesuitarum*, sive sacras expeditiones ab Anno 1581, ad A. 1669, Nic. Trigautius, Prosp. Intorcerta, sed ultimas Ad. Schallius, Madorinus Chinensium factus edidit. Sed Joh. Hurolianensis S. J. Historiam Chinæ à duobus Tataris subjugatæ, Anno 1688, Paris.

BUNONIS.

α (f) (g) P. Martinus Martinius sequentes enumerat Chinæ provincias: ex quibus *maritimæ* sunt, (h) *Corea* Martinio, cujus tabulam exhibemus, peninsula, (at aliæ tabulæ recentiores Coream faciunt insulam): ejus urbes memorantur; Kincki, Hienking, Pinggan, Kiangyuen, Kioxane, Chungoing, Ciuenlo: [2.] (i) *Leaotung*, cujus caput Leaoyang, item Tuxune, Quangning, Ningyve: [3.] (k) *Xantung*, in qua Ninghai, Cinan, Tiencin, Cingcheu: [4.] (l) *Nanking*; cujus metropolis Nanking; item Hoaigan, Yancheu, in ea est Tai lacus. [5.] (m) *Chekiang* in qua urbes Hangcheu, Xaoking, Kiucheu & Wencheu. [6.] (n) *Fokien* cujus caput Fochen; & cæteræ urbes Kinghoa, Kienning, Tingcheu, & Changheu: ejus litori opposita est insula Quæmoy: [7.] (o) *Quantung*, in qua caput Quancheu, cujus portui opposita est insula Macao; urbes præter ea in hac provincia sunt, Coacheu, Chacking & Nanhiung: [8.] (p) *Tunking*, in qua urbes Lieucheu, Liucheu, & Suikien. *Mediterraneæ* verò provinciæ memorantur, [1.] (q) *Junnan*, cujus caput Junnan urbs, ac præter hanc Mengting, Juenkiang & Quangsi, [2.] (r) *Suchuen* in qua Chingty: [3.] (s) *Xensi*, in qua præcipuæ urbes Sigan, Hanchung, & Hinggan. [4.] (t) *Xangsi* cujus caput Taiyven, ac porrò Tuencheu, Kiang, Taitung: [5.] (u) *Peking*, cujus caput & regiâ memoratur urbs ejusdem nominis; porrò celebriores hic sunt urbes Xuntien, Paoting, Quanping. [6.] (x) *Honan*, in qua Caisung. [7.] (y) *Huquang*; in qua nobiliores Siangyang, Kingchen, Fung, Chingcheu: [8.] (z) *Queicheu* cujus urbes insigniores Queiyang, Sintien, Chieinen: [9.] (aa) *Quansi* cujus Queilin: [10.] (bb) *Kiangsi*: in qua Chancheu, Kienchang, Quangsin.

β Stupendam illam urbium in China magnitudinem idem quoque refert P. Martinius.

γ Imperatorum Chinensium regia [*b*] P. Martinio memoratur (cc) *Peking* in provincia Septentrionali ejusdem nominis.

δ (dd) *Xantung* provinciæ nomen est.

ε (ee) *Nanking* urbs est in provincia Nanking. [*c*]

HEKELII.

[*a*] S. *Hoaum*.
[*b*] *Magino* memoratur *Paquin*.
[*c*] *Magino* dicta *Manquin*.

BUNONIS.

ζ Marcus Polus Venetus urbem hanc (ff) *Quinzai*, id est, civitatem Cœli, in regno *Ainan* collocat. Rex qui in ea sedem habuit *mundi Dominus & cœli filius* à suis dictus est. Verum ejus urbis recentiores nullam faciunt mentionem, sive bello sive aliâ calamitate interierit.

(gg) Fluvii per Chinam nobiliores memorantur (hh) *Croceus* à colore luteo ita dictus, ex Soling lacu oritur: inde versus Septemtrionem tendens Chinæ limites egreditur, factoque flexu redit, ac demum in Oceanum Chinensem sese exonerat. *Kiang* fluvius *maris filius* dictus in Chinensis

(1) *Hanc Provinciam orbis terrarum centrum occupare Incolæ opinantur. Plena rivis deliciisque est, cœli clementissimi, soli uberrimi, habita Sinensibus Paradisus, & hisce nominibus non semel sedes Imperatorum Sinensium.*

(2) *Provincia est piscosissima, & adeo ferax Orizæ & frumentorum, ut victum toti Sinæ possit subministrare.*

(3) *Abundat equis & Mercurio.*

(4) *In montibus inveniuntur aurum, argentum, stannum, plumbum & ferrum. Nullibi meliora vasa porcellana finguntur.*

(a) Urbes regiæ. (b) Monum. Sinicum. (c) Porcellanæ. (d) Libri Sinici. (e) Missiones Jesuiticæ. (f) Provinciæ in China ex relatione. (g) P. Martinii. (h) Corea. (i) Leaotung. (k) Xantung. (l) Nanking. (m) Chekiang. (n) Fokien. (o) Quangtung. (p) Tungking. (q) Junnan. (r) Suchuen. (s) Xensi. (t) Xangsi. (u) Peking. (x) Honan. (y) Huquang. (z) Queicheu. (aa) Quansi. (bb) Kiangsi. (cc) Peking. (dd) Xantung. (ee) Nanking. (ff) Quinzai. (gg) Fluvii in China. (hh) Croceus fl.

gna urbs, in medio regni verſus Oceanum poſita. At de urbe *Quinſay* (ſive ea Tattarorum Magni Chani, ſive Sinarum Regis regia, utrumque enim traditur) merito prudentiſſimi cujuſque fidem excedunt ea, quæ M. Polus Venetus tradidit: continere ſcilicet eam circuitu mill. Ital. circiter centum, id eſt, German. communia viginti quinque, & pontium in ea lapideorum duodecim millia, quorum quidam tantæ altitudinis, ut majores naves erecto malo ſubtermeare queant: lacum item inter mœnia ambitu mill. German. circiter ſeptem continere; in quo duæ inſulæ ſingulas regias ſuperbiſſimo opere ſuſtinentes. Per univerſam autem urbem præſidium triginta millium militum. Veruntamen urbem hanc poſt Marci Poli tempora bello dirutam, vel alia gravi calamitate deſtructam eſſe, quidam putant.

Corea. Japan.

V. Inſulæ ab ortu Sinarum regno objacent innumeræ; at duæ inſigniores ℞ *Corea*, incolis *Caoli*, Longitudine CCXXX milliar. German. Latitudine L (1),& multo nobilior ♃ *Japan*, Longitudine milliar. CL, Latitudine

(1) *Sunt qui 150 Milliaria tantum numerant, & peninſulam ducunt. Regio pinguiſſima. Montes aurum & argentum atque Orizam, Mare Margaritas ferunt. Luyts.*

nenſis Imperii limitibus Occidentalibus ortus, fluens mediam fere tranſit Chinam, eamque ab Occaſu in Ortum dividit in Septentrionalem & Auſtralem, ultra milliare Germanicum perhibetur latus: idem mare Chinenſe demum ſubit, ejuſque oſtio objacet inſula Cungming. Reliqui fluvii ſunt (a) *Hoaj*, (b) *Singan*, (c) *Cientang*, cujus oſtio adjacet inſula, (d) *Cheuxan*, (e) *Juen* & (f) *Can fl.* qui cum *Kiang* ſeſe conjungunt: Item (g) *Ta fl.* ad *Quancheu* mare ſubit. Cæterum Chinenſinum lingua carere dicitur literâ caninâ R.

Utuntur Chinenſes literarum loco characteribus, & imaginibus variis, figuras in ligna & laminas incidunt; ſicut nos utimur arte Chalcographica [d]. Currus excogitârunt, quos velis ventiſque, uti navigia per mare, per loca plana dirigere norunt. Liberos ſuos in patrio exercent ſermone, &, quum legere & ſcribere poſſunt, docent eos ſcire res olim apud ſe geſtas, leges etiam municipales; & moralia fabularum atque adagiorum. [e]

HEKELII.

[d] Quam ab ipſis *Chinenſibus* diu ante nos inventam tradunt. Edidit elegantiſſimum & omnibus numeris abſolutum de *Re Literaria* SINENSIUM Commentarium *Theophilus Spizelius*, Vir pius, laborioſus, literatus, atque candori deditus, Amicus meus certus, qui liber, *Lugduni*, quippe *Batav.* Anno Chr. M. DC. LX. *Hackianis* literis in 12. f. impreſſus, omnino eſt dignus, ut à quolibet *Philologiæ* cultore indefeſſis teratur quotidiè manibus.

[e] Quod ad Religionem hujus Gentis attinet, credunt omnes Res creatas, omniaque Inferna atque horum gubernationem pendere à *Supernis* atque *Cœlo*, quod maximum omnium Deorum credunt, idque primo *Alphabeti* Charactere exprimunt, *Solem*, *Lunam* & *Stellas* adorant, immò & *Cacodæmonem*, ne mala eis, ut ipſi dicunt, afferat. Sumtuoſiſſima habent tam in *Urbibus*, quam in *Agris* Templa, daturque apud eos duplex Genus *Sacerdotum*: alterum albis eſt incultum Veſtibus raſo Capite & in commune vivit, ut noſtri *Monachi*; alterum atris eſt veſtitum, promiſſo crine, & ſeorſim habitat; ſicuti noſtri Presbyteri. Neutrum Uxorem ducit; horum tamen Vita ſatis impudica & obſcœna; Conf. *Marci Heningi* de *Regno* CHINÆ Liber, *Auguſtæ Vindel.* Anno M. D. XC. in 8 exc.

BUNONIS.

℞ (h) *Corea* P. Martinio non inſula, ſed peninſula eſt.

♃ (i) *Japan* inſula fœcunda [f] eſt, frugum, metallorumque [g] dives [h]: Rex cujus Imperio cæteri ſubſunt reguli, ad bellum educere poteſt aliquot centena millia virorum. Luſitani Chriſtianam fidem paſſim per hanc inſulam felici ſucceſſu docuerant; ſed ea, anno 1579, ac iterum hac noſtra ætate, exuſtis & occiſis Chriſtianis hîc oppreſſa & fere deleta eſt. Qui ex occidente ibidem negotia curant mercatores, Chriſtianum nomen ſolent abnegare. Tanto odio Japanenſes perſequuntur Chriſtianos, ut ne quidem in exteris Chriſtianum ferant nomen; unde exigua, & ferè nulla appareat ſpes, qua ratione doctrina illa ſalutaris hic reſurgere queat. *Itinerar.* Nobilis à *Mandelſlo* p. 238. & ſeqq. Hodie tamen mitiora afferunt; Chriſtianam videlicet fidem denuo ibidem admitti. Poſſellus per univerſam hanc inſulam ſtatuas Idolorum maximè tricipites, aliaſque mulieris puerum in ulnis geſtantis imagines adhuc ſuo ævo extitiſſe teſtatur, veſtigia hæc videntur eſſe Religionis Chriſtianæ antiquis temporibus hic florentis; quæ tamen aſtu Satanæ poſtea corrupta & perverſa fuit. [i] Porrò Chinenſium litori Orientali objacet inſula (k) *Formoſa* ſub ipſo Cancri Tropico: in qua Hollandi nonnulla loca munita tenebant; & cum incolis, ipſis quoque Chinenſibus huc venientibus, mercaturam faciebant. Erant in ea inſula non pauci ad Chriſtianam fidem converſi. Sed Hollandi nuper, anno 1662, à Chinenſibus *Selandia* caſtro per deditionem capta, ex hac inſula ejecti ſunt, & ab his in captivos imbellemque turbam crudeliſſime eſt ſævitum. Chinenſium litori Auſtrali oppoſita alia inſula (l) *Hainan* dicta, multis urbibus & incolis exculta.

HEKELII.

[f] Ac nobilis.

[g] *Auri* inprimis.

[h] Veteribus *Chryſe*, ſed *Marco Polo Zipangri* dicta.

[i] Incolæ colore ſunt potius *olivaſtro*, quam *albo*; ingenio a. ac memoria mirabili pollentes, gloriæ cupidi & laborum tolerantiſſimi. REIS-

(a) Hoai fl. (b) Singan fl. (c) Cientang fl. (d) Cheuxan fl. (e) Juen fl. (f) Can fl. (g) Ta fl. (h) Corea. (i) Japan Inſ. (k) Formoſa Inſ. (l) Hainan.


PERSIÆ
PARS
Propamisus
Cabul
Arachosia
Circan
Gedrosia
INDIA INTRA GANGEM
INDIA extra GANGEM
CHINÆ
PARS
Golfo de Bengala
Olim P. de Nigrais
Sinus Gangeticus
SIAM
Cambodia
Philip Inſ.
pinæ olim
Barußæ
Mindanao
BORNEO
SUMATRA
Maldiviæ Inſ.
Linea Æquinoctialis
MARE INDICUM
INDIÆ Orientalis et Insularum Adiacentium Antiqua et Nova Descriptio
Celebe
PARS NOVA GUINEÆ
Iava Maior
Iava minor
Str. of Sunda
Amsterdam
Mes Reyes Mages

dine LXX (1); utraque in complures ditiones, quas Reguli verius quam Reges obtinent, distributa. Hujus tamen potentior Rex est *Miaci*, urbis totius insulæ principis. 2

(1) *Insulæ Japonenses permultæ, quarum Nipbonia Xicoca & Ximum potiores habentur. Scatent montibus, omnium rerum tamen feracissimæ. Copiam habent auri argenti aliorumque metallorum item pretiosorum lapidum, & coralliorum. Urbes sine muris, atque ædificia ex ligno. Japonenses ingeniosi, veraces, temperantes, fortes, crudeles, violentas sibi manus sæpe inferunt, Idololatræ, imprimis solis. Scribendo Sinensium utuntur imaginibus. Subsunt hæ insulæ uni imperatori, cujus imperium legibus solutum est. In Nipbone seu Japone propria, datur mons Ætnam assimilans unde 3 Rivi sulphurei profluunt. In 54 provincias sive regna dividitur insula. Urbium facile princeps est Jedo longa tria, lata duo milliaria, frequentissima, palatio regis deaurato, & Ædibus magnatum splendidissimis decorata. Hic etiam est Meaco olim sedes regia, hodie summi pontificis Japonensis, quem supra fidem venerantur.* Luyts.

REISKII.

2 Insulam *Formosam*, quæ Chinensibus (a) Packanda dicitur, minores aliæ attingunt: (b) *Fayoung* maxime, in qua Batavi, Anno 1632, fortalicium struxerunt, *Seelandiam* dictum, mox altero, quod Provinciam vocarunt, addito: Unde Hispanos postea suo castello Kelango exturbârunt, & Formosam denique subjugârunt: Verum à Piratis Chinensibus, & horum duce Couenga iterum, Anno 1661, ejecti; jacturam Chinensium commerciorum, Indorum, & Japonensium maximam fecerunt. Ipsa Insula populosa, suisque pagis & dominiis divisa 30 gradus latitud. septent. versus Boream jacet. Ab ea distat paululum obscura insula (c) *Sanichaon*, ubi Franc. Xaverius, Indorum Apostolus, vitam finiit, successu facto.

(d) *Japonia* incertum est, an extet Insula, num continenti adhæreat, Arn. Montano & Caronio teste: Ipsa 35 gradus elevata XVI Provincias plurescque Insulas complectitur, quarum tres maximæ sunt, *Nivoo*, *Xinoo* & *Xiccoo*, suis regulis aut principibus subjectæ: Qui tamen singuli (e) *Dairo*, rerum sacrarum & civilium supremo arbitro, subsunt. Hujus autem sedes Meaco est, urbs regia *Tendo vel Jedo*, Anno 1657, incendio exusta: Domos enim solum ligneas amant, nec urbes muris aut portis muniunt, sed plateas noctu magnis januis occludunt. Conf. Bern. Varenii Descript. Japoniæ, Arn. Montanum in Lib. Germ. de legat. ad Cæsarem Japon. itemque Missiones, quas vocant, Apostolicas aut Papæas ex A. 1590, ad A. 1614, quo ferociter in Christianos sævitum fuit, & A. 1626, quo Jesuitæ cum Portugallica & Hispanica natione regnis omnibus excluſi, solique Batavi ad commercia libera sunt admissi.

(a) Packanda. (b) Fayoung. (c) Sanichaon. (d) Japonia. (e) Dair.

CAP. VII.

De India Veteri.

I.

SInarum regno conjuncta est ab Occasu Meridieque *India*, terra omnium nobilissima, auri argentique adeò fœcunda, uti solum ejus aureum argenteumque esse veteres crediderint. Nomen accepit ab *Indo* nobilissimo flumine. Clauditur ab Occasu *Indo*; à Septentrione *Emodis* montibus; ab Ortu itidem montibus *Damasiis* & *Meandro*; à Meridie suum mare, quod *Indicum* appellatur, magnis sinubus recipit; in quod, ceu duo cornua, longissimo excursu sese emittit. *Longitudo* ejus summa est ab Indi fontibus usque ad extremum aureæ Chersonesi promontorium mill. German. circiter IↃC. *Latitudo* maxima à Damasiis jugis in finibus Sinarum ac Tattarorum, ad Simyllam promontorium, nunc *C. Comori*, mill. CCCCL. 1 India. Ejus limites.

II. Di-

REISKII.

1 (a) *India* nomen ab Indo fluvio nacta, cunctis gentibus, quas Orientales & Occidentales terræ nutriunt, commune fecit: Hinc Chinenses & Arabes *Indostan* hodieque nominant, suo sermone aut idiomate quo regionem adjecto *Stan* significant, veluti Turkestan, Gusistan, &c. India vetus ampliſſimis patebat versus Boream Ortumque terminis. Ad Tauri juga nempe ac Eoum oceanum, hodierna longe arctioribus coercetur: Utraque tamen duplex, altera nempe *Occidentalis intra Gangem* ἡ ἐντὸς γάγγε ἰνδικὴ, *altera Orientalis extra Gangem* ἡ ἐκτὸς γάγγε ἰνδικὴ, quam Græci Romanique nec non adhuc Arabes partiuntur. De gentibus, mirandis naturæ operibus urbibusque Indicis quanta scriptorum veterum portenta, etiam falsa? Strabone judice Lib. II. qui de urbium numero 5000 acute censuit καθ' ὑπερβολὴν, i. e. eo *per excessum* excrevisse. De

(a) India.

Diviſio. Indiæ.

II. Diviſa fuit olim Gange flumine in duas partes; quarum una verſus Occaſum α *India intra Gangem*, altera verſus Ortum β *India extra Gangem*, appellabatur.

Indi Brachmanes. Gangaridæ.

III. Tradunt veteres Geographi, fuiſſe in India populorum *novem millia*; quorum clariſſimi γ *Brachmanes*, Indorum Philoſophi, Græcis *Gymnoſophiſtæ* dicti; & δ *Gangaridæ*, quorum regem potentiſſimum Alexander Magnus invadere non auſus eſt.

Nyſa urbs.

IV. *Urbium* fuiſſe *quinque millia*, iidem auctores prodiderunt, præcipua capacitate; quarum omnium clariſſima ε *Nyſa*, in qua genitum Liberum patrem Indi arbitrabantur.

Indus fl.

V. Fluviorum nobiliſſimi ſunt *Indus* & *Ganges*: ζ *Indus*, quem accolæ quondam *Sandum*, nunc diverſis nominibus diverſi appellant populi, *Hynd*, *Duil*, *Inder* & *Caercede*, in η Paropamiſo monte effuſus undeviginti recipit amnes; ſed

Nationibus quantum variatur? omnes eas ad *Joctanem*, è Noachi nepotibus unum, primum quaſi parentem, Joſephus, Euſebius Euſtathiuſque referunt: Has autem origines Bochartus in dubium trahit Lib. II. cap. 15. infirmis tamen ratiunculis uſus. (a) Indus & Ganges ex jugis altiſſimis Thebeth, lacu quondam hydrophilacio naſci dicuntur: Ut hic per rupes altiſſimas horrendo cum ſtrepitu, ille ad radices montium prorumpat, & quinque alveis in mare Indicum devolvatur. Ganges vero in ſanctitate maxima & ſingulari peccatorum expiatione apud Indos ethnicos adhuc habetur, tanquam paradiſi fluvius. Vid. Kirch. China illuſtr. part. II. c. 2. Abr. Rogerii Hiſtor. Brachman. part. II. c. 18. Notitia reliquorum quos Indiæ progenerant fluviorum noſtris Europæis obſcura & perexigua obtingit. *Veteres autem Indiæ ſcriptores multa falſa prodiderunt*, inquit Strabo lib. II. Conf. etiam itinera Thevenotii, quibus res Indoſtanenſes novorum Mogulum aliorumque populorum expoſuit, Souchu de Rennefort Hiſtor. Indiæ Orientalis Pariſ. A. 1688, edita.

BUNONIS.

α (b) *India intra* ſeu cis *Gangem* ab Occaſu habet Paropamiſadas, Arachoſiam & Gedroſiam; à Septentrione Caucaſios montes, quos appellabant Macedones; ab ortu Gangem fluvium, ac alteram trans Gangem Indiam; à Meridie Oceanum Indicum. [a]

β (c) *India extra* ſive *trans Gangem* ab occaſu habet alteram Indiam, & Gangem fluvium: ad Septentrionem Scythiam: ab Ortu Sinarum regionem: à Meridie Indicum mare. In hac inter duos ſinus Gangeticum & Magnum eſt (d) *Cherſoneſus Aurea*, quæ hodie à civitate *Malacca* dicitur.

γ (e) *Brachmanes*, ſive *Brachmani*, olim fuere Philoſophi, hodie *Bramani* dicuntur, de quibus Itinerar. Nob. à Mandelſlo p. 114. & ſeqq. de iſtis *Solinus* c. 65. Philoſophos habent Indi Gymnoſophiſtas, qui ab exortu ſolis ad Occaſum contentis oculis orbem candentiſſimi ſyderis contuentur, in globo igneo rimantes ſecreta quædam, areniſque ferventibus perpetuum [b] diem alternis pedibus inſiſtunt. Et *Plinius* l. 6. c. 19. Gentes celebratæ illic, & prope in religionem verſæ ſapientiæ deditæ, voluntaria ſemper morte vitam, accenſo rogo, finiunt: ut ſunt de illo exempla [c] apud Plutarchum in vita Alexandri. Mortem ſcilicet prudentiores illi non exſpectabant; ſed ingerendo ſemet ignibus læti & cum gloria arceſſebant. Alii in ſolitudine & ſub terræ cavernis mortem exſpectabant: qui mos hodieque ſervatur in Japonia. [d]

δ (f) *Gangaridæ* bello olim clari erant ad Gangem fl. urbs & regnum Bengala, illorum ſedes erat olim Gange, ſeu (g) *Ganges* urbs ulterioris Indiæ Gangi fl. impoſita. Sunt qui exiſtimant Gangem urbem eſſe eandem, quæ hodie Bengala: verum hæc à Gange fl. longè diſtat.

ε (h) *Nyſa* [e] urbs cis Gangem ad Indum fl. non longè ab Arachoſia à Baccho fertur condita. Eſt quoque Indiæ mons *Nyſa*, cujus mentionem facit *Virgil Æneid.* VI.

ζ (i) *Indus* fl. Plinio teſte, *l. 6. c. 20.* olim ab incolis *Sandus* fuit appellatus: *Sinthum* Ptolemæus inter ſeptem Indi oſtia numerat. Veriſimile igitur eſt, oſtium illud omnium maximum pro toto fluvio Ptolemæo fuiſſe uſurpatum. Hodie ab Indis aliiſque gentibus vulgo *Indu* vocatur. Hunc verò fluvium prius *Mauſolum* dictum, poſtea ab *Indo* quodam Juvene egregio, qui in eum ſe præcipitaverit, nominatum fuiſſe fabulatur auctor libelli de fluminibus, quem nonnulli adſcribunt Plutarcho. Alexander M. tradente Plinio l. 6. c. 17. nullo die minus ſtadia ſexcenta navigavit in Indo fl. nec tamen potuit ante menſes quique enavigare, adjectis paucis diebus. Idem Rasbutos à Cambajenſibus diſterminat, atque per mediam Cambajam decurrit. Incolis ejus regionis, teſte Odoardo Barboſa, & *Cercetes* & *Inder* hodie appellatur. Candidi coloris eſſe perhibetur Indus, & gelidior, quam cæteri, qui ibi ſunt, fluvii. *Curtius, Arrianus.*

η *Paropamiſus*, etiam *Caucaſus* dictus, non Ponticus ſed Indicus. De Indi fonte ita Plinius *lib. 6. c. 20. In jugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropamiſus, adverſus Solis ortum effuſus.* Eadem quoque tradit Arrianus.

HEKELII.

[a] Et juxta nonnullos *Chaberim.*

[b] S. *perpetem*, ſicuti *Olivariniana* legit *Editio.*

[c] *Calani* & *Indi cujuſdam* ex comitatu *Cæſaris.*

[d] Alias de Gentibus INDIÆ, & in ſpecie de BRAGMANIBUS extat elegans Liber Græcus *Palladii* qui ex *Bibliotheca* Regia *Londinenſi*, cura *Edoardi Biſſæi*, Londini ap. *T. Roycroft*, Anno MDC LXIIX. in 4. reg. cum Verſione *Latina* eſt impreſſus.

[e] Cujus nominis decem *Stephanus* enumerat.

BU-

(a) Duplex, Indus & Ganges. (b) Limites Indiæ. (c) Intra Gangem & extra Gangem. (d) Cherſoneſus aurea. (e) Brachmanes. (f) Gangaridæ. (g) Ganges. (h) Nyſa urbs. (i) Indus fluv.

ſed clariſſimos ϑ *Hydaſpen* & ι *Hypaſin*, qui Alexandri iter terminavit. Nuſquam latior quinquaginta ſtadia, aut altior XV paſſus, ſeptem oſtiis in mare Indicum evolvitur. κ *Ganges* gemmifer & auri fœcundus, ex Scythicis exoritur montibus, cujus latitudo minima duo mill. Germ. maxima quinque, ubi vadoſiſſimus menſuram centum pedum devorat. λ Ganges.

VI. Indorum gens μ vetuſtiſſima nunquam à natali ſolo receſſit. Quare nemini fas ſit mirari vel hominum vel urbium copiam. Indiam *Liber* pater (quem illi apud ſe natum arbitrati) primus cum exercitu ingreſſus eſt, primuſq; omnium Indis ſubactis triumphavit. Dehinc *Perſæ* proxima inter Indum & Gangem armis occupata tenuerunt, donec *Alexander*, Dario ſuperato, Porum Indorum Regem debellavit. Poſt hunc in pace, ſuis quique Regibus obedientes, egerunt; donec, diu ignoti, tandem Portugallenſibus ſuperiori ſeculo rurſus cogniti fuerunt. Longinquitas regionis occaſionem præbuit fabulis, ν uti ex veteribus graves etiam ſcriptores, ξ hominum varias monſtroſaſque ſpecies crediderint. Gens Indorum.

CAP.

BUNONIS.

ϑ (a) *Hydaſpes fl.* Indum flumen ad Nyſam urbem ingreditur. [f]

ι Fluvius ille (b) *Hypaſis* vocatur Ptolemæo, Plinio, Curtio & Arriano; at Straboni, Dionyſio Afro, Martiano Capellæ, Solino & aliis eſt *Hypanis*. Plinius l. IV. c. 12. hanc controverſiam ſuo tempore inter ſcriptores fuiſſe tradit, vehementerque erraſſe, qui Hypaſin in parte Aſiæ prodiderint. In India autem ſupra flumen Hypaſin ſolſtitii die medio nullam jaci umbram autores referunt. Plinius l. 2. c. 37. Fluvius ille cum Hydaſpe ſeſe unit; unde à quibuſdam pro eodem habetur flumine. *Herodotus lib.* 4. tradit *Hypanim* fluvium quinque dierum via exilem, profluere ac dulcem; Deinde poſt aliorum dierum iter perquam amarum. *Athen. l. 2. p. 43.*

κ (c) *Ganges* vulgò *Ganga* ex Emodis montibus ortus, omnium toto orbe fluminum perhibetur maximus, quinque decem & novem fluminibus magna ex parte navigabilibus receptis, alicubi lacus veriùs, quàm fluvius videtur. Eum [g] in ſacris literis appellari *Piſchon* ſeu *Piſon* exiſtimant Hieronymus, Joſephus & Euſebius. De illo Ovidius:

Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit.

λ Sinus, in quem devolvitur, *Gangeticus* appellatur; hodie vulgo [b] *Golfo di Bengala*. [i] Gangi magnitudine ſecundum Indum, tertium Iſtrum, quartum Nilum conſenſu tradi ſcribit Diodorus lib XVII. Latitudinem ei ſtadiorum XXXII tribuit; profunditatem tantam, ut omnia per Indiam flumina ſuperet.

μ (d) Primos Indiæ incolas ex poſteris fuiſſe *Jokтani*, qui Heberi fuit filius, colligitur tum aliis argumentis, tum quod ab illius filio *Ophiro* aurifera regio in ſacris celebris appellata eſt *Ophir*.

ν Mirum dictu, quam multi ex antiquis res Indiæ perſcripſerint, & quam pauci, dolente & exſecrante *Strabone*, vera. (e) Ex quibus alii una cum fabulis ſuis toti perierunt, alii ſi non toti, ex magna tamen parte. Extant *Herodotus*, *Agatharchidis excerpta*, *Cteſias* aliqua ſui parte apud Photium, *Dionyſius Periegetes*, *Strabo*, *Ptolemæus*, *Arrianus*, *Diodorus Siculus*, *Aethicus*, *Martianus*, *Heracleotes*, *Plinius*, *Mela*, *Solinus*, *Philoſtratus*, *Orſius*, *Q. Curtius*, *Apuleius*, & hi omnes veteres. Recentiores ſunt *Joh. Goropius Becanus*, *Petrus Maffeus Oſorius*, *Joh. Metellus*, *Joh. Barrius*, *Ludovicus Vartomannus*, *Maximilianus Tranſylvanus*, *Coſmas Indopleutes*, *Joh. Macer*, *I. C. Caſtagnedo Hiſpanus*, *Abrahamus Ortelius*, *Petrus Jarricus*, *Franciſcus Sachinus*, *Adamus Olearius* in itin. Mandelſlovii, aliique navigationum Indicarum ſcriptores; qui recentiores ſcriptores certiora præ antiquis iſtis attulerunt.

ξ *Megaſthenes* ſcribit, per diverſos Indiæ montes eſſe nationes capitibus caninis, armatas unguibus, amictas veſtitu tergorum, quibus nulla ſit vox humana, ſed tantum latratus ſonent (f). Gangis fontis accolas nullo indigere cibo, eoſque odore pomorum ſilveſtrium vivere, longiuſque pergentes eadem illa ſecum gerere, ut olfactu alantur: quod ſi tetriorem forte ſpiritum traxerint, eos exanimari. Porro tradunt in eadem India eſſe homines qui unum tantum habeant oculum. Quoſdam etiam adeo auritos eſſe, ut aures ad pedes defluant, atque in alteram earum cubent, quarum duritie arbores convellant. Alios ſingulis uti pedibus, & adeo latis quidem, ut ubi ſe defendere à calore velint, ſupini jacentes iis toti inumbrentur. Apud Cteſiam legitur, fœminas quaſdam in India ſemel tantum parere, ac natos ſtatim caneſcere. Eſſe gentem, quæ in juventute cana ſit, nigreſcat in ſenectute, ultra ævi noſtri terminos perennantem. Eſſe quoque perhibent mulieres, quæ quinquennes concipiant, nec ultra octavum annum vitam protrahent. Eſſe, qui cervicibus careant, & in humeris habeant oculos. Hæc & ſimilia ab antiquiſſimis iſtis ſcriptoribus tradita ſunt; quæ tamen falſa & conficta eſſe hodie conſtat. Ipſe Plinius quoque, id quod mirêre, miras & monſtroſas hominum, qui Africæ partes incolant, figuras [k] deſcribit, lib. VI. c. 30. Quod verò idem ille Megaſthenes apud Plinium *lib. 8. c. 14.* ſcribit (g) ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, ut ſolidos etiam deglutiant cervos [l], id ab aliis auctoribus tum antiquis, tum recentioribus confirmatur.

HEKELII.

[f] Alii non in *Indum*, ſed in *Mare* labi tradunt.

[g] De *Paradiſo* quippe profluentem.

[b] Et quidem *Caſtaldo*.

[i] Hoc flumen, ut *Nilum*, rigare vicina omnia, nonnulli tradunt *Geographi*.

[k] Gentes np. ſine *Naribus* atque ſine *Linguis*.

[l] *Tauroſque*.

REIS-

(a) Hydaſpes fluv. (b) Hypaſis fluv. (c) Ganges fluv. (d) Indorum origo. (e) Scriptores rerum Indicarum. (f) Monſtroſæ hominum formæ ab antiquis traditæ. (g) Serpentes Indiæ ingentes.

CAP. VIII.

Summa Indiæ novæ descriptio. 1

I.

India nova. CUm superioribus seculis ob feritatem intercedentium populorum terra adiri India nequiret, tam longinqui verò maris navigatio nondum experta esset, diu Europæis incognita mansit, cum non nisi ex veterum scriptis noscereturAt primus *Guasco Gama* Portugallensis, An. CIↃ CCCC XCVII ab Hispaniis profectus, superato Bonæ spei promontorio atque universa Africa circumnavigata, Indiæ oram maritimam perlustravit. Post hunc idem ab aliis feliciter tentatum ; missique alii aliique subinde à Regibus Portugalliæ, qui oram maritimam vi occupatam arcibus ac propugnaculis munirent. Deprehensum tunc est, varia nationum genera Indias incolere, Hebræos, Persas, Scythas, Arabas, ipsosque Indos, quorum exigua quædam pars post D. Thomæ, ut ferunt, institutionem in fide Christiana permanserunt. Hanc navigationem diu Portugallenses & Hispani, constituto in Indiis ab Portugalliæ Hispaniæque Regibus Prorege, soli obtinuerunt ; donec superioribus annis Hollandis & Indiæ novæ fines. Anglis etiam frequentata est. Iisdem finibus, quibus olim, India nunc etiam circumscribitur. Nam & citra Indum amnem populi quidam, ut olim, nunc etiam Indi dicuntur. α

Divisio. II. β Dividitur etiam nunc, ut olim, Gange fluvio in duas partes : quarum una *Indostan* (1), quæ olim India intra Gangem ; altera *Mangi*, India extra Gan-

(1) *Nomen habet ab Indo nobili flumine latinis India, at Indigenis* Indostan *dicitur. Ab occasu mari Indico & Persico, a Borea Tartaria, ab ortu Sina, ab Austro variis partibus maris Indici claudi-tur. Sita est intra gradum circiter* 11 *&* 41, *juxta alios* 39 *Latitudinis Borealis. Pars ejus insignis intra Zonam Torridam est, pars sub Tropico Cancri, & pars amplissima in Zona Temperata Septentrionali. Ab occasu in ortum ad gradus plus minus* 46 *diffunditur. India hodie dispertitur in Peninsulam Indiæ cis Gangem, Indiam extra Gangem, & imperium magni Mogolis.* Luyts.

REISKII.

1 Quoniam Johannes II. Portugalliæ, ac Ferdinandus Hispaniæ reges, Anno 1494, in divisione novi orbis per Pontificem Rom. facta convenerant, (a) ut ultra Meridianum Lisabonensem XXVI gradibus enavigatis, occasum versus Hispaniæ omnia ; reliqua vero ad ortum Lusitanis loca cederent : (b) Post hac Emanuel regis Portugalliæ auspicio Vascus Gama Lusitanus Lisbona iter dubium ingressus, VII. Idus Jul. A. 1497. Africa tota & Promontorio bonæ spei ultimo superato XIII. Cal. Jul. anno sequente proximo Calecurum appulit, primusque Indicis commerciis & navigationibus Europæis viam aperuit commonstratam. (c) Hinc duplex India proveniebat, *una Orientalis*, de qua loquimur, & proprie dicta, ortum versus regi Portugallico, & altera *Occidentalis*, κύριος aut improprie dicta, nempe America regi Hispanico relicta. Termini nostræ Indiæ non adeo certi à Geographis figuntur ; nec possunt quidem ob *principatus variabiles & regna ob vicinorum potentiam* mutari solita : Ex Itinerariis tamen recentissimis ab occidente Persiam, à septentrione Tatariam, ab ortu regnum Many, ab meridie regnum Decan : partes, quæ pro statu regnorum & dominiorum variant, nullas definiemus, nisi quas Cluverius definivit, ordine non satis congruo aut recto.

BUNONIS.

α (d) Id tanquam singulare quid Diodorus Siculus observat, quod, *cum India multis variisque gentibus incolatur, nulla tamen peregrinam habeat originem, sed omnes indigenæ putentur, nec unquam vel ab externis accepisse, vel in aliam nationem emisisse colonias, perhibeatur.* Exterorum tamen colonias ne ipsi quidem diffitebantur Indi in suis historiis de Bacchi & Herculis adventu. Et quid Alexandri M. coloniis per Indiam notius ? Nostro & superiori seculo Magnus Mogor ex Tattaria ; & præter nationes exteras ab Auctore memoratas, ingens multitudo Lusitanorum, Belgarum, Anglorumque ex Europa in Indiam penetravit, magna ejus parte occupata. Vasco de Gama, auspiciis Emmanuelis Portugalliæ Regis, per mare illud viam in Indiam aperuit. Deinde Batavi & Angli lucri spe allecti, ingenti animo, & Batavi majore successu, quam Angli, eò naves suas miserunt.

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

β (e) Quippe regio auri & argenti, tum gemmarum, serici & aromatum feracissima, immane quantum inhiantes mortales, nullâ longi & difficilis itineris ratione habitâ, ad se, jam antiquissimis quoque seculis, pellexit. Hæc videlicet Indica mercatura primò

(a) Orbis divisio à Pontif. Rom. facta. (b) Navigatio Indica prima. (c) India duplex. (d) Coloniæ gentium in Indiam traductæ. (e) Indiæ felicitas.

Gangem. Regna universim continere tradunt XLVII, quorum quædam nimium modica & arctis admodum finibus constricta. At noviſſimi tamen Geographorum in novem potiſſimum partes ſive regiones universam Indiam diviſerunt: quarum nomina ſunt; *Cambaja*, *Narſinga*, *Malabar*, *Orixa*, *Bengala*, *Pegu*, *Sian*, *Cambaja*, & Septentrionalis pars, quæ ferme tertia universæ. γ

primo Phœnicum fuit & Ægyptiorum: ab his ad Romanos pervenit: donec eam ad ſe transferrent Veneti; quibus Luſitani, Batavi & Angli ſucceſſerunt. Quum Belgæ privati, ſparſis viribus, adeoque minus commode eo (a) navigarent, anno 1595, Ordinum auctoritate, in ſocietatem, certis legibus, & privilegiis redacti, tanta ceperunt incrementa, ut Luſitanis universæ amittendæ Indiæ terrorem injicerent. Luſitanorum expugnarunt arces, regna Barbarorum armis aut fœderibus in partes traduxerunt, & Indiam Belgicam multis firmiſſimis coloniis contra omnem vim firmârunt, capite Imperii ſui in Inſula Java & urbe Batavia conſtituto, unde in reliqua eſſet imperium.

γ (b) India omnis ratione ſitus commode dividitur in tres partes. *Septentrionalem*, quæ aliis dicitur *Indoſtan*; *Occidentalem*, quæ *India Minor*; & *Orientalem*, que *India Major*. *Septentrionalem* Indiam omnem tenet *Magnus Mogor* ſeu *Mogol*; & ad Indum flumen provincias *Cabul*, *Guſarattam*, quæ & *Cambaja*: In India Occidentali *Orixam*, cujus Rex Mogoris tributarius eſt: & in India Orientali regnum *Bengalæ*. In India *Occidentali* præter Orixam & Cambaiam ſunt regna *Decan*, *Malabar*, & *Coromandel* ſive *Narſinga*, ſingula à ſuis gubernata regibus. In *Orientali* Indiâ præter Bengalæ regum, ſunt *Pegu*, *Siam*, & *Cambodia* regna diverſa: At in *Malacca* peninſula, quot ſunt nobiliores urbes, tot fere inveniuntur Reguli.

(a) In Indiam navigationes. (b) Alia Indiarum diviſio.

CAP. IX.

Cambaja, Narſinga, Malabar, Orixa. ī

I.

Cambajæ magnitudo.

C*Ambajæ* regnum in dextro Indiæ cornu ad Indi oſtia ſitum, Longitudine occupat milliar. German. circiter CLX. Latitudine fere totidem. α (1)

II. Ur-

(1) *Cælum aliqua parte Anni torridum & tempeſtuoſiſſimum: tellus fert ubertim præter Vinum, omnia ad vitam & voluptatem neceſſaria. Dives eſt Opii, quod Aſiatici efficiem depereunt.* Luyts.

BUNONIS.

α (a) Regnum iſtud ab Europæis *Cambaja* dictum eſt, quod erat *Guſarratta*: [a] ſuos olim habebat Reges, antequam à Mogole ſubigeretur. In vulgatis tabulis Geographicis ponitur Guſaratta cis Indum flumen: ſed rectius in Blaviana, qua Mogolis deſcribitur Imperium, trans Indum flumen intra Indiæ terminum.

HEKELII.

[a] S. Provincia *Guzarat*.

REISKII.

1. (b) Guzarata Perſis, Arabibus, Indiſque illa Provincia vocatur, quam Portugalli huc navibus appulſi ab urbe præcipua Cambaja dixerant. Tres enim urbes commerciis florentiſſimas complectitur, *Amanabadam*, ſuo regi olim atque conditori proprio ſubjectam: *Cambajam* muro cinctam ſaxeo, quæ duo milliaria excedit ambitu; *Suratam* denique priſcam Luſitanicæ Angliceque mercaturæ, ſed novam Gallicæ nunc ſedem. (c) Regnum hoc magno Moguli ſubditum duas habet urbes regias, *Agram* Arce magnifica ſuperbam, quam ille Imp. Dello deſerto A. 1566, ſubiit, & *Laborem* ſive *Pangab*, quam æſtu compulſus nimio petit. Portugalli vero unicam ſibi eamque caſtris duobus munitiſſimam urbem (d) *Diu* adhuc tenent, Turcica Indicaque claſſibus An. 1539 & An. 1546, maſcule propulſatis. Idem Mogul provinciam mari Arabico vicinam, (e) *Candahar*, quam Perſæ ceperant, facta pace ſibi reſtitutam retinet: Regna vero (f) *Narſingæ* aut *Biſnagar*, (g) *Golcondæ* itidem & *Orixæ* nec non (h) *Decan*, ſive *Cuncang*, ſibi nexu tributario devincta. Unde factum eſt, ut Dynaſta quidam ſive Princeps Indicus ab rege Golcondæ ad Mogulem defecerit, uti Thevenotius Lib. II. refert. Rex Narſingæ *regem regum & mille uxoribus maritum ſeſe* titulo profitetur; & Principes quosdam fert vicinos, quos (i) *Nackos* nominant, *Madurenſem*, *Tamuranum*, & *Gingirenſem*. (k) *Malabara*, regnum *Calecut*, *Cochin*, urbeſque plures continet; *Goam* quoque Proregis Portugallici & Patriarchæ, quem Eccleſia ibi Chriſtiana fovet, *Indici ſedem*, *cui tres Epiſcopi Cochinenſis*, *Meliaporenſis*, & *Macaenſis* ſubſunt. (l) *Coromandel* regi Narſingæ quondam ſubdita, nunc Colgondenſi, qui *urbem S. Thomæ*, *Coloniam Portugallicam* à Gallis Anno 1673, captam Anno 1674, Gallico ejecto præſidio Belgis auxiliantibus cepit. Conf. Joh. Bapt. Tavernierii Relationes Indicas, & Spanhemii Introduct. in Geograph. de S. Thomæ ad Indiam acceſſu.

BUNO-

(a) Cambajæ ſeu Guſarattæ regnum. (b) Guzarata. (c) Mogolis regia duplex. (d) Dio ſeu Diu. (e) Candabar. (f) Regna Narſingæ. (g) Golcondæ. (h) Decan. (i) Nacki Principes liberi. (k) Malabara. (l) Coromandel.

Urbs Cambaja.

II. Urbium prima est, quæ regno nomen dedit, β *Cambaja*, omnium Indicarum cultu atque magnitudine præstantissima; qua de causa *Cairum* Indiæ vocitata. Regia sedes est γ *Campanel*, in edito loco septenis mœnibus cincta.

Campanel.

δ *Goa* in Insula Indi posita, emporii celebritate, agrorum ubertate, incolarum multitudine atque ædificiorum magnificentia insignis urbs, ob munitionis firmitudinem locique situm arx claustra regni vacitata. In eadem Insula ε *Dio* arx, atque in continenti alia ζ *Damaon*, Hispanorum præsidiis custodiuntur. Celebres quoque sunt η *Beder* & ϑ *Decan* urbes, quarum hæc regno quondam nomen dederat. At citra Indum in Provincia *Guzarate*, quæ pars est regni Cambajæ, præcipua urbs est ι *Ardavat*, Indi ripæ apposita.

Goa.

Dio.

Damaon.

Beder.

Decan.

Ardavat.

III. κ *Narsingam*, in dextro itidem cornu sitam, duobus lateribus, Occidentali ac Orientali, mare abluit. Longitudo ejus à confinibus Cambajæ & Orixæ, ad

Narsinga.

BUNONIS.

β (a) *Cambaja* urbs in Insula, quam Indus fl. & maris vada efficiunt, jacet paulum à litore remota; totius Orientis delicatissima, emporium celebre est; cujus tamen major pars à (b) Benjanis & *Rasbutis* [b] gentilibus constat; ex quibus hi aut militiam aut latrocinia sectantur [c]; isti vero artes exercent manuarias; aut mercaturam faciunt, aut administrant divitum & magnatum rem familiarem: à militia vero & cæde hominum pariter & animalium abhorent Benjani; neque comedunt carnes animalium. Præter Deum boni & rerum omnium conditorem, adorant etiam & colunt diabolum, ne scilicet noceat [d]. Antiquum Indorum hodieque servant morem, quo vidua cum mariti defuncti corpore viva exuritur; cujus rei spectator fuit ipse Mandelslo; per universam Indiam hujus sectæ quam multi invenjuntur.

γ (c) *Campanael* in præcipuis hujus regni urbibus erat, [e] & Regis sedes; qui à Rasbutis & Mogore pressus Lusitanis tributarius factus. Sed hoc *Cambajæ* regnum hodie sub *Magni Mogoris* Imperio est; ejusque sedes non est Campanael, sed (d) *Agra* ad Gemini fluvium.

δ Quæ in eadem cum Dio Castello Indi insula jacet (e) *Goga*, seu Goja: non est altera illa & nobilis urbs (f) *Goa* in regno Decan; quam auctor heic a magnificentia describit; quæ Goa illustris ab ista Indi insula longe distat in insula *Goa*. Hæc ab Alfonso Alburkerk anno 1508, occupata est. Ex eo à Lusitanis incolitur, magnifice ornata. Hic Vicarius est Regis & Archiepiscopus [f]. Jesuitæ quoque ibidem sua habent Collegia. Eo ex Arabia, Turcia, Persia, Armenia, India, China, Philippinis, & Europa omnis generis merces importantur, & exportantur. [g]

ε (g) *Dio* [h] castellum in illa insula à Lusitanis munitum est.

ζ (h) *Damaon*, non longe à Surata jacens, non solum sub Lusitanis est; sed & (i) *Bassia*, & (k) *Caul* omnisque fere in hac parte ora maritima, a Rege in Decan aliquando frustra obsessa. Cætera interius Rex à *Decan* habet.

η (l) *Beder* [i] in mediterraneis est in Balagatta, seu Balagnata [k].

ϑ (m) *Decan* Regem habet, cui interiora à *Demaon* ad Goam usque parent, tenentibus loca maritima Portugallis. [l] Regis in Decan sedes est (n) *Visapor* [m]; qui & ipse Rex magnus ac potens est.

ι (o) *Ardavat* sub Mogolis imperio est. In (p) Amadabath defertur magna copia radicis, quæ ab iis *Punco* dicitur, estque *costus vetus*, inde à Lusitanis in Europam deportabatur. Cæterum (q) Bombam in regno Decan opidum Portugalli Anglis tradiderunt anno 1665.

κ Indiæ hujus alterum latus, quod Orienti obvertitur, & per continua montium juga à Malabara disterminatur, à capite *Comorino* ad *Nagund fl.* per centum fere milliaria extensum, olim in tria regna erat distinctum; quæ fuerant *Coromandel*, [n] unde hodieque omne illud litus à Comari ad *Nagund fl.* appellatur: (r) *Narsinga*, & (s) *Bisnager*, singula à suis gubernata regibus. Verum unius hodie subsunt imperio, qui modo *Narsingæ*, modo *Bisnagaræ* residet. Hujus tanta habetur potentia, ut regnum ejus intra sex menses vix circumiri possit. [o]

HEKELII.

[b] *S. Resbutis.*

[c] Traducunt enim in montibus vitam liberam, nec ullam vim atque hostilitatem timent.

[d] Ipse Rex *Cambajæ* olim Idola sola coluit, donec *Maurorum* fidem recepit.

[e] Septemplici muro cincta.

[f] Totius *Orientalis Indiæ.*

[g] Quapropter & *Clavis universæ Indiæ* appositissime dicitur.

[h] Et *Diu.*

[i] *S. Bider.*

[k] Hanc urbem totius Regni *præcipuam* esse, Maginus tradit.

[l] Ab hâc urbe sex Milliaribus abest Mons muro ac præsidiis munitus, in quô Adamas Gemma eruitur. Incolæ hujus Urbis sericis amiciuntur Vestibus, vel interulâ ex Sericô elegantiore.

[m] Seu *Visapora.*

[n] Seu *Ciromandel.*

[o] Hic rex alit quoque continuo XL millia *Nairos*, qui sunt nobiles Milites, ac præterea XX millia Equos, quos partim ex *Persia* partim ex *Arabia* recipit, & CC Elephantes. Sed cum ad Bellum proficiscitur, multô majorem *Equitum* & *Elephantum* copiam cum *innumeris Peditibus* ducit. Referunt enim Scriptores, ejus Exercitum quandoque XXX Milliarium spatium occupare.

BUNO-

(a) Cambaja urbs. (b) Benjani, Rasbuti. (c) Campanael. (d) Agra. (e) Goga. (f) Goa. (g) Dio seu Diu. (h) Damaon. (i) Bassia. (k) Caul. (l) Beder. (m) Decan. (n) Visapor. (o) Ardavat. (p) Amadabath (b) Bombam. (r) Narsinga. (s) Bisnagar.

ad promontorium *Comori*, milliar. occupat German. circiter CL. Latitudo ſumma inter duo maria mill. XC. Regiæ ſunt duæ : *Narſinga* ; unde regno nomen, & *Biſnagar* : *Onor*, λ *Paleacate* & μ *Mangalor*, Luſitanæ ſunt ditionis. ν *Coromandel*, & ξ *Meliapor*, ab Indis Chriſtianis habitantur : Quarum hæc D. Thomæ ſepulchro clara. Bisnagar. Onor. Paleacate. Mangalor. Coromand. Meliapor.

IV. ο *Malabar* regio in extremitate dicti cornu ſita, (1) in longum LXXX, in latum XLV, milliar. German. Regna continet, ab ſingulis urbibus denominata : π *Cananor*, ϱ *Calicut*, σ *Coulete*, τ *Cranganor*, υ *Cochin*, φ *Coulam* & *Travancor*. Horum *Calicut* cætera præſtat ; cujus χ Rex *Samory* [p] incolis, id eſt, ſummus Imperator ac Deus in terris vocatur. Ipſa urbs *Calicut* ampla eſt, at humiliter exſtructa. In hac provincia Luſitani ⸸ tria habent munimenta. Cananor. Calicut. Coulete. Cranganor. Cochin. Coulam. Travancor.

V. *Orix-*

(1) *Profert optimæ notæ Piper, Zinziber, diverſi generis Aromata, Rhabarbarum, Saccharum, Goſſipium ac Nuces Indorum Cocos.*

BUNONIS.

λ A (a) *Paleacate* verſus Septemptrionem in litore eodem Hollandi (b) *Geldriam* habent, emporium munitum : Ibidem quoque eſt (c) *Danisburgum*, quod Danorum negotiationibus patet.

μ (d) *Onor* & (e) *Mangalor* ad adverſum jacent litus, in Malabaræ regno.

ν (f) *Coromandela*, olim peculiare fuit regnum, à quo longus ille litoris tractus nomen habet. Ejus incolæ ſe ſuoſque, quum annonæ caritas eſt, divendere aliis ſolent.

ξ (g) *Meliapor* vicus hodie verius eſt, quàm opidum, à Mahumedanis & gentilibus habitatus, ut fere hæc terra omnis; [q] neque hic S. Thomæ oſtenditur ſepulchrum ; ſed in opido vicino (h) *S. Thomæ* ad litus condito, quod à ſolis Chriſtianis Portugalenſibus & Armeniis incolitur. Inde verſus Auſtrum in eodem litore eſt emporium celeberrimum (i) *Negopata*. Urbem hanc magnam & maritimam Belgæ expugnarunt ejectis Luſitanis. In eo litore Belgæ maximè mercaturam faciunt.

ο (k) *Malabara* regio in altero hujus Indiæ jacet latere, quod reſpicit Occaſum, extenditurque à Capite *Comarino* [r] uſque ad Caput *Darame*, X milliaribus infra Goam. Incolæ ejus feroces & barbari ſunt, inceduntque nudi, genitalibus tamen contectis, piraticam exercent ipſi idololatræ ac gentiles. Regio illa [ſ] fert *piper* optimæ & primæ notæ ; huic ſecundum fertur id, quod naſcitur in *Sumatra*, & *Java* inſulis. *Malabar* regnum habetur antiquiſſimum, uni Regi olim ſubjectum ; ex quibus poſtremus fuit *Sarama Parymal*, qui, circa annum Chriſti 900, à Mahumedanis ſeductus regno ſe ultro abdicavit, & Mecham conceſſit, ibique ſanctitatis opinione vitam finiit. Is quum liberos non haberet, regnum ſuum fidiſſimis miniſtrorum diſtribuit. *Scalig. l. 5. d. Emend. Temp. Lindſchoten cap. 12. Ind. Or.*

π (l) *Cananor* caſtellum munitum firmo præſidio tenebatur Luſitanorum : ſed à Belgis ejecti ſunt anno 1663 : urbem tamen vicinam incolunt Malabarii. [t]

ϱ (m) *Calicut* [v] in eodem jacet litore urbi Cananor vicina ; olim fuit illuſtris, ſed hodie à priſtino ſplendore multum defecit [x]. Hujus regis potentia fracta eſt à Portugallis.

σ (n) *Coulete* à Calicut verſus Auſtrum jacet, à Belgis expugnata anno 1663.

τ Cætera loca ad idem litus ſunt : ex quibus cum primis nobile emporium eſt (o) *Cranganor*. Luſitanis ereptum eſt à Belgis anno 1663.

υ (p) *Cochin* ſive *Couchin*, [y] quæ una ex celeberrimis Indiæ emporiis eſt, [z] à Belgis expugnata eſt, & Luſitani ejecti ſunt anno 1663.

φ (q) *Coulam* quoque Belgæ extorſerunt Luſitanis anno 1663.

χ (r) Rex, qui ex Brachmanis creditur ortus, gerit quoque ſacerdotium : [a] cibum non comedit, niſi qui idolo ſuo, ſeu ipſi diabolo, quem ſub horribili ſpecie colit, priùs fuerit oblatus. Virgines ſponſæ à ſacerdotibus ad id mercede conductis vitiantur, antequam in ſponſi thalamum deducantur ; nec ipſius Regis ſponſa hic excipitur : quapropter, ut regii ſanguinis certiores eſſe poſſint, Regi patri non ſuccedit filius, ſed ipſius ex ſorore nepos.

⸸ (ſ) Luſitanis igitur præter Goam urbem in ora iſta maritima fere nihil fuit reliquum ; niſi forte *Onor*. Cæterum ad litora *Malabarica* & ad Cambajam ſerpentes in aquæ ſuperficie feruntur : hoc nautis ſignum eſt, ſi forte ex aliis non poſſunt colligere, an regionibus illis propinqui ſint. [b]

HEKELII.

[p] S. *Zamorinus*.

[q] Olim fuit Urbs ampliſſima, in qua præter alia Ædificia cccxxx circiter *Meſquitæ* variarum Nationum numerabantur.

[r] S. *Comorin*.

[ſ] Cæteris *Indiæ* Regionibus magis culta ac frequens eſt, aëre ſaluberrimo, ſed frigidiuſculo gaudens. Potitur quoque Agro admodum feraci, qui *Hordeo*, *Oriza*, ac variis fructibus ; imprimis vero *Gingibere*, *Cardamomo*, *Cinnamomo*, *Caſſia* ac palmis abundat.

[t] Aliàs *Cananor* ſ. *Canonor* etiam pulchritudine præſtans eſt ac Mercaturæ admodum opportuna, ob ejus Portum nempe, qui Navium non minus capax eſt, quam tutus.

[v] *Calecut*.

[x] Nam *Mercatorum Ædes* pluris non æſtimentur, quam XX Aureis, *reliquorum* vero *Incolarum* ad ſummum binis Aureis emantur.

[y] *Sive* Cotzin.

[z] Ipſa enim urbs tutiſſimum quoque Portum multoſque habet incolas, quorum permulti *Mauri* ſunt Mercatores.

(a) Paleacate. (b) Geldria. (c) Danisburgum. (d) Onor. (e) Mangalor. (f) Coromandel. (g) Meliapor. (h) S. Thomæ opidum. (i) Negopata. (k) Malabara. (l) Cananor. (m) Calicut. (n) Coulete. (o) Cranganor. (p) Cochin, ſeu Cotzin. (q) Coulam. (r) Rex. (ſ) Luſitani.

Orixa. Ramana.

V. ω *Orixæ* regnum, in Sinu Gangetico inter Narſingæ & Bengalæ regn. protenſum, caput habet *Orixam* urbem. At regia α eſt *Ramana*.

[a] Et eſt *qs. ſummus univerſæ hujus Provinciæ Pontifex*, cui quam plures alii vicini Reguli Tributa pendunt.

[b] Inveniuntur quoque in Regno *Calecutenſium* non pauci *Serpentes*, inter quos nonnulli hominibus adeo ſunt infeſti, ut exiguo tantum ſanguine extracto, mortem ferant præſentaneam. Alii quoque craſſitie Sues referunt, ſuntque quadrupedes quaternorum Cubitorum longitudine, qui in locis paluſtribus naſcuntur, nec venenoſi ſunt hominique infeſti. Rex vero *Serpentes* omnes ſuperſtitioſe obſervat, neque homini *Serpentem* ullum mactare licet abſque pœna Capitis.

BUNONIS.

ω (a) *Orixæ* regnum à *Nagundo* fluvio & Maſulipatama urbe verſus Septemtrionem uſque ad *Gengam* ſive *Cangam* fl. porrigitur. Nomen habet ab *Orixa* vel *Oriſſa*, emporio celebri, ubi Chriſtiani habent templum D. Thomæ conſecratum. Princeps in hoc regno emporium eſt (b) *Maſulipatan*.

α Et regia ſedes (c) *Goelkonda* ſeu *Cu'conde*. Ipſe Rex in Orixa Magni Mogolis tributarius eſt [c]. (d) *Ramana* tamen emporium ob ebur & gemmas eſt celebre. Regio iſta ſalis & lapidum pretioſorum, imprimis vero adamantis mercaturâ nobilis eſt. Cæterum Dani ad oram illam maritimam caſtellum tenebant (e) *Cranganor*, quod Belgis traditum eſt.

HEKELII.

[c] Et licet ſatis dives ac potens ſit, tamen vicinis æquiparandus non eſt. Etiam *Idola* colit ut cæteri.

(a) Orixa. (b) Maſulipatan. (c) Goelkonde. (d) Ramana. (e) Cranganor.

CAP. X.

Bengala, Pegu, Siam, Camboja, India Septentrionalis. 1

I.

Bengalæ regnum.

α *BEngalæ* regnum ab urbe *Bengala* dictum, ad Gangis aliorumque amnium oſtia, in longum CL, in latum CLXX, mill. German. obtinet. (1) Ipſa

Bengala urbs.

urbs β *Bengala*, magna, celeberrimo emporio inſignis, in inſula fluvii *Coſmin* ſita eſt.

PEGU.

(1) *Alii juxta* Luyts *Longit.* 220 *Leucas, Lat.* 120 *ſtatuunt. Cœlum habet ſalubre, abundatque Serico, quod poſt Perſicum optimæ notæ eſt.*

BUNONIS.

α (a) *Bengalæ* regnum [a] hodie ſub Magni Mogoris imperio eſt, omnium rerum copia affluens: Ejus incolæ [b] vitiis corruptiſſimi ac ſceleribus cooperti ſunt; quæ tamen univerſa Gangis lavacro ablui poſſe ſuperſtitioſe putant, lavacri tamen in fluvio illo poteſtas nemini permittitur, niſi qui eo nomine Regi dederit pecuniam, ſive tributum.

Ex Paradiſo eum oriri credunt; unde tantam vim eidem adſcribunt. [c]

β Urbs (b) *Bengala* una ex præſtantiſſimis Indiæ eſt; ubi omnes reperiuntur deliciæ, quas ceteræ optimæ poſſident Europæ civitates. Hinc exportantur merces pretioſæ, *Sericum*, *Xylinum*, *Zibettum*, *Saccharum*, *Oryza*, *Canna di Bengala*, vulgo *Cannæ Hiſpanicæ* dictæ, &c. Ab urbe iſta (c) Sinus iſte appellatur *Golfo di Bengala*, qui alias *ſinus Gangeticus*. Huc quoque pertinent duo emporia, (d) *Chatigam*, & (e) *Satagam*; quorum illud (f) *Telogrammum* Ptolemæo: hoc (g) *Coſamba*. In regno hoc quoque eſt (h) *Gouro* urbs illuſtris ad Gangis fl. ripas poſita, pulcherrimis & ſumtuoſiſſimis ornata Palatiis, à variis gentibus inhabitatur. Regis in urbe iſta palatium perhibetur majus eſſe, quam *Evora* in Luſitania, aureis & argenteis figuris ex gentilium potius quam *Mahumedanorum* conſuetudine ornatum. Rex autem adeo potens, ut per totam Indiam proverbio dici ſoleat: *Rex Cambajæ eſt unum, Rex Narſingæ duo, Rex Bengalæ tria.* Cæterum in regione iſta naſcitur animal magnum (i) *Rhinoceros*, unicum in naribus habens cornu reflexum, alioqui elephanti, cujus tamen hoſtis eſt, non diſſimile. Ejus ſanguis & cornu in pretio ſunt, quoniam contra venenum valere exiſtimantur.

HEKELII.

[a] Permultas urbes tum *litterales*, tum *maritimas* in ſe continens, & propterea omnino amplum.

[b] Ut plurimum *Mahumetani*.

[c] Incolæ iſti plerique albi, nobiles, humani, acuti ingenii, atque intelligentes ſunt; ſed aliquantum deceptores, in Commerciis ac Mercatura plurimum valentes. Nudi non incedunt, veluti ſit in reliqua *India*, ſed Tunicâ albâ ſatis amplâ ſunt amicti uſque ad terram protenſa, & alias adhuc veſtes ſericas ſuperinduunt, caputque more *Turcarum* tegunt.

REISKII.

1 (k) Bengala regem ſibi proprium tuetur, modò ſui juris, modo magni Mogulis tributarium, & immenſo per continentem quà oriens patet ſpatio potien-

(a) Bengalæ regnum. (b) Bengala. (c) Sinus Gangeticus ſ. Golfo di Bengala. (d) Chatigam. (e) Satagam. (f) Telogrammum. (g) Coſamba. (h) Gouros. (i) Rhinoceros. (k) Bengala.

PEGU.

II. ♈ Regia hujus regni eſt ♂ *Pegu* urbs in inſula poſita, (1) totius Indiæ clariſſima, mœnibus munita, ædificiis elegantiſſimis ornata. Subjecta autem ſunt Regi *Pegu* & alia regna, quorum ♎ *Ava* verſus Septentrionem, gemmis, equis & elephantis abundat. Pegu R. & urbs. Ava.

SIAM.

III. ♌ *Siam* potentiſſimum regnum, (2) cujus Longitudo CCC, lat. CLX, conficit Siam regnum & urbs.

tientem. Urbs *Ougli* ſede commerciorum Anglicorum & Belgicorum, ſive Stapula, quam vocant, mercatoria nunc claret. (a) *Regnum Pegu* A. 1560, ſeptem provinciis ſubactis potentiſſimum A. 1600 peſte, fame ac Siamenſi bello ad ultimum redigebatur excidium. Hinc adhuc vicinis Ava & (b) Siam regibus hodieque ſubeſt. Regnum Siamenſe artibus Mechanicis & quibuſdam liberalibus cultum, monarchico ſuo Imperio regnis etiam ſubactis minoribus efflоruit. Rex autem irruptione crebriori Tatarica preſſus, Chamo denique Chinenſi ſeſe beneficiarium aut Vaſallum, quem nominant, ſubmiſit: ipſe quidem ethnicus, tamen Chriſtianis tria templa publica conceſſit: præter Siam urbem, cujus agrum ſemeſtri quoquo tempore conſueto Menanis eluvio manat, tria emporia nunc præſtant. Vid. Chautmontii Equitis Legatio in Aulam Siamenſem, & Domini de Choiſi Itinerarii Siam diarium. De vicinis terrarum tractibus ampliſſimis (c) *Couchinchina*, (d) *Cambodia*, & (e) *Ava* nec undique perluſtratis, regno itidem (f) Tunquino, & regia hujus Checho Jac. Schouten in Deſcript. Siam, & Tavernier part. III. & Plancus c. 17. videantur. (g) *Cherſoneſus aurea* ſive (h) *Malacca*, reges ex A. 1420 aut Mahomedanos aut ethnicos tulit, donec Luſitanis ſubdita Chriſtianam Eccleſiam ſuſcepit, quæ adhuc ſub Batavorum dominio viget. (i) Regna vero Cambojæ, Couchinchinæ, (k) Schampoæ, Quedæ omnia religionem ethnicam ſectantur. Vid. Hug. Linſchotani Deſcript. Ind. & Theod. de Boy Navigat. Belgicas.

BUNONIS.

♈ (l) *Pegu* regnum Bengalæ ad Ortum conterminum à civitate *Tauay* olim *Tacola* uſque ad promontorium *Nigrais* porrigitur, inter montes, quos Brachmanes & Jangomi inhabitant, & mare. *Lectorum* olim apud Ptolemæum fuit regio. *Regnum hoc ampliſſimum Indiam ad Gangem uſque complectebatur: ſed anno Chriſti 600 innumeris calamitatibus, fame, peſte, & bello ita fuit deſolatum, ut per milliaria multa nil niſi continua hominum cadavera iter facientibus cum horrore occurrerent. Poſtea tamen reſtauratum eſt.* [d]

♂ (m) *Pegu*, quondam *Triglypton*, ad flumen eſt ejuſdem nominis. Rex [e] ibi palatium habet ſuperbiſſime exſtructum, ipſe auro, argento, & gemmis fere ditiſſimus; in quo ſculpta & depicta cernere licet omnia præclare geſta Regum Orientalium, cum variis animalibus terreſtribus, avibus, arboribus ad vivum depictis. Luſitani hic maxime mercaturam faciunt, gemmas, muſcum aliaſque merces pretioſas inde exportantes. (n) *Degun* Pegunorum *Varella*, (ita templa ſua vocant) adeo alta eſt, ut ex ea ad modum Pyramidum Ægyptiarum tota regio cerni poſſit. Regio iſta elephantorum magnum fert numerum, qui [f] capti fame potiſſimum curantur. Ipſi Peguani [g] idola boni Dei, & mali, colunt, præter paucos à Luſitanis ad Chriſtianam fidem converſos. [h] In eodem regno quoque eſt (o) *Martaban* ſeu *Martavaon*, urbs nobilis: ubi plurima conficiuntur vaſa porcellana, licet non ſint tam perfecta quam Chinenſium.

♎ (p) *Ava* olim Ariſabia regni *Avæ* caput eſt. Regnum aliis vocatur *Avachan* ab arce inexpugnabili. Sed *Avæ* magna exercetur mercatura gemmarum, & muſci, quem eo deferunt in ejuſdem animalis corio ex montibus, quorum nomen *Jangoma*. Ei confinis eſt *Verma* regio cum ejuſdem nominis urbe.

♌ *Regnum* (q) *Siam*, aliis *Sornanum* [i] Regnum dictum, Pegu regno ad Meridiem conterminum, nomen accepit a metropoli *Siam*; & hæc ab alluente fluvio (r) *Siam*, qui alias *Menan* dicitur, appellationem habet. Regionem illam fluvius iſte *Menan*, ſicuti Nilus Ægyptum, ſtato anni tempore, irrigat & fœcundat [k]. Rex in Siam potens magnarumque perhibetur opum, Rege in Pegu non inferior; cui tamen aliquando fuit ſubjectus: ſed armis in libertatem ſeſe vindicavit. [l]

HEKELII.

[d] Optimos habet Portus, ex quibus præcipuus eſt *Martabane*, in quo onerantur circiter 40 Naves *Oryza*, quæ in inſulam *Sumatram* comportatur. Ager enim hujus Regni pinguis eſt ac fertilis, & Rei frumentariæ optime accommodus.

[e] Nonnullis Rex *Bremæ*, *S. Barmæ* dictus.

[f] In altiſſimis quibuſdam Montibus.

[g] Mediocris quippe Staturæ & ad craſſitiem valde accedentes Homines.

[h] Cæterum ſunt agiles quoque viribuſque præditi; tamen ad Bellum prorſus inepti.

[i] S. *Sornao*, ſive *Sorno*.

[k] Ideo Ager, qui alias planus, amœnus ac Montibus præcinctus, omnino eſt herbidus ac valde pinguis & fertilis.

[l] Incolæ deliciis, luxui & crapulæ plurimum vacant, delectantur Muſica, Veſtibus ſe exornant ſumtuoſiſſimis, Nobilitatem Sanguinis profitentur, mechanicas Artes non exercent, ſed Mancipia plurima ad ipſas Artes tractandas alunt; Agriculturæ tamen valde ſunt ſtudioſi. Scholas habent publicas, ubi *Leges* & *Religionem* lingua vulgari docent; ſed Scientias in aliam doctiorem linguam & ab illa valde differentem ab aliis diſcunt. Idola colunt innumera, & præcipue quatuor Elementa. Unde poſt mortem unuſquiſque *Sepulturæ* genus eligit juxta

(1) *Alias ampliſſimum & potentiſſimum; nunc a vicinis Regibus Avæ & Siami fere oppreſſum. Dives eſt coloratis Gemmis, quæ nullibi in Oriente niſi hic & in Ceylana inſula reperiuntur. Abundat etiam Topazis, Amethyſtis, Hyacinthis, Sapphiris, variis metallis, Moſcho, fructibus, Elephantis Eximiis.* Luyts.

(2) *Orizæ, gummi & ceræ figillatoriæ dives. Elephantos, inter quos candidi, magno numero montana nutriunt.*

(a) Pegu. (b) Siam. (c) Couchinchina. (d) Cambodia. (e) Ava. (f) Tunquin. (g) Cherſoneſus. (h) Malacca. (i) Camboja. (k) Schampoa. (l) Pegu R. Lectu. (m) Pegu olim Triglypton. (n) Degun. (o) Martaban. (p) Ava. (q) Siam Regnum. (r) Siam ſeu Menan fl.

conficit mill. urbes insigniores habet » Siam regiam, admodum amplam, (1) & ϑ *Malacca* in Chersoneso aurea sitam; emporium aromatibus nobilissimum; quatuor mill. Germ. amplecti dicitur.

Malacca.

CAMBOJA.

IV. Hujus regni caput est ι *Camboja*; at sedes regia *Diam*, quæ quibusdam ϰ *Odia*.

Camboja. Diam.

INDIA SEPTENTRIONALIS.

V. *Borealem* Indiæ partem, quam tertiam universæ diximus, quondam in varia regna divisam, nunc Tattari ex Tattaria huc transgressi obsident. Hi *Mogores* (2) dicuntur, & eorum rex λ *Magnus Mogor*; cujus regia

India Septentrionalis.

(1) *Munitam, magnificam, in insula sitam, quam parit fl. Menanus, Regni Siami, quin imperii totius, facile princeps,* Luyts.

(2) *i. e. Albi, quia albi coloris sunt, saltem minus nigri, aut flavi, quam qui peninsulas Indiæ habitant. Alii nomen ducunt a Tartaris populis albis, qui hanc regionem subjugarunt. Diffunditur ab Occasu in Ortum ad grad. 35, & ab Austro in Boream ad 20. Cœlum habet temperatissimum, solum fertilissimum & cultissimum; abundat Oriza, Serico, Gossipiis, Lino, Nitro Indico, nec desunt Gemmæ, & fructus varii generis, inter quos mala Citria & Aurea. Habet Magnus Mogol intra fines sui Imperii varios præpotentes principes, qui fiduciario jure ab ipso dependent & multum sæpe facessunt negotii. In cæteros absolutissimum exercet dominium omnium Asiæ principum potentissimus & ditissimus, cujus splendor & magnificentia, septem Solia gemmatissima, gemmæ exquisitissimæ, numerus Concubinarum, quæ & stipatores sunt corporis & potestatis satellites, copia Elephantorum, qui & militiam & belli artes edocti sunt, ac id genus plura, fidem ferme excedunt. Imperium ejus in 40 Regna seu Provincias dividitur.* Luyts.

Elementum illud, quod adoravit quotidie. Nam qui *Terram* adorarunt, sub *humo* sepeliuntur: qui *Ignem*, comburuntur: qui *Aquam*, submerguntur; quique vero coluere aërem, suspenduntur, ut ab Avibus devorentur. Hæc *Maginus* loc. cit. fol. 260. fac. b.

BUNONIS.

» Ipsa urbs (a) Siam, aliquando Regis sedes, Lusitanis ante hâc frequentabatur negotiatoribus; verum primas in mercatura jam hic loci tenent Hollandi. Regia sedes hodie est (b) *India* urbs, seu *Odia*, in qua turrium, templorumque tecta & fastigia auro refulgent. Tantarum virium civitas est, ut aliquando L millia militum reprimeret. Hic ingens est copia serici, auri, aliarumque pretiosarum mercium, quæ eo à Chinensibus aliisque mercatoribus importantur [m]. Cæterum hæc ipsa regio multos fert elephantos nobiles ac interdum candidos, qui in magno habentur pretio: Harum bestiarum ipse Rex duo millia dicitur alere, quæ ad bellum sint doctæ & instructæ.

ϑ (c) *Malacca* [n] seu *Malays* peninsula regno Siam per Isthmum juncta ad Æquatorem fere se extendit. Urbs *Malacca*, à qua terra ista appellationem sortita, [o] ad litus Occidentale è regione Sumatræ sita, à Portugallensibus duce Albukerke anno 1511 intercepta est, egregie munita habet castellum, Episcopum, collegium Jesuitarum, aliaque cœnobia. Sed anno 1641 Belgæ hanc urbem expugnarunt. Fere in medio litoris, quod Occasum respicit, jacet *Queda*: ac inde ulterius ad isthmum *Tanacerin*; ubi idem viget mos, quo viduæ relictæ cum maritis suis defunctis cremantur vivæ. In Orientali litore est *Patane* urbs, veterum *Perimula*; unde *Sinus* ille dicitur *Perimulicus*; uti alter *Sinus Sarabacus*, hodie *Golfo di Savolas*. *Ibor* ad litus Australe ponitur: Urbes istæ regiæ sunt, ac singulæ suis subjectæ Regibus: eademque nobilia emporia, quæ Lusitanis, Anglis, Hollandis, Armeniis, Turcisque celebrantur negotiatoribus. Ad promontorium Australe haud longe ab *Ibor* civitate Lusitani tenent *Sincapuram* urbem. Lingua, quâ in Chersoneso hac Malaccensi utuntur Indi, plane singularis est, & à cæteris discreta, miræque suavitatis, quare ab exteris illa amatur & excolitur. Cæterum Indi per hanc regionem virgines sponsas peregrinis & hospitibus vitiandas offerunt, quam consuetudinem in Pegu quoque & Aracam fuisse legimus.

ι (d) *Camboynæ* sive *Camlodiæ*, regnum cæteris regnis opibus paulo inferius, regno Siam ad Austrum conterminum est. Ejus Rex cum vicino rege in Siam, cujus aliquando fuit tributarius, sæpe bellum gerit. Incolæ illius sunt idololatræ & gentiles; sicuti & Malaccenses Indi. Urbem (e) *Cambodiam* ingens alluit fluvius, qui eodem modo, quo *Nilus* & *Menan*, regionem circumjacentem certis anni temporibus irrigat. A multis nationibus, mercaturam hic facientibus, celebratur Cambodia. Lusitani ibidem templa & cœnobia possident. Eo confluunt mercatores ex Malacca, Coromandelia, Japonia & China. Præcipuæ merces, quæ inde exportantur, sunt pelles, Oryza, Lacca, Benzoinum & gemmæ.

ϰ *Odia* urbs etiam *India* dicitur, Regis in Siam sedes. (f) *Liam* seu *Iliam* urbs memoratur in hoc regno, item (g) *Langor* ad maris litus.

λ *Tattari* numeroso milite sedibus suis egressi has Indiæ partes sibi subjecerunt. Rex eorum *Magnus Mogor*, seu *Mogol* longe lateque per Indiam imperans, à Tamurlanis stirpe [p] se ortum gloriatur, omnium Regum, quotquot sunt in Orbe, habetur ditissimus, cujus thesauro contineri ajunt, si ad nostram rationem numerum conferimus, 1500000000. Imperialium, id est, *anderthalb tausend Millionen Reichsthaler*. Regi huic non tantum paret India illa Septentrionalis, verum etiam *Gusaratta*, vulgo *Cambaja* dicta, olim peculiare regnum, ad quod pertinebant urbes *Amadabath*, *Suratta*, *Cambaja*, *Bettan*, & *Bisantagra*: itemque *Orixa*, cujus Rex Mogoris tributarius est; & *Bengalæ* regnum. H E-

(a) Siam urbs. (b) India urbs. (c) Malacca s. Malays. (d) Camboyna s. Cambodia. (e) Cambodia urbs. (f) Liam. (g) Langor.

gia μ *Delly*; in confinibus Cambajæ & Narſingæ regnorum. Sub hoc Rege urbes claræ; *Mandao*, *Sanga*, ν *Moltan*, ξ *Citor* & ο *Aracane*, ſingulorum regnorum capita. 2

HEKELII.

[m] Hæc urbs ad inſtar *Venetiarum* dicitur ædificata, in qua & ſcaphis de loco ad locum poteſt deambulari, quarum circiter ducenta Millia dicunt reperiri.

[n] Sive *Malaca*.

[o] Cui & nomen *Goza* eſt.

[p] Vid. Liber ille, qui *Abentheur der naturlichen und kunſtlichen Sachen in* Sina *und* Europa ab *A. P. F. B.* eſt inſcriptus, & *Francof.* ad *Mœn.* A. 1656. in 4. f. exc. Cap. 1. p. 5.

BUNONIS.

μ A (a) *Delly* urbe provincia appellationem nacta eſt, quæ una Mogori ad bellum mittere ſolet CL millia armatorum. Regia vero ſedes hodie non eſt urbs *Delly*, ſed (b) *Agra* ulterius verſus Septentrionem ad fluvium, qui (c) *Gemini* vulgo appellatur, poſita urbs; incolis adeo frequens, ut ducenta millia virorum ad militiam Regis juſſu producere queat. Eſt tamen & alia Mogoris regia (d) *Labor*, inde magis verſus Septentrionem ad (e) *Rave* flumen ſita. Eo Rex nimium ſolis ardorem fugiens concedere ſolet.

ν (f) *Moltan* dicitur habere mulieres bellatrices.

ξ (g) *Citor* vel *Chitor* olim metropolis erat regni *Sanga*.

ο *Arackam* vel (h) *Arachan* arcem dicitur habere inexpugnabilem, quam Rex Barmiæ aliquando fruſtra obſedit & oppugnavit exercitu trecentorum millium armatorum, & quadraginta millibus elephantorum. Cæterum in Gangis inſula ponitur (i) *Polimbothea*, olim magna urbs, quæ portas habuit ferreas: ibi ſtudium Philoſophiæ florere tradunt. Item (k) *Ava*, ſect. 2. memorata, emporium magnum verſus Septentrionem ponitur, quod præter mercaturam geminarum & muſci, juvenum laſciviâ notum.

REISKII.

2 (l) Imperium magni Mogulis Indicum non ſeptentrionali una India coercetur, ſed in *Auſtralem longius ipſamque Perſiam per quadraginta regna* propemodum excurrit: Hoc enim Monarchicum extat, ſuoque dominatu regiones proprias, & alienas nexu tributario continet ut reliquiæ *Imperii vel Gingiſchanici vel Timurlani Tattaricæ huc* videantur repoſitæ. Nam *Babur* Princeps è Zagataja Tataria ortus, & regno Mawranaharenſium exutus A. 1555, in Perſiam exul ivit, & Regis qui tum *Shah Tamas* erat, regnique Perſici poſthac armis adjutus, (m) Indicum hocce imperium primus Ann. 1526 condidit formavitque: Hunc poſteri longo ſecuti ordine illorumque unus *Chorum* cognomine Schaſchiha An. 1650 rerum in Monarchia Indica potitus legitur, eaque ampliſſima uſus. (n) Religio heic *Muhamedana & Jingizonanica* quidem prevalet: Turcis pariter inviſa ac Perſis. *Ethnica* tamen & *Chriſtiana* in quibuſdam provinciis ac urbibus fertur. Cætera de ſtatu Mogulis magnifico, incredibili hujus theſauro, & urbibus regiis, Petrus du Val & Jo. Tweſt part II. Navig. Belgic. & Thevenotius ſuppeditant: Confer etiam quæ ſuperius ad Cap. IX. annotata dedimus. Unum ſupereſt, quod mireris, heic tamen regulos ſive (o) *Principes ſui juris ac liberos* ſupereſſe, quos *Rajas & Rœnas* nominant, è ſtirpe vetuſta regia prognatos, & vicinis provinciis, quas irruunt expilantque, graves ac moleſtiſſimos. Cæterum de prima Indiæ ad fidem Chriſtianam (p) converſione, item de acceſſu D. Thomæ Apoſtoli ad haſce terras, obitu ejus & ſepulchro ambiguo vel incerto, vid. Spanhem. Introd. Geograph. & Hottingeri Hiſtor. Eccleſ. ſec. I.

(a) Delly. (b) Agra. (c) Gemini. (d) Lahor. (e) Rave fl. (f) Moltan. (g) Citor. (h) Arachan. (i) Polimbothea. (k) Ava. (l) Imperium Mogulis Indicum. (m) Unde ortum fuerit. (n) Hujus religiones. (o) Rajæ principes liberi. (p) Indorum converſio.

CAP. XI.

Inſulæ in Indico mari. 1

I.

INſularum in Indico mari tantus eſt numerus, ut haud facile iniri queat: quare præſtantiores ſolum dicendæ. Princeps eſt atque omnium toto Oriente Inſulæ in mari Indico.

REISKII.

1 Nunc (a) Archipelagus S. Lazari, & in eo inſulæ omnes aperiuntur, quotquot intra ſinum Bengalenſem & Philippinas jacent, omni aromatum proventu copiaque divites: Ex his primæ ſunt inſulæ *Cos Sindanæ* (*Inſ. de la Sond.*) quæ nomen a freto vicino accipiunt; nempe (b) *Sumatra*, (c) *Borneo* & (d) *Java*. Sumatra magnitudine & potentia præſtat ſuiſque regibus ſubeſt, nec ulli Europææ nationi locum atque domicilium hactenus conceſſit. Reges illi *Camporæ*, *Jambi*, *Menancab & Palambanæ* ſedem ſibi vindicant: Sed Rex *Achimenſium* inter illos eminet, ab Achima dictus, emporio Europæis noſtris, Turcis, Chinenſibus, Indis frequentiſſimo. *Borneo* 200 milliaria ſuo ambitu complexa, regnum unum in *urbe cognomine* ſibi fovet, alterum *Benderæ*, & tertium

(a) Archipelagus S. Lazari. (b) Sumatra. (c) Borneo. (d) Java.

Sumatra. ente nobiliſſima α *Sumatra*, (1) in complura regna diviſa; Secunda eſt β *Bor-*
Borneo. *neo* (2), Tertia γ *Java Major* (3), incognitæ magnitudinis; quam Jul. Cæſar
Java major. Scaliger omnium rerum facili ubereque proventu *compendium Orbis* appellavit.
Bantam. In hac celeberrimum emporium δ *Bantam*.

H. Dein

(1) *Jacet intra Gradum circiter 6 Lat. Septent. & Meridian. at ab occaſu in Ortum longe minus diffunditur. Cælum torridum eſt & parum Europæis ſalubre. Belgæ tenent partem ejus Maritimam & aliquot fodinas metallorum; optimo pipere, Oriza, Melle, cera, ſerico, Goſſipio, malis aureis, citreis, Granatis, ficubus, montibus, metallis optimis, fontibus, fluminibus, Sylvis, Elephantibus, Rhinocerotibus, cervis, Tigribus, Leopardis & Leonibus abundat.* Luyts.

(2) *Circa ambitum variant Authores, at Vaſtiſſima creditur omnium Aſiæ Inſularum. Adamantes habet optimæ notæ, lapidem Bezoar, fodinas Auri, Stanni, ferri, Camphoram totius Indiæ Nobiliſſimam, frequentes Sylvas, Goſſipia, Mel, ceram, egregia flumina, inter quæ nobiliſſimum Succadano, dives Adamantium. Cælum ob ſolum paluſtre inſalubre. Belgis pars ſubeſt Maritima.* Luyts.

(3) *Intra gradum 6 & 9 Lat. Meridian. locata, & inter freta Bolambuam & Sundæ, Longit. fere undecim. Cælum primis advenientibus parum ſalubre, Culices habet virulentos & moleſtiſſimos, Angues maximos & peſtilentiſſimos, Oſtreas incredibilis vaſtitatis librarum interdum trecentarum, Adamantes, Rubinos, Smaragdos optimæ notæ, Montes divites Auri, Argenti, æris; fontes, flumina, valles, Sylvas, agros pinguiſſimos, pecoris, Armenti, fructuum omne genus, Saccharum, inſigne piper, Oryzam qua Javani panis Loco veſcuntur.* Luyts.

(4) *Urbs in fertili planitie, ampla, cultiſſima, pulchre Munita, imprimis Arce eximia & quatuor propugnaculis quibus a pretioſis Lapidibus Nomen eſt.* Luyts.

tium *Habaſiæ*, adamantifrâ fodinâ celebre. (a) *Java major* gradu ſeptimo trans æquatorem ſita, Regulis ad urbes littorales *Japara Tuban*, *Joſtan Panarvan*, *Panaracan* & *Palankuan* conſidentibus pâret, omniumque ſupremo Cæſari ſuo ſive *Mataram*, à quo proximus Rex Bantami loco & potentia exſtat. (b) Batavia tamen ab horum oppugnatione ac impetu ſeſe Anno 1629, & Anno 1652, itemque A. 1678, fortiter vindicavit, tanquam præcipuum ſocietatis Orientalis Indicæ munimentum, præſidiumque firmiſſimum. (c) *Celebes* & *Gilolo* ſuis regibus ſubjectæ; (d) tres *Moluccæ* ſuis Regulis *Ternata* ſcilicet *Tidor* & *Pachian*, in quibus tamen Batavi ſua dominia ſibi tuentur. Hic *Manuca Biatæ*, i. e. *aves Dei vel Paradiſiacæ* ſunt, quas falſò apodes, & nutriri aëre ſolo credunt. (e) *Amboina* caryophyllorum feraciſſima, & (f) *Banda* cum quinque inſulis minoribus, ubi nucum Muſcatarum copia permagna: Quæ omnes Societati Orientali, de qua diximus, Indicæ ſubſunt, controverſiâ cum Anglis nuper compoſitâ. (g) *Ceilon* etiam huic Societati ceſſit, Portugallis omnibus exturbatis, & munitionibus, quas illi tenuerant, occupatis. Inſulæ huic *regna undecim, & horum omnium caput Candi*, cum rege præcipuo ſummoque attribuunt. Somnia vero ſunt de (h) *Paradiſo terreſtri*, quem hic collocant, & *monte Pico d' Adam*, quem vitigiis Adami primi hominis ſaxo impreſſis conſpicuum credunt. (i) *Philippinæ majores numero quinquaginta, minorum vero undecim* millia putantur: Ex his aliæ ſuam libertatem, aliæ regnum ſibi proprium uti *Paragoyæ* & *Mandanao* tuentur, aliæ regno Hiſpanico ſubſunt, & caſtris munitiſſimis coercentur: *Cebia* & *Maran* Magellano primum cognitæ, ſed cæteræ adhuc ignotæ.

BUNONIS.

α *Sumatra*, in Longitudine habens CLXX milliaria, & in Latitudine LXII quæ antiquorum *Taprobana* falſo quibuſdam putatur [a], in X regna diſtinguitur; ex quibus hæc tria, *Achem*, *Jamby*, & *Palimba* præcipua ſunt, regnorumque capita egregie munita. Cum Rege in *Achem* Hollandi in lœdere ſunt. Ager milium & oryzam fert; melle [b], Zingibere, benzoino, camphora, agarico, caſſia abundat; Piperis vulgaris & oblongi uberrimus hic proventus, qui quotannis magnâ copiâ Catajam exportatur. Elephantes nuſquam majores, aut ad bellum magis apti reperiuntur. [c] In eadem inſula mons quoque eſt, qui ignem evomit; veluti Veluvius & Ætna.

β (k) *Borneo* inſula, ſicut & *Sumatra*, cui ad Ortum poſita eſt, ſub Æquatore jacet inter *Cambojam* Indiæ & *Celebes*; Hiſpaniam magnitudine adæquans, vel etiam ſuperans, cujus ambitus fertur bis mille & ducentorum milliarium. Ptolemæo eſſe videtur *Inſula Fortunæ* [d]. Totius Inſulæ caput & regia ſedes eſt *Borneo* urbs, quam aquæ pluribus locis, veluti Venetias, interfluunt [e]. Præter hanc nobiliores urbes ſunt *Marudo*, *Sadonk* ſeu *Sedang*, *Sambas*, *Landa*, *Sucadano* & *Bandarmaſſin* celebres portus ob piperis negotiationem. *Succadona* fluv. adamantes habet. Eſt verò hæc inſula rebus omnibus ad vitam victumque neceſſariis inſtructa. Hic thus, maſtix, camphora, agaricum, aurique puri inveniuntur fodinæ divites [f]. Belgæ mercandi libertatem, præcipue piperis, per hanc inſulam ferme habebant ſoli: verum quum nuper ipſi Regi nollent concedere, ut piper, muneris loco, ad Regem in Macaſſar mitteret; privilegio illo exciderunt.

γ (l) *Java Major* à Sumatra inſula, verſus Meridiem per fretum, quod vulgò *Stretto de Sunda*, ſeparatur. Longitudo Javæ habetur CL milliarium; Latitudo ejus incerta eſt, neque hactenùs compertum habetur, utrum inſula ſit, an peninſula Auſtralibus terris adhærens. Omnis generis aromata fert *Java*, tantamque piperis copiam, quantam Germania uvarum [g]. (m) Duo in ea hodie nobis nota ſunt regna, (n) *Mataran* & (o) *Bantam*. Sed rex in *Mataran* majorum habetur opum; tertius qui erat in (p) *Jacatra* ab Rege in Bantam oppreſſus, regnoque exutus eſt, quum anno 1619, hic conderetur (q) *Batavia Belgarum Colonia*, quo ipſa urbs Jacatra à Belgis capta eſt. Inde poſt decennium Rex in *Mataran* bis obſedit & oppugnavit Bataviam, ſed fruſtra. Præſidium ſexcentorum armatorum hic perpetuo alitur (4). Præfectus ibi nomine Belgarum reſidens cæteris quoque caſtellis munitis per Indiam imperat, qui ſingulis tribus annis mutatur, alio in ejus locum ſubſtituto. Jus per præſidem & ſcabinos adminiſtratur. Camera Rationum, à quâ reliquæ per Indiam omnes dependent, hic ſuprema eſt.

δ *Bantam* regia ſedes XII mill. à Batavia jacens commodo gaudet portu. Eo confluunt negotiatores ex Malacca, Gularatta, Malabara, Bengala, Pegu, China,

(a) Java major. (b) Batavia. (c) Celebes & Gilolo. (d) Moluccæ. (e) Amboina. (f) Banda. (g) Ceilon. (h) Paradiſus. (i) Philippinæ. Sumatra. (k) Borneo inſ. & urbs. (l) Java Major. (m) Reges Javæ. (n) Mataram. (o) Bantam. (p) Jacatra. (q) Batavia Belgarum colonia.

II. Dein insulæ ε *Celebes* (1), ζ *Gilolo*, η *Ceiram* (2); quas *Sindas* esse putant Ptolemæi: & inter has sparsæ ϑ *Moluccæ*; parvæ, at felici aromatum productu nobiles, *Bachian*, ι *Tidor*, κ *Ternate*, λ *Motir*, μ *Machian*. Jamque Sinarum regno adproximantes ν *Philippinæ*, quas *Barussas* Ptolemæi interpretantur. Harum maxima ξ *Luzon*; in qua Hispani urbem condiderunt. ο *Manilliam*.

Celebes. Gilolo. Ceiram. Sindæ insul. Molucca. Philippinæ s. Barussæ. Luzon. Manillianes.

China, Japan, Portugallia, Anglia, Hollandia. Intra urbis pomœria domicilium figere non permittitur nisi indigenis. Regi in Bantam administrant mulieres, ex eisque constituitur ejus cohors prætoria. Cæterum ipsi Javanenses habentur [b] fallaces & malæ fidei; in Religione superstitiones sequuntur Bentanorum, aut impostoras tenent Mahumedi. (a) *Java Minor* inde ad Ortum posita, à metropoli etiam *Cambaba* sive *Cambava* dicitur.

HEKELII.

[a] Aliis v. *aurea Chersonesus* ista, & propterea Antiquis ceu *Peninsula* est credita.

[b] *Cera.*

[c] Cæterùm hæc Insula inclemens habet Cœlum, ob magnam *Vaporum* nempe copiam, quæ ex frequentibus Fluminibus ac Paludibus exhalat, atque etiam ob densissima Nemora.

[d] *Bonæ.*

[e] In hac civitate XXV circiter millia Ædes jampridem computatæ sunt. Rex, qui istic residet, *Mahumetanus* est, cum quo nulli loqui licet, nisi mediante Interprete. Incolæ colore albicante sunt, acerrimo ingenio, &, licet Idola colant, probitate præditi.

[f] Præter Equos pusillos, non fert pecora, nec Asinos, aut Boves.

[g] Mittit quoque *Aurum* & optimum *Æs*, ut & *Smaragdos* totius orbis elegantiores. *Sericum* ex Sylvis sponte id gignentibus copiosè colligitur. Cæteroquin Insula hæc Ventis adeò est exposita ac pervia, ut nunquam ullo totius Anni tractu vacet à flatibus tam diurnis, quàm nocturnis.

[b] Superbi, inhumani, proditores, mendaces.

BUNONIS.

ε (b) *Celebes* à Borneo versus ortum itidem sub Æquatore est. Ejus incolæ [i] incedunt nudi, genitalibus tamen contectis. Carnes autehac solebant devorare humanas; quare ex Moluccis damnati [k] eò deportabantur, ut ab his mactarentur. Verum jam humaniores facti feritatem illam dicuntur exuisse. Inter *Celebes* & *Borneo* insulas interjacet *Macassar* [l] insula, ab emporio denominata, quod ob caryophyllorum mercaturam à Lusitanis, Anglis & Hollandis frequentatur. Anno 1669, insula hæc à Belgis fœderatis subacta est [m].

ζ *Gilolo* [n] inde porro versus ortum sub Æquatore jacens, quoniam aromatibus caret, non adeo frequentatur ab exteris nationibus, neque vehementissimum hujus loci æstum facile perferunt Europæi [o].

η (c) *Ceiram*, *Ceram*, seu *Zoram* à Gilolo versus Austrum ponitur.

ϑ Quinque illæ, quarum nomina hic leguntur ex (d) Moluccis præcipue celebrantur. Sunt autem parvæ, maximaque vix sex mill. passuum ambitum habet. A Lusitanis anno 1515 primùm sunt repertæ, ac de his ipsis inter Castilianos & Portugallenses ex Orbis divisione per Pontificem Rom. factâ divisione orta est contentio. Ager spongiosus est, ac imbres absorbet; fertque nuces myristicas, mastichen, lignum aloës, sandalum, cinnamomum, zingiber, piper & caryophylla, sine omni terræ cultura. In his insulis reperitur avis *Manucodiata*, quæ nobis *Paradeisz-vogel* dicitur, elegantissimarum pennarum & alarum [p]. Farinam de nonnullis colligunt arboribus, ex qua conficiunt panem. Incolæ negotiantur sine omni pecunia mercium permutatione. Adorant Solem & Lunam plerique, præter paucos, qui Mahomedis impostoras sequuntur. Duo sunt in his insulis Reges, quorum unus in *Ternate* insula residet; alter in (e) *Tidore*.

(1) *Europæis frequenter Maccassar dicta; solum fertile, dives Aromatum & in primis Oryzæ. Incolæ minus fusci quam ceteri Insulani.* Luyts.

(2) *Abundat aromatibus.*

ι In Tidore insula Belgæ castellum habent; itemque aliud Lusitani.

κ (f) *Ternate* ex his insulis præcipua est, in qua mons interdum flammas eructans. Belgæ duo hic exstruxerunt fortalitia, quorum nomina *Malaia* & *Malucco*. In Portugallensium potestate est urbs *Gammalamma*.

λ (g) *Motis* [q] etiam appellatur *Timor*, in qua fortalitium *Nassaw* [r].

μ In (h) *Machian* Belgæ tenent castellum *Mauritii*.

ν (i) *Philippinæ* [s] auspiciis Philippi Hispaniarum Regis detectæ & occupatæ sunt anno 1564; appellantur etiam *Manillæ* ab urbe *Manillia* [t].

ξ (k) *Luzzonia* [v] Insula cæteris præstantior est.

ο (l) *Manillæ* [x] præsidet Gubernator nomine Regis Hisp. itemque Episcopus.

HEKELII.

[i] Qui albo sunt colore.

[k] Jussu & Mandato regio.

[l] *Macace*, vel *Macazar*, seu *Macasar*.

[m] Habet in sui mediò Montes altissimos, ex quibus Fluvii navigabiles oriuntur. In ista quoque *Aurum* ac *Margaritæ* inveniuntur.

[n] Aliàs *Batochina* denominata.

[o] Hæc insula una est ex istis, quas vulgò nominant *Del Moro*, cujus magnitudinem veluti dimidiæ Italiæ esse *Geographi* scribunt. Cœlum istic inclemens est & Aer calidus. Incolæ bene proportionati sunt, barbari ac crudeles, carnem humanam adhuc vorantes.

[p] Hanc Avem è Cœlo descendere superstitiosè credunt. Istic quoque *Arundines* in magnam molem adeò excrescunt, ut doliorum vicem suppleant.

[q] S. *Moti.*

[r] Insula hæc ob *Sandalum flavum* & *album* inprimis claret.

[s] Utpote quæ ex *Mercatoris* sententia *Ptolemeanæ* illæ sunt *Barussæ*.

[t] Has *Anthropophagos* olim inhabitâsse constat.

[v] *Luzzie* s. *Luzzen.*

[x] Ab *Hispanis* ædificatæ.

BUNO-

(a) Java minor. (b) Celebes insul. (c) Ceiram insul. (d) Molucca insul. (e) Tidor. (f) Ternate. (g) Motis seu Timor. (h) Machian. (i) Philippinæ insul. (k) S. Luzzonia. (l) Manillia.

Mindanao. Calamianes. Guinea nov.

nilliam (1). Secunda eſt ♈ *Mindanao* (2). Tertia ♌ *Calamiane*. Dein reliquæ Minores inter has diſſipatæ. Hinc vero verſus Orientem ſunt aliæ complures, in univerſum Hiſpanis *Iſlas de las Velas* dictæ. Hinc rurſus Meridiem verſus CL. diſtans mill. Germ. eſt nova *Guinea*; quæ an ſit inſula, an vero pars continentis terræ Auſtralis, nondum ſatis compertum habemus. At in Sinu Gangetico Narſingæ regno adverſa ♑ *Ceylon*, novem regnis diſtincta, antiquis *Taprobana* dicta (3).

BUNONIS.

♈ In (a) *Mindanao* ſunt aliquot urbes.

♌ (b) *Calamianes*, aliis *Paragoya* dicitur. Ex his inſulis maximam partem tenent Hiſpani, eoque veniunt ex *Hiſpania Nova*, & *Mexicano regno* cum Inſulanis & Chinenſibus mercimonia tractantes. Merces potiſſimæ hic ſunt oryza, ſaccharum, legumina, mel, ficus, auri ferrique metalla. In primo in inſulam ingreſſu Hiſpani ſingula pondo auri mercati ſunt quaternis pondo argenti. Maxima inſulanorum pars ad Chriſtianam fidem Hiſpanorum opera converſa dicitur.

♑ (c) *Ceilon* vel *Zeilon* ob felicem omnium rerum proventum Paradiſi pars incolis creditur. Oſtenditur hic *Pico* mons altiſſimus; in quo Adamum primum hominem ſepultum tradunt; magnorumque hominum ibidem monſtrantur veſtigia. (4) Inſula hæc fert arbores perpetuò floribus aut fructibus onuſtas, ut ſunt mala Aſſyria incredibilis ſuavitatis, mala medica, citria optima, aurantia, limones aliique fructus nobiliſſimi. Fert auri argentique metalla & lapides pretioſos: item aromata, Cardamomum, Caryophyllum, piper & alia; magnamque copiam cinnamomi. Producit quoque omne genus ferarum, elephantoſque nobiliſſimos. Incolæ plerique incedunt nudi, genitalibus tamen contectis, magiæ dediti, & ſuperſtitionibus gentilium. Luſitani eò Chriſtianam fidem primùm intulerunt. Hi urbem (d) *Colombo* munierunt. Regia ſedes in hac inſula Ceilon eſt (e) Candi; unde Rex Candi vulgò vocatur. *Is Belgas* invitârat adverſus Portugallos ejiciendos. Caſtellum igitur exſtruxerunt in eo loco, qui vulgò (f) *Punte de Galle* dicitur: Inde (g) Negumbo magnam & munitam urbem Portugallis extorſerunt; quam, Anno 1643 amiſſam, ſequenti ſtatim anno recuperârunt. Anno 1651 ab iiſdem expugnatum eſt (h) *Calutre* caſtellum munitum: atque Anno 1656 *Columbo* quoque ejecerunt Portugallos. XX milliaribus Columbo diſtat (i) *Manara* inſula, in qua Margaritarum dives captura; eam etiam Belgæ ademerunt Portugallis anno 1658. Ferunt Hollandos hodie, ejectis inde Portugalleníibus, omnem tenere inſulam. Præter has inſulas in illis partibus Orientalibus celebris eſt (k) *Amboina* cum adjacentibus inſulis caryophyllorum ferax: Caſtellum ibi eſt (l) *Victoria* dictum. (m) *Banda* in qua Belgarum caſtellum *Naſſovia* cum inſulis VI circumjacentibus, quam Belgæ armis expugnatam tenent; unde nuces afferuntur myriſticæ, & maſtix: itemque (n) *Timor* ſandali albi & flavi ferax inſula. Sunt etiam in Mari Indico è regione capitis Comorini (o) *Maldivæ inſulæ*, quarum aliquot cenſentur millia: harum aliæ habitantur; aliæ ſeſſoribus vacuæ ſunt. Cæterum (p) *Iſlas de las Velas*, quæ ab Auctore noſtro hic memorantur, à *Magellano* primum ita ſunt appellatæ, illudque impoſitum nomen à *genere velorum*, quibus utuntur inſulani. Aliis vocantur (q) *Iſlas de Ladrones*, h. e. *Latronum ſeu furum inſulæ*, à nefariâ incolarum conſuetudine furandi.

(a) Mindanao. (b) Calamianes ſeu Paragoya. (c) Ceilon inſ. (d) Colombo urbs. (e) Candi. (f) Punto de Galle. (g) Negumbo. (h) Calutre. (i) Manara. (k) Amboina Inſula. (l) Victoria. (m) Banda inſ. (n) Timor inſ. (o) Maldivæ inſ. (p) I. de las Velas, ſeu (q) I. de Ladrones.

(1) *Omnium Philippinarum Hiſpanicæ ditionis clariſſima.* (2) *Capitalem habet ejuſdem Nominis, amplam & munitam.* Luyts. (3) *Intra gradum 6 & decimum lat. Borealis ſita. Serpentes ſtupendæ molis & Mare & Terra nutrit.* Luyts. (4) *In faſtigio Montis planus Lapis exiſtit, cui grande Veſtigium humani pedis impreſſum conſpicitur. Credunt Indigenæ, Veſtigium hoc eſſe primi parentis qui hinc in Cælum Sublatus eſt, ideoque id ipſis mira ſuperſtitione colitur, maxime ſub anni initium quando Incolæ cujuſcunque ſexus & ætatis ipſum Religionis Gratia ſolent conſcendere.* Luyts.

CAP. XII.

De Perſarum Imperio.

I.

Perſarum regnum. Ejus magnitudo.

Perſarum regnum antiquitus occupabat quicquid præter terras in Aſia reliquum eſt; quin etiam Indiæ partem & Ægyptum, quæ antiquitus in Aſia cenſebatur. Longitudine ab Helleſponto ultra Indi oſtia mill. Germ. IↃCC. Latitudine, a Ponto ad Sinus Arabici fauces IↃ; quo ſpatio multæ regiones atque regna recenſentur; de quibus ordine erit agendum. At primo loco eam partem narrabimus, quæ nunc *Perſarum* ſive *Sophorum* Imperium dicitur. Hoc

Perſiæ Fines & magnitudo.

clauditur


PONTUS EUXINUS
NAGAIA
MARE CASPIUM
Derbent sive HYRCANUM Persis KULSUM
MASSA
Turcomania
DAGESTAN
ARMENIA
Mediterr. Mare
CILICIA
PARTHIA
Mardocæa Chaldæa
PERSIA sive SOPHORUM REGNUM cum ARMENIA ASSYRIA MESOPOTAMIA et BABILONIA
ARABIA FELIX
SINUS PERSICUS
MARE RUBRUM
BACHERIN
MARE INDICUM
CARMANIA DESERTA
SABLESTAN
BUCHARIA
MAVERANNAHER
Sogdiana
Candahor
Mekeran
Kerman
Siraz
Tata
Mascate
Curiate
Theme
Zuffar
Aden
Mecca
Medina
Jemane
Babylon
Ninive
Damascus
Jerusalem
Sidon
Tyrus
Ormus
Persepolis
Ispahan
Tauris
Erivan
Derbent
Astrachan
Georgia
Colchis
Thabelsevna
Circassia
Nagaicum Desertum
Kelmak
Tzenreni
Portus Naskisch
Derbent
Arazel
Meschec
Mallageta
Susiana
Margiana
Damkan
Kumis
Sarakhs
Balkh
Candahor
Sablestan
Arachosia
Indiæ
Mussarnæi
Rhamnæne
Parade
Parisiæ
Persia
Sigetan
Kerman
Siraz
Tata
Mekeran
Parisiæ
Mascate
Curiate
Theme
Aden
Mecca
Medina
Jemane
Babylon
Ninive
Damascus
Jerusalem
Sidon
Tyrus
Ormus
Persepolis
Ispahan
Tauris
Erivan
Derbent
Astrachan
Georgia
Colchis
Thabelsevna
Circassia
Nagaicum Desertum
Kelmak
Tzenreni
Portus Naskisch
Derbent
Arazel
Meschec
Mallageta
Susiana
Margiana
Damkan
Kumis
Sarakhs
Balkh
Candahor
Sablestan
Arachosia
Indiæ
Mussarnæi
Rhamnæne
Parade
Parisiæ
Persia
Sigetan
Kerman
Siraz
Tata
Mekeran
Parisiæ
Mascate
Curiate
Theme
Zuffar



clauditur a *Septentrione* Hyrcano ſive Caſpio mari, & Oxo flumine, Caucaſoque monte ; *ab Oriente* Indo ; a *Meridie* mari ac Sinu Perſico ; ab *Occaſu* Euphrate amne & Tigri, qui in illum immergitur, Niphaticis jugis, & Araxe fluvio, qui in Hyrcanum mare evolvitur. *Longitudo* ejus eſt ab Araxis oſtio ad Indi oſtia mill. CCCCLX. *Latitudo* ab Oxo ad mare Perſicum CCLXX. (1)

II. Regiones hic olim, *Gedroſia, Carmania, Drangiana, Arachoſia, Paropamiſis, Bactriana, Margiana, Hyrcania, Aria, Parthia, Perſis, Suſiana, Aſſyria, Media.* Perſiæ Regiones.

REISKII.

1 (a) *Perſia* unde nomen, & unde *gens Perſica* olim adſumſerit ortum Græci quidem veteres diſquirunt, ſed plerique ad fabulas e diſquiſitione ſua profuunt. Hinc *Texeira* conqueritur, ſe nominis Perſici originem aſſequi non potuiſſe, cum facile antiqua ex hiſtoria potuiſſet. Cyrus enim Perſis equeſtrem diſciplinam adeo inculcavit, ut equitatu illi valerent maxime, ac lege cavit publica ne quis ſuorum, quos equo inſtruxerat, φαυῇ πέζον πορευόμενον, ἐὰν τε πολλὴν ἐὰν τ' ὀλίγην ὁδὸν δέῃ διελθεῖν, adpareret pedes incedens, ſive multum ſive parum viæ conficiendum eſſet, Xenophon lib. I. Cyropæd. Ex hoc novo inſtituto denique factum eſt, ut regio פָּרַס *paras*, & hujus incolæ פָּרְסִיאִין *Perſæ* i. e. *equites* dicerentur. Nam Hebraice Arabiceque פָּרַס *equum*, פָּרָשִׁים *equitem* notat. Hinc ante Cyri tempora nullus ſcriptor, neque Moſes, neque Propheta Perſarum meminit ; ſed in libris Chronicorum, Ezechiele, Daniele, Eſdra & cæteris frequens horum ſit mentio. Hebræa quippe nomina כּוּת וְעֵילָם (b) *Chut* & *Elam* ex uſu veteri magnam Perſidis partem incluſeruut, teſte Joſepho lib. I. Antiquit. qui Ἔλυμον καὶ ἐλυμαίους Περσῶν ἀρχηγέτας *Elym* & *Elymæos Perſarum generis auctores* commemorat : Amplius Chutam is ipſe regionem in Perſide ac fluvium cognominem locavit. Strabo etiam lib. XV, Suſiæ conjungit (c) ἐλυματικὴν ἢ ἐλυματιτικὴν, i. e. *Elymaticam* aut *Elymatiticem*, Hinc *Elam* & *Madai*, h. e. Elymæos & Medos frequentius in ſacro codice connecti locis pluribus Bochartus lib. II. c. 2. comprobat. Sic ergo ultima nominis & gentis origo ſibi perſpicua conſtabit.

(1) *Maxime ab Ortu in Occaſum ſe-ſe explicat inter Imperium Magni Mogolis & Turciam Aſiaticam, quæ Longitudo gradus xxx ſupergreditur: Minus a Borea in Auſtrum excurrit ſita intra gradum 25, & 43, Lat. Borealis, at uſque ad Gradum 45 a Rolbe extenditur. Aer Perſiæ in diffuſiſſimo hoc Imperio longe variat ; qua Mari propinquat in parte Auſtrali, fervet vehementiſſime. In parte Media fervor & frigus vices quotlibet ſemeſtri alternant. In parte Boreali Hyems ſat aëris eſt. Scatet Perſia montibus eximiæ altitudinis qui propugnaculorum vicem præbent. Pars Maxima illorum ſterilis: Inveniuntur alii divites ſalis foſſilis, æris, plumbi, ferri, Chalybis, non autem Argenti aut Auri. Pauciſſimis irrigatur fluminibus, nullo quod liceat navigare. Princeps eſt Araxes qui ex Armenia in Mare Caſpium defluit. Solum fructus gignit quales Francia, ſed parciore proventu, nec ſapor adeo delicatus eſt. Flores magnopere laudantur, Vinum variat, datur notæ optimæ & Minoris. In parte Septent. Integras Sylvas ex Moris habent, unde Numeroſiſſimi Bombyces & Serici maxima Copia. Mora quoque alba unde Cancris fluviatilibus Nutrimentum. Aſinos Arabicæ generis celerrimos habent, Camelos plurimos, armenta & pecora diverſi generis. Locuſtis Infeſtatur Seges. Gemmas & Uniones Terra ac ſinus Balſorenſis gignit. Perſæ Aſtrologiæ & futurorum Scientiæ deditiſſimi ; Artis Simulandi periti ; Sumptuoſi ; Veſtes diſcolores, Venerem, Tabacum, Opium ſupra Modum Expetunt. Ædificia ob Lapidis & Ligni penuriam ex terra conficiunt. Religio Triplex ; Mahumedana quam Rex Magnates & maxima pars ſubditorum ſequuntur ; Religio item Gaurorum & Armeniorum. Rex Imperio fruitur deſpotico : Filius Natu Major ſuccedit, qui ut tutior ſit dominatus, oculos patribus & cognatis Sexus Maſculini eruit.* Luyts.

BUNO-

(a) Perſis unde dicta. (b) Chut Elamque. (c) Elymatica.

CAP. XIII.

Gedrosia, Carmania, Drangiana, Arachosia, Paropamisis, Bactriana, Margiana, Hyrcania, Aria, Parthia. (1)

I.

GEDROSIA.

Gedrosiæ populi, regiones, fl. & urbes.

α GEdrosiæ, quæ nunc *Kheſimur* & β *Guzarate*, populi fuerunt *Arbitæ*, *Parſiræ*, *Muſarnæi*, *Rhamnæ*; Regiones *Paradene*, *Pariſene*. Flumen nobile γ *Arbis* ſive Arabis. Urbes inclytæ δ *Parſis*, caput regionis, ε *Arbis* & ζ *Cuni*.

CARMANIA.

Carmaniæ populi,

II. η *Carmaniæ* veteris nunc regiones ſunt *Kirman*, *Goadel* & *Ormuz* regnum. Populi in ea quondam *Iſatichæ*, *Zuthi*, *Gadanopydres*, *Camelobosci*, *Sozota*, dicti, *Agdenites*, *Rhudianæ*, *Ares*, *Charadræ*, *Paſargadæ* & *Armozæi*. Regiones, *Modomaſtice*, *Parepaphitis*, *Cabadina*, *Chantonice*. Flumen *Samydaces*. ϑ Mons *Semiramidis*. Urbes ι *Carmana*, *Samydace*, *Alexandria*, κ *Armuza*.

Regiones, urbes, fl. & inſ.

DRANGIANA.

Drangianæ populi & urbes.

III. λ *Drangiana*, [g] nunc *Sigeſtan* [h], populi *Darandæ*, & *Batrii*, Regio *Tatacene*. Urbes inclytæ, μ *Ariaſpe*, ν *Prophthaſia*.

ARA-

(1) *Quo pacto veteres provinciæ cum hodiernis conſentiant Luyſius indicat ut ſequitur. Gedroſia videtur fuiſſe nonnubi hodie Guzarata, ſed ubi Sinda, aut juxta alios Macrana, Carmania ubi hodie Cermania, Drangiana ubi Segiſtiana, Arachoſia ubi Regnum Hojacanum pars Imperii Magni Mogolis & Candabaria; Paropamiſis ubi Sableſtania; Bactriana ubi Usbechia ſeu Tranſoxiana, pars Auſtralis Magnæ Tartariæ; Margiana ubi Coraſſania; Hyrcania ubi Maranderana; Ariæ pars Orientalis ubi etiam Sableſtania; Parthia, ubi pars Occidentalis Coraſſaniæ & Orientalis provinciæ Hidrack-Agemi.*

BUNONIS.

α (a) *Gedroſia* [a] terminatur ab Occaſu Carmaniâ alterâ: à Septentrione Drangianâ & Arachoſiâ; ab Ortu India cis Gangem; à Meridie Oceano [b] Indico [c].

β (b) *Guzaratta*, quæ hodie dicitur regio, trans Indum jacet fluvium, qui Gedroſiæ verſus Ortum terminus eſt.

γ (c) *Arbis fl.* Nigro hodie dicitur *Berbero*; verum Oleario aliiſque *Ilmene*. Ad oſtium Arbis (d) *Portus* collocatur *Mulierum*.

δ (e) *Parſis* Parſirarum habetur caput; ad Arbim fl. ponitur: itemque

ε (f) *Arbis* Arbitarum.

ζ (g) *Cuni* interius ponuntur.

η (h) *Carmania* duplex erat; *Deſerta*, quæ habet ab Occaſu Perſidem, à Septentrione Parthiam, ab Ortu Drangianam [d], à Meridie alteram Carmaniam [e]. Terminatur *Carmania Altera* [f] à Septentrione Carmania deſerta; ab Ortu Gedroſia; ab Occaſu Perſide & Sinu Perſico; à Meridie Indico mari. Hæ duæ nationes fere nihil memoratu dignum habent. Cyrus primus Perſarum Monarcha Darium Medum, ex Babyloniorum Regibus ultimum, prælio victum & deditione captum, huic provinciæ Carmaniæ præfecit.

ϑ (i) *Mons Semiramidis* ad Perſici Sinus oſtium eſt.

ι (k) *Carmana* Carmaniæ caput, corrupto nomine hodie videtur dici *Carwans*.

κ (l) Ab *Armuza*, regni *Ormuz* nomen haud dubie reliquum eſt.

λ (m) *Drangiana* ab Occaſu clauditur Carmaniâ deſertâ; a Septentrione Ariâ; ab Ortu Arachoſiâ; à Meridie Gedroſiâ.

μ (n) *Ariaſpe* in Occaſum ſita erat ad Ariam; Quibuſdam videtur eſſe *Gobinan*.

ν (o) *Prophthaſia* inter Alexandriam Ariæ ad Occaſum 199, & Arachoſiam ad Ortum 200 mill. paſſuum poſita eſt, teſte Plinio [i]: Verum ſecundum Strabonem [k] multo major eſt diſtantia ab Alexandria.

HEKELII.

[a] Hodie *Circan*.

[b] S. Pelago.

[c] Eſt a. hæc Regio ut plurimum deſerta, arenis pro-

(a) Gedroſia. (b) Guzaratta. (c) Arbis fl. (d) Portus mulierum. (e) Parſis. (f) Arbis. (g) Cuni. (h) Carmania. (i) Mons Semiramidis. (k) Carmana. (l) Armuza. (m) Drangiana. (n) Ariaſpe. (o) Prophthaſia.

ARACHOSIA.

IV. ξ *Arachoſiæ*, nunc *Candahor*, populi *Margyetæ*, qui ante *Arimaſpi*, poſtea *Euergetæ* dicti, *Sydri*, *Roplutæ*, *Eortæ*. Urbes ο *Arachotus*, π *Alexandria*. Arachoſiæ populi & urbes.

PAROPAMISIS.

V. ρ *Paropamiſidis*, quæ nunc *Sableſtan*, populi *Bolitæ*, *Ariſtophili*, *Ambantæ*, *Parietæ*, *Parſii*. Urbes claræ, σ *Carura*, quæ & *Ortoſpana*, *Naulibis*. Paropamiſidis populi & urbes.

BACTRIANA.

VI. τ *Bactriana* nunc υ *Coraſan* dicitur; Populi olim, *Salataræ*, *Zariaſpæ*, *Chomati*, *Comi*, *Acinacæ*, *Tambyzi*, & *Thocarorum* magna *gens*; *Maricai*, *Scordi*, *Varni*, *Savadii*, *Orſiti*, *Arimaſpi*. Urbes duæ regiæ; φ *Bactra* & *Ebuſmi*. Claræ item χ *Maracandæ*, ψ *Charracharta*. Bactrianæ populi & urbes.

MAR-

profundiſſimis involuta, aquis inops, (licet æſtate imbres habeat) & Solis ardoribus obnoxia; unde ſterilis eſt; tamen nonnulla fert Aromata, *Nardum* imprimis & *Myrrham*.

[d] Seu *Ariam*.

[e] Dicitur a *Deſerta*, quoniam in ea nulla ſunt Oppida, ſed tantummodo Pagi aliquot diſperſi, ob Solis maligitatem & Aëris intemperiem, eſſique plana tota ac æſtuoſa. Hodie à nonnullis dicitur *Dulcinda*.

[f] Ab aliis *Major* vocata.

[g] *Mercatori*.

[h] *Nigro*, v. *Segeſtam*.

[i] Lib. VI. H. N. c. XVII. p. 88. lin. 33.

[k] Lib. XI. p. 126. Tom. II. *Oper*.

BUNONIS.

ξ (a) *Arachoſia* terminatur ab Occaſu Drangianâ; à Septentrione finibus Paropamiſidis; ab Ortu Indiâ cis Gangem; à Meridie Gedroſiâ.

ο (b) *Arachotus* non ſolum fuit urbs in Arachoſia; verum etiam lacus [l] & fluvii nomen. Plinio [m] Arachoſiorum appellatur opidum; Solino [n] Arachoſia, eadem *Cophes* eſt à Semiramide condita.

π Alexandria hæc [o] ad Arachotum ponitur fluvium [p].

ρ (c) *Paropamiſis* ab Occaſu habet Ariam, à Septentrione Bactrianam, ab Ortu Indiam cis Gangem, à Meridie Arachoſiam. Nomen habet [p] à *Paropamiſo* (d) monte, qui huic regioni imminet.

σ (e) *Carura*, quæ & *Ortoſpanum* Plinio, inter Arachoſiorum urbem 250, & Indum flumen 337 mill. paſſ. diſtabat.

τ (f) *Bactriana* [q] olim mille urbibus clara, regnum Zoroaſtris ſapientiſſimi, & doctiſſimi, claudit ab *Occaſu* Margianâ; à *Septentrione* & *Ortu* Sogdianâ; à *Meridie* Ariâ & Paropamiſide.

υ *Corajan* [r] hodie ampla regio eſt: quæ anguſtis Bactrianæ terminis non continetur. Cæterum Bactrianam terram, quod tradit Q. Curtius, [s] magna ex parte ſteriles arenæ tenent, ſqualidaque ſiccitate regio eſt; quum vero venti à Pontico mari ſpirant, quicquid ſabuli in campis jacet, converrunt; quod ubi cumulatum eſt, magnorum collium procul ſpecies eſt, omniaque priſtini itineris veſtigia intereunt. Itaque qui tranſeunt campos, navigantium modo noctu ſidera obſervant, ad quorum curſum iter dirigunt, & propemodum clarior eſt noctis umbra, quam Lux; ergo interdiu invia eſt regio, quia nec veſtigium, quod ſequantur, inveniunt; & nitor ſiderum caligine abſconditur. Cæterum ſi quos ille ventus, qui à mari exoritur, deprehendit, arenâ obruit.

φ (g) *Bactra*, ſeu Bactrum regionis caput, hodie *Bagdaſan* aut *Budaſan*, ſub Paropamiſo monte ſita ſunt. (h) *Bactrus* amnis præterit mœnia, is urbi & regioni dedit nomen: hodie *Buchian*, aliis *Boccharâ* ex Tauro monte effluit, Bactrianamque regionem irrigat, ipſa Bactra alluit, & demum Oxo fl. miſcetur [t].

χ (i) *Maracanda* Sogdianorum urbs & regio eſt.

ψ (k) *Charracharta* apud Oxum fl. eſt à Bactris verſus occaſum ſita, hodie vulgo *Chiartachar*. De cætero, Bactriani homines ſenio aut morbo confectos canibus, ad hoc nutritis, devorandos objiciebant. Eorumque moribus ſponſas cum ſervis & advenis impune miſceri tradit Plinius.

HEKELII.

[l] Quem *Ammianus Marcellinus* ARACHOTOS-CRENE vocat.

[m] Lib. VI. *Hiſt. Nat.* c. XVII. p. 88. lin. 33.

[n] In *Polyb.* Cap. LXVII. fol. 122. lin. 8.

[o] Ab *Alexandro* M. victis *Paropamiſadibus*, condita.

[p] Meminit ejus *Curtius*, Lib. VII. cap. III. Sect. 23. & Lib. IX. c. X. Sect. 7.

[q] Hodie *Batter* à *Ramuſio* dicta.

[r] S. *Charaſſan*.

[s] Lib. VII. c. IV. Sect. 27. ſeqq.

(a) Arachoſia. (b) Arachotus ſeu Cophes. (c) Paropamiſis. (d) Paropamiſus m. (e) Carura ſeu Ortoſpanum. (f) Bactriana regio. (g) Bactra. (h) Bactrus fl. (i) Maracanda. (k) Charracharta.

MARGIANA.

Margianæ populi.

VII. Populi ω *Margianæ*, quæ nunc *Elſabas* [v], *Derbicæ*, *Maſſagetæ* è Scythia huc tranſgreſſi, *Parni*, *Daæ*, *Tapûrni*. Urbium clariſſima α *Antiochia Margiana*, ante *Alexandria* dicta; poſt vero *Seleucia*.

HYRCANIA. (1)

Hyrcaniæ populi & urbes.

VIII. Populi β *Hyrcaniæ*, (unde proximum mare Hyrcanum dicitur) *Maxeræ*, *Aſtabeni*, *Chrindi*. Regio *Arſitis*. Caput regionis γ *Hyrcana*; inde *Amaruſa*.

ARIA.

Ariæ populi & urbes.

IX. δ Ariæ, nunc *Diargument*, populi, *Niſæi*, *Aſtaveni*, *Muſdorani*, *Caſirotæ*, *Obares*, *Elymandri*, *Borgi*. Urbes ε *Aria*, ζ *Alexandria*, *Bitaxa*.

PARTHIA.

Parthiæ regnum & urbs.

X. η *Parthiæ*, nunc *Arac*, regiones ſunt, *Comiſene*, *Parthiene*, *Paratauticene*, *Tabiene*, cujus gens *Sobidæ*. Caput regni ac regia ϑ *Hecatompylus* à centum portis dicta. ι

CAP.

(1) *Luytſio, hodie Mazanderana, ſolum habet paludoſum & copiam Inſectorum incredibilem, quæ ſimul ac ardor æſtivus paludes ſiccat, emoriuntur, & aerem ſicut & educti ex paludibus halitus, valde inficiunt. Agris gaudet fœcundiſſimis.*

BUNONIS.

ω (a) *Margiana* terminatur ab *Occaſu* Hyrcania; à *Septentrione* Scythiâ; à *Meridie* Ariâ; ab *Ortu* Bactrianâ.

α (b) *Antiochia* illa quibuſdam hodie eſt *Indion* urbs. Eſt (c) Margiana Solino [x] cœli ac ſoli commodis inclyta regio. Vites ibi eſſe Strabo [y] prodidit, quarum ſtipitem duorum vix hominum ulnæ complectantur.

β (d) *Hyrcania* terminos habet à *Septentrione* mare Hyrcanum ſive Caſpium; ab *Occaſu* Mediam; à *Meridie* Parthiam; ab *Ortu* Margianam. In Hyrcania multos gigni Pantheras & tigridas auctores tradunt. Eſt illa ſummæ fertilitatis, maxime vini & frumenti.

γ Ab urbe (e) *Hyrcania* regioni nomen eſt, quæ putatur hodie eſſe *Caſſan*.

δ (f) *Aria* optimi vini, quod tres ferebat ætates, ferax, à *Septentrione* contermina eſt Margianæ & Bactrianæ; ab *Occaſu* Parthiæ & Carmaniæ Deſertæ; à *Meridie* Drangianæ; ab *Ortu* Paropamiſidi; quibus locis hodie eſt *Choraſan*, & *Heri*.

ε *Aria* ea putatur, quæ hodie *Heri* dicitur. [z]

ζ (g) *Alexandria* Alexandri Macedonis auſpiciis condita ad (h) *Arium* ponitur fluvium, inter Hecatompylon & Bactra; Sunt qui *Burgian* hodie dici volunt.

η (i) *Parthia*, hodie *Erak* ſeu *Arac*, ab Occaſu habet Medos; à *Septentrione* Hyrcaniam; ab Ortu Ariam; à *Meridie* Carmaniam deſertam.

ϑ (k) *Hecatompylus* à centum portis nomen ſortita, ſicut & Thebæ Ægypti urbs. Eodem putatur fuiſſe loco, quo hodie *Ispahan*, Regum in Perſia nunc ſedes [a]. Parthi temulentiæ notantur, unde proverbium, [b] *Parthi quo plus biberint, eo plus ſitiunt*: In Venerem olim adeo proclives, ut ſororibus matribuſque miſcerentur, Tertulliano teſte. Furta apud illos impunita erant: mentiri tamen putabant turpiſſimum. Ab infantia pileis & tiaris utebantur, unde capita illis fragilia. Parthos, poſtquam, Alexandro defuncto, defeciſſent, ac proprium regnum candidiſſent, tradit Plinius, [c] duodeviginti regna ſuo imperio fuiſſe complexos. Omnium Orientalium populorum illi mixime Romanorum Imperium, quum potentiſſimum floreret, retuderunt.

HEKELII.

[t] *Bactrianum* Imperium æque ac *Parthicum Scythas* condidiſſe, *Juſtinus* Lib. II. c. III. Sect. 6. autor eſt.

[v] S. Caſtaldo *Jeſelbas*.

[x] In *Polyb.* c. LXI. fol. 122. lin. 8.

[y] Lib. II. *Geogr.* p. 129. Conf. *Plinii* Lib. vi. c. XVI. p. 86. ſeq.

[z] Hæc Urbs Metropolis hodie Regionis eſt, cujus ambitus XIII Milliaria amplectitur. Et in hac quidem Urbe tanta eſt *Roſarum* optimi odoris copia, ut *Perſæ* Urbem ROSARUM patria lingua *hanc* nuncupent.

[a] Meminit hujus Urbis *Curtius* Lib. VI. c. II. Sect. 15.

[b] Apud *Eraſmum* Chiliad. IV. Cent. X. Adag. XXI. p. 843. col. b.

[c] Lib. VI. H. N. c. XXV. p. 94. lin. 5.

REISKII.

ι (l) Carmania duplex, una *deſerta*, & altera non modo arborum, ſed vitium quoque *ferax*, quarum uvas bicubitales grandibus ac denſis acinis naſci Strabo & Plinius teſtantur. Hinc Carmania כרמאו *Carman* ex Arabico atque Syriaco כרמא *Carma*, quod vitem ſignificat. Huc (m) *Sabtechan* Chuſi filium primo digreſſum conjicit ex urbe *Samydace* ac fluvio cognomine Bochartus. Ita gentes alias ab hujus poſteris ortas colligit. (n) *Bactriana* vero regem

(a) Margiana. (b) Antiochia. (c) Margiana. (d) Hyrcania. (e) Hyrcania urbs. (f) Aria regio & urbs. (g) Alexandria. (h) Arius fl. (i) Parthia. (k) Hecatompylus. (l) Carmania. (m) Sabtecha. (n) Bactriana.

gem Zoroaſtrum exterminant, & poſt Trojana tempora hujus nominis magum ſuperfuiſſe, docent non ipſe ſolum Phal. Lib. IV. c. 1. ſed etiam Urſinus libro peculiari, atque Huetius Lib. I. propoſ. IV. c. 5. Nam Cteſias regem cum Nino ad arma & prælia progreſſum *Oxyartem* nuncupat, (a) Deinde Zoroaſter nomine ſuo שרואסתו (b) *Aſtrorum contemplatorem* ſive Aſtronomum notat, ex Arabico שור *Sur*, i. e. contemplari, & Perſico סחר *Ster*, i. e. ſtella. Denique *Amia* & (c) *Ariania* Bocharto non provincia ſingularis, ſed Media eſt hujuſque pars aliqua ex veterum teſtimoniis Lib. III. c. 14. quaſi הורא i. e. *montana*. (d) Parthiam & *Perſiam* ejuſdem nominis Schickardus in Tharich. p. 102, cum eoque inter veteres Solinus & Plinius fecerunt: Nam literæ Samech atque Tau inter ſeſe invicem ſunt permutabiles.

(a) Zoroaſter, (b) Aſtronomus magusque. (c) Ariania. (d) Parthia.

CAP. XIV.

Perſis, Suſiana, Aſſyria, Media.

I.

PERSIS. (1)

Perſidis populi & urbes.

POpuli α Perſidis, quæ nunc *Farſi*, *Meſabatæ*, *Rapſii*, *Hippophagi*, *Suzæi*, *Megores*, *Stabæi*. Regiones *Paratacene*, *Miſdia*, *Mardiene*, *Toacene*. Urbium clariſſimæ, β *Perſepolis*, caput quondam imperii Perſici, omnium elegantiſſima; γ *Axima*, δ *Maraſium*, ε *Toace*. 1

S U-

BUNONIS.

α (a) *Perſis* terminatur à *Septentrione* Media; ab *Occaſu Suſiana*; ab *Ortu* Carmaniis duabus; à *Meridie* Sinu Perſico. Ora Perſidis inter oſtia Oroatidis fl. & fines Carmaniæ extenditur ſtadiis 4300, Strabone [a] auctore.

β (b) *Perſepolis*, in lib. Maccab. *Elymais* dicta, eo creditur fuiſſe ſitu, quo hodie urbs (c) *Schiras* ſive *Siras*: circa quam multa magnarum aliquando ædium ſuperſunt rudera. Ad (d) *Araxem* fl. qui Oleario hodie (e) *Bendemir*, urbs illa fuiſſe putatur: quam tamen alii ad (f) *Rhogomanem* fluvium collocant. Alexander Macedo à Thaide meretrice perſuaſus eam per temulentiam ipſe accendit ac delevit.

γ Fuit & alia (g) *Axima* in Salaſſis, quæ vulgo hodie *Ema*.

δ (h) *Marrhaſium* olim urbs clara, ac Perſepoli finitima: hodie *Marazu* vulgo vocatur.

ε (i) *Toace* urbs regioni nomen dedit, quæ inter dextras Rhogomanis fl. ripas, & litora Sinus Perſici extenditur. In eadem Perſide quoque fuit (k) *Paſagarda*, [b] *Paſargarda* ſeu potius *Parſagada*, à Cyro condita urbs nobilis, magorumque caſtellum, ubi Cyri Regis ſepultura, & (l) Monumentum, Solino [c] & Strabone [d] teſtibus. Videtur eo fuiſſe loco, quo hodie arcis *Chilminar* ſeu (m) *Tzilminar*, rudera vidit & ſcrutatus eſt Mandelſlo, ac alii. Frequentes iſtæ columnæ ex polito marmore factæ uno loco poſitæ, monumenti illius forte reliquiæ ſunt. *Paſagarda* autem dicta urbs illa, quaſi dicas *Perſarum caſtra*; quod in bello Cyri contra Aſtyagem, ibi Perſarum caſtra fuiſſent, in cujus victoriæ memoriam hæc urbs à Cyro condita. Cæterum Perſæ olim deliciis adeo operam dediſſe feruntur, ut *menſa Perſica*, & *deliciæ Perſicæ* venerint in proverbium [e]. Solem [f] colebant, ger quem ſolemne illis erat jurare. Ex Perſarum Regibus Coſroës, ſapientiæ eruditæ amans, Platonem & Ariſtotelem in Perſicam linguam transferri curavit.

(1) *Hodie Farſiſtania.*

HEKELII.

[a] Lib. XV. p. 481.
[b] *Paſagardia.*
[c] In *Polyb.* c. LXIX. p. 141. lin. ult.
[d] Loc. jam cit. p. 482.
[e] Hi Populi dicunt, eum eſſe reliquis formoſiorem, qui ſit albus, & naſum aduncum habeat, quemadmodum ſcribit *Julius Mancinus* lib. de *Decoratione*, *Venetiis* ap. *Juntas* A. M.DCI. in fol. min. impr. c. VIII. p. 15. fac. a.
[f] Quem *Mithram* vocabant.

REISKII.

1 Mirum dictu eſt, quam parum veteres in diſtinguendis Perſiæ regionibus, & urbibus digerendis conveniant: Quare nemini mirum videbitur, novos Auctores provinciis ad ſtatum præſentem & civitatibus comparandis plane diſtrahi. Perſia & Perſis ex uſu veterum aut *nomen totius*, aut *unicæ partis* erit: Hanc Arabes Perſicique Geographi *Pars* aut *Parſiſtan* nominant. (n) Paſargadas urbem gentemque cognominem facta metatheſi צרפי-נד i. e. *Perſicum exercitum* interpretatur: Suſianam & Suſam ab *liliis* שושנין *Suſanin* dictam: *Elymaida* ibidem ab Elamo Noachique poſteris: (o) *Perſepolin*, quæ nunc Chiliminira dicitur, Cyro ſepulto Voſſius in Not. ad Pompon. vindicavit Lib. III. c. 8. (p) Aſſyria tam late patuit, ut Syriam ex uſu atque ſenſu veterum contineret; Aſt hæc terra proprie, aut ſpeciali-

alius

(a) Perſis. (b) Perſepolis (c) Schiras. (d) Araxes fl. (e) Bendemir. (f) Rhogomanes fl. (g) Axima. (h) Marrhaſium. (i) Toace. (k) Paſagarda. (l) Monumentum Cyri. (m) Tzilminar. (n) Parſargadas. (o) Perſepolin. (p) Aſſyria.

SUSIANA.

Susianæ populi, flumina & urbes.

II. ζ *Susiana*, quæ nunc η *Elaran*, gentes Elymæi, quorum regio *Elymæa* vel *Elymais*; *Cossæi*. Regiones *Melitene*, *Cæbamene*, *Characene*, *Cissia*, *Chaltapitis*, & campus *Dera* sive *Derius*, omnium fertilissimus. Fluvii nobiles, *Mosæus*, ϑ *Oroates* & ι *Eulæus*, tam limpidis aquis, ut nullas alias reges bibere voluerint. Urbes claræ, κ *Susa* & *Tariana*.

Assyriæ regiones, populi, fluvii, & urbes.

III. λ *Assyriæ*, nunc μ *Cusistan*, regiones notiores fuere, *Arrapachitis*, *Sitacene*, *Adiabene*, *Apolloniatis*, *Calacene*, *Arbelitis*. Populi *Goramæi* & *Cambatæ*. Fluvii in Tigrim defluentes ν *Lycus*, *Caprus*, & *Gorgus*. Urbes insigniores, *Ninus*, quæ ξ Ninive in Sacris literis quondam clarissima, à *Nino* condita; ο *Ctesiphon*, Parthorum regia, & π *Arbela*, quondam vicus, ubi Darium vicit Alexander Magnus.

MEDIA.

Mediæ populi, urbes, fluvii & montes.

IV. ϱ *Mediæ* quæ nunc σ *Sarch* dicitur, populi celebres fuere *Caspii*, à quibus

alius dicta terminis arctis includitur Adiabene aliis vocata ex Chaldaico דיאבך i. e. *ab lupo*, aut *fluvio* portius, quem Diava prisci nominant. (a) Tres interim conflictus Alexandri cum Dario Codomanno Curtius, Arrianus, Plutarchus & Diod. Siculus memorarunt. Primus ad *Granicum* Phrygiæ amnem, secundus ad *Issum* Ciliciæ urbem, tertius ad *Arbelam* sive *Gaugomelam* contigisse legitur. Primas Mediæ origines ex Madao, uno inter Noachi posteros, supra deduximus. (b) *Ecbatanam* Bochartus ex mœnibus arcis diversi coloris, & Arabico אעבתא *agbatha* aut *diversis coloribus* arcessit: Observationes egregias idem de aliis provinciis & urbibus; de portis Caspiis & montibus Bechmannus in Notit. Geograp. c. 7. suppeditat.

BUNONIS.

ζ (c) *Susiana* habet à *Septentrione* Assyriam; ab *Occasu* Babyloniam; ab *Ortu* Persidem; à *Meridie* Persicum Sinum.

η Hodie *Chusistan* seu *Cusistan* vulgò appellatur.

ϑ (d) *Oroates* inter Susianam & Persidem interjacens, utriusque habetur limes; Curtius tamen fluvium, qui Susianam à Perside disterminat, [g] vocat (e) *Pasitigrim*. *Susam* urbem sitam fuisse ad flumen *Ulai*, discimus ex Sacris S. Dan. 8. quod congruit cum

ι (f) *Eulæo*: At *Choaspen* amnem admodum delicatam Persarum Regibus aquam vehere tradunt Herodotus, Strabo, Plinius, Solinus. Salmasius in Solini cap. 37, eundem fluvium (g) *Choaspen* veteribus, recentioribus *Eulæum* vocari tradit.

κ (h) *Susa* urbs à Dario Histaspis filio condita est. In ea templum fuit Dianæ Susianæ: referente Solino [b]. Sita fuit à Persepoli 272 mill. pass. Adeo mollis & delicata fuisse scribitur, ut Persarum Reges propter amœnissimam cœli plagam, ibi hyberna haberent sua. In Susiana adeo fertile solum esse tradit Strabo [i], ut & hordeum & triticum in planitie centuplum ferat, nonnunquam etiam ducentuplum.

λ (i) *Assyria* ab *Assur* Semi filio dicta, clauditur à Septentrione Armenia Majore; ab Occasu Mesopotamia & Tigri flumine; à Meridie Susianâ; ab Ortu Mediâ.

μ *Assyria* hodie dicitur Arziri à capite suo quod est *Arzirum*, ubi residet Beglerbegus: vocatur quoque *Adrinza*, *Azamia* & *Mosul*.

ν *Lyci* nomen pluribus fluviis impositum legitur. Est quippe (k) *Lycus* fl. in Sicilia: itemque in Paphlagonia, in Phrygia, in Cappadocia & in Schythia Europæa. Hic verò *Lycus* fl. in Armenia exoritur, ac inter fluvium, cui *Bomado* nomen, & *Arbela* decurrit.

ξ (l) *Ninive* urbs secundum Sacras Scripturas ab *Assure* condita est, at profani auctores ejus urbis initium asseribunt *Nino*: hodie *Mosul* vulgo dicitur, ad Tigris fl. ripas jacens; ejusque ambitus constabat stadiis 490, teste Diodoro Siculo.

ο (m) *Ctesiphon* pagus fuit Assyriæ amplissimus, in Tigris altera ripa, è regione Seleuciæ urbis, à Parthis in odium illius urbis, à qua 3 mill. pass. aberat, exstructus.

π (n) *Arbela* fuit ex Mesopotamia venienti trans Tigrim Orientem versus. Verùm prælium illud inter Darium & Alexandrum non factum est ad *Arbela*, sed ad (o) *Gaugamela*. Nominat verò Curtius [k] Arbela, tanquam locum celebriorem, neque longe Gaugamelis distantem. Assyrii fuere (p) *Tatianus*, cujus oratio Græca contra gentes extat, cum Commentationibus Gesneri: item (q) *Abelfœdas* Cosmographus, Ptolemæo qui putatur major, à Postello ex Oriente Venetias allatus.

ϱ (r) *Media* finitur ad *Septentrionem* Caspio sive Hyrcano mari; ad *Occasum* Armeniâ Majore & Assyriâ; ad *Ortum* Hyrcania & Parthia; ad *Meridiem* Perside.

σ Hodie *Mediâ* vulgo dicitur *Servan*, seu (f) *Schirwan*.

HEKELII.

[g] Lib. V. c. III. Sect. 1.
[b] Cap. LVIII. p. 141. lin. 10.
[i] Lib. XV. p. 489. Tom. II. Oper.
[k] Lib. IV. c. IX. Sect. 9.

BUNO-

(a) Alexandri cum Dario prælia. (b) Ecbatana. (c) Susiana. (d) Oroates. (e) Pasitigris. (f) Eulæus fl. (g) Choaspes fl. (h) Susa. (i) Assyria. (k) Lycus fl. (l) Ninive. (m) Ctesiphon. (n) Arbela. (o) Gaugamela. (p) Tatianus. (q) Abelfœdas Cosmog. (r) Mediæ fines. (f) Schirwan.

bus mare proximum *Caſpium* vocatur, quod & *Hyrcanum* ab *Hyrcanis*; & τ Caſpiæ portæ ab illis; *Caduſii*, *Geli*, *Dribyces*, *Avarici*, *Mardi*, *Carduchi*, *Gondieni* poſtea dicti; *Marundæ*, *Margaſi*, *Sagartii*, *Tapuri*, *Sidices*, *Vadaſſi*. Regiones, *Atropatia*, *Choromiterne*, *Sagrianica*, *Ragiana*, *Daritis*, *Zapavortene*, *Syromedia*. Urbium notiſſimæ, υ *Ecbatana*, φ *Arſacia*, χ *Cyropolis*, ψ *Europus*. Fluvii celebres, ω *Cambyſes*, α *Cyrus*, ϐ *Mardus*, qui & Amardus; γ *Strato*, *Corindas*. Montes, δ *Coronus*, ε *Jaſonius*, ζ *Orontes*, η *Zagrus*, ϑ *Choatras*.

CAP.

BUNONIS.

τ (a) *Caſpiæ portæ*, quod Solinus c. 60 tradit, parantur itinere manufacto longo octo millibus paſſuum. Nam latitudo vix eſt plauſtro permeabilis &c. [l] Portas iſtas quoque deſcribit Plinius l. 6. c. 11. [m] & c. 14. ponuntur haud procul à Caſpio mari, Mediam à Parthia ſeparantes: ab Ecbatanis mill. paſſ. Portas iſtas Caſpias ad *Derbend*, quod hodie ibidem opidum eſt, fuiſſe putat Olearius, quin imo ipſum opidum (b) *Derbent*, Alexandriam illam eſſe judicat, de qua Curtius l. 7. cap. 3. ſub finem. (1)

υ (c) *Ecbatana* à Seleuco, teſte Plinio [n] exſtructa ſunt; ſed Dejoces ejus urbis conditor habetur Herodoto [o]. Heic æſtivarunt Perſarum Reges: ſicut hiemarunt Suſis; in Perſepoliis per autumnum morati ſunt: ſicut Babylone reliqua parte anni: *Athenæus*. Fuit urbs illa Mediæ metropolis, quinque milliaribus Germanicis à mari Caſpio jacens; poſtea (d) *Tabris*, ac corrupte *Tauris* nonnullis dicta videtur. Eadem aliquando Regum Perſarum, qui *Sophi* appellantur, fuerat ſedes; quam inde pulſi tranſtulerunt *Caſminum* & *Sulthaniam*, quæ olim *Tigranocerta*. Heic excellentiſſimi ſunt omnium rerum artifices; unde Soleimannus quum eam cepiſſet urbem, illorum bonam partem traduxit Conſtantinopolin. Palatium ibidem erat à Rege Aſſambero ad ſimilitudinem antiquæ aulæ Cyri extructum. Diſciplinæ Mathematicæ hic florere dicuntur.

φ (e) *Arſacia* hodie *Caſbin* ſeu *Caſwin* in Parthia ponitur Olearío. Ibidem Lokmanni, qui fabularum Arabicarum habetur auctor, oſtenditur ſepulchrum.

χ (f) *Cyropolis* hodie putatur *Sammachi*, *Summachi*, ſive *Schamachia*, quam duorum dierum itinere à Caſpio mari diſſitam deprehendit *Olearius*; at Cyropolis à mari iſto non tam longè abluiſſe traditur. Cæterum Cyropolis illa à Cyro Syriæ urbe longe eſt diſſita, quam tamen nonnulli pro eadem habent. Hujus in Syria urbis Epiſcopus fuit *Theodoretus*, cujus exſtat Hiſtoria Eccleſiaſtica.

ψ (g) *Europus* ea putatur urbs quæ in lib. Tobiæ [p] appellatur *Rhages*, vulgò hodie dicitur *Caffan*. Memoratur tamen in Syriæ quoque urbibus *Europus* ad Euphratem ſita, quæ & (h) *Amphipolis* & *Thapſacum* Plinio [q] teſte dicta eſt.

ω De (i) *Cambyſe* & *Cyro* fluviis tradit Mela [r], eos ex radicibus Coraxici montis vicinis fontibus editos, in diverſa abire, perque Iberos, & Hyrcanos diu & multum diſtantibus alveis defluere; poſt non longe à mari eodem lacu acceptos, in Hyrcanum ſinum uno ore pervenire.

α (k) Cyrus fl. hodie *Cur* vel *Kur* pluribus amnibus aliis receptis cum (l) *Araxe* Conjunctis, mare ſubit Caſpium.

ϐ (m) *Mardus* fl. per Mardorum gentem [ſ] fluens à Caſpio Mari recipitur, haud longè à Cyropoli, eumque hodie *Seri* appellari volunt. Sed Dionyſius Afer tradit hunc Mardum fluvium per Apyros devolvi.

γ (n) *Strato* fluvius inde paulo ad Ortum ponitur, in quem ſeſe exonerat (o) *Corindas*.

δ (p) *Coronus* mons, Tauri habetur pars, inter Mediam ad Occaſum & Parthiam ad Ortum jacens.

ε (q) *Jaſonius* Tauri etiam pars, eſt mons ingens ad lævam portarum Caſpiarum ſitus.

ζ (r) *Orontes* Ecbatanis imminet.

η *Zagrus* Mediam ſeparat ab Aſſyria, hodie *Adilbegian* dictus, Niphati monti finitimus.

ϑ (s) *Choatras* ſeu *Coatra* inter Mediam & Aſſyriam eſt.

HEKELII.

[l] Vid. *Petri Olivarii* in hunc *Solini* loc. *Scholia* doctiſſima.

[m] P. 85. qui multo errore *eas* ſic dictas tradit.

[n] Loc. jam cit. lin 25. Meminit & *eorundem* Lib. V. c. XIX. p. 73. lin. 6. & lib. XXXI. c. II. p. 554. lin. 4.

[o] Lib. I. p. 21. *Edition.* ex interpr. *Laur. Vallæ* in fol.

[p] Cap. IV. 21. v. 9. & 15. vi. 7. &c.

[q] Lib. V. c. XXIV, p. 74. lin. 24.

[r] Lib. III. c. V. p. 219. lin. 15 ſeqq.

[ſ] Quam *Curtius* Lib. V. c. VI. ſect. 17. *belli-coſiſſimam & multum* à *cæteris* Perſis *cultu vitæ abhorrentem* pronunciat.

REISKII.

(1) *Jacet in Limite Dagheſtaniæ ad Montis Radices inter Anguſtias ejus & mare Caſpium, atque Baudrando ſite adeo munita ut quemvis hoſtilem impetum poſſit ſuſtinere, unde a Turcis ferrea porta appellatur. In Mediæ etiam parte hodie Edzerbayan vocata ſitæ eſt urbs Ardebila, nunc Ardevil inter nobiliſſimas Perſiæ, ampla, dives, emporium celeberrimum, ubi Monumentum eſt Cha-Sei, Perſarum Regis ejuſq; nominis primi, ad quod Perſæ ex omnibus provinciis Religionis ergo confluunt. Luyts.*

(a) Caſpiæ portæ. (b) Derbent op. (c) Ecbatana. (d) Tabris, ſeu Tauris. (e) Arſacia, ſeu Caſwin. (f) Cyropolis ſeu Schamachia. (g) Europus ſeu Rhages. (h) Amphipolis, ſeu Thapſacum. (i) Cambyſes fl. (k) Cyrus fl. (l) Araxes fl. (m) Mardus fl. ſeu Amardus fl. (n) Strato fl. (o) Corindas fl. (p) Coronus m. (q) Jaſonius m. (r) Orontes m. (s) Choatres m.

CAP. XV.

De varia imperii Asiatici mutatione, nova Sophorum regni descriptione; item de regno Ormutz. 1

I.

Asiæ varia Imperia.

INitio rerum penes α *Assyrios* Asiæ, id est, terrarum quæ nunc sub *Turca* & *Sopho*, imperium stetit. Postea ad β *Medos* devolutum, ab his ad *Persas* per Cyrum transiatum. Dein *Macedones*, Alexandro Darium debellante, occuparunt. Mox, cum pars Romanorum imperio cederet, γ *Parthi*, vilis antea atque ignava gens, potentissimum in Asia regnum condiderunt; magnis exinde cladibus Romanos afficientes, donec ipsi à Turcis & Saracenis afflicti fuerunt, regnumque eorum divexatum. Tandem Persarum nomen atque virtus in *Sophis* iterum emersit, δ Ismaële Rege potentiam Imperii sui maximè stabiliente. RE-

RÉISKII.

1 Primum in Asia, quod emersit, (a) imperium fuisse *Assyrium* vel *Assyrio-Babylonicum*, non è sacris solum sed extraneis quoque historiis constat: Hujus vero duæ periodi fuerunt, (b) prior *uniti*, posterior *divisi*: Illa cum Belo Ninoque principium, & finem cum Sardanapalo habuit: Hæc cum Arbace Medorum, ac Belesо sive Phul-Belocho Assyriorum rege orta (c) *tres Dynastias* continuit, nempe *Medam*, *Assyriacam* & postremo *Babylonicam*, omnem sub Cyro denique finitam. Tum ergo Persia suis terminis conclusa, reges aut nullos, aut obscuros aliquando sustinuit. In Persicis tamen Emirkowandi annalibus vetustiæ regum familiæ numerantur quatuor (d); Prima *Pischadæorum*, secunda *Cajamiorum* ex iisque ultimus Darius Codomannus; tertia vero *Asganidarum*, & quarta *Chosrachorum*, sive Susannidarum. Sub secunda ergo vel Cajamia stirpe imperium Persicum ab Alexandro Magno eversum concidit, illoque maturius defuncto duces bellici potestatem regiam usurparunt, in Media Pithon, in Persia Philotas, aliique in cæteris: Omnes ne Photius quidem ex Aviano Cod. 82. proferre potuit. Denique domesticis regum Syro-Macedonum bellis urgentibus A. V. C. 504, A. M. 3734, ante Christum 250, *Arsaces* Græce Ἀρσάκης, Persice *Aschki* à dominatu Syriaco descivit, regnumque invasit Parthicum, & posteris Askanidarum aut Arsacidarum epitheton reliquit. Ultimo horum *Arduwan* sive *Artabano* superato cæsoque, (e) Artaxerxes, Persice Ardschir Babekan, A. C. 225, regnum restauravit Persicum, itaque ad Jelzdegirdem viguit. Donec ab rege Persico interfecto ad (f) Chalifas Saracenicos A. C. 651, ab hisce ad (g) Bojitas A. C. 932, Turcicosque reges, quorum præcipuus Ortogrolbekus erat, ab illis ad (h) Tataros sub Hulatu Chan A. 1259; amplius ad Jingizkan & Timurlenk; Denique ad Sofos Persicos pervenit. Nam *Ismael* (i) *Sofi*, avo Soheicho & patre Scheich Hadar al Suphi ortus, cum ad Hosein Alin, è Chalifis prioribus quintum, prosapiam reduceret, ex Ali sectariis sive Alisequis collecto exercitu, & Wanda Mirza regulo prostrato *Aderbijanam* Persiæ provinciam A. C. 1500 sibi subjecit, *Schah* sive regis titulo sumpto: postea *Chorosanen* & *Candaharam* Scheibego & Arguno regibus peremtis domuit, vindex imperii Persici futurus. Plura si voles ex Elmacino & Abolfarajo peti possunt, item Tarich seu Chron. Persico Schickardi, ac nostris ad Chronicon Dreschleri additionibus.

BUNONIS.

α Penes *Assyrios* Asiæ imperium fuit per mille trecentos annos, à *Nino* usque ad Sardanapali interitum.

β Quod per *Arbacem* [*a*] ad *Medos* translatum est, anno mundi 3077 [*b*].

γ *Parthi* (k) *Arsace* duce à Syriæ regibus defecerunt, ut Justinus tradit, C. Attilio Regulo II & L. Manlio Longo II Consulibus, id est, anno mundi 3700; novumque Parthorum regnum condiderunt: Sed (l) *Artaxerxes* Persa cum Parthos tribus præliis superasset, interfecto Rege eorum Artabano, Persarum in Oriente restauravit imperium anno C. 226.

δ Hujus *Ismaëlis* origo aliquanto altius repetenda est. (m) *Hales* seu *Aaly* Mahometis impostoris fuit & gener & patruelis, eidemque successit, & novæ sectæ autor exstitit, quum traditam superstitionem partim augeret, partimque mutaret. Verum dogmata ista non emerserunt, quod (n) *Omaris*, alterius Mahometis sectatoris & interpretis doctrina melior & potior existimaretur: donec circa annum C. 1350 regulus quidam, nomine (o) *Sophus* seu *Sophy*, ad Halym originem referens, illius doctrinam post longum tempus revocare ausus est. Hanc sectam sanctitatis opinione commendavit ejus filius (p) *Guines*, à Tamerlane in honore habitus. Iisdem artibus *Guinis* filius, (q) *Sicaidares Harduellis*

(a) Imperium Assyrio-Chald. (b) Aliud unitum, aliud divisum. (c) Tres hujus Dynastiæ. (d) Familiæ Regum Persarum quatuor. (e) Artaxerxes. (f) Chalifæ. (g) Bojitæ. (h) Tatari. (i) Sofi. (k) Arsaces. (l) Artaxerxes. (m) Hales seu Aaly. (n) Omar. (o) Sophus. (p) Guines. (q) Sicaidares.

REGNUM PERSARUM.

Perſarum ſeu Sophorum regnum.

II. Nunc ε *Perſarum* ſive *Sophorum* univerſum Imperium in regiones diviſum eſt, quorum nomina, *Sarc*, *Cuſiſtan*, *Elaran*, *Farſi*, *Arac*, *Elſabar*, *Diargament*, *Coroſan*, *Sableſtan*, *Candahor*, *Sigeſtan*, *Cheſimur*, *Kirman*, *Goadel*; quibus accedunt *Ormutz* peculiare regnum, & ζ *Guzarate* provincia, quam Indorum in Cambajæ regno diximus.

III. Urbium

ellis à patria dictus, ſibi ac ſectæ ſuæ auctoritatem conciliavit, quem *Aſſumbejus Uſumcaſſanes* adoptavit generum. Ad hunc Sicaidarem, qui Halis diſciplinam ſpargebat, quum ingens hominum multitudo indies confluereret, à Perſarum Rege Ruſtano iſte oppreſſus eſt cum pleriſque iſtius factionis captibus. Sed (a) *Iſmael Sophus* Sicaidaris filius adhuc puer elapſus, ut adolevit, patris veſtigia ſecutus, novam illam ſectam evulgavit, eamque facundia & temeritate commendavit, adeoque ad ſummam pervenit potentiam. Victo denique & occiſo rege, Perſarum Imperium à Turcis ad indigenas poſt longa ſpatia retulit circa annum 1499, quod in hodiernum uſque diem ejus poſteri tenent; bellumque cum Ottomannis exercent fere continuum. *Iſmaël* iſte inſtituit *Kiſilbaſileros*, id eſt *rubra capita*: inſigne eſt rubra tiara, ex qua 12 falces dependent. Succeſſit huic filius *Scha Thamas*; huic *Aidar* anno 1575; huic *Iſmaël*; huic *Scha Mubammed Codabenda*, anno 1577, ſub quo regia ſedes in urbem Caſbin, & tandem Hiſpahan tranſlata. Anno 1585, ſucceſſit *Emir Hempiza*; huic *Scha Abas*; cum quo *Rudolphus* II, Imperator Rom. Anno 1600 fœdus contra Turcas pepigit: huic anno 1629, ſucceſſit *Scha Sephi*, & huic *Scha Abas* puer XIII. annorum anno 1641. *Bizarus in Hiſtor. Perſ.*

HEKELII.

[a] Seu *Arbactum*.

[b] Conf. *Juſtini* Lib. I. *Hiſtor.* c. III. ſect. 2. ſeqq.

BUNONIS.

ε (b) *Perſarum*, quod hodie eſt, regnum in Itinerario Olearii, cujus etiam Tabulam nonnullis partibus tamen locupletatam, adhibemus, his circumſcribitur limitibus, ut habeat ab *Occaſu* Euphratem; à *Septentrione* Oxum fluv. & mare Caſpium, extenditurque Perſarum imperium inter montes Armeniæ & Caſpii maris litora qua occaſum reſpiciunt, uſque ad Tartaros Dageſtanos & *Derbent*, quod poſtremum in his oris Perſarum opidum eſt; ab *Ortu* terminatur Oxo fl. continetque extremam ad Orientem ſolem Perſiæ provinciam *Candahor*, cujus finibus ab India ſeparatur. Urbs *Candahor* à Perſarum Rege *Schah Abas* obſeſſa & deditione Indis ejectis, recepta eſt anno 1649; à *Meridie* pertingit ad Sinum uſque Perſicum. Præcipuæ hujus regni provinciæ Oleario enumerantur, *Erak*, *Fars*, *Schirwan*, *Kilan*, *Adirbeitzan*, *Thabriſtan*, vel *Maſanderan*, *Iran* vel *Karabach*, *Choraſan*, *Sableſtan*, *Sitzeſtan*, *Kirman*, *Chuſiſtan*, *Tziſirk*, *Diarbeck*. Ex his (c) *Erak* [c] regio eſt, quæ olim *Parthia* dicta: Sed Terra quoque, in qua *Babylon* hodie *Bagdad* ſita, nonnullis appellatur *Erakain*: (d) *Fars* olim *Perſis* [d] appellata; (e) *Schirwan* olim fuit *Media Atropatia*, adeoque Mediæ pars ſeptentrionalis valde montoſa, ac nemoribus frequens. (f) *Kilan* olim *Hyrcania* [e] dicta, ad mare Caſpium jacens montibus fere undique circumſepta eſt, per quos quatuor tantum patent aditus. (g) *Adirbeitzan* olim *Media Major*, ibi *Ardebil*, *Tabris* alias *Tauris* urbs, olim *Ecbatana*, ſuperius memorata [f]. (h) *Maſandaran* Hyrcaniæ pars eſt orientalis, in qua (i) *Ferabat* antea *Tabona*, opidum amœnum: hoc Abas Perſarum Rex auxit & ornavit, quod ibi æſtatem ageret. (k) *Iran* ſeu *Karebach* inter Cyrum & Araxem fl. extenſa, continet Armeniæ Georgiæque partem. (l) *Choraſan* regioni Maſandaran ad Ortum contermina provincia, olim *Bactriana*, hodie in alias minores dividitur regiones; ex quibus præcipua eſt (m) *Heri*, cujus caput (n) *Herat* urbs; at longe nobilior & major (o) *Meſched*, ducentis turribus ſuperbiens. Haud longe ab hac urbe eſt (p) *Niſabur* op. in cujus vicinia mons, in quo reperitur *thyites*. *Schikbardus* exiſtimat in hanc regionem decem tribus Iſraëlitarum à Salmanaſſare deportatas eſſe. (q) *Sableſtan* olim fuit *Paropamiſis*; (r) *Sitzeſtan* alias *Sigeſtan*, *Sageſtan*, & *Siſton* vocata, antiqua *Drangiana* eſt. (ſ) *Kirman* ampla regio inter *Farſi* & *Sigeſtan* jacens, olim erat *Carmania*. (t) *Chuſiſtan* olim *Suſiana* & *Elam* dicta; in qua olim urbs clara (v) *Suſa*. Meſopotamiam volunt appellari (x) *Tziſirch*, quæ tamen provincia hodie vulgo vocatur (y) *Diarbek*, inter Euphratem & Tigrim interjacens. Duæ in ea ſunt urbes celebres, (z) *Moſul* olim *Ninive* dicta, & (aa) *Bagdad*, quæ vulgo habetur *Babylonia*: at *Bagdad*, quæ hodie eſt, eo ſitu non eſt, quo olim Babylonia, quæ ad Euphratem erat poſita; quum Bagdad ad Tigrim fl. jaceat haud longe ab utriuſque confluentibus.

ζ (bb) *Guzarate* non in Perſiæ, ſed Mogoris Imperio eſſe, ſupra dictum eſt.

HEKELII.

[c] Vel *Arach*.

[d] A *Perſeo* qui in *Aſiam* ex *Græcia* eſt tranſvectus.

[e] Et à *Barbaris Girgiam* vel *Corcam*.

[f] Non autem *Terva*, ut *Jovio* placet, nequa *Tigranoama*, ut *Nigro* videtur dicta.

(a) Iſmael Sophus. (b) Perſici Imperii fines. (c) Erak ſeu Parthia. (d) Fars ſeu Perſis. (e) Schirwan ſeu Media Atrop. (f) Kilan ſeu Hyrcania. (g) Adirbeitzan, ſeu Media Major. (h) Maſandaran. (i) Ferabat. (k) Iran. (l) Choraſan ſeu Bactriana. (m) Heri. (n) Herat. (o) Meſched. (p) Niſabur. (q) Sableſtan. (r) Sitzeſtan ſeu Drangiana. (ſ) Kirman ſeu Carmania. (t) Chuſiſtan ſeu Suſiana, quæ & Elam. (v) Suſa. (x) Tziſirk. (y) Diarbek. (z) Moſul ſeu Ninive. (aa) Bagdad ſeu Babylonia: urbes Perſiæ. (bb) Urbs Perſiæ.

Tauris. Caſmin. Tamai. Turcoman. Derbent. Erex. Zeken. Merenku. Servan. Ardovil. Siras. Caſſan. Hiſpahan. Iſtigias. Candahor. Kirman.

III. Urbium clariſſimæ ſunt in regione ν *Sarc*, ϑ *Tauris* regia, IV mill. Germ. circuitu complectens: ι *Caſmi* altera regia. Reliquæ ſunt *Tamai*, *Turcoman*, κ *Derbent*, λ *Erex*, μ *Zeken*, ν *Merenku*, ξ *Servan* & ο *Ardovil*, Sophorum origine inclyta. In *Farſi* regione π *Syras* regia, urbs pulchra ac ſplendida, inter majores Orientis computata, V mill. Germ. ambitu continens. In *Arac* ρ *Caſſan* urbs opulenta, & *Hagiſtan* ſive σ *Hiſpahan*, ob magnitudinem dimidia Orbis pars Perſis dicta. (1) In *Coraſan*, τ *Iſtigias* regia, urbs magna atque amœna. In υ *Candahor* ipſa urbs φ *Candahor* (2), emporium Indis & Catainis mercatoribus celeberrimum. In *Kirman*, ipſa urbs χ *Kirman*, caput regionis.

Regnum ARMUSIÆ vulgo ORMUZ.

IV. Cæterum veteris Carmaniæ nunc pars eſt regnum ψ *Ormuz* admodum potens; quod Plinio *Armuzia* regio dicitur; populi *Armozei*. Ptolemæus refert hoc ſitu civitatem *Armuzam*, & Strabo *Armozum*, quo nomine hodie cenſeri poteſt *Ormuz* in inſula ejuſdem nominis. Rex ω Saracenus eſt; olim Perſarum, nunc Hiſpaniarum Regis, qui arcem illic obtinet munitiſſimam, ſtipendiarius. Sed hujus regni pars altera eſt in proximo Arabiæ litore. Caput regni

(1) *Hodierna Sedes Regum Perſiæ, in fœcundiſſima & ampla planitie viris non indiga, una cum Suburbiis par fere Lutetiæ Pariſiorum, at non adeo populoſa, propter frequentes hortos & areas, habitata quoque a Judæis & Banjanis qui Idolatræ Indi ſunt, Monetarum peritiſſimi. Palatium Regum, ante quod ingens forum eſt, uti urbs ipſa magnum Encomium non merentur.* Luyt. *prope Hiſpahanum jacet Zulfa urbs non exigua Hiſpahano cultior, & Suburbium ejus habetur, Ambulacro totius Perſiæ Amœniſſimo in Leucæ dimidium exporrecto, ab Hiſpahano dirimitur.* Id.

(2) *Fuit alias Candahar ſub ſui principis Imperio, qui quando & Perſa & Magnus Mogol ejus indefinenter ſtudebant potiri, tandem Regi Perſarum maluit ſe ſubjicere, iſta conditione ut quam diu aliquis ex ſtirpe ſupereſſet, is præficeretur. Candahar munimentum Perſiæ nobiliſſimum in cujus medio jacet Scopulus cui Arx in Candahariæ ædificata eſt: amplis gaudet ſuburbiis; emporium celebre & omnium rerum affluens, quod ſocietates mercatorum ex Perſia in Indiam meantium & remeantium tranſire ſolent. opidum hoc fruſtra a Mogole obſidione cincta fuit.*

BUNONIS.

ν *Sarc* vel *Sarcb* Mercatori eadem habetur, quæ olim Aſſyria.

ϑ (a) *Tauris* in Media majore, vulgo hodie *Adirbeitzan*, jacens, dicta eſt *ad ſ. 4. cap. præc.* In eadem Media quoque eſt (b) *Ardebil* ſeu *Ardovil*, patria (c) *Schich Sifi*, Perſicæ ſectæ conditoris; ibidem ille ac alii reges jacent ſepulti.

ι (d) *Caſmin*, Oleario *Caſwin* in Parthia, hodie Regum ſedes eſſe deſiit.

κ (e) *Derbend* in Perſici imperii finibus ad mare Caſpium in Schirwan poſita, jam memorata eſt.

λ (f) *Erex* ſeu *Aras* in eadem fuit Schirwan; hodie non exſtat; ejus locus oſtenditur ad fluvium, qui vulgo *Arishar* ſive *Aras* vocatur.

μ (g) *Senkan* in Erak ſeu Parthia eſt; at (h) *Semkan* in Choraſan.

ν (i) *Maranku* eſt in Kilan.

ξ (k) *Servan* ſeu *Schirwan* ea Mediæ pars eſt, quæ olim *Atropatia* dicta eſt, in qua (l) *Schamachia* urbs.

ο (m) *Ardebil* Mediæ urbs jam memorata eſt.

π (n) *Siras* ſeu *Schiras* eo ſitu eſt, quo olim Perſepolis.

ρ *Caſſan*, ſeu (o) *Kaſchan* celebre emporium eſt; inveniuntur ad hanc urbem *tarantulæ*.

σ (p) *Hiſpahan* ſeu *Iſpahan* urbem, regiam ſedem Rex Perſarum Abas conſtituit & exornavit; & hodie ibidem Regum aula eſt.

τ (q) *Iſtigias* antea *Cariſpa*, emporium habetur celebre, verum regia ſedes hodie non eſt.

υ (r) *Candahor* provincia Indiæ, adeoque Mogoris imperio ſubjecta eſt. Hinc Perſarum Reges potiſſimum bello ſolent contendere cum Mogore de hac provincia *Candahor*; ſicut cum *Turcis* de *Bagdad* & *Irvan*: itemque cum Tartaris Usbeccenſibus de *Choraſan*. Sed *Candahor* à Perſarum Rege *Schach Abas* obſeſſa, & deditione recepta eſt anno 1649.

φ Ipſa urbs *Candahor* egregie munita eſt.

χ In (s) *Kirman* provincia Olearius urbem *Kirman* memorat nullam; ſed inter cæteras (t) *Gamron* ſeu *Kamron*, (v) *Bandar*, &c. urbium adducit nomina.

ψ Luſitani inſulam hanc [g] duce *Alfonſo Albukerk* occuparunt anno 1508, eamque caſtello munitiſſimo exſtructo ſub ſua retinuerunt poteſtate, uſque ad annum Chriſti 1622, quo ab Anglis caſtellum expugnatum, & Perſarum Regi ab his traditum eſt.

ω *Schach Mahumed* Arabum Regis filius in inſula illa (x) Ormuz urbem, ſedem regni, condidiſſe fertur ſeculo X à nato C. Quum Luſitani occuparent inſulam, regno iſti præerat Rex *Seyfadin*, cui urbs illius inſulæ permittebatur; ſed eo defuncto Luſitani & urbe adeoque univerſa inſula potiti ſunt; demum tamen & ipſi, quod modo dictum, ab Anglis caſtello & inſula ejecti ſunt [b].

HEKELII.

[g] Ad Fretum *Sinus Perſici* quippe jacentem.

[b] Alias notandum, quod in Urbe Ormuz quotannis ferme ſit mira *Annonæ* caritas, & *Aquarum potus ſuavium*, quoniam ipſa Inſula valde eſt ſterilis, & propterea Triticum nequaquam poteſt mittere.

REIS-

(a) Tauris. (b) Ardebil. (c) Schich Sefi. (d) Caſimin. (e) Derbend. (f) Erex ſeu Aras. (g) Senkan, & (h) Semkan. (i) Maranku. (k) Servan. (l) Schamachia. (m) Ardebil. (n) Siras. (o) ad Kaſchan Tarantulæ. (p) Iſpahan. (q) Iſtigias. (r) Candahor. (s) Cirman. (t) Gamron. (v) Bandar. (x) Ormutz.

regni eſt *Armuza*, vulgo *Ormuz*, urbs ſatis elegans, emporiumque gemmis, unionibus atque aromatibus, quæ India, Perſis & Arabia mittunt, celeberrimum. 2 (1)

(1) *Inſula parva ex Sale fere compoſita, ſterilis, cæli torridi. Armuſiam Luſitani tenuere, quos Rex Perſiæ ab Anglis adjutus ex urbe & arce munitiſſima, quam Turcæ & Arabes ſæpius, ſed fruſtra, ſtuduerunt ſibi ſubjicere, migrare juſſit, & illius hodieque agnoſcit Imperium. Urbs nunc diruta, neque a Navibus frequentatur, quæ ejus loco ad Portum Gomron navigant, qui Armuziæ ruinis incrementum debet. Arce munita, & a Perſis cuſtodita,* Luyts.

REISKII.

2 (a) De Perſia hodierna hujuſque provinciis permulta huc congeri poſſent, ex recentibus *Thevenotii & Chardini* Gallicorum Equitum Itinerariis, ſive ad Geographicas obſervationes, ſive ad opera naturalia, ſive ad ſtatum civilem & literarium ea pertineant: Sed pauciſſima delibabo de ligni ſylvarumque inopia, ſed magna ſalis copia; Tribus vini generibus: (b) De *Iſpahane* vel Saphon (ita Perſis dicitur) ampliſſima urbe, ſed muris terreis inſtructa, ideoque noctes & dies patulis; de certo errantium *Scytharum genere, quod ſummam poteſtatem fœminino ſexui* (hoc Achimenſibus etiam in uſu eſt) deferre ſoleat: (c) Unde ortam iſti Amazonum fabellam conjiciunt; De Ormuz regno, clave ſinus Perſici, & hujus ultima occupatione. Adderem de lingua Perſica, niſi ſuperius id additum fuiſſet, oſtenſumque quam ea ſermonem ad Germanicum noſtrum accedat proxime.

(a) Perſica obſervata. (b) Iſpahan. (c) Amazones adhuc ſuperſtites.

CAP. XVI.

De reliquis Veteris Aſiæ regionibus, quas nunc Turcarum Imperator obtinet, & ſpeciatim de Albania, Iberia, Colchide & Armenia.

I.

QUOD reliquum eſt Aſiæ, *Turcicum Imperium* totum obtinet. Regiones hic olim fuere, (1) *Albania, Iberia, Colchis, Armenia, Cappadocia, Galatia, Pontus*, & *Bithynia, Aſia Minor* ſive proprie dicta, *Lycia, Pamphylia, Cilicia, Syria, Meſopotamia, Babylonia*, & *Arabia*. In inſulis celebriores *Cyprus* & *Rhodus, Lesbos, Chios* & *Cos*. 1

(1) *Limites Turciæ Aſiaticæ a Borea, Pontus Euxinus, & Georgia; ab Ortu, Perſia; ab Auſtro, Arabia; ab Occaſu Ægyptus, pars Orientalis Maris Mediterranei, Mare Ægæum, Helleſpontus, Propontis & Boſphorus Thracius. Sita intra Gradum 30 aut 31, & 45 Lat. Boreglis, ejuſque Solum producit quæ-*

REISKII.

1 Turcicum Europæ Aſiæque Imperium cur aſſeramus ex Lib. IV conſtitit, conſtatque hoc ipſo ex loco, ex ampliſſimis provinciis & regnis, quæ Turci omnia occuparunt. (a) Origines gentis & nominis ex parte ſupra vidimus ad cap. II. Sect. 4. nunc videbimus quas ipſi ab *Japheto Noachi filio* ſibi aſſumant. Hunc enim Keſſæus Arabs patrem Turcicæ gentis auctoremque facit: Sed ab hiſtoria vera longius aberrat. Gens autem tota per ſuas familias diviſa, nec nomine quidem Græcis Romaniſque antiquis cognita ſuos regulos & principes tantum ſequebatur, donec per militiam, cui ſtudebat, mercenariam *regno Saracenico, Ægyptio, & tandem Aſiatico arreperet*. (b). Sic ergo una Turcorum Oguziorum familia ſub (c) *Orthograle, Solimanni Shab, principis Mahanneæ filio* caput extulit, inque jugis Armeniæ conſenſu Aladdini, Sultani Aſiatici, 400 tentoria locavit. Defuncto patre, cum ſtirps Selghucidarum Sultanorum deficeret, filius Orthogralis (d) Othman ſive Ottoman minori Aſiæ inhiavit, & capta Sebaſtia, ſuſoque

II. a *Al-*

Græcorum exercitu, Pruſiam, urbem munitiſſimam, expugnavit, Pontoque ac Bithynia ſubactis ibi ſedem novo Imperio monſtravit, A. 1320. primus Turcorum in Aſia Sultanus. Ergo (e) *Urchan Beg ſive Orchanes in regno patrio ſucceſſor factus ſedem Pruſiæ fixit* A. 1326, templo Muhamedano, Schola & Xenodochio erectis. Domita minori Aſia caſtrum Græciæ Jemnam ſive Jamenicum & Callipolin duce (f) Solimanno filio ſubegit A. 1356. (g) *Morad* denique hujus Frater ſive *Amurathes*, cum Patri ſucceſſerat, *Hadrianopolin* A. 1361, primam in Europa ſedem Turcicam, expugnavit, unde Imperio Græcorum utriq; Conſtantinopolitano atque Trapezuntino Peſtis & Interitus. Hinc vaſtum illud Imperium emerſit, quod pro ſtatu præſente in quatuor majores provincias ſive partes dividitur, quæ ſunt *Natolia, Turcomannia, Soria & Diarbeca*: De ſingulis ſeorſim tractabitur. Vid. Status præſens potentiæ Ottomanicæ cum cauſis incrementi & decrementi illius, *per Dom. du Vignan*. Pariſ. A. 1688. *Anton. Gocopolec.* Trutina potentiæ Ottomanicæ Hiſtorico-Politica Venet. A. 1686.

(a) Gentis Turcicæ origines. (b) Fortunæ ſucceſſus. (c) Ortograles. (d) Othman. (e) Orchan. (f) Solemann. (g) Morad.

tunque vita deſiderat, ferax frumenti, fructuum, melioris Vini, Croci, Goſſipii, Argenti, Æris, Ferri, Cryſtalli, Alumi-

Albania. II. α *Albania* (1), nunc β *Georgiæ* pars Orientalis, inter Iberiam & mare Caſpium ſita, ab *Albano* flumine nomen habere videtur. Fluviorum nobiliſſimus eſt γ *Cyrus*, Caſpium mare alluens. Urbes inſigniores *Chabala* ſive *Cabalaca*, *Albana* & *Getara*.

IBERIA.

Iberia. III. δ *Iberia* (2) nunc pars *Georgiæ Occidentalis*, inter Albaniam & Colchidem ſita, gentis *Iberorum* [a] clariſſimum ſolum, urbes celebres habuit *Artaniſſam* & *Armacticam*, ſive *Harmaſtim*.

COLCHIS.

Colchis. IV. In ε *Colchide*, quæ nunc *Mengrelia* dicitur (3), inter Iberiam & Pontum Euxinum ſita, populi fuere *Ealæ* & *Mantali*, unde regioni nunc nomen. Fluvii celebres, ζ *Phaſis*, & η *Cygneus*. Montes ϑ *Caucaſus* & ι *Corax*. Urbium clariſſimæ

(1) *Ubi nunc Daghestania atque tractus confinis a Tartaris ſub ſuis principibus habitata, cujus primarius locus eſt Tarku ad Mare Caſpium.*

(2) *Ubi nunc Georgia propria.*

(3) *Ferri & Chalybis adeo dives, ut Turciæ ſola fere hæc ſubminiſtret Mineralia. Nihil hic frequentius, quam quod Parentes Liberos, quando nummorum aut rei cujuſcunque ſunt indigi, divendant eum rebus nullius. Quin qui præſunt Eccleſiæ, ne quidem manibus temperant, imo ſentiunt hoc ſibi juris competere, atque ideo bellos Pueros Pueraſque, quo pluris vencant, non raro Turcis aut Perſis offerunt. Sacrificuli Munia ſequior Sexus, virili plerumque in ſacris verſatior, hic atque in Georgia frequenter obit. Reges hujus Regionis Chriſtiani ſunt.* Luyts.

BUNONIS.

α (a) *Albania* [b] terminatur à *Septemtrione* Sarmatiâ Aſiaticâ; ab *Occaſu* Iberiâ; ab *Ortu* Caſpio mari; à *Meridie* Armeniâ.

β (b) *Georgiani*, quorum regio hodiè vulgò (c) *Gurtziſtan* vocatur, incolunt terras inter Mare Caſpium, Sarmatiam, Mengreliam, Armeniam Majorem, & Mediam. Putant vulgò nomen à *S. Georgio*, quem patronum agnoſcunt, & cujus imaginem in vexillis gerunt, ſortitos; ſed quoniam Georgianorum in his partibus à Mela [c] quoque & Plinio [d] fit mentio, ea opinio deprehenditur falſa. Religio eorum in fundamentis & ceremoniis eadem cum Græca eſt. Suum tamen habent Metropolitam, cui XVIII parent Epiſcopi, quique in Monaſterio S. Catharinæ in Monte Sinai habitat. Georgianos ſibi ſuoque Imperio ſubjecit hoc noſtro ſeculo Perſarum Rex.

γ (d) *Cyrus* fluvius hodie vulgò *Kur*, ab (e) *Araxe*, qui hodiè *Aras*, receptus, in Mare devolvitur Caſpium. Regio, quam alluit antequam Mare ſubit, hodiè vocatur (f) *Mokan*. Præter illas urbes ad Albaniam hanc alii referunt (g) *Schamachiam* & (h) *Derbend*, quæ olim (i) *Alexandria*, ad *portas* jacens (k) *Caucaſias*, quas alii *Caſpias* vocant. *Olearius* duas illas urbes Mediæ attribuit. Cæterum in Georgianorum finibus quoque memoratur (l) *Tiflis* urbs. (m) *Baſcapan* Georgianorum principis perhibetur eſſe ſedes. Porrò in Georgiæ finibus Haitonus provinciam collocat (n) *Hanſem*, in circuitu trium dierum iter continentem, denſiſſimis tenebris circumſeptam, ab incolis habitatam, qui tamen ex iis locis nunquam valeant egredi.

δ (o) *Iberia* undique montibus ſepta clauditur à *Septentrione* Sarmatiâ; ab *Occaſu* Colchide; à *Meridie* Armeniâ; ab *Ortu* Albaniâ.

ε (p) *Colchis* aureo vellere [e] clara, habet à *Septentrione* Sarmatiam Aſiaticam; ab *Occaſu* Pontum Euxinum; à *Meridie* Armeniam; ab *Ortu* Iberiam [f].

ζ (q) *Phaſis* fl. hodiè *Faſſo* dictus, ex Moſchicis vel Caucaſiis montibus oritur, ſæpeque ſtagnans tardiſſimo curſu in Pontum influit Euxinum. Juxta eum (r) *Tragelaphus* animal duntaxat naſci fertur. Ad eundem fl. etiam (s) *Phaſis* eſt inſula parva, ex qua *Pavo* primum, teſte Iſidoro, exportatus eſt, qui propterea *Phaſianus* nominatus eſt.

η Ad (t) *Cygneum* fl. qui Ptolemæo eſt Cyaneus, ex Montibus Coraxicis in Phaſin influens, erat & *Cygnum* op.

ϑ (u) *Caucaſus*, hodiè vulgò *Cocas* & *Cochias*, eſt Mons Aſiæ notiſſimus, inter Mare Caſpium & Euxinum Pontum altiſſimus, perpetuis nivibus rigens; in quo (x) *Prometheum* vinctum, aquilâ jecur roſtro depaſcente, fabulantur. Tanta ejus montis fertur altitudo, ut ad tertiam noctis partem vertices illius adhuc radiis ſolis illuſtrentur.

ι Ad (y) *Coracem* montem fluvius eſt *Carax*, & populi *Caraxi*, quorum urbs *Dioſcurias*.

HEKELII.

[a] Seu *Iberum*.

[b] A colore Populorum, qui *albo crine* naſcuntur, ſic dicta.

[c] Lib. II. c. 1. p. 1890. lin. 10. ſeq.

[d] Lib. IV. c. XII. p. 59. lin. 32. ut & *Solino* in *Polyh.* c. XXV. p. 49. lin. 50. ſeq.

[e] A *Jaſone* deportato.

[f] Hanc Regionem venenorum feraciſſimam eſſe ex multis conſtat Geographis. Quæ res videtur locum feciſſe fabulæ, quæ de *Medea* veneficiis commiſcuntur *Poetæ*.

BUNO-

(a) Albania. (b) Georgiani. (c) Gurtziſtan. (d) Cyrus ſeu Kur fl. (e) Araxes ſeu Aras fl. (f) Mokan. (g) Schamachia. (h) Derbend. (i) Alexandria. (k) Portæ Caucaſiæ. (l) Tiflis (m) Baſcapan. (n) Hanſe. (o) Iberia. (p) Colchis. (q) Phaſis fl. (r) Tragelaphus. (s) Phaſis inſ. (t) Cygneus fl. (u) Caucaſus mons. (x) Prometheus, (y) Corax mons & fl.

rissimæ κ *Phasis* & λ *Dioscurias*, quæ postea *Sebastopolis*.

ARMENIA MAJOR.

Armeniæ Majoris fines.

V. μ *Armenia* universa dividitur Euphrate amne in Majorem & Minorem. *Major* est, quæ nunc in tres partes divisa ; *Turcomannia*, *Popul* & *Curdi* appellatur : à *Septentrione* Moschicis Montibus separatur à Colchide & Iberia, Cyroque amne ab Albania ; ab *Oriente* Caspium Mare habet & Caspium Montem ; à *Meridie*, Montem Taurum, quo à Mesopotamia, & Niphatem, quo ab Assyria discernitur ; ab *Occidente* Euphrate amne à Minori Armenia disterminatur. Mediam dividit *Antitaurus* mons. Fontes heic amnium toto Oriente nobilissimorum, ν *Euphratis* ac ξ *Tigris*. Montes ο *Gordiæus* & π *Pariedrus*. Regiones sunt *Cotacene*, *Bocche*, *Tosarene*, *Totene*, *Colthene*, *Soducene*, *Syracene*, *Sacasene*, *Basilissene*, *Hobordene*, *Arsea*, *Acilisene*, *Aspaunitis*, *Sophene*, *Anzitene*, *Thospitis*, *Corinea*, *Gordiene* & *Cortæa*. Populi *Mardi*, *Gordyæi*. Urbium notissimæ, *Armauria*, ρ *Artaxata*, σ *Thospia*, τ *Artemita*, & υ *Tigranocerta*.

Euphratis & Tigris fontes. Gordyæus mons. Pariedrus mons.

A R-

BUNONIS.

κ (a) *Phasis* urbs, hodiè *Fasso* & *Phazzeth*, ad Phasidis fl. ostia, inter *Absarum*, quæ & *Absyrtus*, extremam Cappadociæ urbem, & *Dioscuriadem* posita, olim sub Archiepiscopo Trapezuntino fuit, postea Metropolis Regionis facta. Antiquissimis auctoribus celebris est propter Navigationem Jasonis aureumque Vellus ; Antiquis istis extrema navigationis meta. Quapropter *Phasin usque navigat*, proverbio apud Græcos dicitur [g].

λ (b) *Dioscurias*, hodie vulgò *Savatopoli*, à Phasside, primaria Colchidis urbe, ab aurigis [b] *Castoris* & *Pollucis* primùm perhibetur condita & dicta, Isidoro teste. Olim trecentarum Nationum, quod Plinius [i] tradit, exstitit domicilium, quæ illuc è diversis Asiæ locis commigrarunt : dissimilibusque linguis utebantur, adeo ut postea à Romanis per centum triginta interpretes negotia digesta sint. Hodiè gens *Mengreliam* incolens rustica & crudelis est. Græcæ quidem sunt Religionis, quam authore Cyrillo consecuti, Constantinopolitanoque subsunt Patriarchæ : Sed fidem illam multis postea modis depravarunt. Nam nec Infantes ante octavum ætatis annum baptizant ; nec ante annum L, vel LX, id est, illam ætatem, quâ ad rapinas inepti redduntur, Nobiles in primis templa ingrediuntur, sed Liturgiam foris audiunt. Sic juventutem per furta transigunt, senectutem devotioni consecrant. Cæterum in his regionibus cum (c) *Mithridate* Rege Ponti bellum gessit *Pompeius*. Aiunt etiam in iisdem (d) *D. Bartholomæum* Christianam fidem docuisse.

μ (e) *Armenia Major*, ab Ortu habens etiam Mediam, nomen habere dicitur ab *Armeno*, seu *Armenio* Jasonis comite.

ν ξ De his fluminibus eorumque fontibus agitur hujus lib. cap. XXIII.

ο In (f) *Gordyæo* monte [k] arcam (1), in qua Noah servatus, resedisse tradunt. Ad annum Christi 640, ejus ibidem exstiterunt reliquiæ, quas *Elmacino Arabe* teste, *Heraclius* Imperator suis oculis lustravit, quum Persas in Armenia vicisset. Et *Omar*, qui Caliphatum adeptus est, A. Christi 643, reliquias has de monte translatas, pro tabulato templi à sese exstructi adhibuit, quod tradit *Benjamin Tudelensis*. Hodiè vulgò nigellum montis apicem, inveterata nive vestitum, pro putrescente arcæ ligno habent.

π Ex (g) *Pariedro* monte prælto Euphrates & Araxes oriuntur.

ρ (h) *Artaxata* seu *Artaxia* urbs munita olim ad Araxim auctoribus ponitur ; eo fuit situ, quo hodie *Exsechia* sive *Eschia* urbs.

σ (i) *Thospia* ad *Thospitem* lacum & Tigridem erat fl.

τ (k) *Artemidita*, seu *Artemita*, in tabula recentiori est *Armening* intra ingentem lacum jacens, cujus incolæ omnes perhibentur esse Christiani.

HEKELII.

[g] Vid. *Erasmi* Chil. II. Cent. IV. *Adag.* XLIX. p. 393. Col. a.

[b] *Amphito* & *Teichio*.

[i] Lib. VI. c. V. p. 83. lin. 25. seq.

[k] A *Gordyæo*, *Triptolemi* Filio, sic dicto.

BUNONIS.

υ (l) *Tigranocerta*, *Tigranopolis* & *Tigranopetra* ad Nicephorium fl. apud montem *Masium* olim sita, à Tigrane Rege appellata, & à Lucullo capta : Jovio ea putatur, quæ hodie dicitur *Sulthania*, quam *Sulthan Mahumed Chodabende* ex ruderibus Tigranocertæ condidisse perhibetur. Romani Armeniam Mithridati, post cæsas copias apud Gabyram civitatem, ademptam ad se transtulerunt. Victus est ibidem à Pompejo prælio nocturno, direptis castris, & quadraginta millibus cæsis. Cæterum sunt Armeni mercatores

(1) *Communis Sententia est arcam Noæ subsitisse in editissimo Gordyæorum olim Ararath. Judicant alii Arcam resedisse in excelsiore parte Tauri montis, aut in Monte Cassio prope Mediam, inter Arcissum paludem quæ nunc plurimis ab adjacente urbe Van denominatur, ad Meridiem ; & Artaxatam aut Naxuanam, urbes quas fl. Araxes alluit ad Septentrionem. Narrat Tavernierius, initium Montis Ararat quem Arca Noemi insedit, abesse ab urbe Erivan*

(a) Phasis urbs. (b) Dioscurias. (c) Mithridates. (d) D. Bartholomæus. (e) Armenia Major. (f) Gordyæus m. (g) Pariedrus m. (h) Artaxata. (i) Thospia. (k) Artemidita. (l) Tigranocerta.

quinque milliaribus versus plagam quæ Austrum & Ortum interjacet, eundemque ab urbe Nakshivan, cui Arcæ Statio Nomen dicitur feciss, distare tribus circiter milliaribus. Addit ipsum cæteros Armeniæ Montes plurimum supereminere, ab illis quasi separari. Cœio sereno ad quinque dierum iter conspici, frequenter a Medio ad summum fastigium tres quatuorve menses continuos obtegi. Armenios montem Arcæ appellari, qui simul atque in Visum se ingerit, Terram prono exosculantur, post Vultus in Cœlum erigunt & Signum Crucis efformant, fusis aliquot Precibus.

ARMENIA MINOR.

Armeniæ Minoris termini. Regiones.

VI. Armenia Minor, quæ nunc *Pegian* & *Bozoch*, clauditur ab *Ortu* Euphrate amne, à *Meridie* Amone monte, ab *Occaſu* & *Septentrione* monte Scordiſco. Mediam itidem ſecat *Antitaurus*. Regiones in ea, *Orbaliſſine*, *Ætulane*, *Ærethica*, *Horſene*, *Orbiſene*. Item Præfecturæ, φ *Cataonia*, *Morimene*, *Laviana*, *Aravene*. Fluvius inclytus χ *Melas*, qui Euphrati jungitur. Urbium principes, ↓ *Satala*, ω *Nicopolis*, α *Melitene*, β *Comana*. 2

CAP.

tores & negotiatores egregii, mercaturam facientes per multas terras, in Poloniam Pruſſiamque merces ſuas advehunt. Plus ipſis quam alicui ulli Chriſtianæ nationi indulgetur; quoniam habent privilegium peculiare manu Mahomedis ſcriptum, in Armenia educati, multiſque beneficiis affecti.

φ (a) *Cataania* [*l*] ſupra Ciliciam eſt, confinis Cappadociæ, ſaltuoſa regio, ejus partem juxta Cappadociam incoluere (b) *Leuco-Syri* [*m*].

χ (c) *Melas* fl. ex Argæo monte apud urbem Cæſaream in Cappadocia ortus, longoque tractu per Armeniam Minorem decurrens, demum cum Euphrate conjungitur. Idem nomen multis fluminibus aliis tribuitur.

↓ (d) *Satala* urbs utroque numero legitur, à Nicopoli in Cæciam verſus Trapezuntem jacet.

ω (e) *Nicopolis* [*n*] à Pompejo, Dione teſte, condita, inter Satala & Arabiſſum ad Auſtrum jacens, hodie *Gianich*, aliiſque *Chiorme* eſſe creditur.

α (f) *Melitene* ſeu *Melita* Armeniæ Minoris caput, à Samoſatis 90 mill. paſſ. in Septentrionem ad Euphratem ſita, hodie *Malatia* dicitur.

β (g) *Comana* in confinio Cappadociæ, Ciliciæ & Armeniæ quod jaceret, *Comana Cappadociæ*, ad differentiam *Camanæ Ponticæ* appellata eſt.

HEKELII.

[*l*] Et *Catonia*.
[*m*] Communiter aliàs dicuntur Incolæ *Cataones*.
[*n*] Cujus Cives *Nicopolitæ* dicti.

REISKII.

2 (h) *Albaniæ* huic Aſiaticæ nomen vetus Ptolemæo cognitum, vel ab urbe Albano vel fluvio cognomine adhæſit: *Georgiæ* recentius à Georgis, quos Pomp. Mela & Plinius commemorant: Mela præſertim Lib. I. c. 1. & Lib. II. c. 1. *Vagi Nomades pecorum pabula ſequuntur*: (i) *Colunt Georgi exercentque agros*. Inducor itaque, ut ex vocabulo Græco γεωργὸς, i. e. agricolas dictos conjiciam. Hodierna vero Georgia ſive Gorgiſtan regiones quatuor, nempe *Mengreliam*, *Gurgiſtanam*, *Zuiriam*, & *Circaſſiam*, genteſque in illis varias complectitur: Quarum aliæ ſuis *Principibus*, aliæ autem *Sofo Perſico Sultanoque Turcico*, aliæ cum duabus urbibus Tiflis & Gori ſubſunt. Tanta ibi barbaries, & tanta Chriſtianæ Religionis ignorantia ingraveſcit, ut *Princeps Tiflenſis* ultimus Muhametiſmum ſuſceperit. *Mengrelia* ſive Abaſſia quoque in tres minores provincias dividitur, nempe Imeretem, Dadianam, & Gurielem, quibus ſingulis ſui præſunt Principes, horumque unus urbem Juri cum Sultano Turcico diviſam poſſidet: omnes heic incolæ tum religionis & rerum omnium ignorantia laborant. (k) *Colchis* vetus longe cultior fuit כסלוחים ſive Chaſluchorum ex Ægypto ſoboles, lingua, ſacris & ſtatu Politico Ægyptiis affines; Bochart. Lib. IV. c. 31. De *Caucaſo*, quem noctu colluſtrari volunt, fabula priſcis noviſque Auctoribus nota fuit. (l) *Armenia Turcomanniam* aut ſecundam imperio Turcico Aſiatico partem vel majorem provinciam præbet. Hæc Syris primum inſeſſa & Arabicis coloniis nomen ab regione מני *Mini* habet, tanquam הר-מני *Har Mini* ſive *montana* Myniadis appelles: (m) Nam Græci Minin vocant Μινυάδα. Vetus illa regio ſuis domi natis regibus ſubjecta imperio Romano denique acceſſit, & Diœceſi Ponticæ annumerata in primam atque ſecundam dividitur: Hodierna partim *Sofo Perſico*, partim *Sultano Turcico* ſubeſt: Huic duæ urbes præcipuæ, (n) *Tocxat* ſive *Tocatum* ſede Archiepiſcopi, templis Chriſtianis duodecim & vino generoſo, quod ibi naſcitur, clara: (o) Altera *Erzeron* ad fines condita, imperiique Turcici clavis. Sofo autem Perſico parent Erivan ſive Irvan A. 1637 à *Scban Sofo* Turcis 22000, qui deditionem abnuerant, necatis: (p) Nackſiſan urbs univerſi orbis antiquiſſima ex communi orientalium opinione: (q) Zulfa, à qua ſuburbium Iſpahanæ proximum & cognomine huic ortum eſt. De religione hujuſque per Armeniam ſtatu vid. Clem. Galanus in libro ſingulari, Alex. Roſſ. de religionib. & Diſputatio B. Gerhardi publica.

(a) Cataonia. (b) Leuco-Syri. (c) Melas fl. (d) Satala. (e) Nicopolis. (f) Melitene. (g) Comana Cappad. (h) Albania. (i) Georgia. (k) Colchis. (l) Armenia. (m) Unde dicatur. (n) Tocxat. (o) Erzeron. (p) Nackſiſan. (q) Zulfa.


CHERSONESI
quæ hodie
NATOLIA
Descriptio
MARE PONTICUM
EUROPE
PARS
MARIS MEDITERRANEI
ASIA MINOR
ARMENIA MINOR PARS
PARS
Creta
Cretium Mare
Mare Rhodiense
Mare
Pamphilium
Mare
Cicilium
Lycium Mare
Sinus
Myrtoum
Propontis
Chalcedon
Bithynia
Troeni
Heneti
Paphlagonia
Roni
Pontica
CAPPA
DOCIA
Amazones
Amasia
Suvas
Zelitica
Gargaraufene
Cappadocia
Cataonia
Tyranis
Cilicia
Syria
Syriacum Maris
Pars
Lycia
Pamphilia
Caramania
Lycaonia
Galatia
Phrygia
Mysia
Troas
Lydia
Ionia
Caria
Aeolis
Maeandrus
Halys
Euphrates
Tigris
Taurus Mons
Amanus
Olympus
Cydnus
Sangarius
Hermus
Caicus
Scamander
Granicus
Rhodus
Lesbos
Samos
Lemnos
Chios
Cyprus
Paphos
Tripoli
Sebastia
Amasia
Amisus
Themiscyra
Sinope
Trapezus
Heraclea
Chalcedon
Nicomedia
Nicaea
Prusa
Pergamus
Smyrna
Ephesus
Miletus
Halicarnassus
Tarsus
Issus
Alexandretta
Antiochia
Seleucia
Laodicea
Apamia
Tralles
Sardis
Thyatira
Philadelphia
Gordium
Ancyra
Pessinus
Tyana
Iconium
Caesarea
Comana
Nazianzum
Arabissus
Barach
Arada
Arimino
Nigdia
Cybistra
Derbe
Lystra
Pisidia
Pamphylia
Lycia
Xanthus
Patara
Myra
Phaselis
Attalia
Perga
Aspendus
Side
Selinus
Coryeus
Cicilium
Pamphilium
Mare
Cyprus
Paphia
Amathusia
Curias prom.
Salamis
Famagusta
Amachestos
Tripoli
Tenedos
Imbros
Lemnos
Troja
Abydus
Sestos
Lampsacus
Cyzicus
Apollonia
Thessalonica
Philippi
Amphipolis
Byzantium
Chalcedon
Nicomedia
Nicaea
Prusa
Apamea
Laodicea
Colossae
Hierapolis
Magnesia
Ephesus
Smyrna
Pergamus
Adramyttium
Assus
Alexandria Troas
Rhodus
Lindus
Camirus
Ialysus
Cos
Halicarnassus
Myndus
Cnidus
Telmessus
Sinus Glaucus
Xanthus
Patara
Myra
Phaselis
Attalia
Perga
Aspendus
Side
Selinus
Coryeus
Cicilium
Pamphilium
Mare
Cyprus
Paphia
Amathusia
Curias prom.
Salamis
Famagusta
Amachestos
Tripoli
Tenedos
Imbros
Lemnos
Troja
Abydus
Sestos
Lampsacus
Cyzicus
Apollonia
Thessalonica
Philippi
Amphipolis
Byzantium

CAP. XVII.

Cappadocia, Galatia, Pontus & Bithynia.

I.

CÆterum ſinus ille terrarum, qui eſt inter Ponticum & Cyprium maria, *Natolia* nunc dicitur, ab una provinciarum α *Anadole*. Hic olim regiones, *Cappadocia*, *Galatia*, *Paphlagonia*, *Pontus* & *Bithynia*, *Aſia Minor*, *Lycia*, *Pamphylia* & *Cilicia*. [1] Natolia.

CAPPADOCIA.

II. β *Cappadocia*, quæ nunc quatuor complectitur Regiones, *Genech*, *Suvas*, *Anadole*, & *Amaſiam*, ab *Ortu* habet Armeniam Minorem, à *Meridie* Ciliciam, ab *Occaſu* Pamphyliam & Galatiam, à *Septemtrione* Pontum Euxinum. Fluvii nobiles γ *Iris* & δ *Thermodon*. Regiones, *Lycaonia*, *Themiſcyrene*, *Zelitica*, *Carmanene*, *Gargarauſene*, *Gargauritis*, *Antiochene*, *Tyanis*, ε Gens *Heniochorum* magna, ac multis nominibus diſtincta. Urbes claræ, ζ *Comana Pontica* cognomine, η *Neocæſarea*, ϑ *Sebaſtia*, ι *Diocæſarea*, κ *Maza*; quæ & *Cæſarea*, λ *Iconium*, Cappadociæ fines. Iris fl. Thermodon fl. Regiones. Heniochorum Gens. Urbs.

BUNONIS.

α *Anadole* ſeu *Natolia*, nomen habet à ſitu, & ita Turcis vocatur, quod in Ortum vergit.

β (a) *Cappadocia* [*a*] ab amne appellationem nacta eſt [*b*].

γ (b) *Iris* magnus fluvius, ex Argæo monte ortus; per Amaſiam urbem in Pontum Cappadocium influit, hodiè vulgò *l'Irio*, & intus *Caſalmach* nominatur.

δ (c) *Thermodon* ſeu *Thermodoon* inter Themiſcyram ad Occaſum, & Polemonium ad Ortum in Euxinum Mare labitur [*c*]. Eſt quoque ejuſdem nominis fluvius in Scythia Europæa; itemque in Thracia alius.

ε (d) *Heniochorum* gens ultra Pyſiten fluvium, qui eſt in ora Tapezuntia, ponuntur, & ad Coracem extenduntur montem.

ζ (e) *Comana*, ad differentiam Comanæ alterius in Armenia & finibus Cappadociæ, *Pontica* cognominata; ad Irim fl. poſita, vulgò *Com*, incolis *Tabachzan* appellatur.

η (f) *Neo-Cæſarea*, ad Lycum erat fluvium, qui Neo Cæſaream præterlapſus in Irim influit: Nonnullis putatur eſſe ea urbs, quæ hodiè *Tocato* dicitur: Verùm ad Lycum eſt opidum *Nieſara*, quod antiquum nomen ex parte videtur referre. *Georgii Neo-Cæſarienſis* patria eſt, qui ob doctrinæ excellentiam τριμίζιος cognominatus.

ϑ (g) *Sebaſtia*, quæ & *Sebaſte*, vulgò *Sauſtia*, ad Argæum montem poſita.

ι (h) *Diocæſarea*, hodiè *Tiſaria*, urbs Cappadociæ mediterranea eſt.

κ (i) *Cæſarea*, prius *Maza* & *Mazacha* dicta, Cappadocibus urbium mater habita; nunc *Tiſaria* & *Gaiſar*, ad Melam fl. & Argæi montis radices jacens, Epiſcopum olim habuit *Baſilium Magnum*. Cæſarienſis quoque fuit (k) *Pauſanias*, cujus exſtant libri decem deſcriptionis Græciæ Antiquæ & florentis, quibus ſitum urbium ac locorum, & Antiquitates Græcanicas, & quicquid penè memorabile habuit Græcia, magno Philologiæ & Hiſtoriæ ſtudioſorum bono complexus fuit. Verùm, quod in declamando, Cappadocum more, corripiendas ſyllabas produceret, producendas corriperet, coquo propterea comparabatur, cibos bonos malè condienti [*d*].

λ (l) *Iconium*, hodiè *Cogni*, ſeu *Gogni*, Lycaoniæ caput eſt; ejuſdem Regionis opida ſunt (m) *Derbe* & *Lyſtra*, quorum mentio fit in Actis Apoſt. c. 14. Magnam multitudinem cùm Judæorum, cùm Gentilium Iconii ad Chriſtianam fidem perduxit Paulus Apoſtolus, & *Lyſtris* claudum ſanavit.

HEKELII.

[*a*] *Jacobo Caſtaldo* hodiè *Almaſia*; aliis vero *Leucoſyria* appellata.

[*b*] Cæterùm hæc Regio Frugibus omnibus & Vino abundat, atque *Argento*, *Ære*, *Ferro*, *Alumine*, *Chryſtallo*, *Jaſpide*, *Onichite* Lapide, & *Alabaſtro ignobili* dives, alitque *Equos* innumeros. Sunt autem, qui dicunt, Regionem ipſam aſperam eſſe, & rerum ad victum neceſſariarum maximè indigentem, & Gentes olim fuiſſe malis moribus affectas.

[*c*] Meminit hujus Fluvii *Curtius* Lib. VI. c. V. Sect. 24. & *Juſtinus* Lib. II. c. IV. 6. 2.

[*d*] Vid. *Quenſtedtius* loc. perſæpe cit. pag. 457. ſeq.

REISKII.

ι (n) Prima Imperii Turcici Aſiatici provincia hæc eſt, nempe *Natolia*, Græce Ναπολία ex ævo medio per Aphæreſin dicta, quaſi ἀνατολία ἐκ τῆς ἀνατολῆς, i. e. *ab ortu*, quem verſus Græciæ ac mari objacet medi-

(a) Cappadocia. (b) Iris fl. (c) Thermodon fl. (d) Heniochi. (e) Comana Pontica. (f) Neo-Cæſarea. (g) Sebaſtia. (h) Dio-Cæſarea. (i) Cæſarea ſeu Mazacha. (k) Pauſaniæ patria. (l) Iconium. (m) Derbe & Lyſtra. (n) Natolia.

um, μ *Laranda*, ν *Tyana*, ξ *Trapezus*, ο *Amasia*, Strabonis Geographi cunis decorata.

GALATIA.

Galatiæ seu Gallogræciæ termini.

III. *Galatia*, cujus nunc partes *Roni* & *Chiancare*, dicta est hæc regio à *Gallis*, ex Italia post incensam Romam huc transgressis; eadem *Gallogræcia* & *Græcogallia*, quia Gallis Græca gens mista incoluit. Antea *Phryges* tenuere & *Paphlagones*. Paphlagoniæ nomen mansit in parte Galatiæ. Includitur autem Galatia a *Septemtrione* Pontico mari ab *Ortu* Cappadocia, a *Meridie* Pamphylia, ab *Occasu* Asia Minori & Ponto Bithyniaque. *Regiones* versus Septemtrionem Paphlagonia in qua π *Heneti* populi, unde *Veneti* in Italia: versus Meridiem ϱ *Isauria*; ubi urbs σ *Isaura*; & Pisidiæ pars: Cujus altera pars in Pamphylia memorabitur. Populi *Chalybes*, *Trœmi*, *Proserliminitæ*, *Byceni*, *Orondici*: & Gallorum nationes, *Tectosagæ*, quorum caput τ *Ancyra* urbs; *Tolistobogii*, *Voturi* & *Amb-*

Heneti. Isauria. Pisidia. Populi Galatiæ. Ancyra.

mediterraneo; Ut prorsus congruat usitato Italorum vocabulo *Levante*, i. e. *Oriens*, quo terras Asiaticas & mari vicinas insulas significant. Natolia enim ex usu apud Græcos recepto veteri atque hodierno Turcico, aut totam Minorem Asiam, aut hujus partem unamque provinciam notat. (a) *Cappadocia* ergo primas colonias Thogarmæ, filio Gomeri ultimo, ex Japheth nepotibus uni; sed Cappadociæ suas Cilicia debebit, si rationes Bocharti ab equis, mulis, asinis & mancipiis petitæ accuratius expendantur. (b) *Galatia* & *Gallo-Græcia* quin ad Gallos huc expeditione bellica progressos originem reducat, nullum est dubium: illa sub Theodosio Imp. in *primam atque secundam* divisa legitur. (c) An Pontus ab voce Phœnicia בטנא *Botno*, i. e. *nucibus & avellanis*, quas procreavit, optimis derivetur, hoc fortasse quidquam dubii habet: (d) Itemque an *Bithynia* ex vocabulo Punico בטין tanquam *regio interior* appellationem susceperit: Hæc utraque Bocharti Opinio est, quam multis observationibus illustrat. Plures provinciæ nos ad sese avocant: Hæ quippe Septem tabulis Geographicis mutato inseruntur nomine, sed numero, quem Græci adhibent, invariato. Confer Statum Imp. Ottomannici præsentem à Domino Ricart editum.

BUNONIS.

μ (e) *Larauda*, Lycaoniæ quoque urbs Tauromonti vicina; nomen antiquum hodie retinet.

ν (f) *Tyana*, adhuc *Tiana* seu *Tiagna*, urbs inter Sasiena & Faustinopolin posita, patria est *Apollonii Tyanæi* Philosophi, qui discendi causa plurimas regiones peragravit: ejus vitam Philostratus lib. 8. descripsit.

ξ (g) *Trapezus*, Sinopensium colonia, Europæis *Trabisonda* & *Trebisonda*, est urbs Cappadociæ præcipua ac maritima, ad mare Ponticum sita, quo loco ora maritima in Boream versus Colchos incipit flecti; monte non parvo cingitur urbs illa & Satrapæ Turcarum sedes est, in quorum potestatem venit sub Mahumede II. Hic enim Constantinopoli capta *Trapezuntinum* quoque imperium subegit, & *Davidem*, ex *Commenorum* familia postremum Constantinopolin traduxit, eumque cum universa familia interfecit, Anno C. 1460. *Bzovius* verò calamitatem illam ad Annum 1461 refert. Fuerat aliquando sedes Imperii Trapezuntis, ex distracto Constantinopolitano, nati.

ο (h) *Amasia* ad *Irim* fl. est hodiè Satrapæ [e] Turcarum sedes [f]. Hanc suam patriam *Strabo* multis descripsit [g]. Præterea Cappadociæ opidum clarum est (i) *Nazianzum*, Cæsareæ finitimum, à qua in Occasum recedit, patria D. *Gregorii Nazianzeni*, qui ob eximiam rerum Theologicarum notitiam, *Theologus* cognominatus est [b]. *Nissa*, *Nysa* seu (k) *Nyssa*; hodiè *Nisi*, in Armeniæ & Cappadociæ confinio est, D. *Gregorii Nysseni*, qui D. *Basilii* frater fuit, patria [i]. Cæterum Cappadociam Strabo [k] in duas Satrapias à Persis divisam tradit, eam quippe, quæ *Magna* dicitur & *Cappadocia ad Taurum*, & alteram, quæ *Pontica* vocatur & *Pontus*: quam Arias Montanus ex Onkelo docet esse Hebræorum *Caphthorim*. Porrò Cappadocia à veteribus tribuitur *Amazonibus*, quarum Regina fuit *Penthesilea*. Ipsa hæc regio equorum altrix est, hinc Dionysio Afro Cappadoces sunt δούμους ἱπποτρόφους, *gute Reuter*. Strabo testatur Cappadoces sacerdotalem dignitatem habuisse proximam regiæ: Mendaces perhibentur à scriptoribus & fraudulenti; sicuti quoque *Cilices* & *Cretenses*: unde tandem proverbium natum, τρία κάκκακα κάκιστα [l]. De eorum ingenio, & natura hoc quoque mirum, quod, quum liberi essent, libertatem à Romanis sint deprecati, asserentes, se malle vivere sub Regibus, quàm diutius ferre libertatem.

π (l) *Heneti* Paphlagoniæ oram maritimam incoluêre.

ϱ (m) *Isauria* Pisidiæ finitima est.

σ (n) *Isaura* urbs, Ammiano teste, (o) *Claudiopolis*, & in lib. Concil. *Isauropolis* dicta est.

τ (p) *Ancyra*, hodiè *Anguri* & *Angara*, urbs Galatiæ primaria est, edito loco sita; *Concilio Ancyrano* clara: Præfecti regii hodiè sedes est.

HEKELII.

[e] Qui *Belerbejus* vocatur & *Amasiæ* & *Cappadociæ*.

[f] LX millium *Ducatorum* vel (magis Latine) *Aureorum* proventus ejus censetur.

[g] Lib. XII. *Geograph.* p. 205. Tom. II.

[b] Vid. ex *Sixti Senensis* Lib. IV. *Biblioth. Dialogus*

(a) Cappadocia. (b) Galatia. (c) Pontus. (d) Bithynia. (e) Laranda. (f) Tyana. (g) Trapezus. (h) Amasia. (i) Nazianzum. (k) Nyssa: seu Amazonum regio. (l) Heneti (m) Isauria. (n) Isaura. (o) Claudiopolis, seu Isauropolis. (p) Ancyra.

Ambiani. Urbes inclytæ, υ *Teuthrania*, φ *Sinope*, Mithridatis & cunis & ſepulchro nobilitata; χ *Amiſus*, *Therma*, ψ *Peſſinûs*, quæ Dindymene & Cybele antè dicta. Montes ſunt, ω *Olgaſis*, α *Dindymus*, & qui Celænorum tumulus.

Teuthrania. Sinope. Amiſus. Therma. Peſſinûs. Olgaſis. Dindymus.

PONTUS (1) ET BITHYNIA (2).

IV. Quæ antè duæ erant regiones, *Pontus* ad Ortum Solis, *Bithynia* ad Occaſum, poſtea ſub una provincia cenſæ ſunt. Terminatur provincia à *Septemtrione* mari Pontico, ab *Ortu* Galatia, à *Meridie* Aſia Minori, ab *Occaſu* Propontide. Mons clarus eſt β *Orminius*. Flumina, γ *Parthenius*, δ *Hippias*, ε *Sangarius*, ζ *Aſcanius*. Regiones, *Bogdomanis*, *Timonitis*. Populi *Chalcedonii*, η *Mariandyni*, *Caucones*, *Zygiani*. Urbes inſignes, ϑ *Chalcedon*, quæ nunc *Scutari*, Conſtantinopoli adverſa; ι *Nicomedia*, κ *Apamea*, λ *Heraclea*, μ. *Nicæa*, ν *Pruſias*

Ponti & Bithyniæ fines.

Orminius m. Ejus Fluvii, Regiones, Populi & Urbes.

(1) *Nunc Genech.*

(2) *Nunc Bec Sangil.*

gus de Patriis Viror. illuſtr. *Quenſtedtii mei* p. 459. ſeq.

[i] Conf. *Quenſtedtius* loc. cit. 461.

[k] Loc. jam cit. p. 160 ſeq.

[l] Leg. *Eraſmi* Chil. III. Cent. VI. *Adag.* LXXXII. p. 626. col. a.

BUNONIS.

υ (a) *Teuthrania* apud Carambin promontorium eſt ad Ortum: Moletio *Tripoli*; ac aliis *Tribicelli* hodiè indigitatur.

φ (b) *Sinope* Diogenis Cynici [m] patria, olim *Mithridatis* regia, ad litus maris jacet Pontici.

χ (c) *Amiſus* in Chalybum regione urbs eſt primaria.

ψ (d) *Peſſinunte* colebatur *Cybele*, cujus ſimulacrum ibidem habebant auguſtum: unde iſta appellatur *Peſſinuntia* *. Paphlagoniæ urbs quoque eſt (e) *Amaſtris* ad Pontum ſita, quam nonnulli etiam dictam volunt *Seſamum*.

ω (f) *Olgaſis*, Ptolemæo *Olyſſa* mons eſt, aditu difficilis, cujus partem Strabo [n] appellat *Sandaracurgium*, ob aſſiduam metallorum effoſſionem concavam. *Parthenius* fluvius ex illo oritur monte.

α (g) *Dindymus* vel *Dindyma*, mons Deûm matri ſacer ἀπὸ τῶν δἰδύμων, id eſt, *gemellis*, (gemina enim illic exſtabant ubera, ſeu juga) nomen invenit. *Cybele*, illa Deûm mater, ab eo *Dindymene* dicta eſt. Ex eodem monte (h) *Sangarius* oritur fluvius. Cæterum (i) *Halys* fl. Cappadociam à Paphlagonia fere diſterminat, in Euxinum mare haud longe ab Amiſo ſe exonerans.

β (k) *Orminius* ſeu *Horminius* [o] mons hodiè Turcis appellatur *Armendag* [p].

γ (l) *Parthenium* fluvium, qui hodiè *Parteni*, aliis *Dolap*, Olgaſis edit mons, eumque in Pontum Euxinum inter Tium & Amaſtrim urbes mittit. Eſt quoque *Parthenius* fl. in Arcadia; ac item alius in Samo inſ. à quo illa *Parthenia* dicta eſt.

δ (m) *Hippias*, aliis *Hippius* fl. ex Orminio ſeu Horminio monte oriens, inter Sangarium & Lycum fl. in eundem exit pontum.

ε (n) *Sangarius*, hodiè *Sangari* ſeu *Sacari*, ex Dindymis montibus ad Sangiam vicum profluens, per Bithyniam inter Calpam ad Occaſum, & Hippiam ad Ortum in Pontum decurrit. (o) *Gallus* fluvius in eundem influit.

ζ (p) *Aſcanius* fl. per Aſcaniam paludem in ſinum labitur Aſtacenum.

η (q) *Mariandyni* oram Euxini maris ad Heracleam accoluerunt; in horum regione *Hercules* Cerberum canem tricipitem virus evomentem, quo terræ illæ infectæ, occidiſſe Poëtis fertur. *Mariandynos* ferunt lugubria ſolitos concinere, unde *Mariandynus tibicen*, de Poëta minus compto, in proverbio eſt.

ϑ (r) *Chalcedon* antiqua urbs, 148 Ann. poſt Romam condita: *Synodus Oecumenica quarta* [q] An. 451. illic habita, eam urbem nobilitavit [r].

ι (s) *Nicomedia* vulgò *Comidia*, & Turcis *Nicor*, ad Propontidem ſita, & *Conſtantini Magni* Baptiſmo celebrata, hodiè ferme deſerta jacet.

κ (t) *Apamea* vulgò *Apami*, ad Propontidem jacens; prius *Myrlea* dicta, quo nomine hodiernum à Turcis appellatur.

λ (u) *Heraclea* Mariandynorum urbs, ab Hercule, Mela [s] teſte, condita, in maris Euxini litore poſita, eo putatur fuiſſe loco, quo hodiè *Penderachi* [t].

μ (x) *Nicæa*, ad Aſcaniam paludem ſita, Strabone teſte, *Antigonia* etiam dicta eſt, hodiè *Iſnich*, *Nichor*, *Nichea*: nominis celebritatem habet à *Concilio Oecumenico primo*, quod contra Arrium Anno 325 ibidem habitum eſt cogente Conſtantino M. [u] *Philoſtion* comicus, Socratis æqualis, immoderato riſu illic repente exſpiraſſe traditur.

ν (y) *Pruſias* ſeu *Pruſa* ad Olympi montis radices eſt, à *Pruſia* rege condita, qui filium habuit dentium vice continui oſſis ſoliditate armatum; Regum in Bithynia ſedes. Hic *Aſclepiades* medicus floruit, qui ſenex ſcalis lapſus interiit. Pruſiæ natus *Dion*, ob eloquentiam *Chryſoſtomus* cognominatus, cujus inter cæteras exſtat oratio de Ilio à Græcis nunquam capto. Erat & alia in Bithynia urbs Pruſias ad Aſcanii fl. oſtium: itemque alia mediterranea ad Hippiam fl.

HEKELII.

[m] Unde & *Ovidio* de *Ponto* dictus *Sinopæus*.

* Hoc *Gordius Nodus* ab *Alexandro* reſciſſus eſſe creditur.

[n] Lib. XII. *Geog.* p. 205. Tom. II.

[o] *Ptolemæo*.

[p] Ab *Appiano* in Lib. de *Bellis Mithridaticis*

(a) Teuthrania. (b) Sinope. (c) Amiſus. (d) Peſſinus. (e) Amaſtris. (f) Olgaſis m. (g) Dindymus m. (h) Sangarius fl. (i) Halys fl. (k) Orminius mons. (l) Parthenius fl. (m) Hippias. (n) Sangarius. (o) Gallus fl. (p) Aſcanius fl. (q) Mariandyni. (r) Chalcedon. (s) Nicomedia. (t) Apamea ſeu Myrlea. (u) Heraclea. (x) Nicæa. (y) Pruſias.

as quæ nunc *Burſia* (1), & ξ *Libyſſa* (2) Annibalis interitu ac ſepulchro nota.

(1) *Turcarum antequam in Europam penetrarunt Regia, inter hujus tractus præcipua, culta feliciter cum Caſtro in colle.* Luyt.

(2) *Nunc Lebuſſa aut Gebiſſa.*

videtur vocari *Scorobas. Plinio* Lib. V. c. 32. p. 81. lin. 12. appellatur *Hippius*, fortè quod *Hippius* Fluvius originem inde habeat.

[q] Epiſcoporum 630 ſub *Martiano Imp.* contra *Eutychen* & *Dioſcorum* atque ad deſtruendam *Synodum Epheſinam II.*

[r] Vid. *Alſtedii Theſaurus Chronologiæ* Tit. 36. p. 345.

[ſ] Lib. I. c. 19. p. 173. lin. 24.

[t] Datur & *Heraclea* in *Caſpiis* cujus mentionem facit *Solinus* in *Polybiſt.* c. 61. p. 122.

[u] Leg. *Abr. Bucholceri* Index Chronolog. p. 193. ſeq.

BUNONIS.

ξ (a) *Libyſſa* in mediterraneis eſt à dextro Aſtanii latere paulum remota.

(a) Libyſſa.

CAP. XVIII.

Aſia Minor ſive proprie dicta (1).

I.

Aſiæ propriæ ſeu Minoris termini & regiones.

A*Sia propriè dicta*, quæ & *Minor*, (nunc tres ejus partes, *Chiutalem*, *Sarcum* & *Germian*) terminatur ab *Septemtrione* Bithynia ac Ponto; ab *Ortu* Galatia Pamphyliaque & Lycia; à *Meridie* eadem Lycia & Rhodienſi Mari; ab *Occaſu* Ægæo pelago & Helleſponto. Regiones, in quas dividitur, ſunt hæ; *Phrygia*, *Myſia*, *Lydia*, & *Caria*: & quas Græcæ gentes in litore Ægæo incoluerunt, *Æolis*, *Ionia* & *Doris*. 1

PHRYGIA MAJOR. (2)

Phrygiæ Majoris Populi. Fluvii.

II. α *Phrygia* duplex eſt; altera β *Major*, altera *Minor*, quæ & Troas. *Majoris Phrygiæ* populi, *Olympeni*, *Moccadelii*, *Cydiſſes*, *Gipetini*, *Moxiani*. Montium celeberrimus eſt *Cadmus*, quo à Lycia diſcernitur. Fluvii nobiles γ *Mæander*

(1) *Pars Natoliæ propriæ ad Auſtrum, olim Aſia Minor ſtrictè dicta.* Luyt.

(2) *Nunc Germian.*

BUNONIS.

α (a) *Phrygia* Curtio pluribus villis, quàm urbibus frequens, nomen ſortita fertur à *Phrygio* ſive *Brygio* Macedonum opido. Sunt enim auctores, inquit Plinius [a], qui ex Europa tranſiiſſe dicunt *Myſos*, *Phrygas*, & *Thynos*: unde mox terris data fuerint nomina *Myſiæ*, *Phrygiæ*, *Bithyniæ*. Deducitur tamen aliis appellatio Phrygiæ à *Phrygio* fluvio, qui etiam *Hyllus* dictus, eamque à Caria ſeparat.

β (b) *Major Phrygia* hodiè vulgò dicitur *Germian*.

γ (c) *Mæander* ſeu *Mæandros* fl. ultra modum flexuoſus, vulgò *Madre*, ex arce Celænarum ſumma ortus tam obliquè fertur, ut in ſe ipſum videatur recurrere, 600 faciens flexiones; unde *Gyri Mæandri* [b] in proverbium abiere: inter Heracleam & Miletum Mare ſubit Myrtoum.

HEKELII.

[a] Lib. V. *Hiſt. Nat.* p. 32. l. 47.

[b] Et ipſi *Mæandri* ap. *Eraſm.* Chiliad. IV. Cent. X. Adag. 58. p. 847. col. b.

REISKII.

1 (d) *Phrygia* primas à Gomero Japheti filio colonias & origines arceſſit, cujus partem aliquam priſci Auctores κατακεκαυμένην faciunt, id eſt, *aduſtam*, eò quod cinericia nigraque quaſi per aduſtionem fuerit. Nam גומר ex Hebr. גמר, i. e. *conſumendo* vel *exurendo*; φρυγία etiam Græcum vocabulum ἀπὸ τῆς φρυγέιν, i. e. à *torrendo* dicitur. Itaque Græci falluntur, qui à Brygibus Macedonum gente hanc nationem vetuſtiſſimam ortam voluerunt. De Diis Phrygicis & Deabus, ſaltationibus, cantilenis, lingua & priſcis, quæ adhuc ab illa ſuperſunt, vocabulis obſervationes egregias Bochartus in illa dedit *Epiſtola, qua diſquiritur, an Æneas in Italia unquam fuerit?* Hoc enim negat Vir doctiſſimus, qui rebus Trojanis & Italicis lucem ſingularem attulit. (e) *Trojam* ex ſitu veterem hujuſque rudera Bellonius in acclivi collis parte, ambitu murorum vix per horas quatuor emetiendo, mœnibus ipſis è ſaxo nigro duroque ſed ſpongioſo in quadrangulum exciſo, & turrium & duarum arcium, & ſepulchrorum marmoreis reliquiis obſervavit Lib. II. c. 6. Phrygia ævo Impp. medio duplex erat *Pacatiana* & *Salutaris*, quam Notitiæ Imp. Romani Græcæ pariter ac Latinæ ſuppeditant. (f) *Myſia Cariaque* ſibi eadem quas Lydia origines vendicârunt, teſte Herodoto Lib. I. τὸν γὰρ λυδὸν καὶ μυσὸν λέγεται εἶναι καρὸς ἀδελφεούς, *Lydum enim Myſumque Caris fratres eſſe dicunt.* Sicut ergo Lydiæ denominationem coloniaſq; primas לוד *Lud* unus Noachidum nepotum intulit; ita ex hac matre vicinis idem regionibus. Nam Hebr. לוז, *Punice* לוד *flexuoſum* ſc. Mæandrum ſignificat. Caria autem ἀπὸ τῆς καρὸς, i. e. ab *ove* oviumque copia vocatur:

(a) Phrygia unde dicta. (b) Major Phrygia. (c) Mæander fl. (d) Phrygia. (e) Troja. (f) Myſia, Caria, Lydia.

ander & δ *Marſias*. Urbes inſignes ε *Synnada*, & ζ *Apamia*, *Cibotus* cognomine, ante *Celænæ* dicta. Urbes.

PHRYGIA MINOR SIVE TROAS (1).

III. Quæ ante *Troas* erat, à Phrygibus occupata, η *Phrygia Minor* dicta fuit; in eo amnis nobiliſſimus ϑ *Scamandrus*. Urbium notiſſima, Grajorumque monumentis celebratiſſima ι *Ilium* ſive *Troja*, Græcorum decenni obſidione excidioque inclyta (2). Inde Novum *Ilium*, triginta ſtadiis ab veteri diſtans: item κ *Alexandri Troas*, quæ & *Alexandria*. Phrygia Minor ſeu Troas. Troja. Ilium novum. Alexandria, ſeu Troas Alexandri.

MYSIA MAJOR.

IV. *Myſia* ſimiliter in *Majorem* ac *Minorem* dividitur. In *Majori* inter Minorem & Phrygiam Majorem ſita populi fuere, *Olympeni*, *Trimenothuritæ* & *Myſomacedones*. Montes nobiles, *Olympus* & *Cimon*. Fluvius λ *Rhyndacus*. Urbium notiſſimæ, μ *Antandros*, ν *Adramyttium*, ξ *Pergamus*, *Trajanopolis*, *Alyda*. Myſiæ Majoris Populi. Montes. Fluvii. Urbes.

tur: Ita Heſychius καὶ περβάτων γίνεσθαι καρικόν. Ut vel ideo ad Hebræum & Punicum כר *Car*, i. e. *agnum* reduci commodè queat. Conf. Opuſculum Jac. Uſſerii de Aſia proconſulari ſeu Lydiana, ubi de hiſce regionibus accuratè agitur.

BUNONIS.

δ (a) *Marſyas fl.* haud longè à Mæandro profluens, à quo juxta Apamiam, quam circumfluit, recipitur: Nomen habere Poëtæ fabulantur à *Marſya* tibicine, quem ob arrogantiam excoriaſſe traditur Apollo. Eſt & alius in Syria fluvius *Marſyas* dictus, qui in Euphratem ad Samoſata delabitur.

ε (b) *Synnada* [c] utroque numero uſurpatur, olim erat urbs marmore clara, inde *Synnadicum* appellatum: hodiè in ruinis jacet [d].

ζ (c) *Apamia* ad Marſyam fl. ubi is Mæandro miſcetur, à Seleuco Rege condita eſt: Marſyæ tibicinis illius infelicis perhibetur eſſe patria. Cæterum in eadem Phrygia quoque erat (d) *Gordium* opidum, olim Midæ regia, ubi *nodus Gordius* ab Alexandro M. enſe ſolutus. (e) *Sangario fl.* urbs illa interluitur.

η (f) *Phrygia Minor* hodiè vulgò appellatur *Sarcum*.

ϑ (g) *Scamandrus*, *Xanthus*, *Simois*, famâ majora ſunt flumina, quam naturâ. Ortus Scamandrus ex Ida monte ad promontorium Sigæum in Ægeum mare labitur. Scamander hic ab exercitu Xerxis perhibetur epotus: ſicut & *Melas* & *Liſſus*. Inter Simoentem fl. & Scamandrum (h) *Campus* interjacet *Scamandrius*.

ι (i) *Troja* apud Idam montem, & oram maritimam fuit ſita, cujus ruinæ hodie oſtenduntur. *Eſt cinis & tantum flebile Troja ſolum*. Trojanorum luxus reprehenditur in conviviis; adeo ut *porcus Trojanus* in proverbio ſit apud Macrob. [e]. *Equus Trojanus* quoque [f] in proverbium abiit.

κ (k) *Alexandria* inter Sigeum & Lectum eſt promontoria. Cæterum *Phryges* ſervili ingenio ferantur, qui ſolis verberibus in officio contineantur; à quibus proverbium *Phryx verberatus melior* [g]: item *ſero ſapiunt Phryges*. Attamen Phrygiam nobilitarunt viri ingenio clari & excellentes. *Æſopus* Phryx fuiſſe traditur. Phryges etiam ſunt *Simplicius* Philoſophus Ariſtotelicæ diſciplinæ interpres omnium optimus; & *Epictetus*, cujus præceptum, quod Philoſophiæ ſummam continet; ἀνέχου καὶ ἀπέχου, *Suſtine & abſtine*. Ejuſdem in Philoſophos dictum fuit, quod ſint μέχρι τοῦ λέγειν, ἀνὼ τοῦ πράττειν, *dictis tenus, factis procul*. Cæterum non longè ab illo (l) *Sigeum* fuit *opidum*, ad *promontorium* ejuſdem nominis: Hic Græcorum fuit ſtatio navium, adverſus Trojanos bellantium. Hic *Achillis* ſepulchrum eſt; hodiè Turcis vocatur *Janitzari*.

λ (m) *Cimon* mons aliis etiam vocatur *Cimæus*. Ad (n) *Rhyndacum* angues tam immanes naſci tradit Mela [b], qui Aves prætervolantes abſorbeant.

μ (o) *Antandros* ab Andri inſulæ populis condita traditur; ad maris litus jacet.

ν (p) *Adramyttium* in ejuſdem maris litore ponitur.

ξ (q) *Pergamus* [i] ad Caycum fl. Attali quondam regia, Galeni [k] patria eſt. In Pergamo inſtructiſſimam fuiſſe *Bibliothecam*, quæ ducentis librorum millibus conſtaret, Galenus meminit. Ibidemque *charta Pergamena* inventa à loco nomen retinuit [l].

HEKELII.

[c] Et *Synada*, Ptolemæo.

[d] Primum dicta eſt *Synnæa*. Incolis *Docimæa* & *Docimite*, referente *Stephano*, dicitur.

[e] Lib. III. *Saturnal.* c. 13. p. 341. Edition. *Lugdunano-Gryphienſis*. Vid. *Eraſmi* Chil. IV. Cent. X. *Adag.* 70. p. 489. col. b.

[f] Ap. *eund.* loc. cit.

[g] Conf. Chil. I. ejuſd. *Eraſmi* Cent. VIII. Adag. 36. p. 227. col. a.

[b] Lib. I. c. 19. p. 172. lin. 37. ſeq.

[i] Et *Pergamum*.

[k] Et *Apollodori*.

[l] Vid. *Guid. Pancirolli* Nova Reperta. Tit. 13. pag. 591. Edition. *Amberg.* in 8vo.

(1) *Nunc Sarcum.*

(2) *Portum ejus celeberrimum arena ferme opplevit.*

(a) Marſyas fl. (b) Synnada. (c) Apamia. (d) Gordium. (e) Sangarius fl. (f) Phrygia Minor. (g) Scamandrus fl. (h) Campus Scamandrius. (i) Troja. (k) Alexandria. (l) Sigeum promont. & op. (m) Cimon. (n) Rhyndacus fl. (o) Antandros. (p) Adramittium, (q) Pergamus.

MYSIA MINOR.

Mysiæ Minoris Flumina. Ida. Urbes.

V. In *Minori Mysia*, quam Helleſpontus & Propontis perfundunt, amnes ſunt celebres, ο *Æſepus*, π *Granicus*, ρ *Simois*. Mons σ *Ida*, Paridis & *Oenones* amoribus notus. Urbes inſigniores, τ *Cyzicus* (1), υ *Parium*, φ *Lampſacus*, χ *Abydus*, & ↓ *Dardanum*.

LYDIA (2).

Lydiæ Flumina. Montes. Urbes

VI. *Lydiæ* pars altera dicitur *Mæonia*. Flumina in utraque ω *Caicus*, α *Hermus*, qui β *Pactolum* auriferis arenis famigeratum (unde χρυσορρόας dictus) recipit, & γ *Caiſtrus*, qui Lydiam à Caria diſpeſcit. Montes clari δ *Sipylus*, ε *Tmolus*, ζ *Meſogys*, η *Mimas*. Urbium nobiliſſimæ ϑ *Thyatira* (3), ι *Sardes*, κ *Philadelphia* (4).

(1) 70 *Annos poſt Romam condita.*

(2) *Hodie Caraſia.*

(3) *Dives Frumento, Goſſipio, & antiquitatum Veſtigiis, ampla, ſordida, cujus Ædificia ex vivis ceſpitibus a Sole ſiccatis propemodum componuntur.* Luyts.

(4) *A Turcis vocatur Urbs Dei; urbs eſt probe culta, in qua quatuor ſuperſunt Eccleſiæ, & numerus Chriſtianorum non exiguus. Ultimum inter Aſiæ Minoris urbes ab imperio Turcico ſubjugata.* Luyts.

(5) *Hodie abjectus vicus, quem fere Paſtores atque Bubulci incolunt.* Luyts.

C A-

BUNONIS.

ο (a) *Æſepus* ex Ida m. profluens, in Propontidem decurrit apud urbem Cyzicum.

π (b) *Granicus* [m] *fl.* ex Ida monte ortus, per Adraſteos campos præcipiti curſu volvitur, & inter Parium & Lampſacum in Propontidem influit. Hic in Adraſtiis campis neque longè à Cyzico inter Alexandrum M. & Perſas pugnatum eſt.

ρ (c) *Simois* ex Ida monte proſiliens, lacum apud Sigeum efficit. Ad Simoentis ripas Anchiſen cum Venere concubuiſſe, unde Æneam natum, in poëtarum fabulis eſt.

σ (d) *Ida* Paridis judicio celebris, cujus cacumen vocatur (e) *Gargarus*; multorum fluviorum genitor: inde *ſinus* Troadis (f) *Idæus* appellatur. In Creta quoque Inſula ejuſdem nominis mons eſt.

τ (g) *Cyzicus* ad Propontidem & Æſepi fl. oſtium, in inſula pene continenti juncta jacet, urbs antiqua.

υ (h) *Parium* inter Cyzicum ad Septemtrionem, & Lampſacum ad Meridiem ad Propontidem poſitum, hodieque vocatur *Pario* [n].

φ (i) *Lampſacus* ad Helleſpontum & Granici fluminis oſtium, inter Parium & Abydum, è regione Callipolis in Thracia urbis. Xerxes Perſarum Rex *Lampſacum* urbem Themiſtocli exſuli dedit, unde vinum ſumeret: ſicuti *Magneſiam* eidem donarat, quæ panem illi præberet, & *Myuntem*, ex qua haberet obſonium. Erant Lampſaceni maximè ſedati & quieti; atque præter cæteros ad ſummum Græcorum otium potius, quàm ad ullam vim aut tumultum accommodati. *Cic.* in Ver.

χ (k) *Abydus*, hodiè *Avido*, contra Seſtum Thraciæ urbem jacens, incolas olim habuit ſycophantas & effæminatos: unde proverbium [o]: *Ne temere Abydum.*

↓ (l) *Dardanum* eo fuit ſitu, quo hodiè arx (m) *Dardanello*, cui in Thraciæ litore objacet caſtellum aliud ejuſdem nominis. De his dictum eſt ſuperius lib. IV. cap. 14. ad ſ. 2. Venetorum claſſis Turcarum copias maritimas, claſſemque inſtructiſſimam, ad hæc ipſa caſtella invaſit & profligavit, ingenti victoriâ potiti Anno 1656.

ω (n) *Caicus* hodiè *Girmaſti*, inter Eleam decurrit & Pitanen illam, quæ *Arceſilam*, nihil affirmantis Academiæ clariſſimum antiſtitem, tuliſſe dicitur.

α (o) *Hermus* hodiè vulgò vocatur *Sarábat*, ex Phrygia majore fluens inter Phocæam & Smyrnam in ſinum decurrit Smyrnæum, Mela teſte [p].

β (p) *Pactolus* ex Tmolo monte oritur, Sardeſque alluit. *Pactolos* & *Tagos* ſibi polliceri dicitur is, qui ſibi ingentes divitias promittit.

γ (q) *Cayſtrus* ex Majore Phrygia ortus inter Epheſum & Colophonem mare ſubit.

δ (r) *Sipylus* hodie *Cuſimas* dicitur. Opidum quoque fuit *Sipylum* ſeu *Sipylus* in Lydia, terræ motu abſorptum, quod & *Tantalum* dictum fuit.

ε (s) *Tmolus*, nunc *Tomalize* dictus, in Trallenſi & Sardenſi agro vitibus conſitus erat, crocum etiam copioſè producebat.

ζ (t) *Meſogys* inter Hermum & Cayſtrum ponitur fluvios.

η (u) *Mimas* mons & promontorium, hodiè *Capo Stillari*, Colophoni urbi vicinus eſt.

ϑ (x) *Thyatira*, nunc *Tire* ſeu *Tiria*: in ſeptem Eccleſiarum numero memoratur Apoc. 2.

ι (y) *Sardes* apud Tmolum montem poſita urbs olim Crœſi erat regia; quòd Jones Athenienſium auxilio Sardes expugnaſſent, Perſarumque præſidia interfeciſſent, bellum intulit Athenienſibus primùm *Darius* Rex, ac deinde *Xerxes* paternam cladem in campis Marathoniis acceptam vindicaturus. Eadem urbs produxit *Polyæum*, cujus exſtant Lib. 8. ſtrategematum [q]: & *Eunapium*, qui vitas Philoſophorum & Sophiſtarum aliquot conſcripſit. Sardibus quæ erat Eccleſia memoratur Apoc. 3. (5).

HEKELII.

[m] Quem aliqui à *Græco Theſſali* Filio dictum putant.

[n] Ex hac Civitate fuit *Neoptolemus*, cognomento *Gloſſographus*: Vir memoratu digniſſimus.

[o] Apud *Eraſmum* Chil. I. Cent. VII. *Adag.* 93. p. 218. col. b.

[p] *Solino* in *Polybiſt.* c. 53. p. 114. lin. 30. ſeq.

[q] *Lugduni* ap. *Joan. Tornæſium Iſaaci Caſauboni* cura *Juſti Vulteji* Verſione adjecta, 1589, in 12° editi.

BUNONIS.

κ (z) *Philadelphia*, adhuc *Filadelfia* appellatur, ad Tmoli montis radices poſita, terræ motibus aliquoties concuſſa fuit. Et hujus Eccleſiæ fit mentio Apoc.

(a) Æſepus fl. (b) Granicus fl. (c) Simois fl. (d) Ida. (e) Gargarus. (f) Idæus ſinus. (g) Cyzicus. (h) Parium. (i) Lampſacus. (k) Abydus. (l) Dardanum. (m) Dardanello. (n) Caicus fl. (o) Hermus fl. (p) Pactolus fl. (q) Cayſtrus fl. (r) Sipylus fl. (s) Tmolus m. (t) Meſogys m. (u) Mimas m. (x) Thyatira. (y) Sardes. (z) Philadelphia.

Caria (1).

VII. In λ *Caria* flumina, μ *Mæander*, in Phrygia Majori ortum, & ab hoc receptum ν *Lycus*. Montes ξ *Phœnix*, ο *Mycale* & π *Latmus*. Urbes claræ ρ *Tripolis*, σ *Laodicea*, τ *Antiochia*, υ *Magneſia*, φ *Priene*, χ *Alabanda*, ψ *Stratonice*, Cariæ Flumina. Montes. Urbes.

(2) *Hodie Aidinelli.*

Apoc. 3. A Lydia dictus eſt *Lapis Lydius* : ipſique *Lydi* molles & voluptatibus feruntur dediti. Cæterum *Curtio* lib. 4. cap. 11. (a) *Halys fl.* terminat Lydiam, quo loco *Lydium Imperium* intelligas oportet. Herodotus quippe lib. 1. tradit imperium Medicum & Lydium Haly Fluv. fuiſſe diſterminata. *Halys* autem *fluv.* Plinio teſte. lib. 6. c. 2. *a radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamque decurrens, Opida Gangre, Cariſſa, inde Amiſum liberum, a Sinope CXXX mill. paſſ. Ejuſdemque nominis ſinus, tanti receſſus, ut Aſiam peninſulam faciat CC M paſſuum haud amplius per continentem ad Iſſicum Ciliciæ ſinum.* Secundum Herodotum lib. 1. *Imperium Medorum & Lydorum diſterminat Halys fl. qui ex Armeno monte profluens primum Cilicas, dehinc Matienos; qui ſunt ad dextram, & Phrygas, qui ſunt ad lævam: tum Boream verſus tendens Syros, Cappadoces & Paphlagones interfluit, Cappadoces a dextra, Paphlagones a ſiniſtra perſtringens.* Itaque Halys fl. cuncta ferè ſuperiora Aſiæ, à mari, quod Cypro objectum eſt, ad Euxinum uſque Pontum dirimit.

λ (b) *Caria* ad Septentrionem habet Joniam; ad Ortum Lyciam; ad Occaſum mare Myrtoum; ad Meridiem Rhodium mare [r].

μ (c) *Mæandrus fl.* ex arce Celænarum ſumma ortus, mediâ urbe decurrens, per Cares primum, deinde per Jones, ac demum in ſinum maris editur, qui inter Prienem & Miletum eſt. Liv. l. 8. dec. 4. hodie *Madre* nominatur; adeò obliquè dicitur fluere, ut in ſe ipſum videatur recurrere & vel ſexcentas facere Flexiones; unde *Gyri Mæandri* [ſ] in proverbium abiere; *Mæander* hinc, Nonio teſte, ſignificat picturæ genus, labyrinthorum in morem flexuoſis ambagibus implexum, ad oras chlamydum.

ν (d) *Lycus fl.* Laodicéam poſtquam alluit, cum Mæandro confluit. Ad horum confluentes fuit (e) *Coloſſæ*, hodiè *Chonead*, ad quam S. Pauli miſſa epiſtola. *Coloſſas* fuiſſe urbem Phrygiæ in Aſia Minore tradit *Strabo* [t]; eam *Laodiceæ* & *Hierapoli* vicinam fuiſſe docent *Chryſoſtomus* & *Theophylactus*. *Herodotus* eam appellat *magnam urbem*, Lib. vii. Similiter Xenophon Lib. I. de expedit. Cyri. *Plinius* Lib. V. Hiſt. nat. p. 32. opidum vocat celeberrimum. *Paulus Oroſius* l. vii. c. 7. commemorat, *Coloſſas*, *Laodiceam*, & *Hierapolim*, urbes vicinas terræ motu concidiſſe. A Strabone *Colloſſæ* in Phrygia pronuntur.

ξ (f) *Phœnix* mons ad oram pertingit maritimam, quæ Rhodo inſulæ objacet.

ο (g) *Mycale* mons & promontorium è regione Sami eſt. Erat tamen & Mycale Cypriorum urbs, ad quam Cimon Athenienſis Phœnices navali prælio ſuperavit.

π (h) *Latmus* apud Mæandri Fluminis oſtia eſt, Endimionis à Luna adamati amoribus nobilis.

ρ (i) *Tripolis* apud Cayſtrum ponitur fl. [u].

σ (k) *Laodicea* hodiè vulgò *Laudichia*, Eccleſiæ memoratur Apoc. 3. *Laodicea* 1 Tim. 6. verſ. ult. vocatur metropolis *Phrygiæ Pacatianæ*, quod epitheton apud ætatis priſcæ ſcriptores non legitur: ſed apud illos, qui Romani Imperii jam inclinantis provincias deſcripſerunt. Claromontanum codicem mentionem non facere loci, unde ſcripta hæc ſit epiſtola, ait *Beza* in notis *N. T.* Cæterùm Laodiceæ vicina fuit (l) *Hierapolis*, quæ Majori Phrygiæ aſſcribitur, ubi *Epaphras*, de quo Coloſ. 4. docuit. *Philippus Apoſtolus* ibidem trucidatus, & cum filiabus ſepultus eſt. *Euſeb.* 1.

τ (m) Multæ exſtitere *Antiochiæ*; at hæc à Laodicea verſus Septentrionem collocatur.

υ (n) *Magneſia*, hodiè vulgò *Mangreſia*, ad Mæandrum fl. eſt. *Themiſtocles* exul hic domicilium ſibi conſtituerat: Eam enim urbem Xerxes illi donârat, *quæ ei panem præberet*; ibidemque mortuus eſt. Hic Antiochus Rex à Scipione victus eſt, qui inde *Aſiaticus* cognominatus.

φ (o) *Priene* Biantis patria, hodie *Palatio*, Heracleæ proxima eſt, inter quam & Miletum Mæandrus fl. in mare excurrit.

χ (p) *Alabanda*, hodiè *Alabanda* ſive *Eclabanda*, urbs rmediterranea eſt, olim fortunatiſſima, nunc in proverbio [x] *urbem* notat *fortunatam*: Juvenalis Poëta eam inter urbes barbaricis deliciis & luxu perditas recenſet. Nomen ſortita eſt ab *Alabando* Conditore, Caris, qui gentem condidit, filio, quem Deum etiam habuere, & religioſiùs, quàm alium quemvis Deorum, venerati ſunt. *Apollonius* ille Alabandenſis dicendi magiſter, & ſummus doctor, ut eum Cicero appellat, qui quum mercede doceret, non patiebatur tamen eos, quos oratores evadere non poſſe judicaret, operam apud ſe perdere, dimittebatque unumquemque ad quamcunque artem aptus ipſi videretur, atque ad eam impellere talem & hortari ſolebat.

ψ (q) *Stratonice* olim urbs mediterranea, hodie in ruinis jacet.

HEKELII.

[r] Dicta a. *Caria* à *Cara* Rege, qui primus AUGURIA AVIUM dicitur inveniſſe.

[ſ] Ab *Eraſm.* Chil. IV. Cent. X. *Adag.* 58. p. 847. col. b. atque *Manutium* in *Adag. Selectiorib.* p. 1205. col. b.

[t] Lib. XII. *Geogr.* p. 230. Tom. II.

[u] Meminit hujus *Curtius* Lib. IV. c. 1. Sect. 27.

[x] Apud *Eraſm.* Chiliad. II. Cent. I. *Adag.* 99. p. 326. col. b.

BUNO-

(a) Halys fl. (b) Cariæ termini. (c) Mæandrus fl. (d) Lycus fl. (e) Coloſſæ. (f) Phœnix m. (g) Mycale m. (h) Latmus m. (i) Tripolis. (k) Laodicea. (l) Hierapolis. (m) Antiochiæ. (n) Magneſia. (o) Priene. (p) Alabanda. (q) Stratonice.

nice, & in litore ω *Miletus*, dives quondam atque potens mari Græcorum civitas, α *Myndusque*.

ÆOLIS (1).

Æolidis urbes.

VIII. In β *Æolide* urbes inclytæ, γ *Cuma* (2), δ *Phocea*, ε *Elea*.

IONIA. (3)

Jonia. Smyrna. Clazomenæ. Teos. Lebedus.

IX. In ζ *Jonia*, urbes, η *Smyrna* (4), ϑ *Clazomenæ*, ι *Teos*, κ *Lebedus*, λ *Colophon*,

(1) *Sic appellata ab Æolibus Græciæ populis, qui in ipsam relicta patria trajecere, ibidemque ædificatis in ea, teste Herodoto, 12 urbibus sedes suas fixerunt. Hodie Regionis pars est quæ Sarcum dicitur.*

(2) *Quæ Sibyllæ Cumanæ cognomentum imposuit.* Luyts.

(3) *Hodie pars Regionis quæ Sarcum dicitur. Incolæ appellati sunt Iones ab Ionibus Græciæ populis oriundi.*

(4) *Emporium celeberrimum quod Turcæ maximo numero, item Græci, Armeni, Judæi & plurium Nationum Europæarum consuetes habitant.*

BUNONIS.

α (a) *Miletus*, hodiè vulgò *Melasso*, haud longè a Mæandri ostiis jacens, etiam *Anactoria* ab *Anacte*, quodam Cœli & Terræ filio, dicta est. (b) *Cadmus Milesius* (alius à *Cadmo Phœnice*, qui literas in Græciam intulit) orationis prosæ primus autor, scripsit historiam Milesiorum. Est Miletus patria *Thaletis Astrologi*, qui inter septem sapientes Græciæ censetur; itemque *Timothei Musici*, & *Anaximandri Physici* [y]. Miletum nobilitavit pretiosissima lana, & stragula Milesia erant in pretio. Cives ejus urbis adeo luxu & deliciis fluebant, ut Aristides Philosophus libros de illorum luxuria componeret.

α (c) *Myndus*, hodie *Menteshe*, sedes Præfecti, urbs maritima est. Cæterùm *Cares*, militia olim clari, viles tamen habiti sunt, quòd mercede militarent, ac in prima acie locati, primos hostium impetus sustinentes, vitam mortemque juxta æstimarent.

β (d) *Æolis* seu *Æolia* ad mare Ægæum inter Troadem ad Septentrionem, & Joniam ad Meridiem porrigitur. ex quo ab Æolis incoli cœpit Æolia facta est, quæ antè erat Mysia. Prima urbs in ea à *Myrino* condita (e) *Myrina* vocata est.

γ (f) *Cuma*, seu *Cyme* altera fuit à Pelope inter Myrinam & Phocæam ad oram maritimam exstructa. Cumani habiti sunt insulsi & stupidi.

δ (g) *Phocæa*, hodie *Foja Vecchia*, apud ostia Thermi fl. inter Cumam & Smyrnam posita, Massiliæ in Gallia mater est; ipsa Athenienſium colonia.

ε (h) *Elea* Pergamenorum Portus, apud Caici fl. ostia, inter Myrinam & Pitanem jacet, Patria Zenonis, qui dialecticen invenit, & patientissimus exstitit in perferendis apud Nearchum tyrannum cruciatibus.

ζ (i) *Jonia*, Turcis *Quiscon*, inter Æolidem, Cariam & mare Ægeum extenditur. Peuceri & aliorum sententia cum regioni, tum incolis id nominis tributum est à *Javan* [z]. Jones se jactitârunt & appellantur Athenienses; quum se etiam αὐτόχθονας assererent, & cæteros Græcos ἐπήλυδας: & ob hanc causam *Attica* videtur etiam *Ionia* dicta.

η (k) *Smyrna* [a] in ipsa Joniæ peninsula jacens antiquum retinuit nomen, Turcis *Ismir* appellata, urbs maritima, à Theseo aut Tantalo condita, prius *Naulochos*, ac deinde à *Smyrne* Amazone [b] id nominis sortita est. Philostrato omnium urbium, quæ sub Sole sunt, pulcherrima est; hodieque regionis caput & Satrapæ sedes, mercaturâ celebris. Smyrnæus habetur (l) *Homerus* Poeta [c], cujus Sepulchrum ibidem hodie ostenditur. Septem sunt urbes, quæ de Homeri stirpe certant; *Smyrna*, *Rhodus*, *Colophon*, *Salamis*, *Chius*, *Argos*, *Athenæ*.

Smyrnæus quoque fuit (m) *Cointus*, qui Paralipomena Homeri lib. XIV, scripsit suavissimo orationis genere: itemque (n) *Nicetes*, præclarus Sophista, quem Hadrianus Imperator tanti fecit, ut eum toti Ægypto præficeret. Smyrnæ Episcopus fuit (o) *S. Polycarpus*, Johannis Evangelistæ Discipulus & Martyr, cujus fidem & patientiam ipse Filius Dei probat, Apoc. 2. [d]. Cæterùm Smyrnæi licet deliciis & luxui essent dediti, fortiter tamen, ubi ferebat casus, se gerebant: unde *mores Smyrnæi* proverbio dicebantur de iis, qui ita deliciis essent dediti, ut, quæ viros deceant fortes, non omitterent. A Smyrna (p) *Sinus Smyrnæus* nomen & appellationem habet.

ϑ (q) *Clazomenæ* seu *Clazomena* urbs Joniæ maritima inter Smyrnam & Erythras, ubi illa in peninsulæ faciem abit, super anguſtias posita est, hinc *Clazomena*, illinc *Teos*: quæ quoniam terga jungunt confinio adnexæ, muris diversis, frontibus diversa maria prospectant. Clazomenius fuit (r) *Anaxagoras* Philosophus, Physicæ cultor adeo assiduus, ut rei tum privatæ, tum publicæ omnem curam abjiceret. Nivem nigram esse probaturus hoc argumento usus est: *Nix aqua est*; *aqua autem nigra est*: *ergo & Nix nigra est*.

ι (s) *Teos* cujus situs jam indicatus est, (t) *Anacreontis* Poëtæ patria, cujus tota Poësis amatoria & suavis fuit. *Teja* etiam (u) *Erinna* Poëtria fuit Dionis Syracusani temporibus, quæ Dorica lingua scripsit elegans Poëma, ad Homeri excellentiam accedens.

κ (x) *Lebedus* seu *Lebedos* urbs maritima, inter *Teon* & Colophonem erat: ibi quotannis ludi celebrabantur in honorem Bacchi.

λ (y) *Colophon* in ora maritima est, ubi *Calchas* vates diem obiit supremum. *Alicui rei Colophonem addere*, in proverbio est, pro summam & ultimam manum rei imponere; aut adhibere id, sine quo negotium confici nequit. Proverbium inde natum est, quod Colophonii equestri militia adeo excelluerunt, ut nullum ferè prælium sine Colophonii equitatus ope atque auxilio confici posset [e]

HEKELII.

[y] Vid. Celeberrimi mei *Quenstedtii* Dialog. de *Patriis illustr.* p. 475. seq.

[z] Aliàs est una de amœnissimis, fertilissimis & sapientibus Terris, sed propter peccata & præcipuè libidines, tempore Cyri Majoris horribiliter, & hodie longe horribilius sub *Turcico Imperio* captivata &

(a) Miletus. (b) Cadmus. (c) Myndus. (d) Æolis. (e) Myrina. (f) Cuma seu Cyme. (g) Phocæa. (h) Elæa. (i) Jonia. (k) Smyrna. (l) Homerus. (m) Cointus. (n) Nicetes. (o) S. Polycarpus. (p) Sinus Smyrnæus. (q) Clazomenæ. (r) Anaxagoras. (s) Teos. (t) Anacreon. (u) Erinna. (x) Lebedus. (y) Colophon.

phon, non tam μ *Clarii* Apollinis oracuło, quam Homeri natalibus nobilis; & ν *Epheſus* omnium clariſſima; cujus decus templum Dianæ, Amazonum opus, adeo magnificum, ut Xerxes, cum omnia Aſiatica templa igni daret, huic uni pepercerit: quod poſtea *Heroſtratus*, ut nomen memoria ſceleris extenderet, incendio deſtruxit. Id poſtmodum ad auguſtiorem cultum Epheſii reformarunt (1). Colophon. Clarii. Epheſus.

DORIS (2).

X. In ξ *Doride* urbes fuere, ο *Halicarnaſſus* (3) & π *Cnidus*. 2

CAP. Doridis urbes.

& vaſtata. Hæc *Michael Neander* Part. II. *Orb. Terræ*, f. 158. fac. a.

[a] Sophiano *Smirne*.
[b] Quæ *Epheſum* occupavit.
[c] Ingenii ille cœleſtis Vates.
[d] Vid. *Quenſtedt.* loc. cit. p. 480. ſeq.
[e] Leg. *Eraſmi* Chiliad. II. Cent. III. *Adag.* 45. p. 362. col. b.

BUNONIS.

μ (a) *Clarum* Euſtathius Colophonis facit navale; qui locus fuerit Colophoni vicinus. *Strabo* enim [f] *Apollinis Clarii* lucum ante Colophona ponit; & *Mela* hoc *Apollinis Clarii* fanum cum Colophone conjungit. *Germanicus*, quod *Tacitus* [g] tradit, Colophona appulit, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur. Fuit ergo hoc Fanum ad ipſam urbem Colophona.

ν (b) *Epheſus* urbs maritima inter Cayſtrum & Mæandrum fluvios poſita, à Colophone haud longè remota, vulgò nunc *Efeſo* dicitur, & Turcis *Figena* à priſtino ſplendore longiſſimè hodie abeſſe perhibetur [b]. Iſtud (c) *Dianæ Templum* à tota Aſia annis 400 exſtructum eſt, cujus operis ornamenta plurium librorum inſtar obtinebant. In eodem templo inter cætera fuit (d) *Hecatæ ſtatua*, in cujus contemplatione ædituus admonuit oculis parcere; tanta fuit marmoris radiatio. *Plin.* [i]. Eadem die templum iſtud conflagravit, quâ *Alexander M.* Pellæ natus eſt. Epheſii fuerunt (e) *Heraclitus* Philoſophus, & (f) *Hipponax* Poëta, (g) *Artemidorus* item Philoſophus, cujus exſtant libri V de ſomniis, & ſomniorum interpretatione. *Lex Epheſiorum* fuit, quæ jubebat *recordari quotidie alicujus Veterum, qui honeſte vixiſſet* [k]. Cæterùm Eccleſia quæ Epheſi erat, à S. Paulo quidem fundata fuit, (h) S. *Johannes* tamen Evangeliſta eidem præfuit uſque ad tempora Trajani ad Annum Chriſti 101, quo placidè exſpiravit; quum anteà ſub Domitiano ferventi oleo Romæ fuiſſet immerſus, & in Patmon inſulam relegatus, ſub Nerva ad Eccleſiam rediiſſet.

ξ (i) *Doris* ad extremam hujus litoris oram ſita eſt.

ο (k) *Halicarnaſſus* ad Ceramicum ſinum poſita, quondam regia fuit Regum Cariæ; (l) *Herodoti*, Hiſtoriarum patris natale ſolum, qui tandem per coloniam cum aliis Thurium in Italiam traductus eſt: & *Dionyſius*, Alexandri filius, Hiſtoriæ Romanæ auctor, Halicarnaſſenſis eſt: itemque alius *Dionyſius Junior* dictus, qui ſub Hadriano floruit, ac emiſit Hiſtoriæ Muſicæ lib. 36.

π (m) *Cnidus*, in extrema ferè peninſulæ parte, qua in mare procurrit, eo fuiſſe putatur ſitu, quo hodie urbs *Standia* eſt: alii tamen ad ipſum promontorium, quod hodie vulgo *Capo Crio* appellatur, Cnidum ponunt. Ovidius *Cnidon piſcoſam* vocat. Hic erat *Veneris ſtatua*, Praxitelis opus magni pretii; quo loco & ipſa Venus colebatur. *Cnidius* fuit (n) *Cteſias*, qui in prælio, quo Cyrus ab Artaxerxe fratre victus eſt, à Perſis captus Artaxerxem vulneratum ſanavit; poſtea totis annis 17 apud Regem verſatus, medicinam in Perſia exercuit, & res Aſſyrias & Perſicas 23 libris complexus eſt. Ex prioribus ſex Aſſyriarum rerum ſe hauſiſſe ea, quæ de Aſſyriis ſcripſit, profitetur *Diodorus Siculus* lib. 2. A multis tamen vanitatis arguitur hic Cteſias. Inter Cnidum & Halicarnaſſum in eodem litore erat (o) *Ceramus* urbs, quæ proxima *ſinui* nomen dedit, ut diceretur (p) *Ceramicus*.

HEKELII.

[f] Lib. XIV. p. 340.
[g] Lib. II. *Annal.* c. 54.
[b] Hæc Civitas, utpote totius citerioris *Aſiæ* Emporium celeberrimum, loco cavo olim habitata, diluvium paſſa eſt, quocum plurimi extincti eſſent; *Lyſimachus* Civitatem in eum locum, ubi nunc eſt, tranſtulit, & ab Uxoris nomine *Arſionem* vocavit. Eo mortuo priſtinum nomen receptum eſt.
[i] Lib. XXXVI. c. 5. p. 636. lin. 10. ſeq.
[k] *Epheſiæ* a. *Litteræ* erant *Notulæ* quædam & *Voces magicæ*, quibus utentes in omni negotio victores evadebant. Unde natum proverbium EPHESIÆ LITTERÆ: quod de iis dicitur, qui mirâ felicitate, tanquam divinâ Virgulâ, quicquid optant, aſſequuntur. Conf. *Eraſmi* Chiliad. II. Cent. VIII. *Adag.* 49. p. 475. col. a.

REISKII.

2 (q) *Æolis*, *Jonia* & *Doris* quin Græcas colonias vel ipſo nomine præ ſe ferant, nemo dubitat, quisquis originum Græcarum non eſt inſcius aut expers. Nam Æoles, Pelaſgi anteà dicti aut Æolenſes duce Penthefileo prius Thraciâ penetratâ in Aſiam trajecerunt, inferioris Myſiæ potiti. Hæc prima fuit *Æolica* nempe *migratio* Græcis Auctoribus deſcripta: Sed altera longe celebrior, nempe *Jonica*, centum & triginta poſt excidium Trojæ Annis contigit. Jones enim Codro rege defuncto Atticam Athenaſque deſerturi, Neleo Antrodoque Ducibus, & in ſocietatem Dorienſibus admiſſis, Aſiam hujuſque oram maritimam inſederunt: Hinc (r) Jonia & (s) Doris duplex regio, ſed Jones primas & ultimas origines ad *Java-*

(1) *Hodie vicus & urbis cadaver, cujus magnificentiam copioſiſſima loquuntur rudera.* Luyts.
(2) *Dorii originem trahebant a populo Græciæ ejuſdem nominis.*
(3) *Olim Regia Regum Cariæ, ubi fuit Mauſoleum Regis Mauſoli, inter Orbis miracula habitum, nunc uſque eo exciſa eſt ut de ſitu diſputetur.*
Sunt qui illius rudera ex adverſo Coi inſulæ collocant.

(a) Clarum. (b) Epheſus. (c) Dianæ Templum. (d) Hecatæ Statua. (e) Heraclitus (f) Hipponax. (g) Artemidorus. (h) S. Johannes. (i) Doris. (k) Halicarnaſſus. (l) Herodotus & Dionyſius Halicarnaſſenſes. (m) Cnidus. (n) Cteſias. (o) Ceramus. (p) Sinus Ceramicus. (q) Æolis. (r) Jonia. (s) Doris.

Javanem, filium Japheti, quem ſacra hiſtoria præbet, proximas fortaſſe ad *Jonem Xuthi filium*, quem Græca ſuperius explicata præbuit. (a) Heic de ſeptem Eccleſiis Apocalypticis & urbibus, in quibus eæ floruerunt, loquendi materia datur: Sed heic juvabit *Notitiam ſeptem Eccleſiarum Aſiæ* citari, quam Thomas Smith, Anglus doctiſſimus, ipſe Anno 1671. αὐτόπτης & accuratiſſimus ſpectator edidit.

(a) Eccleſiæ Apocalypticæ.

CAP. XIX.

Lycia, Pamphylia & Cilicia.

I.

Lyciæ fines. α LYcia, quæ nunc *Aldinelli* (1), terminatur ab *Occaſu* & *Septemtrione* Aſia Minore, ab *Ortu* Pamphylia, à *Meridie* mari ſuo, quod Lycium eſt.

Chimæra mons. Montium celebratiſſimus β *Chimæra*, nocturnis æſtibus fumum exhalans: unde fabula triformis monſtri in vulgum data eſt, quod Chimæram animal putaverunt. Hinc Ovidius,

Quoque Chimæra jugo mediis in partibus hircum,
Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.

Xanthus. Limyrus. Patara. Andriace. Telmeſſus. In cacumine quippe *Leones* habitabant; in medio, ubi paſcuis abundat, *capræ*; in radicibus *Dracones*. Fluvii celebres, γ *Xanthus*, δ *Limyrus*. Urbes; ε *Patara*, ζ *Andriace*, η *Telmeſſus*.

PAMPHYLIA.

Pamphyliæ fines. II. ϑ *Pamphylia*, quæ nunc ι *Menteſeli*, clauditur ab *Septemtrione* Galatia, ab *Oriente* Cilicia & Cappadocia, à *Meridie* ſuo mari, quod Pamphylium, ab *Occi-*

BUNONIS.

α (a) *Lycia* à Lyco Pandionis filio cognominata ſecundum Auctorem noſtrum & alios hodie dicitur *Aldinelli*: Verùm in novis tabulis & ab aliis Geographis Lycia appellatur hodie *Menteſeli*, quod nomen Auctor Pamphyliæ aſſcribit.

(1) *Vel Menteſelli.*

β (b) *Chimæra*, mons à Bellerophonte habitabilis redditus traditur; unde illum interfeciſſe monſtrum iſtud triforme, fabulati ſunt Poëtæ. *Ignem* illius aquâ accendi, terrâ verò aut fœno exſtingui, tradit Plinius [a] ex Cteſia Cnidio. Horatius [b] *meretricem* appellat *Chimæram*, ſatis appoſitè ſanè; & *Fulgentius* Chimæræ fabulam ad amorem interpretatur: qui quum venit, feraliter & ſicut leo invadit, nec quieſcit, niſi patratâ libidine, quod capra ſignificat libidinoſum animal; in fine autem ſerpentis, ſive draconis inſtar, pœnitentiæ morſum relinquit,

γ (c) *Xanthus* Cadmo monte ortus Xanthum urbem interluit, & in Mare Lycium devolvitur.

δ (d) *Limyrus* per *Limyram* urbem, 20 ſtadiis à litore remotam, fluit, ſubitque mare Lycium inter Andriacen & Aperras urbes.

(2) *Quod per ſemeſtre brumale reſponſa dabat.*

ε (e) *Patara*, hodieque antiquum nomen retinet, olim etiam *Arſinoe* dicta, ad litus jacens, habuit delubrum & Oraculum Apollinis, Delphico ſimile [c] (2).

ζ (f) *Andriace* in eodem jacet litore Pataræ vicina.

η (g) *Telmeſſus* ſeu *Telmiſos* ultra Xanthum flumen eſt in finibus Lyciæ; ſinus iſte (h) hinc dicitur *Telmeſſius*. Cæterum Lycius fuit (i) *Proclus Philoſophus*, cujus hymni Græci aliquot, & Commentaria in aliquot Platonis Dialogos etiamnum ſuperſunt.

ϑ (k) *Pamphylia*, Plinio [d] teſte, etiam *Mopſopia* dicta eſt.

ι Aliis una cum Cilicia hodiè appellatur *Caramania*.

HEKELII.

[a] Lib. II. c. 106. p. 30. lin. 39.

[b] Lib. I. *Carmin.* Od. 27. v. 24.

[c] Sunt qui hanc urbem vel à *Pataro*, *Apollinis*, ex *Lycia Xanthi* Filia, Filio, vel ab alio *Pataro*, *Lapeonis* Filio, dictam volunt. Meminit ejus *Strabo* Lib. XIV. *Geograph.* p. 348.

[d] Lib. V. c. 25. p. 75. lin. 23.

REISKII.

1 Tres ultimas regiones ex iiſdem, è quibus Aſiaticæ vicinæ, coloniis emerſiſſe ad cultum & frequentiam majorem, nullus dubito. (l) *Lycia* ἐκ τῶ λύκε à Fluvio cognomine ac vicino; (m) Pamphylia ἐκ τῶ παμφύλε nomen Græcis auctoribus invenit, quaſi hanc regionem vario incolarum genere habitatam dixeris.

(a) Lycia. (b) Chimæra. (c) Xanthus fl. & op. (d) Limyrus fl. & Limyra urbs. (e) Patara. (f) Andriace. (g) Telmeſſus. (h) Sinus Telmeſſius. (i) Proclus Philoſoph. (k) Pamphylia ſeu Mopſopia. (l) Lycia. (m) Pamphylia.

Occidente Lycia ac Phrygia Majori, Regiones in ea ſunt *Carbalia* & *κ Piſidiæ* pars, cujus alteram in Galatia memoravimus. *Piſidæ* anteà *λ Solymi* dicti fuere. Montium nobiliſſimus eſt *Taurus*, qui totius Orbis maximus, à Pamphylio mari juxta Chelidonias inſulas exoriens, per varias innumeraſque gentes, aliis aliiſque nominibus ab Occaſu in Ortum ad Scythiæ uſque, & Indiarum fines extremos extenditur, pari longitudine fere, qua ipſa Aſia, dividitque Aſiam univerſam in duas partes, quarum altera, quæ Septentrionem ſpectat, *Aſia* dicitur *intra Taurum*, altera quæ Meridiem, *Aſia extra Taurum*. Porro urbes in Pamphylia inſignes ſunt *μ Side*, *ν Seleucia Piſidiæ*, *ξ Antiochia*, *ο Termeſſus* & *π Perga*.

Carbalia. Piſidiæ pars. Piſidæ ſeu Solymi. Taurus m.

Aſia intra Taurum & extra Taurum. Side.

CILICIA.

III. *ρ Cilicia* quæ nunc *Carmania* [e], longiſſimo tractu inter Taurum & Cilicium mare porrecta, fluvios celebres habet, *σ Calycadnum*, *Lamum*, *τ Cyd-*

Seleucia Piſidiæ. Antiochia. Termeſſus. Perga. Ciliciæ fluv. & urbes.

dixeris. Lycia enim contigua primo Ciliciæ, Pomponio Stephanoque teſtibus, nec littoralis aut mari proxima fuit; Pamphylia prorſus mediterranea littoralem tractum tenuit. Poſt hæc Lycia duas in partes, *exteriorem*, puta maritimam, & *interiorem* diviſa, provincia primum præſidialis, poſtea conſularis ævo Impp. ultimo fuit: Pamphylia vero ultimus Dioeceleos Aſiaticæ terminus Piſidiam, Iſauriam & Lycaoniam comprehendit. (a) *Cilicia* duplex erat, *prima* vel *campeſtris*, & *ſecunda* vel *aſpera*, Græce τραχεῖα: Bochartus igitur ab aſperitate lapidoſa, dictam conjicit, & Punico quidem vocabulo חלק *chalek*, i. e. ab *lapide*: Hinc Græcis χέλικα, poſtremo κιλικία, Romanis Cilicia. vid. Lib. I. c. 5. De *Chimæra* monte ignivomo ac hujus nomine idem ſingularia obſervata ſuggeret.

BUNONIS.

κ (b) *Piſidia* iſta & Pamphyliæ pars Septemtrionalis, hodie Turcis *Verſacili* dicta à *Verſaco* primaria urbe, & ſede præfecti, quæ *Antiochia Piſidiæ* erat veteribus.

λ (c) *Solymos* appellatos fuiſſe *Piſidas* docet Stephanus [f], à *Solymo* Jovis filio.

μ (d) *Side* vel *Syda* urbs eſt maritima in Ciliciæ confinio ſita.

ν (e) *Seleucia Piſidiæ* hodiè vulgò *Celeſtria* dicta, à Pergâ verſus Septentrionem jacet.

ξ (f) *Antiochia Piſidiæ* non longe à Seleuciâ ponitur.

ο (g) *Termeſſus* [g] inter Pergam & Antiochiam ponitur.

π (h) *Perga* ſeu *Perge*, hodie *Pirgi* inter Ceſtrum & Cataractem fl. 60 ſtadiis à litore remota, nunc pene jacet. Dianæ templum hic erat, unde illa *Pergæa* cognominata eſt. In Actis Apoſtolorum hujus fit mentio urbis: itemque (i) *Attaliæ*, quæ ab *Attalo* rege condita, vulgo *Satalia* dicitur. (k) *Phaſelis* à *Mopſo* Argivorum Rege in Pamphyliæ & Lyciæ finibus in monte condita, piratarum exſtitit ſedes: hinc *Phaſelus* navigii genus, quo Phaſelitæ piratæ utebantur. Solebant Phaſelitæ ob inopiam Diis piſcibus ſalitis ſacrificare; unde *ſacrificium Phaſelitarum* de munere ſordido & tenui ſumptu proverbio [b] dicitur. Clara itidem Pamphyliæ urbs erat (l) *Aſpendus* ſeu *Aſpendum*, in edito colle ad Eurymedontem fl. ab Argivis condita, quam poſſedêre finitimi. Aſpendius citharista omnia intus canebat: i. e. ſolâ ſiniſtrâ digitis chordas carpebat; atque levi modulatione cantilenam peragebat, ut vox ad ipſum citharistam duntaxat, aut proximè aſſiſtentem perveniret; *quod eſt intus canere*: quum vulgares citharœdi canentes dextrâ plectrum tenerent, quod *foris canere* appellabant, & ſiniſtrâ chordas carperent, & agerent utraque manu: unde Græcis proverbium natum; *omnia intus canere*; in eos, qui furtorum eſſent occultatores, & qui privati commodi impendiò eſſent ſtudioſi, ac fere, quicquid rerum agerent, id omne ad domeſticam referrent utilitatem. *Aſconius Pedian. Cic. in Verr. & Rull.* [i]. (m) *Eurymedon* fluvius ex Tauro ortus nobilitatus eſt pugna navali, qua ad ejus oſtia *Cimon* Athnienſium dux, Xerxem ex Græcia fugientem perſecutus, Phœnicas & Perſas vicit.

ρ (n) *Cilicia* terminatur ab *Occaſu* Pamphyliâ; à *Septentrione* Cappadociâ & Minore Armeniâ; ab *Ortu* Amano monte [k], à *Meridie* mari Iſſico & Cilicio.

σ *Calycadnus* hodie *Saleſo*, item *Fiume del ferro* Seleuciam Ciliciæ interluit, interque (o) *Sarpedonem* & *Zephyrium* promontoria in mare exit. Eſt autem Sarpedon hoc in loco Ciliciæ finis [l].

HEKELII.

[e] Vel *Carmannia*.

[f] Ex *Plinio* loc. jam cit. lin. 16. ſeq.

[g] Vel *Termiſſus*.

[b] Apud *Eraſmum* Chil. II. Cent. VII. *Adag.* 33. p. 455. col. a. non incommodè.

[i] Conf. *Eraſmus* loc. cit. Cent. I. *Adag.* 30. p. 305. col. a.

[k] Et *Portis Ciliciis*, ubi à *Syria* eſt diſcreta.

[l] Eſt & *Calycadnus* Fluvius *Iſauriæ* & Fons in *Calabria*.

(a) Cilicia. (b) Piſidia. (c) Solymi ſeu Piſidæ. (d) Syda ſeu Side. (e) Seleucia Piſidiæ. (f) Antiochia Piſidiæ. (g) Termeſſus. (h) Perga ſeu Perge. (i) Attalia. (k) Phaſelis, (l) Aſpendus. (m) Eurymedon fl. (n) Ciliciæ fines. (o) Sarpedon prom.

τ *Cydnum*, υ *Sarum* & φ *Pyramum*. Urbes claræ ſunt in litore, χ *Selenus*, ϒ *Pompejopolis*, antè *Soloe Cilicii* dicta, ω *Mallus* & α *Iſſus*, quæ *ſinui* cui adjacet, nomen *Iſſici* dedit: intus β *Tarſus*, D. Pauli Apoſtoli natalibus clara.

Soloe.
Mallus.
Iſſus.
Sinus Iſſicus.
Tarſus.

CAP.

BUNONIS.

τ (a) *Cydnus* ex Tauro monte, ſeu ſecundum alios ex alveo Choaſpis ortus mediam perfluit Tarſum, juxta Gymnaſium juniorum. Aqua ejus eſt rapidiſſima & frigida, quapropter hominibus & beſtiis auxiliatur, quæ nervos craſſiores habent; *Strabo* [m]. Et Cydnum podagræ mederi, cruribus eo merſis *Vitruvius* docet, ſed aqua ejus infeſta fuit Alexandro, quod madens & toto corpore incenſus in gelidiſſimum amnem inſiliret [n].

υ (b) *Sarus* inter Cydnum fl. & *Pompejopolin* mare ſubit.

φ (c) *Pyramum* ex Tauro monte ortum apud Mallum op. mare excipit.

χ (d) *Selenus*, urbs maritima eſt, haud longe à Calydni exitu.

ϒ (e) *Pompejopolis* inter Lamum fl. & Tarſum, olim à Rhodiis, Argiviſque, poſt Piratis, Pompejo aſſignante, poſſeſſa, exciſa & in vicum redacta hodie *Paleſoli* vulgò vocatur; urbs illa *Soli* ſeu (f) *Soloe* ſcribitur à *Solone*, quum à Cræſo eſſet dimiſſus, condita & appellata. Laërtius [o] tradit paucos Athenienſium tum ibi collocatos, ſenſim patriæ linguæ inter barbaros oblitos, cœpiſſe σολοικίζειν. Alii ab aliis barbaris affirmant Atticam linguam ibi depravatam; indeque natum Soloeciſmum. Cæterùm urbs illa erat *Chryſippi* patria [p]. Juxta eandem in parvo tumulo fuit *Arati* Poëtæ monumentum; in quod jacta ſaxa diſſiliebant; id quod Mela [q] tradit. Neque longè hinc erat (g) *Corycos* opidum, portu ſaloque cinctum, anguſto tergore continenti annexum: & ſuprà (h) *Specus Corycius* eximius; & ultra alius, *Typhoneum* appellant; quem aliquando *Cubile Typhonis* fuiſſe tradunt: quo demiſſa confeſtim exanimantur.

ω (i) *Mallus*, adhuc *Mallo* ad Pyrami fl. oſtia eſt.

α (k) *Iſſus* olim ingens urbs, Strabonis ætate opidulum erat cum ſtatione [r]; hodie Turcis *Ajazza* dicitur. Poſita eſt urbs illa inter Syriam & Ciliciam, ad quam *Alexander M. Darium vicit*: eodem in loco *Cicero* poſtea caſtra habuit. Stephanus exiſtimat Iſſum à victoria Alexandri poſtea (l) *Nicopolin* appellatam; at Ptolemæus *Nicopolin* diverſam ab Iſſo facit urbem.

β (m) *Tarſus*, Ciliciæ caput, ad Cydnum fl. ſita, quam condidiſſe perhibetur *Perſeus* Jovis & Danaës filius; vel certè ex Æthiopia profectus *Sandan* quidam nomine, vir opulentus & nobilis. Solinus [s] *urbium matrem* vocat [t]: Scholâ & doctrinarum ſtudio exſtitit illa celebris. Tarſenſis fuit (n) *Hermogenes* Sophiſta, qui vix dum natus annos octodecim artem ſcripſit Rhetoricam: at ſenex prorſus oblitus eſt literas. Tarſus patria quoque fuit (o) *Athenodori* Philoſophi diſerti. Tarſo proxima erat (p) *Anchiala*, eodem quo Tarſus die & anno à Sardanapalo traditur condita; ubi, referente Strabone, ejuſdem Sardanapali erat monumentum. Cæterùm *Cilices* in agendo habiti ſunt mendaces; unde natum proverbium [u], *Cilices non facile verum dicunt*; in illos, qui lucri magis cupidi ſunt, quàm veri.

HEKELII.

[m] Lib. XIV. *Geogr.* p. 392.

[n] Sunt porro heic ciſternæ ſub terra reconditæ pleriſque in locis in ſaxo, quæ Aqua pluvia implentur ad Incolarum uſum.

[o] Lib. I. de *Vit. Philoſophor.* p. 41. Edit. *Gryphian. Lugd.*

[p] Vid. *Quenſtedtius* loc. cit. p. 498.

[q] Lib. I. c. 13. p. 167. lin. 6. ſeq.

[r] Sicuti videre eſt lib. *Ejus* XIV. p. 397.

[s] In *Polybiſtore* c. 2. p. 109. lin. 2.

[t] *Eutbalius Diaconus* in Vita *S. Pauli* τῆς κιλικίας ὀφθαλμὸς, hoc eſt, *Ciliciæ Oculum* nuncupat.

[u] Ap. *Eraſmum* Chiliad. III. Cent. I. *Adag.* 26. p. 528. col. b.

(a) Cydnus fl. (b) Sarus fl. (c) Pyramus fl. (d) Selenus urbs. (e) Pompejopolis. (f) Soloe. (g) Corycos op. (h) Specus Corycius & Typhoneus. (i) Mallus. (k) Iſſus. (l) Nicopolis. (m) Tarſus. (n) Hermogenes. (o) Athenodorus. (p) Anchiala.

BUNO-


Tab 41
TOTIUS
TERRÆ SANCTÆ
Delineatio
MARE MAGNUM
et
OCCIDENTALE
Alias
MEDITERRANEUM
Abilan
Planicies
Regnum
Terra Tyri
Gali Superior
Bus
Vallis
ASER
Pistemais
Carmelus
Galilæa
Cæsaria Palestina
Capharnaum
DIMIDIA
Dothaim
Phanuel
Degerium
Nain
TRIBUS MANASSE
TRIBUS AMICHI
SAMARIA
Ephron
Thamnasseth
Thanath
Ephraim
Ramatha
Thersa
Thebes
Salem
Sichem
Sichar
Sarra
Ebal
Garizim
Jericho
Jordan
Mare Mortuum
Sodoma
Gomorra
Segor
Asphaltites
Desertum
Arenosum
Gasiotis Reg
Pharan
Habitatio Ismaëlitarum
Haleroth
Sepher Mons
Cades
Idumæa
Thamon
Hor Mons
Oboth
Phunon
ARABIA PETR
Desertum Zin
Sepulchra Concupiscentiæ
Sinai M.
Oreb M.
Meridies
Samona
Raphidim
Alus
Daphca
Elath Campus Amalechitæ
Ægyptus
Terra Gosen
TUS
Bubastus
Tahis
Thamuis
Pelusium
Zuikues
Magdalon
Heliopolitæ
Heliopolis
Memphis
Nilus
Via Publica Philistæorum
Desertum Sur
Scala Milliarium Anglicorum
MARE RUBRUM

CAP. XX.

Summa Syriæ deſcriptio: item Palæſtinæ, ſub qua Idumæa & Judæa.

SYRIA.

I.

Cilliciæ ab Ortu jungitur α *Syria*, quondam terrarum maxima & pluribus diſtincta nominibus. Namque & *Aſſyria*, & *Meſopotamia*, & *Babylonia*, & *Phœnice*, & *Palæſtina* partes ejus fuerunt. Olim ac diu potens; ſed cum eam regno Semiramis tenuit, longè potentiſſima. At poſtmodo, Aſſyria, Meſopotamia & Babylonia avulſis, *Syriæ fines* fuere à *Septentrione* Amanus mons, quo à Cappadocia & Armenia ſeparatur; ab *Ortu* Euphrates amnis, quo diſcernitur à Meſopotamia, uſque ad Thapſacum opidum, atque inde Arabia deſerta; à *Meridie* Arabia Petræa; ab *Occaſu* ejuſdem Arabiæ Petrææ parte & mari Syriaco, ſive Phœnicio, Amanoque monte, quo à Cilicia ſubmovetur. *Longitudo* inter β Sirbonis paludem & Taurum montem, qua eum perrumpit Euphrates, mill. CXL. *Latitudo* inter mare & Arabiam deſertam mill. L. (1). Dividitur in *Palæſtinam*, *Phœnicen*, *Antiochenen*, *Comagenen* & *Cœlen*. Syria antiqua. Syriæ fines. Magnitudo. Diviſio.

PALÆSTINA.

II. *Palæſtina* clauditur à *Septentrione* Phœnice, ab *Ortu* Cœleſyria, à *Meridie* Arabia Petræa, ab *Occaſu* ejuſdem Arabiæ parte & mare Syriaco. Dicta fuit quondam *Terra Chanaan*, à γ *Chanaan* filio *Cham*, qui eam obtinuit. δ Poſteaquam vero *Iſraelitæ* eam, pulſis antiquis cultoribus, ex divino mandato obſede- Palæſtinæ fines.

(1) *Latitudo variat, minima occurrit in tractu Boreali, at nullibi latior quam inter mare Syriacum & Arabiam deſertam. Cœlum habet ſalubre, & fæliciter temperatum, ſolum altum, humile, amœnum, dives pecorum, armentorumque, ferax (excepto eo tractu qui Arabiæ vicinus eſt) frumenti, vini, ficuum, malorum aureorum, citreorum, melonum, cannarum, in quibus mellis ſpecies continetur, dactylorum, aromatum, & herbarum medicinalium. Ubi vero horridum ſolum exiſtit, id non tam ſoli vitio imputandum, quam multiplicibus bellis, perpetuis Arabum incurſionibus, incolarum defectui, & Jugo Turcico, quod, ut tutior ſit dominatus, negligenter colit regiones, quot-quot potitur.* Luyt.

BUNONIS.

α (a) Syria Hebræis [a] *Aram* dicitur ab *Aram* filio Semi: atque hinc *Syri* Joſepho & Straboni [b] ſunt *Aramæi* [c]. In Tabula Olearii Syria vocatur *Schamre*. Forte ita dicta eſt à Damaſco urbe, quæ Turcis, Leunclavio teſte, hodie vocatur *Schâm*: Urbs illa, tradente Minadojo, vulgo & *Sciam* nominatur, quin Syriam ipſam quoque Turcæ vocant *Sciam*: at ſecundum Poſtellum Syria Turcis appellatur *Suriſtan*, & Italis *Soria*.

β *Sirbonis palus* ſeu *barathrum* eſt in Ægypti & Palæſtinæ finibus, ad oram maritimam inter Caſium & Peluſium: hodie variis appellatur nominibus: *Stagnone*, *Golfo di Tineſe*, *Golfo di Damiata*, *Camet Eſturnel*: olim major fuit quam hodie exiſtit.

γ (b) *Palæſtina* diviſa olim fuit, & habitata *ſeptem* populis Chanaan: *Amorrhæis*, *Chananæis*, *Gergeſæis*, *Hetthæis*, *Hevæis*, *Jebuſæis*, & *Pherezæis*.

δ Iſtis pulſis duodecim tribus Iſraël eam armis occuparunt juſſu & ope divina. Iiſque partim trans Jordanem fluvium, partim cis eum ſedes aſſignatæ ſunt. Trans Jordanem, *Ruben*, *Gad*, & *Manaſſe*; cis Jordanem, *Juda*, *Benjamin*, *Simeon*, *Ephraim*, *Dan*, *Aſer*, *Iſſachar*, *Zabulon*, & *Naphthalim*.

HEKELII.

[a] *D. Hieronymo* teſtante.
[b] Lib. XVI. circ. fin. p. 576.
[c] *Arimæi* vel *Arimi*.

REISKII.

1 Hæc tertia Imperii Turcorum Aſiatici provincia, ſed major prioribus ſuccedit, nempe (c) *Syria* Græce Συρία, Hebraice סוריא *Suria*, & metropoli Tyro, quam Hebræi צור *Sur* nominant, una tantum litera mutata: In ſacris ארם (d) *Aram* dicitur à patre gentis hujus ultimo, Aramo Semi filio, eademque quadruplex; nempe *Aram Dammeſek*, i. e. *Damaſcena*; *Aramzoba*, i. e. *cava* ſive *Cœleſyria*; *Aram Naharaim*, i. e. *Meſopotamia*, & denique pars hujus *Aram Padan*, i. e. *jugata*, Jacobi perfugium. Diviſiones alias nunc lubens prætereo: Arabibus hodieque vocatur שאמה *Schamach*, quaſi *regio ad ſiniſtram* ſuæ nimirum Arabiæ jacens: Unde corruptius Turci pronunciant. R. Maimonides in Hilc. Truma cap. 1. ſect. 9. hos Syriæ terminos conſtituit;

(a) Syriæ diverſæ appellationes. (b) Palæſtina. (c) Syria. (d) Aram quadruplex.

obſederunt, *Judæa* nuncupari cœpit. Romanis Græciſque Scriptoribus dicta eſt *Palæſtina*, à magna olim gente *Paleſtinorum*, quos ſacræ literæ *Philiſtim* vocant. ς Dividitur iiſdem Scriptoribus in *Idumæam*, *Judæam*, *Samariam* & *Galilæam*.

IDUMÆA.

Idumæa. III. *Idumæa*, quæ in ſacris literis eſt ζ *Edom* inter Arabiam Petræam, Judæam, η & Mare Internum porrectæ, urbs ingens fuit & munita admodum

Gaza. ϑ *Gaza*, (ſic Perſæ ærarium vocant) cui inde nomen, quod *Cambyſes*, cum armis Ægyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam intulerat. Expugnatam ι Alexander vaſtavit.

JU-

(a) à *terra* nempe *Iſraelis verſus Meſopotamiam*, & *Aram Zoba*, & *totum tractum Euphratis uſque ad Babylonem, ubi Damaſcus, Achlab, Charan, Mambegh & ſimilia, uſque ad Sinabar & Zobar, quæ ſunt Syrorum*: Nec alios ab Arabibus Geographis ſtatutos reperi. Syria vero & Aſſyria plurimum diſtant, neque hæc illius pars aut Babylonia fuit, ne quidem illo tempore, quo Semiramis tenebat.

BUNONIS.

ς Poſt defectionem X tribuum à domo Davidis, duo in hac gente exſtiterunt regna, *Judæ* & *Iſraëlis*, quorum illud ſedem Regiam habebat *Hieroſolyma*; hoc verò *Samariam* potiſſimùm. Magnitudinem illius gentis vel inde æſtimare licet, quod jam tempore Davidis Regis Iſraël habuit octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium: & in Juda quingenta millia pugnatorum.

ζ Ab (b) *Edom* ſive *Eſavo* Iſaaci filio terram hanc appellatam nemo ignorat, cui ſacræ literæ non ignotæ. *Edom* autem dictus eſt vel ab *edulio rubri* coloris, quo eſuriens fratri Jacobo jus primogenitorum vendidit, vel quod *eo colore* in lucem editus eſt. Joſephus duplicem facit Idumæam, *Superiorem* & *Inferiorem*. (c) *Superiorem* elegit tribus Juda, quæ in longum extenditur uſque ad Hieroſolyma, latitudine verò uſque ad lacum Aſphaltiten conſtituta eſt. Et in hac parte fuerunt *Gaza* & *Aſcalon*. (d) *Inferior Idumæa* ceſſit tribui Simeonis; & hæc eſt circa Ægyptum, & Arabiæ montem. Occupantibus verò meliorem & potiorem Idumææ partem Iſraëlitis arctiores illa poſtmodum retinuit terminos. Eſt verò Idumæa altis aſperiſque cincta montibus, vaſtas etiam ſolitudines includens. Gens ipſa ferox, & ad arma prompta, Iſraëlitis, *Moſe* duce, ex Ægypto venientibus, & tranſitum per eorum ditionem petentibus, non modò negavit; ſed etiam armata occurrit. Poſtea *Saul* & *David* hanc contumeliam ulti Idumæos ſubegerunt; qui tamen Jorami temporibus deſciverunt. At *Johannes Hyrcanus* ita eos domuit, ut ritus Judaicos & circumciſionem admitterent: ac deinceps Judæis annumerati ſunt. Demum ſub excidium Hieroſolymitanum quatuor ducibus XX millia in urbem venerunt, & miſerandas ediderunt inibi ſtrages.

η Iſtum terræ hujus tractum, qui ad mare Internum eſt, incoluêre Philiſtini, ſeu Palæſtini.

ϑ (e) *Gaza* etiam *Gazera* dicta, incolas habuit filios (f) *Enakim*: expugnata tamen fuit à Calebo. *Samſon* ejus urbis fores in montem vicinum Hebron verſus deportavit: & hèic captus domum evertit. *Cluverius hic ſecutus eſt Melæ errorem*, qui [d] tradit *Gazæ* opido hoc nomen impoſitum fuiſſe à Perſis; quod Cambyſes Rex ærarium bellicum ibi conſtituiſſet. Hoc nomine enim opidum iſtud Hebræis appellatum longe ante Cambyſem natum, *Gen.* x. 19. *Joſ.* xv. 47. *lib. Jud.* i. 18, &c.

ι *Alexander M.* expugnata Tyro [e], hanc quoque multo tamen labore, cepit urbem [f]. In loco vicino *nova* deinde exſtructa eſt *Gaza*, quam Alexander, Ariſtobuli filius, cepit & evertit, ſed iterum emerſit è cineribus. *Auguſtus* enim, Herode mortuo, *Gazam*, *Gadara* & *Hippon* urbes Syriæ contribuit. Gaza Conſtantini M. temporibus à ſorore Imperatoris dicta eſt *Conſtantia*. Hodie urbs magna eſſe traditur, Hieroſolymis duplo major. Habuit (g) Gaza navale *Majuma*, unde *Majumæ* (h) ſpectaculum ortum. Cæterum in Heidmanni Palæſtina Idumææ ſequentia aſſcribuntur loca; in tribu Dan (i) *Modin*, Maccabæorum patria, quorum monumentum ibi fuit illuſtre. (k) *Betſemes Juda* non longe à mari, in cujus agrum Arcam Domini juvencæ duæ ultrò deduxerunt. (l) *Themnas* in cujus regione Samſon leonem diſcerpſit. (m) *Sorec torrens*, ad quem habitabat *Delila*, à Samſone amata, quæ blanditiis expiſcata eſt roboris illius cauſam. Propinquus ei torrenti erat rivulus (n) *Nehel-eſchol*, i. e. *torrens & vallis botri*; ad quem exploratores Moſis botrum miræ magnitudinis abſciderunt. In tribu Simeon Idumææ attribuuntur (o) *Gerara*, ad torrentem Beſor, ubi Iſaac natus: hinc tridui itinere abeſt mons *Moria*; in quo Iſaac erat immolandus. Ad eundem torrentem *Beſor* fuit (p) *Berſabee*. Huic urbi, quæ cum fluvio Ægypti *Sihor*, & deſerto arenoſo verſus auſtrum terminat Iſraëlitarum regionem, vicinum erat *deſertum Berſabee*, quo fugit *Agar* ancilla Saræ, & (q) *Fons* ei monſtratus ab Angelo; in eandem ſolitudinem fugit *Elias* minas Jezabelis declinans, ubi etiam (r) Juniperus *Eliæ*. *Deſertum arenoſum* locus periculoſus iter facientibus in Ægyptum cum propter aquarum inopiam, tum vero cumulos, & quaſi montes arenarum, quibus viatores non raro opprimuntur: qui tanquam in mari navigantes ad ſiderum fulgorem curſus dirigere coguntur, quod iter non ſolum patriarchæ olim emenſi ſunt, ſed ipſe Chriſtus cum virgine matre & Joſepho. (s) Judæum hic quendam olim arena, ob aquæ defectum, eſſe

(a) Syriæ termini. (b) Idumæa. (c) Superior. (d) Inferior. (e) Gaza. (f) Enakim. (g) Gazæ navale. (h) Majumæ. (i) Modin. (k) Betſemes. (l) Themnas. (m) Sorec fl. (n) Nehel-eſchol. (o) Gerara. (p) Berſabee op. & deſertum. (q) Agar Fons. (r) Juniperus Eliæ. (s) Judæus arena baptizatus.

Orientalis facies Substructionis ab imis Vallibus, cubitos trecentos erectæ ad Sustinendos aggeres quibus atriorum Templi aream, Solomon Laxandam curæ
non peribili atqꝫ porticuum quæ ad Hebræos quæqꝫ ad Genti les pertinebant. Sub minima Cubitorum mensura qua etiam Universalia Vestigia dimen

P. 365



The Eastern Front of Solomons Temple, & of the Rampart built up from the Valley 300 Cubits high to Support and Enlarge the Area of the Courts of the Temple, of
Outter Wall & of the Gallerie of the Jews & Gentiles, according to the lesser Cubit by which y^e^ whole was measur'd.



Arcæ Noachicæ delineatio Interna. Loca Animalium cujuscunqꝫ generis et
Nutrimenti illis appropriata, Exhibens

A Draught of the Inside of the ARK. Shewing the Apartments assign'd to the
several Creatures therein contained, and to the keeping of the Food they lived upon.

Arcæ Noachicæ delineatio Externa.

A Draught of the Outside of the ARK of Noah.



A Prospect of the Roof, Walls & Pavement of the Holy & Holie
Prospectus Testudinis Murorum & pavementi Sancti Sanctorum

JUDÆA.

IV. Idumæam ſequitur ϰ *Judæa* (1), cujus caput ϰ *Hieroſolyma* longe clariſſima Judæa. Hieroſolyma.

eſſe baptizatum, refert Nicephorus. Ad oſtium torrentis ſeu fluvii Ægypti, qui (a) *Sibor* dictus, eſt (b) *Rhinocorura* op. quod à mutilatis habitatorum naribus ita appellatum eſt. Etenim Rex quidam Ægypti *Actiſanes* naſi mutilatione maleficia coërcens, naribus truncatos eò tranſtulit, ut ob oris deformitatem redire domum non auderent. Inde verſus Septentrionem erat (c) *Raphia* opidum, ad quod Ptolemæus IV Antiochum Magnum devicit. Ibidem oſtenditur *cellula* (d) *S. Hieronymi*. Hinc porro in eodem litore fuit (e) Anthedon. De cætero Idumæos in mediterraneis ſibi ſedes delegiſſe, Philiſtinos ad mare, judicat *Heidmannus*: *Adrichomius* (f) *Paleſtinæ proprie dictæ* ſeu terræ *Philiſtæorum* fines à *Cæſarea Paleſtina* ad *Gazam* uſque & torrentem Ægypti extendit, atque *Enakim* ſeu *gigantes* inter eos fuiſſe roboſtiſſimos. Ferocem illam gentem *David* ſubegit ſibique fecit vectigalem. Urbes præcipuæ in hac Philiſtæorum regione recenſentur quinque: *Geth*, *Gaza*, *Azotus*, *Accaron* & *Aſcalon*. Gaza jam memorata eſt. (g) *Geth*, Hieroſolymâ verſus Occaſum proficiſcentibus non longe à litore in monte poſita occurrit, patria *Goliathi*, à Joppe quatuor leucis diſtans: at hodie non exſtat (h) *Accaron*, quæ & *Acron* ſive *Acharon* dicta [g], inter Aſcalon erat & Geth, hodie deſtructa jacet. Idolum *Baalſebub* ibidem colebatur, ad quod de valetudine ſua conſultum mittebat Rex in Iſrael *Abaſia*, ſeu *Ochozias*. Reliquæ duæ urbes *Azotus* & *Aſcalon*, in mox ſequenti memorantur ſectione, quâ deſcribitur Judæa.

HEKELII.

[d] Lib. I. c. 11. p. 165. lin. 6. ſeq.
[e] Vid. *Curtius* Lib. 4. c. 4. ſect. 12.
[f] Leg. *Curtius* loc. cit. c. 6. ſect. 23.
[g] Quamque *Poſtellus Ptolemæi* Ἰαμνείων h. e. *Jamnetorum Portum eſſe vult.*

BUNONIS.

ϰ Clauditur (i) *Judæa* ad *Septentrionem* Samaria; ad *Occaſum* mari Interno; ad *Ortum* mari Mortuo; ad *Meridiem* montibus Seir. Appellationem terra illa conſecuta eſt à tribu Juda [b].

HEKELII.

[b] Dicitur *Chananæa atque promiſſionis Terra paſſim* in S. S.

BUNONIS.

ϰ (k) *Hieroſolyma*, olim *Solyma* & *Salem* dicta, poſſeſſa eſt à Rege *Mechiſedeko*. Sed tum temporis *Moria* mons, in quo poſtea templum exſtructum fuit, nondum erat urbis illius pars. At Jebuſæi urbem in monte *Sion*, loci natura munitam, & de ſuo nomine appellatam, poſſederunt usque ad regnum Davidis, qui eam cepit vocavitque (l) *Civitatem David*. Monti Sioni ſubjecta quædam urbis pars dicta eſt *Filia Sion*: videtur tum temporis quoque extitiſſe. (m) *Templum* in monte *Moria*, in quo *Iſaac* fuerat immolandus, à Salomone exſtructum eſt magnificentiſſimum [i]; [k] quod à *Nabuchodonoſore* Babyloniorum Rege exciſum & inflammatum eſt. Inſtauratum quidem poſt 70 annorum exſilium à Judæis permiſſu Regum Perſarum: verùm à priſtino multum abfuit ſplendore. Hoc templum inviſit & veneratus eſt *Alexander M.* Prophanavit *Antiochus*; at repurgarunt *Maccabæi*. Expugnatum poſteà eſt à *Cn. Pompejo*, & ſpoliatum à *Craſſo*. Sed *Herodes M.* templum hoc, ut populi gratiam ſibi pararet, demolitus eſt, & multò ſplendidius è fundamento excitavit ad priſtinam altitudinem. Inclusum erat templum *triplici ambitu*. Quorum *extimum* (n) *alienigenis* ingredi fas erat. In eo, qui ab illo *proximus* erat, & muro diſcretus, (o) *Judæi* utriuſque ſexus adorabant. In eodem erat (p) *porticus Salomonis*, in qua Servator frequenter docuit. *Tertium* (q) *ambitum*, qui templo erat contiguus, Sacerdotes tenebant. In media prope ejus parte, ex adverſo templi *Altare* erat, in quo ſuffitum facere ſolebant Sacerdotes. Ad utrumque Altaris hujus latus hinc *Candelabrum* erat *aureum*: inde *menſa* item *aurea* cum *panibus propoſitionis*. Ad hoc Altare *Zacharias* ſacerdos, quum munere ſuo fungeretur, vidit angelum Domini ad dextram altaris, qui ei nunciavit nativitatem filii. Intimum templi receſſum *Sancta Sanctorum* dicebant; ibi ſervabatur *Arca fœderis*, unde reſponſa Deus reddebat. In arca illa repoſitæ erant *Tabulæ duæ lapideæ*, quibus legem ipſe Deus inſcripſerat; *Vaſculum Mannæ*, & *Aaronis virga*. Hæc arca in templo poſt exſilium Babylonicum exſtructo non fuit. In primo ambitu ſive *Atrio gentium* erat (r) *Porta Speciosa* dicta, Orienti obverſa, ad quam claudum ſanarunt *Petrus* & *Johannes*; altitudinem habens 30 cubitorum; & tota ære Corinthio inducta. Porta, quæ ex adverſo huic in Atrium Judæorum ducebat, alta erat 50 cubitos. Quæ vero in Atrium Sacerdotum, 70. Ipſius verò templi porta cubitorum erat 90. Et aulæa pretioſiſſima ſpatium portarum æquabant. Quod in altiſſima hac ipſius templi porta ſuſpenſum erat *aulæum*, in duas partes ſciſſum eſt, à ſummo ad imum, quum *Servator noſter* in cruce exſpiraret. Templum hoc tam magnificum à *Tito Veſpaſiani* filio expugnatum, cum univerſa urbe incendio periit. Ad ejus templi latus Septemtrionale erat arx munitiſſima (s) *Antonia* dicta, antea turris *Barim*, à Maccabæis munita. Arx illa per pontem ingentem Templo jungebatur. Erat & (t) *Crypta* quædam ſubterranea ex arce in templum ducta, per quam occulte milites in illud poterant evadere. Hæc conjicitur eſſe illa (u) *Turris Stratonis*, ad quam *Antigonus* à fratris ſatellitibus occiſus eſt. Ad auſtrale templi latus palatia erant ſumptuoſiſſima (x) *Salomonis*, & *filiæ Pharaonis*, *Tribunal*, & (y) *Domus Libani*. Atque hæc loca maximè illuſtria fuerunt in monte Moria. Templum verò iſtud lætiſſima (z) *valle Cedron* dicta circumdedit; in quam.

(1) *Sita fuit Judæa ſecundum Terminos per Scripturam S S. definitos, intra lat. Bor. grad.* 31 & 33, *aut juxta alios* 34, Luyts.

(a) Sihor fl. (b) Rhinocorura. (c) Raphia. (d) S. Hieronymi cellula. (e) Anthedon. (f) Palæſtina proprie dicta. (g) Geth. (h) Accaron. (i) Judææ fines. (k) Hieroſolyma ſeu Solyma. (l) Civitas David. (m) Moria mons in quo Templum. (n) Atrium gentium. (o) Atrium Judæorum. (p) Porticus Salomonis. (q) Atrium Sacerdotum. (r) Porta Speciosa. (s) Antonia arx ſeu Barim turris. (t) Crypta. (u) Turris Stratonis. (x) Palatium Salomonis & Tribunal. (y) Domus Libani. (z) Cedron vallis.

ma urbium Orientis, non Judææ modo. *Titus Veſpaſianus* captam totam diruit. *Ælia Capitolina* poſtea dicta, cum ab *Ælio Adriano*, mutata nonnihil loci regione, reſtitueretur. Nunc Tureis incolis *Gutz* eſt. Reliquæ Judæorum urbes celebres fuere in litore μ *Aſcalon*, magna, & non minor ν *Azotus*; item ξ *Jamnia*, & ο *Joppe*, Phœnicum urbs antiquiſſima, quam [l] Mela [m] ac Plinius [n] antiquiorem terrarum inundatione prædicant. Hic *Andromedam* belluæ marinæ expoſitam fuiſſe fabulati ſunt. Intus π *Emmaus*, vicus antè, &

Aſcalon. Azotus. Jamnia. Joppe. Emmaus.

quam *Jacobus Apoſtolus* de ſummo turrium faſtigio præceps datus eſt. Moriæ vicinus eſt in Meridiem (a) *Sion* mons, in quo præter *Arcem* (b) & *Sepulchrum Davidis*, *Annas* & *Caiphas* Pontifices ſua ſcribuntur habuiſſe domicilia. In eodem monte duo excitavit *Palatia* Herodes, (c) *Cæſaris & Agrippæ*. In monte illo fuiſſe perhibetur *Cœnaculum*, in quo *Chriſtus Paſcha* comedit: & *Spiritus Sanctus* Diſcipulis datus. Quamquam alii in civitate inferiori ad *Portam Vallis* illum collocant locum. *Tabernaculum*, in quo *Arca fœderis*, in eo quoque fuit monte, antequam templum Salomonis eſſet exſtructum. In muro Orientali montis Sion ponitur & (d) *Turris Siloah*, cui ſubjecta *Piſcina Siloah*, in qua cœcus Chriſti juſſu oculos abluens viſum recepit. Tertius (e) *mons Acra* in inferiori & occidentali erat urbis parte. In eaque multæ arces & palatia. Ad Occidentalem templi partem erat (f) *arx Maccabæorum*, *Theatrum* & *Gymnaſium*, (g) *Berenices regia*, ac *Helenæ*, & (h) arx *Antiochi Epiphanis*, *Amphitheatrum*, & *Forum rerum venalium*. In Septentrionali civitatis parte, quæ *Filia Sion* appellata eſt, *Forum* erat *magnum* in conſpectu *Antoniæ* & *Prætorii Rom.* quod cum Antonia conjungebat (i) *Xyſtus*: in quem à *Pilato* Servatorem productum volunt, quum Judæis exhiberetur ſpinis coronatus, cum elogio; *Ecce homo!* Ex quo loco *Agrippa Rex* Judæos initio belli Judaici ab inſana belli adverſus Romanos cupiditate gravi oratione deterret. In eadem parte fuit (k) *Piſcina Probatica* ſeu *Bethesda*: in qua pecudes immolandæ lavabantur. Ejus Aquæ ab Angelo commotæ morbos ſanabant. Hic *Chriſtus* claudum *reſtituit*. Sequitur (l) *Bezetha* mons, & in eo (m) *Civitas nova*, quæ erat Septentrionalis Hieroſolymæ pars, ab Ortu in Occaſum reliquæ urbi prætexta. *Triplex murus* eam urbis partem includebat. Inter primum & ſecundum murum erat (n) *Palatium Herodis*. In eadem parte urbis habitabant attifices, mercatores, opifices, operarii, & reliquum vulgus. In iſto Herodis palatio erat *carcer*, ex quo per Angelum Domini liberatus *Petrus*. In muro iſto tres turres inſignes, (o) *Phaſelus*, *Mariamne*, & *Hippicus*. In Occidentali urbis angulo, ubi in Septentrionem flectunt mœnia, erat excelſa turris *Pſephina*, ex qua cœlo ſereno Arabia, & mare & extrema Judaici territorii conſpicerentur. E regione hujus turris extra mœnia erat (p) *mons Calvariæ* ſive *Golgotha*: cui vicinus hortus in quo *ſepulchrum Chriſti*. Ad Orientale urbis latus extra mœnia eſt (q) *mons Oliveti*, inter quem & urbem (r) *Vallis Joſaphat* interjacet. Eam vallem (s) *torrens Cedron* interluit.

HEKELII.

[i] Atque pulcherrimum.

[k] Ideoque & *Hieroſolyma Euſebio* Lib. IX. *Præparat. Evangelicæ* qs. *Hieron Salomonis*, h. eſt. *Ædes Salomonis* dicitur.

[l] *Solinus* in *Polybiſt.* c. 47. p. 101. lin. 24. ſeq.

[m] Lib. I. c. 11. p. 165. lin. 10.

[n] Lib. V. c. 13. p. 72. lin. 8. ſeq.

BUNONIS.

μ (t) *Aſcalon* [o], *Semiramidis* patria, fuerat urbs Philiſtæorum ad ipſum maris portum, 720 ſtadiis Hieroſolymis diſtans, nobilis olim ac potens. *Samſon* huc irrupit, & 30 viris manu ſua interfectis, veſtes detraxit, eiſque dedit, qui ænigma ſolverant. Venit tandem hæc urbs in Judæorum poteſtatem.

ν Quatuor ab illa urbe leucis diſtat (u) *Azotus* ſive *Aſdod* opidum, in quo (x) *Idolum Dagon*, piſcis habens caput [p]. *Judas Maccabæus*, poſteaquam *Bacchidis* copias fudiſſet, & fugientes *Azotum* uſque perſequutus eſſet, hoſtium multitudine circumventus heic occubuit; cujus frater Jonathan urbem hanc direptam incendit [q]. Spiritus Domini huc tranſtulit *Philippum*, quum Eunuchum docuiſſet ſalutis viam.

ξ (y) *Jamnia* opidum medio prope intervallo ſitum erat inter Joppen & Geth Philiſtinorum. Ejus portum captum cum navibus exuſſit *Judas Maccabæus*.

ο (z) *Joppe* [r] in tribu Dan urbs maritima erat, ubi olim portus Judæorum commodiſſimus. Trabes etiam cedrinas in Libano cæſas ratibus compactas huc mittebat *Hiramus* ad Salomonem. Hic navim conſcendit *Jonas* conſpectum Dei fugiens. *Petrus Apoſtolus Tabitham* defunctam hic in vitam revocavit; unde à *Cornelio* Centurione Cæſaream evocatus eſt [s].

π (aa) *Emmaus* nobilitatum victoriâ Maccabæi, & facto *Servatoris*, quo ſe Diſcipulis duobus aperuit, eo ipſo die, quo à mortuis reſurrexerat [t]. Poſtea hoc opidum dictum eſt *Nicopolis*.

HEKELII.

[o] A Conditore *Aſcalo Hymenei* Filio ita nuncupata.

[p] Conf. *Judic.* XVI. 23. & 1. *Maccab.* X. 83.

[q] Vid. 1. *Maccab.* loc. cit. v. 84.

[r] A *Pulchritudine* vel *Decore* nomen habens.

[s] Hodie *Sappho* à *Barbaris* appellatur.

[t] Vid. *Lucæ* XXIV. 13.

BUNO-

(a) Sion mons. (b) Arx Davidis, ejuſque ſepulchrum. (c) Cæſaris & Agrippæ Palatia. (d) Siloah turris & piſcina. (e) Acra mons. (f) Arx Maccabæorum. (g) Berenices regia. (h) Arx Antiochi. (i) Xyſtus. (k) Piſcina Probatica. (l) Bezetha mons. (m) Civitas Nova. (n) Palatium Herodis. (o) Phaſelus, Mariamne & Hippicus & Pſephina turres. (p) Calvariæ mons ſeu Golgotha. (q) Oliveti mons. (r) Joſaphat vallis. (s) Cedron torrens. (t) Aſcalon. (u) Azotus ſeu Aſdod. (x) Dagon Idol. (y) Jamnia. (z) Joppe. (aa) Emmaus ſeu Nicopolis.

& ϱ *Lydda*, & σ *Hierichus*, quæ Jericho in ſacris literis: & prope Hieroſolyma τ *Bethlehem*, vel nobiliſſima in toto orbe terrarum, *JESU CHRISTI* humani generis Servatoris natalibus. At pars Judææ *Peræa* dicta fuit, hoc eſt, *Ulterior*; quia πέραν τοῦ Ἰορδάνου, id eſt, trans Jordanem, ſita. In ea υ *Macherus*, ſecunda quondam arx Judææ ab Hieroſolymis. Lydda. Hierichus. Bethlehem. Peræa. Macherûs.

JORDANIS FLUVIUS.

V. Sed de *Jordane* hoc loco retuliſſe conveniat. *Jordanis* igitur amnis, qui Hebræis *Jarden*, oritur, ut auctor eſt D. Hieronymus, ex duobus fontibus haud procul à ſe diſſitis, quorum alteri *Jor* nomen eſt, alteri *Dan*; conjuncti nomen amni faciunt *Jordan*, ſive Jordanis. Ipſe amœnus, & quatenus locorum ſitus patitur, ambitioſus; accoliſque ſe præbens, veluti invitus *Aſphaltiten* lacum dirum natura, petit, à quo poſtremo ebibitur, aquaſque laudatas perdit, peſtilentibus miſtas. At à fontibus CCCLXXXIV circiter ſtadia prolapſus, ubi prima vallium fuit occaſio, in *lacum* ſe fundit *Samochoniten*; inde in multo majorem, quem Latini *Geneſaram*, Græci *Geneſaritin* & *Tiberiadem*, ab opidis appoſitis dixerunt. Sacrorum librorum ſcriptores eadem ratione ſtagnum *Genezareth* & mare *Tiberiadis* vel *Galilææ* vocant. Inde Samariam Judæamque perfundens, tandem Aſphaltite lacu retinetur. Jordanis fl. Lacus Geneſera, ſeu Mare Galilææ.

ASPHALTITES LACUS.

VI. *Aſphaltites* [u] nihil præter bitumen gignit; unde & nomen ἀπὸ τῆς ἀσφάλτου. Neque piſces, neque ſuetas aquis volucres patitur, ſapore corrupto & gravitate odoris peſtifer. Item propter (1) magnitudinem & aquæ immobilitatem *Mortuum Mare* dicitur. Nam neque ventis impellitur, reſiſtente turbinibus bitumine, quo aqua omnis ſtagnatur; neque navigationis patiens eſt, quoniam omnia vita carentia in profundum merguntur; nec materiam ullam ſuſtinet, niſi quæ alumine illinatur. At nullum corpus animalium recipit: Tauri camelique fluitant, periti imperitique nandi perinde attolluntur. 2 Aſphaltites lacus ſeu Mare mortuum.

(1) *Ex ſententia Joſephi ab Aquilone in Auſtrum ad quingenta & octoginta ſtadia, atque ab Occidente in Orientem ad centum & quinquaginta ſeſe diffundit.*

CAP.

BUNONIS.

ϱ (a) *Lydda* à Jamnia verſus Ortum erat; hic *Æneam* Paralyticum verbo ſanavit *Petrus Apoſtolus*.

σ (b) *Hierichus* urbs olim magna & permunita; eademque miræ amœnitatis & ubertatis agrum habebat. *Roſas* generoſiſſimas poſſidebat & palmeta; unde & *Palmarum urbs* dicta eſt. *Balſamum* quoque incredibilis fragrantiæ propè ſolus ager Hierichuntinus gignebat. *Joſua* eam urbem ſine ullis machinis expugnavit. Quum Judæa in quinque Toparchias à Gabinio diſtribueretur, *Hiericho* una earum fuit. Chriſtus *Zacchæum* hic publicanum ſuſcepit, & *Bartimæo cæco* viſum reſtituit: Aliis item duobus; quum hinc diſcederet.

τ *Bethlehem* in finibus Juda & Benjamin erat.

υ *Macherus* [x] haud longe aberat à Maris mortui parte Septentrionali. *Alexander* Rex id caſtellum primo ædificavit: *Herodes M.* amplificavit & exornavit. In eadem arce *Johannes Baptiſta* aliquandiu in vinculis habitus, demum capite multatus eſt; eodem in loco ſepultus ſcribitur, uti & *Eliſæus* atque *Abdias* Prophetæ [y].

HEKELII.

[u] Vel *Aſphaltus*.

[x] Et *Machærus*.

[y] Caſtellum hoc incolentes dicuntur Machæritæ.

REISKII.

2 (c) Univerſus terrarum orbis ex Judæorum ſenſu partes complectitur duas, 1° אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל i. e. *terram Iſraelis*, 2° חוּצָה לָאָרֶץ i. e. *extra terram*, extraneas nempe regiones, quotquot ſunt: (d) Idemque orbis duos comprehendit populos, unum יִשְׂרָאֵל i. e. *Iſraelitas*, alterum אוּמוֹת הָעוֹלָם i. e. *nationes mundi*: Quales in una terra Chanaanæa numerabantur undecim, pro numero filiorum, quos Chanaan procrearat. Sed ex illis præcipuæ ſeptem, unaque harum potentiſſima Philiſtæa, quæ toti Palæſtinæ apud exteros nomen addidit. De Judæa vero quouſque patuit, hujuſque terminis, diviſione, partibus, urbibus, fluviis & montibus, auctores extraneos cum ſacra Scriptura, tabulas item noſtras quæcunque habentur, cum Judaicis & Talmudicis conciliare, hoc opus, hic labor eſt non exiguus. Sed plura Lightfothus, Bonfrerius, Bochartus, Spanhemius errata notant: plura notari amplius

(a) Lydda. (b) Hierichus, (c) Terrarum orbis duplex, (d) Et populus.

us possunt de metropoli præsertim ac templo magnifico, nec non hujus excidio, de quo nummi Romani adhuc superstites contestantur. Mirum est, Talmudicos Judææ septem attribuisse maria (a) 1° *Mare Magnum*, i. e. mediterraneum, 2° *Tiberiadis*, 3° *Sodomiticum*, 4° *Samochonitis*, 5° *Mare Decholta*, i. e. Arenosum in lacu Sirbonis, 6° *Mare Apamiæ*, i. e. Regiunculæ Syriacæ ubi scaturigo sive Jordanis phiala, quam Fl. Josephus lacum nominat; 7° *Mare de Schalutb*, de quo docti conjiciunt, idem esse, quod mare Jezor apud Jerem. c. 49. v. 32. dicitur. Vid. Lightf. Chorogr. Animadvers. ubi fl. Jordani non duos fontes (b), quæ communis opinio est, sed *unicam Paneadæ* multis rationibus vindicavit, cap. 67. Huic adde minores fluvios Cison, Jarmoch, Figah, Arnon, Jabok, itemque fluvium Sabbaticum, quem nominant, notatu dignissimum. Plura nunc omitto, Itineraria, tum Rabbinica R. Benjamin Tutelensis, & R. Anonymi de Cippis sepulchrisque Patrum veterum ac Prophetarum, tum Christiana eaque aut recentia, quæ Radzivil Princeps illustriss. Christoph. Furerus, Neitschiz & Trein-lov ediderunt, aut vetera Monachorum aliorumque hominum plura.

(a) Maria septem. (b) Jordanis fontes.

CAP. XXI.

Samaria, Galilæa, Phœnice, & Libanus.

SAMARIA. 1

I.

Samaria. Sebaste. Neapolis. Gamala. Apollonia.

Judææ jungitur α *Samaria*, aliquanto latius juxta litus extensa; quippe, & *Joppe*, & *Azotus*, & *Ascalon*, Samariæ opida, ab auctoribus usurpantur. Caput regionis est β *Samaria*, quæ & *Sebaste*, γ *Neapolis*, & δ *Gamala*, atque in litore ε *Apollonia*.

G A-

BUNONIS.

α (a) *Samaria* inter Judæam & Galilæam interjacet [a].

β A monte *Garizim*, & urbe *Sichem* non longè aberat mons *Semaron*, in quo *Samaria* ab Amri Israelitarum Rege condita, Regum illorum sedes fuit. Expugnata demum est ab Assyriorum Rege *Salmanasse* & Rex Osea cum universo populo captivus abductus. In regiones illas submisit Salmanasser gentem Persicam, *Chutæos* à flumine *Chuto* ita dictos, Judæis invisos. Ipsa verò urbs Samaria hodiè in ruinis jacet. Prope eam sunt montes *Bethel* & *Dan*, in quibus volunt duos aureos vitulos ab Hieroboamo positos. (b) *Sichem* verò postea appellata *Neapolis*; unde *Justinus Martyr* ortus. *Neapolis* illa tum temporis, ut *Scaliger* ad num. *Euseb.* 2157 docet, metropolis Samariæ fuit. Postremo deductis eo colonis, Vespasiani aut Domitiani auspiciis *Flava Cæsarea* appellata est.

γ (c) *Neapolis* & *Maboritha*, quæ demum fuit, antiquissimis temporibus erat (d) *Sichem*, ubi Dinæ Jacobi filiæ stuprum illatum ab; postea destructum excitavit Jeroboam, Servatoris ævo vocata est *Sichar*.

δ (e) *Gamala* in monte sita erat cameli figuram referente, cujus capiti arx, gibbo reliqua urbs inhærebat. Expugnata est ab *Alexandro* Judæorum Rege; ac deinde quoque à *Vespasiano*. Ab ea urbe circumjacens regia dicta est *Gamalitica*. Ponitur verò urbs illa trans Jordanem ab Orientali Maris Galilææ latere paullum remota.

ε (f) *Apollonia* ad maris Interni litus à Joppe versus Septentrionem jacet.

HEKELII.

[a] Ejus *Descriptionem* vid. ap. *Flavium Josephum* Lib. III. de *Bello Judaico* c. 2. p. 704. Edit. *Frobeniano-Basil.*

REISKII.

1 (g) *Samaria* primas origines nomenque suum non ab Samaræis Zamari, unus inter filios Chamanæos posteris traxit, nec ab Hebraico verbo שמר *Schamar*: quasi שומרין i. e. *custodes* vel *observatores* dixeris (quæ sententia Elmacini Arabis fuit in Histor. Sarac. p. 118) sed ab *Samero*, qui montem arcemque Ambro, Israelitico regi vendidit, ut nova urbs nempe Samaria superstrueretur. Sed Sichemitæ hodierni hunc nominis auctorem suum refugiunt, ac sese *filios Israelis Samreos, populum sanctum, puros legis Mosaicæ observatores* in utraque professione Epistola, quam nobilissimus Ludolfus sibi rescriptam cum notis edidit: Amplius omnes è *filiis Josephi Justi, e tribubus Ephraim & Manasse ortos* sese volunt; libros solum Mosaicos & librum Josuæ ab suis recipi legique; festa item vetera sibi superesse; codicem legis MStum ab ipso Abisa, Pinhasi filio; sepulchra etiam Prophetarum, virorumque sanctorum aliquot: Denique sub finem breve hoc religionis symbolum annectunt: *Fides mea in te Domine, & in Mose, filio Amram, servo tuo, & in lege sancta, & in monte Garizim, Domo Dei, & in die ultionis & retributionis.* Judæi hodierni eos כותים i. e. (h) *Cuthæos* nominant propter Assyriacas à Salmanassare huc missas

(a) Samaria. (b) Sichem seu Neapolis. (c) Neapolis. (d) Sichem seu Sichar. (e) Gamala. (f) Apollonia. (g) Samaria. (h) Cuthæi.

GALILÆA.

II. Ultima Palæſtinæ eſt ζ *Galilæa*, cujus caput in litore η *Turris Stratonis*, eadem poſtea *Cæſarea Stratonis*, ſive *Cæſarea Palæſtinæ*, ab Herode Rege de novo condita. Intus ad Lacum Geneſaram, ſeu mare Galilææ, ϑ *Capernaum*, ι *Julias*, κ *Bethſaida*, λ *Tiberias*, μ *Tarichea*, inter lacum & mare Phœnicium ν *Nazareth*, Chriſti Redemptoris noſtri domicilium: & ξ *Cana*

Galilæa. Turris Stratonis ſeu Cæſarea. Capernaum. Julias. Bethſaida. Tarichea. Nazareth.

ſas colonias: Chus enim Chuzeſtan fuit ſive Suſiana, Bocharto auctore, ut tamen ſimul e Babele, Amida & Muſal deportatos incolas Elmacinus recte ſcripſerit. Una hodieque apud illos (a) *Sichem* clarer, Samaria vero in ruinis jacet: Illa montibus cincta & convallibus amœnis, Cuthæorum ſedem præcipuam habet. Plura tum Geographica tum Hiſtorica ex Hottingeri Exercit. Anti-Morinianis, collectaneis Cellarii ad Hiſtor. Samarit. Notis ad Epiſtolam Samarit. & Hottingeri Theſauro Philol. peti poſſunt.

BUNONIS.

ζ (b) *Galilæa* terminos habet Ptolemaïdem, ac Carmelum montem ad *Occaſum*; Samariam & Scythopolim, uſque ad fluenta Jordanis, ad *Meridiem*; ad *Ortum* Hippenem & Gadarim, & Gaulan itidem, regnumque Agrippæ; ad *Septentriones* denique Tyrum & Tyriorum fines.

η (c) *Cæſarea* illa incredibili magnificentia ab Herode aucta eſt. *Herodes Agrippa* Rex ab Angelo percuſſus hic expiravit [b]. *Cornelius Centurio* a Petro hic edoctus eſt æternæ ſalutis viam [c]. Hic *Philippus* & quatuor ejus filiæ prophetico ſpiritu dotatæ vixerunt [d]: & *Agabus* vincula D. Paulo prædixit [e]. Hic *D. Paulus* in vinculis egit biennium, & coram *Felice*, *Feſtoque* & *Agrippa* cauſam ſuam egit [f]. Hinc Romam ad Neronem miſſus eſt [g]. *Cæſarea* hæc ad formam proconſularem poſtea evecta eſt a Juſtiniano Imperatore. *Novell.* 103.

ϑ (d) *Capernaum* [b] ad mare Galilæum, Decapoleos urbs primaria, opibus & ſplendore præ cæteris illuſtris, ad dextram ſita erat in litore, ſecundo Jordane deſcendentibus, ubi is lacui ſe miſcet. Hæc civem habuit *Servatorem*: qui Nazareth relictâ, quam educatione ſuâ illuſtraverat, in urbem hanc migravit [i]. Hic plurima edidit miracula, & didrachma ſolvit per Petrum, mulierem 12 annos fluxu ſanguinis laborantem, atq; etiam centurionis ſervum hic ſanavit. Ut verò Capernaum dextrum litus obſidebat, ita *Chorazin* tenebat lævum. Quæ urbes, quod ipſe Servator iis prædixerat, hodie in ruinis jacent.

ι (e) *Julias* ad litus maris Galilææ Orientale eſt.

κ (f) *Bethſaida* [k] in angulo iſtius maris Septentrionalis erat, urbs Decapoleos inſignis, ad viam ſita, quæ e Syria in Ægyptum ducit. Eſt hæc urbs *Petri*, *Andreæ* & *Philippi* Apoſtolorum patria. Cæco cuidam *Chriſtus* hic viſum reddidit. Regio illa *Genezar* ſive (g) *Genezareth* appellatur; unde & mare vicinum appellationem habet.

λ (h) *Tiberias* metropolis & terminus Decapoleos regionis, urbiumque ejus maxima nomen ab Imp. *Rom. Tiberio* traxit; & ab ipſa *vicinum* (i) *mare Tiberiadis*. *Servator noſter* in ea regione quinque panibus & duobus piſcibus quinque millia hominum ſaturavit [l].

μ (k) *Tarichea* ad Orientale maris Galilææ litus poſita, olim fuit urbs munitiſſima, a Veſpaſiano tamen expugnata.

ν (l) *Nazareth* in montis erat vertice. Hic domicilium ſuum habuit *B. Virgo Maria*, & ab Angelo didicit, ſe fore Meſſiæ matrem [m]. Ibidemque educatus eſt *Chriſtus*, ac deinde docuit in eorum Synagoga; etſi eo eventu, ut impii cives eum præcipitare conarentur de abrupto montis. Cæterum in *Galilæa Inferiori* eſt mons *Hermon*, quem Sidonii vocant *Sirium*, & Amorrhæi *Senir*. *Inferior* (m) *Galilæa* Auſtralis eſt; ut *Superior* (n) Septentrionalis.

Cæterum (o) *Palæſtina* in *duodecim Tribus* gentis Iſraëliticæ ita fuit diviſa, ut per Jordanem diſtinguerentur in *Orientales duas* cum *dimidia*, & *Occidentales novem*, cum *dimidia*. *Orientales trans Jordanem* erant, (p) *Tribus Ruben* ad Mare Mortuum in parte Auſtrali; (q) *Tribus Gad* inde verſus Septentrionem huic habitabat contigua; & inde porro verſus Septentrionem (r) *Dimidia Tribus Manaſſe*. Cis Jordanem reliquæ incoluerunt *Tribus*; ac ſunt *Occidentales*. Verſus Septentrionem, extremas hujus Terræ regiones, ad ripas Jordanis, ubi is primum ſcaturit, ad mare uſque Galilææ poſſedit, (s) *Tribus Nephtalim*: huic inde verſus Auſtrum ad litora maris Galilææ contigua erat (t) *Zabulon Tribus*; cui iterum verſus Meridiem contermina fuit (u) *Tribus Iſſachar*; quam ſequuta Dimidia (x) *Tribus Manaſſe*; indeque (y) *Ephraim Tribus*; ac porrò (z) *Tribus Benjamin* ad partem Maris Mortui pertingens; cui confinis erat (aa) *Juda Tribus*; inter Mare Mortuum, & Tribum Simeon incolens. Tenebat enim (bb) *Simeon Tribus* Palæſtinæ partes Auſtrales inter Judam & Philiſtæos. At (cc) *Dan Tribus* verſus Septentrionem Simeoni contigua erat, inter eandem, partem Judæ, Benjamin & Philiſtæos interjacens. At (dd) *Tribus Aſer* Superioris Galilææ partem inter Tribum Nephtalim & Phœnices incoluit, quos ex munitis urbibus maritimis ejicere non valuit. Pleniorem Palæſtinæ cognitionem, qui deſiderat, adeat *Adrichomium*, *Buntingium*, aut *Heidmannum* [n]; qui ejus Terræ plenam perfectamque nobis dederunt deſcriptionem.

HEKELII.

[b] Act. XII. 23.
[c] Act. X. 25. ſeq.
[d] Act. XXI. 8, 9.

(a) Sichem. (b) Galilææ termini. (c) Cæſarea. (d) Capernaum. (e) Julias. (f) Bethſaida. (g) Geneſareth regio. (h) Tiberias. (i) Tiberiadis mare. (k) Tarichea. (l) Nazareth. (m) Galilæa Inferior, & (n) Superior. (o) Palæſtinæ in 12 Tribus diviſio. (p) Ruben. (q) Gad. (r) Manaſſe dimidia. (s) Nephtalim. (t) Zabulon. (u) Iſſachar. (x) Dimidia Manaſſe. (y) Ephraim. (z) Benjamin. (aa) Juda. (bb) Simeon. (cc) Dan. (dd) Aſer.

Cana Minor. ξ *Cana Galilææ*, ſive *Minor*. At notandum hoc loco, unam equidem hanc eſſe Græcis Romaniſque ſcriptoribus Galilæam: in ſacris autem literis *duas* cenſeri; quarum altera jam explicata, *Inferior* eſt cognomine; altera vero Phœnices pars eſt, *Galilæa Superior* dicta, ſeu *Galilæa Gentium*. 2

PHOENICE.

Phœnice. III. *Phœnice* antè erat, quicquid terrarum inter ο *Eleutherum* flumen, & *Peluſium* opidum Ægypti mari Interno objacet. At poſtea Phœnices termini conſignati ſunt duo amnes, à Meridie *Cherſeus*, à Septentrione *Eleutherus*. Hæc igitur ſacris ſcriptoribus in duas dividitur partes; π *Galilæam* Superiorem ſive Gentium, quæ eſt inter *Cherſei* fluminis oſtia & Antilibanum montem; & ρ *Syrophœnicen* inter Antilibanum & Libanum. Urbes in univerſa Phœnice claræ in litore σ *Ptolemais*, antè *Ace* dicta, ſacris literis *Accon*:

Galilæa ſuperior.

Syrophœnice.

Ptolemais.

[e] Loc. cit. V. 10. ſeq.
[f] Act. XXIV, XXV, & XXVI.
[g] Act. XVII. V. 1.
[h] Quod *Agrum Pœnitentiæ*, vel *Villam Conſolationis*, aut *Propitiationem Pœnitentis* denotat.
[i] Unde & *ſua Civitas* dicitur *Matth.* XI. 1.
[k] Propriè *Domum Frugum*, vel *cibariorum*, aut *Domum Venatorum*, vel *inſidiantium* deſignans.
[l] Joh. VI. 1. ſeq.
[m] Luc. I. 31. ſeq.
[n] *Adamnanum S. Arcurphum*, *Franciſc. Alcharottum*, *Arandam*, *Dubliulium*, *Stephanum Mantagazam*, *Medinam*, *Jod. Meggezium*, *Joan. Paſcham*, *Guil. de Rubriquis*, *Joannem Soartium*, *Joan. Georgium Tibianum*, & *Ludevicum Tſchudiſium*.

BUNONIS.

ξ (a) *Cana* hæc haud longe à Nazareth verſus Septentrionem, ad latus montis *Carmel* ſita alumnos habuit *Simonem Cananiten* Apoſtolum, & *Nathanaëlem*. Hic aquam in vinum mutavit *Servator* [o], & poſtea abſens regii cujuſdam filium, qui in urbe Capernaum animam agebat, verbo ſanavit [p].

ο (b) *Eleutherus* fl. in Ituræa, Libano monte editus, Galilæam gentium perluens inter Tyrum & Sareptam in Mare abit Mediterraneum. Teſtudinum magnam vim in hunc fluvium certo anni tempore aſcendere è mari Phœnicio Plinius [q] Auctor eſt. Eundem fluvium (c) *Sabbathium* illum nonnulli volunt, quod per ſex tantum dies fluat; at ſeptimo, id eſt, ſingulis Sabbathis deficiat ac fluere ceſſet. *Plin.* l. 31. c. 2. *Iſidorus* l. 13. c. 13. *Joſephus* de bello Jud. l. 7. c. 24. Eum viſum venit Veſpaſianus. Adrichomius exiſtimat eſſe amnem illum, qui in Cantico Salomonis *Fons hortorum* appellatur.

π (d) *Galilæa Gentium* ſive *Superior*, erat extra Eleutherum, intra eundem fluvium & Jeptaël, ſive tribum Zabulon.

ρ In *Syrophœnicia* erat (e) *Campus Libani*, in quo *D. Georgius* fertur occiſo Dracone filiam Regis virginem liberaviſſe. Per eam regionem fl. (f) *Adonis* decurrit.

σ (g) *Ptolemais* ab Ægyptio quondam Rege nomen adepta, hodieque *Accon* nominatur, quondam *Claudii Cæſaris* colonia; aſſignata quidem in diſtributione terræ fuerat tribui *Aſer*: Verùm quod urbs munitiſſima foret, & cives bellicoſi, ab Iſraëlitis occupari non potuit. (h) *Jonathan*, Judæ frater, à *Tryphone* in hanc civitatem invitatus dolo capitur, ibidemque occiditur. Poſteà variâ hæc urbs fortunâ uſâ, modò Chriſtianis paruit, modò Saracenis, à quibus penitus exciſa, attamen reſtaurata eſt. Duobus ab urbe ſtadiis præterlabitur fluviolus (i) *Belus*, ſeu *Belus*; cui propè erat (k) *ſepulchrum Memnonis*; ibidemque vallis *vitream* emittens *arenam*: quam quum exhauſerint multæ naves pariter accedentes, locus idem rurſus impletur. Mons qui (l) *Scala Tyriorum* dicitur, ad Septentrionem centum ſtadiis eſt ab urbe; neque longè amplius (m) *mons Saron*, vineis præſtans. *Joſephus*, *Plinius*.

HEKELII.

[o] Joh. II. 7. ſeqq.
[p] Joh. IV. 47. ſeqq.
[q] Lib. IX. c. 10. p. 154. lin. 42. ſeq.

REISKII.

2 (n) Galilæa Hebraïce גליל גלילא à *convolvendo*, quaſi κατακυλισμὸν, i. e. *tractu ſuo convolutam* dixeris, duplex apud Talmudicos habetur עילאה ותתאה i. e. una *ſuperior*, quam Joſephus τὴν ἄνω vocat, alteraque *inferior*, quam Græce τὴν κάτω nominat: Illa Septemtrioni propior ad Syros & Phœnices, hæc Auſtro vicinior ad Peræam & transjordanicam patet: Illa *cum additione gentium*, quas tangit; hæc *ſimpliciter & abſolute* in ſacris extraneiſque ſcriptoribus κατ' ἐξοχὴν Galilæa dicitur, & CHRISTO JESU nomen Galilæi à Nazaretha opido, quin Chriſtianis omnibus Galilæorum ſcomma inter Gentiles addidit. Utraque Tetrarchiam aliquamdiu ſub Herodibus; poſt hac Præſidialem, ultimo Conſularem provinciam continuit. (o) Nam Palæſtina ſub Impp. Romanis triplex in Diœceſi Orientis fuit: *Prima* nempe Conſularis, cujus caput Cæſarea poſt Hieroſolymæ ruinas; *ſecunda* Præſidialis, & *tertia* æque Præſidialis, quàm *Salutarem* alio dixerunt nomine. Plura ex Lightfooto de moribus & dialecto pete; Si luber, adde noſtram de Linguâ vernaculâ JESU CHRISTI Diſſert. Libro de imaginibus CHRISTI ſubjunctam.

BUNO-

(a) Cana Galilææ. (b) Eleutherus. (c) Sabbathius fl. (d) Galilæa Gentium. (e) Campus Libani. (f) Adonis fl. (g) Ptolemais. (h) Jonathan occiſus. (i) Beleus fl. (k) Memnonis ſepulchrum. (l) Scala Tyriorum mons. (m) Saron mons. (n) Galilæa duplex. (o) Palæſtina triplex.

con: τ *Tyrus* quondam insula, postea verò Alexandri oppugnantis operibus continens facta; *Zor* dicitur in sacris Scriptis; & nunc *Sur* incolis; olim portu clara, urbibus genitis in Africa *Lepti*, *Utica*, & illa Romani Imperii æmula *Carthagine*, etiam *Gadibus* extra orbem conditis. Postea verò omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura constitit. Sequitur υ *Sarepta*, Eliæ Prophetæ hospitio nota. Dein diu opulenta φ *Sidon*; antequam à Persis caperetur, maritimarum maxima; artifex vitri; Thebarumque Bœotiarum parens. χ *Berytus*, quæ & *Felix Julia*, nunc etiam clara *Baruto*; ψ *Byblus*, ω *Botrys* & α *Aradus*. Inter hanc & Botryn β *Tripolis*, quam Tyrii, Sidonii & Aradii conditores obtinuerunt: dicta ex numero trium opidûm, singulis inter se stadiis distantium. Intus γ *Antaradus*, δ *Palæobyblus*, ε *Marathus*. Mons nobilis ζ *Libanus*, à tergo Sidonis orsus MD stad. in Cœlesyriam usque porrigitur. Huic par

Tyrus. Zor. Sarepta. Sidon. Berytus seu Felix Julia. Byblus. Botrys. Aradus. Tripolis. Antaradus. Palæobyblus. Marathus. Libanus mons.

BUNONIS.

τ (a) *Tyrus* urbs durissimæ rupi imposita, undique fluctibus marinis alluebatur, unde munitissima, & opulentissimum erat emporium. *Hiramus* Rex Tyri erat, qui Salomonem in exstruendo templo adjuvit. Expugnata hæc urbs primùm à *Nabuchodonosore* Chaldæorum Rege, ac deinde ab *Alexandro M.* [r] *Tyria purpura* in pretio erat. Ipsi Tyrii re navali præstantes, armorum peritiâ excellebant, adeoque tribus Aser nec hos potuit expellere habitatores. *Paulum Apostolum* inde Hierosolymam abeuntem fideles Tyrii cum uxoribus & liberis prosequuti sunt ad litus usque; ac postea mirâ constantiâ Christianam defenderunt fidem; donec à Saracenis demum capta est urbs, qui eam hodiè tenent. Tyrus [s] patria fuit *Porphyrii* Philosophi, item *Maximi* Philosophi Platonici, & *Ulpiani* JCti. 30 stadiis à Tyro aberat *Tyrus Antiqua*, Ortum versus, (b) *Palæotyrus* [t] etiam appellata. Inter utramque erumpunt *fontes*, quorum maximus (c) *Aquarum viventium* dicitur *puteus*.

υ *Sarepta*, Hebræis *Sarphat*, inter Tyrum & Sidonem interjecta erat. Magnam olim atque splendidam fuisse urbem, ex ruinarum reliquiis colligitur. Vino generoso etiam fuit nobilis Sarepta.

φ (d) *Sidon* à Tyro ducentis abest stadiis, urbs [u] pervetusta; quæ à *Sidone* primogenito Chanaan originem & appellationem habet, ipsi Tyro plerisq; rebus similis [x].

χ (e) *Berytus* supra Sidonem ad idem est mare; adeoque inter Byblum ad Septentrionem & Sidonem ad Meridiem.

ψ (f) *Byblus* hodiè *Gibeletto*, in eodem litore inter Berytum & Tripolin est [y].

ω (g) *Botrys* vel *Botrus*, hodie *Vadro*, aliis *Botrun*, item *Elpatron*, aut *Beteron*, inter Tripolin & Byblum ponitur.

α (h) *Aradus* 12 mill. pass. à Tripoli versus Septentrionem est, hodie vulgò *Laraca*: in tabulis itin. *Ortosiæ*. At secundum Ptolemæum *Aradus* minuta insula ante ostium Eleutheri fl. Strabo tamen eam 20 stadiis abesse à terra dicit. *Est autem Aradus saxum* [z] *a mari circumfusum*, inquit ille [a], *7 fere stadiorum ambitum habens, habitationibus plenum: tanta hominum multitudine ad hoc usque tempus, ut domus inhabitent multis fastigiis* [b] *aptas* [c]. A Sidoniis exulibus creditur condita.

β (i) *Tripolis*, ut *Strabo* ait, à re ipsâ accepit nomen, quòd condita à tribus urbibus Tyro, Sidone, & Arado. At *Pomponius* & *Diodorus* cum Auctore nostro ita dictam urbem tradunt, quod tria eo loco fuerint opida distincta. Hic circiter (k) *Macras* campus fuit, in quo mortuus visus est Serpens, jugeri longitudine, crassitudine tanta, ut equites ex utraque parte exsilientes alter alterum videre nequiret, rictu eo, qui hominem equo insidentem reciperet, exuviarumque squamam quamlibet clypeo majorem. *Strabo.*

γ (l) *Antaradus* nonnullis hodiè *Tortosa* urbs maritima est: Si verò urbs mediterranea est, alia illa fuerit à Tortosa.

δ (m) *Palæobyblus* à Beryto VII, & à Byblo XII, mill. pass. abfuit, in Tab. itin. legitur Balbyblos.

ε (n) *Marathus* à Tripoli versus Septentrionem est.

ζ (o) *Libanus mons* Phœniciæ celeberrimus; Cedris aliisque arboribus olim decorus, herbis salutaribus ac fragrantissimis sparsus, marmoribus candidissimis suffultus, multas accolis conciliat utilitates. Hinc lapides & ligna ad structuram templi aliorumque petita. Victimæ etiam in templo immolandæ magna ex parte in vallibus Libani saginabantur. Thuris etiam optimi magnam olim gignebat copiam; unde & pro *thure Libanus* usurpatur. Oriuntur ex illo flamina *Jordan*, *Chrysorrhoas*; *Eleutherus*, *Lycus*, *Adonis*. Montis illius hodiernam faciem, incolarumque conditionem pluribus describit, qui ipse hæc loca vidit & scrutatus est *D. Rauwolf.*

HEKELII.

[r] Vid. *Q. Curtii* Lib. IV. c. 4. sect. 12. seqq.

[s] Quam *Curtius* loc. cit. c. 2. sect. 2. & claritate, & magnitudine ante omnes Urbes *Syriæ Phœnicesque* memorabilem vocat.

[t] Testante denuò *Curtio* loc. cit. sect. 4.

[u] In Termino *Judæ*.

[x] Hæc sorte ducta, Tribui *Aser* obvenit.

[y] Meminit ejus *Curtius* Lib. IV. c. 1. sect. 15.

[z] Seu Petra quædam.

[a] Lib. XVI. *Geogr.* p. 525. Tom. II. Oper.

[b] Seu tabularis.

[c] Alii scribunt *Aratus*, uti ex Versu isto *Avieni* est videre, qui ita sonat: *Læta dehinc* Aratos Phœnicum *præjacet oram.*

(a) Tyrus. (b) Palæotyrus seu Tyrus antiqua. (c) Aquarum viventium fons. (d) Sidon. (e) Berytus. (f) Byblus. (g) Botrys. (h) Aradus. (i) Tripolis. (k) Macras campus. (l) Antaradus. (m) Palæobyblus. (n) Marathus. (o) Libanus mons.

par, interjacente valle, mons adverſus ν *Antilibanus* obtenditur, quondam muro conjunctus. In ea parte Phœnices, quæ *Galilæa Gentium* vocatur, mons eſt celebris ϑ *Carmelus*, & opidum in eo eodem nomine, quondam ι *Ecbatana* dictum. Cæterum ipſa gens Phœnicum ſolers hominum genus, & ad belli paciſque munia eximium. Literas & literarum operas, aliaſque etiam artes, maria navibus adire, claſſe confligere, imperitare gentibus, regnum prælium-que commenti. 3

Mons Carmelus.
Ecbatana.

BUNONIS.

ν Libano obtenditur (a) *Antilibanus*, quondam muro illi conjunctus. Inter hos montes concludit Strabo *Cœleſyriam*, & ſpatium ejus indicat. *Duo*, inquit, *ſunt montes, qui Syriam cavam includunt, æqualibus fere inter ſe ſpatiis diſſiti, Libanus & Antilibanus, paulo ſupra mare incipientes: Libanus prope Tripolim & Dei faciem; Antilibanus prope mare Sidonium, deſinunt autem ad Arabiæ montes, qui ſunt ultra Damaſcum, & eos, qui ibi* Trachonitæ *dicuntur, in alios quoſdam montes, qui glebo-ſos & fructiferos habent colles. In medio concavitatem planam relinquunt, cujus latitudo ad mare eſt ſtadiorum* 200, *longitudo a mari in mediterranea dupla.* In hos montes (b) *Orontes* fl. labitur.

ϑ (c) *Carmelus* mons nobilis, in quo *Elias* Prophera Baalis cultores miraculo vicit, & ad torrentem *Ciſon* mactavit. Eſt tamen in tribu Juda quoqe *Carmelus mons*; ubi habitavit *Nabal*.

ι In Carmelo opidum fuit ejuſdem nominis, quondam (d) *Ecbatana* dictum [d]. Atque hæc forte *Ecbatana* illa eſt, ad quam obiit *Cambyſes* Rex; qui Ecbatanam Mediæ prius intellexerat, ab Oraculo monitus, fore, ut moreretur ad Ecbatanam, *Herod. l.* 3. Cæterum in eadem Syrophœnicia erat (e) *Cana Major*, *Syrophœniſſæ* illius patria, cujus filiam à dæmonio obſeſſam liberavit Servator.

HEKELII.

[d] Vid. *Plinii* Lib. V. H. N. c. 19. pag. 73. lin. 5. ſeq.

REISKII.

3 (f) Ultimæ Phœnicum origines quin ad Chanaänem pertineant, vix dubitatur, ad quem proximæ pertingant, adhuc dubitatum inter doctos video. Bochartus tamen illam aut ſuſtulit aut comminuit dubitationem, ac luculentius Lib. I. Chan. c. 1. oſtendit, Phœnices ortum & nomen ſuum *ab Anako deſumſiſſe*, dicique voluiſſe duobus Hebraicis vocabulis בני ענק *Bene Anak*, i. e. *filios Anaki*, ſeu gentem ex hujus poſteris oriundam. Nec Viro doctiſſimo rationes deſunt, tum ab Analogia Grammatica, tum ab Antiquitatibus Punicis, in quibus multa veterum Anakæorum veſtigia commonſtrat. (g) Duplex autem Phœnicia fuit; una *maritima* ſeu *exterior*, ad mare Syriacum ſita, & altera *mediterranea* ſive *interior*, Damaſco ac Libano vicina, ſacriſque Scriptoribus Aram-Dammeſek dicta: Illam Notitia Imp. Romani *primam* Phœniciam & Conſularem, hanc vero *ſecundam* & Præſidialem provinciam facit. (h) Syrophœnicia vero quin ſecundæ aut interioris pars fuerit, nullus dubito, neque ab hac illam arbitror ſejungendam, licet Lightfooto aliter videatur. Interim Bochartus colonias Phœnicum per mare mediterraneum, & in omnibus huic vicinis regionibus, ac inſulis remotioribus diſperſas explicat, multaſque gentium origines, ſi quidem non ubique certas, tamen probabiles, ingenioſas & doctiſſimas docet.

(a) Antilibanus. (b) Orontes fl. (c) Carmelus mons. (d) Ecbatana. (e) Cana Major. (f) Phœnices unde orti. (g) Phœnicia duplex. (h) Syrophœnicia.

CAP. XXII.

Antiochene, Comagene & Cœleſyria.

ANTIOCHENE. 1

I.

Seleucis. Tetrapolis, ſeu Antiochene. Epidaphnes. Antiochia. Theopolis ſeu Seleucis.

α ANtiochenes, quæ ſequitur Phœnicen, caput eſt ipſa β *Antiochia*, cognomento *Epidaphnes*, urbs celeberrima, Syriam regentium ſedes. Inde non minori

BUNONIS.

α (a) *Antiochene* ſive *Seleucia* inter Syrophœniciam, Cœleſyriam, Comagenam & Internum Mare interjacet.

REISKII.

1 (b) *Antiochene* nomen ab Antiochia, hæc ab Antiocho, Seleuci Nicanoris patre, habuit. Seleucus Nicanor enim regno Syriaco & ſexaginta provinciis potitus, ſex Antiochias, totidemq; Seleucias exſtruxit; Illas memoriæ patris, has vero matris perpetuæ dicatas. Hæc autem Antiochia monti Silphio vicina A. M. 3704 condita, ex vico pertenui tantam ad amplitudinem

(a) Antiochene ſeu Seleucia.


Tab 42
Masius Mons
Samosata
Edessa
Antap fl
Antiochia
Antap
Germanicia
COMAGENE
MESOPO
TAMIÆ
CILICIA
Adena
Farso
Curca
Pargiper
Amanus Mons
Ponara
Syria porta
Pierius Mons
Laiazzo
Pieria
Chalybonitis
Alexandriola
Chalybon
n Alexandretta
n Alepo
Chalcydene
Casragata
Segor
Bap
Bir
Euphrates flu
Carra
Haran
Sahan
Zeugma
Hierapolis
Barin
Berrhaa
Vetus
Lenza
COE
Moratu vel Frat Olim
Chaboras
Arbil
Saocoras flu
Sinus Isicus
Golfo di Laiazzo
Baya de Scanderona
Casius Mons
Soldrat fl
Seleucia
Pieria
Golfo de Antio
Antiochia
Chalcis
Sarachio
Tumia
Thema
Safyra
Deer
Cyrresti
ca
Palmyrene
PARS
Nicephorium
Euphrates flu
Suberkan
Ana
Gemel
Thapsacus
Ersy
MARE
SYRI
ACVM
Laodicea
Beione
Soldina
Daphene
ANTIOCHENE
sive
SELEUCIS
Lydia
Cyrrhus
n Carin
Serach
Palmyra
Maraim
Canicon
Iorai
Marram
Macharop
Asaphi
LE
Errachaby
Rachas
Casius Mons
Libanius
Belinas
Orontes fl
Sechon
Tolmidessa
Resapha
Laodicea ad
Libanum
s Scabiosa
Cholle
Oriza
Chysorkoas
s Pharphar flu
Tortosa
Marathus
SYRO
Antaradus
Macras
Campus
Tripoli
Apamia n
Damant
Raphaneæ
Epiphamia
Bellarbei
Mons
Coara
Adada
ARA
BIA
DESERTA
SY
RIA
Aradus
n Laraca
Botrys
n Vadro
Chemi Vulgi
Sensinum
Emesa Hamsa
Donaba
Biblus
n Gibeletto
Palæobiblus
Abana fl
PHŒNI
CIA
Fons Hortorum
Chysorhoas s Pharphar flu
Hapia
Caram
Iabruda
Naph
Coteife
Odmana
Berytus
n Baruti
Sidon
Opoton
Doum
Resia
Sarepta
Antilibanus Mons
Sardinaia
Damascus
Alsadamus Mons
Eleuther flu
Tyrus
SYRIÆ
sive
SORIÆ
Descriptio
61
62
63
64
65
66
67
68
38
37
36
35
34

minori fama γ *Apamia*, δ *Laodicea*, & ε *Seleucia* cognomine *Pieria* : unde ipsa regio *Tetrapolis* dicta fuit, à quatuor urbium dictarum numero ; eadem & *Seleucis*. Mons est ζ *Casius*, unde regio *Casiotis* ; & alius η *Pieria*, regioque eodem nomine. Fluvii celebres, *Belus*, *Lycus* & *Adonis*.

COMAGENE.

II. Ultima Syriæ est θ *Comagene*. Caput quondam regni, posteà provinciæ Romanæ, ι *Samosata*, Luciano alumno maxime nota. Comagene. Samosata.

COELESYRIA.

III. *Cœlesyria* à tergo dictarum Syriæ regionum, à Judæa Peræa ad Euphratem usque protenditur, alterius Syriæ pars, κοίλη Συρία Græcis dicta, id est, κ *Cava Syria*. Partes ejus insigniores sunt, *Decapolis*, *Tetrarchiæ* & *Palmyrene*. Deca- Cœlesyria.

plitudinem sub Antiochis, Seleuci successoribus, pervenit, ut sedis regiæ ac metropoleos in oriente locum præcipuum teneret. (a) *Commagene* nomen à Commago vico & amne cognomine suscepit, Antiochena longè inferior. Cœlesyria Libano & Antilibano conclusa, valles complectitur 25000 stadiorum latas, & duplo longiores : Hinc Arabes Geographi אלעור *Algaur* cum Nubiense nominant, i. e. *cavam*, Græco nomini convenienter. Fabulas autem olet, quicquid de Adamo heic condito, & *terrestri Paradiso ad Damascum proxime transtato* Petrus du Val & plures Geographi memorarunt. Cæterum Notitia Imp. Romani *Syriam primam & secundam* ex ordine provinciarum constituit : Alii ex Agro urbium *Cyrestriam*, *Damascenam*, *Zobæam*, *sed Euphratesiam* à fluvio denominant traduntque. (b) Huc sane pertinet *Principatus Christianorum Syriacus in monte Libano*, qui sui juris equidem non est nec absolutus, sed Sultano Turcico vectigalis, Patriarchæ itidem ac Episcoporum arbitrio constrictus : Attamen sua jurisdictione ac libertate quadam fruitur, neque Bassis Turcicis ad obsequium tenetur.

BUNONIS.

β (c) *Antiochia*, cognomento etiam *Magna* dicta, ab ostiis Orontis fl. remota est, qui urbem illam interluit, Hebræis *Reblatha* vel *Rebla* : Turcis hodiè vocatur *Antachio*. Secundum Suidam appellationem nacta est ab *Antiocho*. Hic sedem fixit *Apostolus Petrus*, ac fideles Antiocheni primùm dicti sunt *Christiani*. Synodus [a] ibidem habita *Paulum Samosatenum* damnavit [b]. Constabat Antiochia ex quatuor contiguis urbibus, quarum quælibet suo muro cingebatur. *Daphnes* lucus omnium amœnissimus in ejus erat suburbio, cujus nullam arborem exscindere vel distrahere licebat, *l.* 1 & 2. *C. de cupr. ex luc. Dapb. non exc.* Eam urbem hostili incendio exultam Justinianus restituit, vocavitque *Theopolin*. *Templa Antiochena* contrarium ab aliis olim habebant situm ; Altaria enim non spectabant Orientem, sed Occidentem : *Socrates*. Erat & hic *Paradisus* sive hortus amœnus ad Libanum.

HEKELII.

[a] I. Juxta *Alsted.* An. CHR. 259.

[b] Et Patronos *Novatiani Schismatis* ; II. & III. verò circ. Ann. CHR. 269.

BUNONIS.

γ (d) *Apamia* ad eundem Orontem fl. à Seleuco Rege condita, ac de sororis nomine dicta, hodie vulgò vocatur *Damant*.

δ (e) *Laodicea* in litore maris fuit, ab Orontis ostio paullum remota. Ejus urbis Episcopus fuit *Apollinaris*, qui plerosque libros Biblicos Græco carmine Heroico reddidit [c].

ε (f) *Seleucia*, etiam *Coche* dicta, haud longè fuit ab Orontis ostio.

ζ Suprà Seleuciam [d] est mons (g) *Casius* seu *Cassius*, cujus excelsa altitudo quarta vigilia Orientem per tenebras solem aspicit. Ambitus ad cacumen 19 mill. passuum est : altitudo per directum 4. *Plinius* [e].

η (h) *Pieria*, ad sinum pertingit Issicum, habetque (i) *Alexandriolam* urbem, quæ hodie vulgò *Alexandretta* vocatur. Ejus nominis urbes 17 numerant Eustathius & Stephanus.

θ (k) *Comagene*, inter Ciliciam, Cappadociam, Euphratem, Cœlesyriam ac Seleucidem extenditur [f].

ι (l) *Samosata* urbs ad Euphratem est *Luciani Atthei*, & *Pauli Samosateni* hæretici patria. In eadem Comagena quoque erat (m) *Germanicia*, Nestorii hæretici patria, ad Amani montis radices posita.

κ Illa Syriæ pars haud dubiè dicta est (n) *Cava*, quod Libani & Antilibani aliorumque montium occupet valles : ad quem modum fauces montium in Græcia sunt apud Livium nomine *Cœle*.

HEKELII.

[c] Est & *Laodicea* non solum urbs *Syriæ*, sed & celebris in *Asia* Urbs, *Lyco* Flumini imposita.

[d] Quam *D. Paulus Apostolus* peragravit.

[e] Lib. V. *Hist. Nat.* cap. 22. pag. 73. lin. 32. seq.

[f] Hujus Regionis Incolæ *Comageni* sunt dicti, homines *Haruspicinæ Peritia* præ cæteris nobilitati. Coni. *Juvenal.* Satyr. 6. v. 548. seq.

BUNO-

(a) Commagene. (b) Principatus Christi. Libanon. (c) Antiochia seu Theopolis. (d) Apamia. (e) Laodicea. (f) Seleucia. (g) Casius mons. (h) Pieria. (i) Alexandriola. (k) Comagene. (l) Samosata. (m) Germanicia. (n) Cava & Cœlesyria.

Decapolis. *Decapolis* regio à decem urbium numero dicta fuit. In his fuere, λ *Damascus* caput, μ *Opoton*, ν *Philadelphia*, ξ *Raphana*, ο *Scythopolis* deductis Scythis, antea *Nysa* vocitata, à Liberi sepulta ibi nutrice, π *Gadara*, ρ *Hippos*, σ *Dios*, τ *Pella*, υ *Gerasa*, φ *Canatha*. Supra Decapolitanam regionem sunt *Tetrarchiæ* numero XVII, regionum instar singulæ, & in regna descriptæ. Insigniores sunt, χ *Trachonitis*; & *Paneas*, in qua Jordanis fontes, & urbs ⊥ *Cæsarea*, cognomine *Paneæ* seu *Philippi*. Libanum montem ab Oriente tangit *Palmyrene*; cujus caput

Tetrarchiæ.

Trachonitis.

Paneas seu Cæsarea Philippi.

Palmyrene.

BUNONIS.

λ (a) *Damascus* [g] quadraginta milliaribus Hierosolymis distans, olim universæ Syriæ caput erat, cujus mœnia alluit (b) *Abana* fluvius, ac interluit *Parphar* sive (c) *Chrysorrhoas*, qui ad mare non pervenit, in plura loca derivatus. Damascus vero appellationem habere à *Damasco Eliezer*, Abrahami famulo, vult Hieronymus. At Josephus eam conditam affirmat ab *Hus* Semi nepote. In ejus urbis vicinia Sauli impii conatus adversum fideles divinitus repressi sunt, tactusque ex persecutore Apostolus. Hic *primi nostri parentes* creati, si Burchardo Monacho fides habenda. In campo Damasci à *Caino Abel* interfectus est, adeoque à *sacco sanguinis* denominata urbs, secundum traditionem Hebræorum apud *Hieron. in c. 27. Ezech.* Quo loco Propheta *vinum* apud Damascenos generosissimum provenire innuit, & *lanam* coloris optimi; sicuti nostrâ etiam ætate variorum colorum serici, gossipini & byssini panni, qui nostris appellantur *Damasceni*, ad nos afferuntur. Et habet Syria non modò *oves* lanæ præstantissimæ; sed & peculiare earundem genus, quarum caudæ cubiti habent latitudinem. *Aristot. l. 8. Histor. Animal. c. 28. Plin. l. 8. c. 48.*

μ (d) *Opoton* ad Chrysorrhoam seu Pharfar fl. erat.

ν (e) *Philadelphia Animana* & *Astarte* prius dicta, Hebræis *Rabath* seu *Rabba*, olim urbs magna ac potens erat Ammonitarum ad torrentem *Jaboc*, unde & *urbs aquarum* in Sacris appellatur [b]. Hanc olim tenuerunt Gigantes, quos ejecere Ammonitæ, id est posteri Loth. Tenuit eam urbem posteà *Ogus* Rex Basan. Davidis Auspiciis eandem obsedit Joab, in eaque oppugnanda periit *Urias* improbè periculis objectus; Expugnatam tandem exscidit David. *Ptolemæus Philadelphus* urbem hanc multo post tempore cum regione vicina sibi subjecit; & ab ejus nomine dicta est *Philadelphia* [i].

ξ (f) *Raphana* fere in Arabiam recedit.

ο (g) *Scythopolis* erat *Bethsan* urbs, quæ ad Jordanem fuit, ubi is Mare Tiberiadis egressus est.

π (h) *Gadara* monti impositа, paullo longiùs à Mari Galilææ remota erat, inexpugnabilis prope habita. *Alexander Jannæus* Judæorum Rex eam decem mensibus obsessam demum cepit & destruxit. *Pompejus M.* aliquanto post, in gratiam Demetrii liberti sui, cujus hæc patria erat, illam instauravit. Gadarenses fuere, *Philodemus Epicureus*, *Meleager* & *Menippus*, qui solitus seria jocosè exponere: & *Theodorus Rhetor.*

ρ (i) *Hippos.*

σ (k) *Dios*, Plinio *l.* 5. c. 18. vocatur *Hippodion*, ad idem erat litus, *Hippene* quoque dicta, & ejus incolæ *Hippeni*. Et hanc exciſam Pompejus restituit.

τ (l) *Pella* à Gadara erat versus Ortum, à Seleuco Syriæ Rege condita, & de Macedonica urbe, Philippi & Alexandri patria ita apellata, incolas Macedonas habuit plurimos. Alexander Judæorum Rex eam posteà exscidit, quam Pompejus restituit, & Judæis ademptam Syris contribuit. Christiani ingruente obsidione Hierosolymorum, divinitus admoniti, huc concesserunt ibique servati sunt.

υ (m) *Gerasa* Mari Galilææ propinqua in monte posita fuit, optimè munita; expugnata tamen ab *Alexandro* Judæorum Rege, quod *Theodori* tyranni opes in ea forent depositæ. (n) *Gergesæi* id olim tenuerunt opidum, qui ab *Gergeseo*, filiorum *Chanaan* quinto, ortum suum traxisse perhibentur. Bello Judaico & à Judæis & Romanis graviter attrita est hæc urbs. Ad eam quum Servator hominem dæmoniis liberâsset, illa porcorum gregem in mare dederunt præcipitem [k].

φ (o) *Canatha* à Philadelphia in Ortum jacet.

χ (p) *Trachonitis* etiam appellatur *Terra Gigantum*, & pertingit usque ad Jordanis fontes: in ea erat (q) *Gessur* urbs regia, quò fugit *Absalom* post commissam cædem in *Ammone* fratre, ibidemque triennium delituit.

⊥ (r) *Cæsarea Philippi* antiquissimis temporibus *Lais* vel *Laisa*, vel etiam *Lesem* appellata est. Deinde à sexcentis viris Daniticæ tribus expugnata, excisa & restaurata, *Dan* vocata est. Posteà quum in Romanorum venisset potestatem, *Paneas* fuit dicta, à fonte, qui eam alluit, & Iturææ ac Trachonitidis metropolis habita. A *Philippo*, Herodis M. filio ornata & aucta, *Cæsarea Philippi* est nominata; aliquanto post & *Neroniana* dicta. Hodiè verò ab aliquot seculis appellatur *Velenas*. Ad hanc urbem quum versaretur *Servator*, ex discipulis quæsivit, quemnam homines se dicant esse, ubi *Petrus* omnium nomine præclaram edidit confessionem.

HEKELII.

[g] Quam *Julianus* in *Epistolis* Jovis *Urbem* & *totius Orientis Oculum* vocavit.

[b] Si originationem *Græcanicam* aspicimus, *Fratris*, vel *Fraternitatis Amorem* designat.

[i] Ad hujus Urbis Ecclesiam per *Johannem Evangelistam* etiam *Deus* scribi jussit, sicuti apparet *Apocal.* III. 7. seq.

[k] Conf. *Matth.* VIII. 28. *Marc.* v. 2. seq. & *Luc.* VIII. 27. seq.

BUNO-

(a) Damascus. (b) Abana fl. (c) Chrysorrhoas, seu Parphar fl. (d) Opoton. (e) Philadelphia. (f) Rhaphana. (g) Scythopolis. (h) Gadara. (i) Hippos. (k) Dios. (l) Pella. (m) Gerasa. (n) Gergesæi. (o) Canatha. (p) Trachonitis. (q) Gessur. (r) Cæsarea Philippi, olim Lais & Dan. it. Paneas & Velenas.

caput ω *Palmyra*, urbs nobilis ſitu, vaſto undique ambitu arenis includit agros : ac velut terris exempta à rerum natura, privata ſorte inter duo Imperia ſumma, Romanorum Parthorumque, & prima in diſcordia ſemper utrimque cura. Palmyra.

IV. In reliqua verò Cœleſyria urbes inſigniores ſunt, α *Zeugma* ad Euphratem, β *Bambyce*, quæ & *Hierapolis*, Syris verò *Magog*, nunc *Alepo*. γ *Chalcis*, cognominata ad Belum, unde regio *Chalcidene* fertiliſſima Syriæ, & Cyrrheſtica δ *Cyrrhus* : ε *Beroë* & ζ *Chalybon*, unde regio Chalybonitis, η *Laodicea* ad Libanum cognominata, & ϑ *Thapſacus*, in Euphratis ripa. Zeugma. Bambyce ſeu Hierapolis. Chalcis. Cyrrhus. Beroë. Chalybon. Laodicea. Thapſacus.

BUNONIS.

ω (a) *Palmyra* ab Adriano Imperatore reſtaurata aliquando *Adrianopolis* dicta eſt. Palmyrenorum regina aliquamdiu erat (b) *Zenobia*, quæ Græci & Ægyptii ſermonis peritiſſima, ac Latini haud ignara, multa ſcripſit, ac in iis Hiſtoriarum epitomen ; ipſa filios ſuos erudivit, orationes elegantiſſimas habuit, & galeata recitavit. Demum ab *Aureliano* Imperat. capta, ac in triumpho ducta eſt ; ipſaque Palmyra difficillima obſidione ab Aureliano expugnata.

α (c) *Zeugma* ad Euphratem erat, ubi pons flumini iſti [*l*] impoſitus, cujus hodiè exſtant reliquiæ. Contra Zeugma in altera Euphratis ripâ *Apamia* urbs erat munitiſſima, Satraparum ſedes, ubi ſolvebantur tributa.

β De *Alepo* diverſæ inveniuntur ſententiæ ; alii enim Hierapolin eſſe docent : alii *Beroën*, quæ inter Antiochiam & Hierapolin interjacet, eſſe contendunt, quæ ſententia Cedreni & Zonaræ teſtimonio nititur ; alii *Chalybonem* eſſe putant, vocabuli ſimilitudine inducti, in quibus Poſtellus & Rauwolfius ſunt. Si verò Alepo tantum trium dierum itinere ab Antiochia recedit in Ortum, quod tradit Bellonius ; Hierapolis ſitus, quippe quæ 154 mill. paſſuum, ſi Itinerariis fides, ab Antiochia in Ortum jacet, cum illius diſtantia minime conveniet.

γ (d) *Chalcis* hodie *Chinſerim*, 84 millia paſſuum in Ortum aberat Antiochiâ ; ejus in Hiſtoria Herodis aliquoties meminit Joſephus [*m*]. *Jamblichi* Philoſophi [*n*] patria eſt.

δ (e) *Cyrrhus* hodie *Carin* vocatur, ac aliis *Quars*.

ε (f) *Beroë* inter Antiochiam & Hierapolin ſita erat.

ζ (g) *Chalybon* tridui itinere ab Antiochiâ diſtans Poſtello & Rauwolfio ea eſt urbs, quæ hodie (h) *Alepo* vocatur, urbs primaria & Satrapæ Turcici ſedes, urbs ampla, foſſis & mœnibus munitiſſima.

η (i) *Laodicea* hæc quod ad Libanum montem ſita, inde cognomen adepta eſt.

ϑ (k) *Thapſacus* ſeu Thapſacum ad Syriæ & Arabiæ ponitur fines.

HEKELII.

[*l*] Ab *Alexandro M.* qui cum Exercitu hoc Flumen tranſivit.

[*m*] Hanc urbem à *Monico Arabe* conditam eſſe nonnulli ſcribunt.

[*n*] *Platonici*, qui *Porphyrio* præceptore eſt uſus.

(a) Palmyra. (b) Zenobia. (c) Zeugma. (d) Chalcis. (e) Cyrrhus. (f) Beroë. (g) Chalybon. (h) Alepo. (i) Laodicea ad Libanum. (k) Thapſacus.

CAP. XXIII.

Meſopotamia & Babylonia.

I.

INter Euphratem & Tigrim regio à ſitu dicta eſt *Meſopotamia* ; quaſi μέση τῶν ποταμῶν, id eſt, media inter amnes : pars quondam Aſſyriorum regni. Nunc *Aliduli* & *Diarbech* partes ejus. Clauditur ab *Occaſu* & *Meridie* Euphrate, ab *Ortu* Tigri, à *Septentrione* eodem Tigri & Niphaticis jugis. *Longitudo* ejus eſt inter α Niphaten montem, qua Comagenæ jungitur, & Seleuciam Parthorum cognominatam ad Tigrim, mill. CLXV. *Latitudo* ſumma inter dictos amnes milliar. LXX. Regiones in ea ſunt, *Anthemuſia*, *Chalcitis*, *Gauzanitis*, Meſopotamiæ fines & Magnitudo. Regiones.

BUNONIS.

α (a) *Niphates* mons [*a*] pars Tauri eſt, inter Armeniam Majorem & Meſopotamiam interjacens, hodie appellatur *Curdo* [*b*].

HEKELII.

[*a*] A *Nivibus* ita appellatur.

[*b*] Quidam *Majoris Armeniæ* Fluvium eſſe putant, qui ex eodem Monte defluens in *Tigrim* defertur. Alii etiam *Scythiæ* Fluvium faciunt.

BUNO-

(a) Niphates.

Urbes.

ζanitis, *Acabene*, *Ingine* & *Ancobarites*. Urbes præclaræ β *Edeſſa*, quæ quondam Antiochia, γ *Niſibis*, ipſa etiam Antiochia antè dicta, δ *Nicephorium*, ε *Labbana*, ζ *Seleucia* ad confluentem Tigris & Euphratis, jam antè dicta, η *Carræ*, Craſſi clade nobiles. Montes ſunt ϑ *Maſius* & ι *Singaras*. Fluvii in Euphratem defluentes κ *Chaboras* & λ *Saocoras*.

Montes Maſius & Singaras.

Fluvii.

Tigris.

II. Sed de Tigri & Euphrate, nobiliſſimis Orientis amnibus, hoc loco dixiſſe, aptiſſimum fuerit. Oritur Tigris, qui nunc accolis *Tigil*, in Armenia Majore, fonte conſpicuo in planitie; qua tardior fluit, *Diglito*, unde concitatur, à celeritate *Tigris* (ita appellant Medi *ſagittam*) incipit vocari, tranſvectus lacum *Arethuſam*, occurrente Tauro monte; ſpecu mergitur, ſubterque lapſus à latere altero ejus erumpit. Alterum deinde tranſit lacum, qui *Thoſpites* appellatur, rurſuſque in cuniculos merſus, poſt XXV M. p. redditur. Dein receptis aliis ex Armenia Aſſyriaque fluminibus, Aſſyriam Meſopotamiamque diſterminat; citraque Seleuciam diviſus in duos alveos, altero *Seleuciam*, altero *Cteſiphontem* petens, inſulam efficit haud modicam. Ubi remeavere aquæ, *Paſitigris* appellatur, moxque in lacus Chaldaicos ſe fundit, inde vaſto alveo profuſus binis oſtiis infertur Mari Perſico μ.

Arethuſa lacus.

Thoſpites lacus.

Paſitigris.

Euphrates & Pyxirates & Omira.

III. At Euphrates, qui *Frat* nunc accolis, in Majori itidem Armenia exorſus, initio *Pyxirates* nominatur: ubi Taurum occurrentem irrumpit, *Omira*, & mox, ubi perfregit, *Euphrates* dicitur. Inde læva Meſopotamiam, dextera Syriam, Arabiam, Babyloniamque radens, in plures alveos diſpeſcitur; quorum uno Seleuciam, & Tigrim petit; altero, qui *Regius* dicitur, Babylonem permeans, in paludes Chaldaicas diſtrahitur, tranſvectuſque, quondam ſuo ore in mare evolvebatur, poſtea verò ab accolis agros rigantibus præcluſus, non niſi per *Tigrim* delatus. Increſcit autem & ipſe Nili modo, ſtatis diebus, ac Meſopotamiam inundat. ι

B A-

BUNONIS.

β (a) *Edeſſa* inter Maſium montem & Euphratem ſita 12 mill. paſſuum à Samoſatis recedit, Borchardo nunc dicitur *Raſeu*, Hebraicè *Rages*; eaque habetur urbs, quam incoluit *Gabel* Tobiæ debitor. *Caracalla* Imperator in Parthos movens quum Edeſſa Carras iter faceret, & equo, ventris purgandi causâ, deſcendiſſet, ab Opilio Macrino, præfecto prætorii, occiſus eſt. Dio. *l.* 77. Herod. *l.* 4. Spart. in *Caracalla*.

γ (b) *Niſibis*, inter Maſium montem & Tigrim poſita, olim & *Antiochia Mygdonia* dicta eſt.

δ (c) *Nicephorium* inter Euphratem & Chaboram fluvios interjacet.

ε (d) *Labbana* urbs à Niſibi verſus Auſtrum, haud longè à Tigri ſita erat.

ζ (e) *Seleucia* hæc Plinio cognominatur *Parthorum*, aliàs etiam *Magna* appellata, contra Cteſiphontem propè Babylonem ſita fuit; Euphrates ipſam perluit, & profluenti mox infunditur Tigri.

η (f) *Carræ*, *Charræ* ſeu *Carrhæ*, urbs Chaboræ fluviolo *Edeſſæ* & *Euphrati* propinqua, ut *Stephano* videtur, ſic dicta eſt à *Carra* flumine Syriæ; Hebræis appellatur *Haran* & *Charan*: unde divino mandato parens Abraham egreſſus Sichem conceſſit. *Craſſus* à Parthis hic Auro potatus eſt.

——*Miſerando funere Craſſus*
Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carrhas.
Lucanus [c].

ϑ (g) *Maſius* mons Niphati vicinus, Niſibi urbi imminet.

ι (h) *Singaras* hodiè *Sima*, aliis *Atalio* vocatus, ad Tigrim ponitur fluvium.

κ (i) *Chaboras* ex Maſio monte profluens, hodiè vulgò vocatus *Chabu*, ac infrà *Chaboram* urbem, quam alluit, inter Nicephorium ad Occaſum, & Aphphadanam ad Ortum in Euphratem labitur.

λ (k) *Saocoras* fl. nonnullis hodiè vocatur *Hormitz*, aliis verò *Set*.

μ Tigris & Euphratis fl. fontes 1500 ſtadiis inter ſe diſtare aiunt Solinus c. 40. & Euſtath. ad Dionyſ. Raderus.

HEKELII.

[c] Lib. I. v. 104. ſeq.

REISKII.

ι (l) *Meſopotamia* Græcè μεσοποταμία regio inter Tigrim Euphratemque media, Latinè *interamna* potius quam *medamna* cum Priſciano dicitur: in ſacris plane ad ſenſum eundem ארם נהרים *Aram Nabarajim*, i. e. *Syria fluviorum* aut fluviis concluſa: Eadem quoque פדן ארם *Paddam Aram*, i. e.

(a) Edeſſa. (b) Niſibis ſeu Antiochia. (c) Nicephorium. (d) Labbana. (e) Seleucia Parthorum. (f) Carræ ſeu Haran. (g) Maſius mons. (h) Singaras mons. (i) Chaboras fl. (k) Saocoras fl. (l) Meſopotamia duplex.

BABYLONIA nunc CALDAR.

IV. Assyriæ Mesopotamiæque pars erat ν *Babylonia*: postea verò in singularem provinciam descripta. Clauditur à *Septentrione* Euphrate, ab *Ortu* Tigri, à *Meridie* Persico Mari & montibus Arabiæ Desertæ, ab *Occasu* iisdem jugis & Euphrate amne. Regionum illustrissima est ξ *Chaldæa*, deinde *Mardocæa* & *Auchanitis*; quæ autem Tigri & Euphrate tanquam insula includitur, *Mesene* appellatur. Urbium clarissima *Babylon*, Chaldæorum quondam caput, à Semiramide in sedem regni Assyrii condita, nunc in exiguis ruinis exstincta jacet (1). Secunda ab hac est ο *Urchoa*, quæ *Ur* Chaldæorum in sacris scriptis. Dein π *Borsippa* ad paludes: & ρ *Teredon* nobilissimus inter Tigris ostia vicus. 2

Babyloniæ, nunc Caldar fines.
Chaldæa.
Mardocæa.
Auchanitis.
Mesene.
Babylon.
Urchoa.
Borsippa.
Teredon.

CAP.

(1) *Murus ejus fuit ex cocto latere cubitos altus L, usque eo latus ut obviantibus sibi quadrigis facilis esset transitus, munitus ducentis & quinquaginta turribus. Ambitus trecentorum & sexaginta stadiorum, pluriumque juxta alios.*

i. e. culta Mesopotamiæ pars & sativo agro felicior. Duas enim hæc terra partes complectitur: *Unam fertilem* ab Armeniæ montibus ad amnem Chaborem qua patet, *alteramque sterilem* aut incultam à Chabore ad Babylonem. (a) Urbs hodieque claret *Edessa*, sed mutato in *Oufram* nomine: Ubi adhuc veterem Abgarorum sedem regiam, atrio suisque conclavibus conspicuam ostendunt: Turci Mosqueam Abrahamo sacram, ibique vivarium è fontibus huic proximis collectum, in eoque pisces sanctos jactitant. (b) Arabibus urbs illa *Roha* dicitur, & suo Christianorum veterum templo tanquam miraculo effertur. Vid. Exercit. de Imagine CHRISTI Abgarena. Bochartus autem fallitur in sua Rasen & Rages, quæ cum Edessa haud congruunt; quia hæc in Mediæ montanis jacuit. Cæteræ adhuc urbes sunt *Merdin*, *Carasera*, *Nesbin*, quæ Nisibis vetus nunc pagum exiguum refert. Historia Tigridis Euphratisque Geographica si desideretur, illam ex Arundinibus, Conjunctione, Cataractis, observatisque aliis Becmannus dabit, c. 3. sect. 16.

BUNONIS.

ν (c) *Babylonia* appellationem consequuta est ab ipsa urbe Babylone. Hebræis terra illa vocatur *Sennaar*, seu *Sinear*. At Josephus terram *Sennaar* partem facit Babyloniæ: Sicuti aliam Babyloniæ partem constituunt Chaldæam Ptolemæus & Strabo.

ξ (d) *Chaldæa* illa Babyloniæ pars est, quæ in Meridiem extenditur, Arabiamque attingit, & Sinum Persicum: in qua *Urchoa*. Tres Babylonis memorantur conditores, *Nimrodus* Gen. 10. 10. quod initium regni ejus fuerit Babylon; quæ eadem à confusione linguarum nominatur c. 11. *Semiramis* Babylonem condidisse scribitur ab Herodoto *l.* 1. Diodoro *l.* 2. Strabone *l.* 16. Mela *l.* 1. Justin. *l.* 1. *Solino* [*d*]. *Nabuchodonosor* gloriatur, se magnam illam Babylonem ædificasse, Dan. c. 4. sed à *Nimrodo* urbs illa fuit fundata; à *Semiramide* aucta & amplificata, murisque cincta; & à *Nabuchodonosore* restaurata. Arcem ejus à *Belo* conditam refert Ammian. 23. Turrim illam immensam à gigantibus ædificatam refert Eusebius. Babylonis urbis mentionem faciunt, eamque describunt præter *Mosen* Gen. 10. & 11. *Herodotus lib.* 1. *Berosus* apud Josephum l. Ant. 10. & *Eusebium*, *Diodorus Sicul. l.* 2. *Strabo l.* 16. *Dionysius* Perieg. *Eustathius*. *Josephus* contra Apion. *lib.* 1. & Antiq. Jud. *l.* 1. *Plinius lib.* 6. *c.* 26. *Philostratus Apollon.* 1. *Justinus.* 1. *Orosius l.* 2. *Tzetzes* Chiliad. 9. *Zonaras* Tom. 1. *Cedrenus* & *Pererius* ad XI. Genes. copiosè de illa agit urbe. Pulchritudinem ejus laudat *Curtius l.* 5. *c.* 1. *D. Hieron.* ad Jes. *cap.* 14. describit templa marmorea, aureas statuas, plateas lapidibus auroque refulgentes, & multa alia, quæ pene fidem excedere videntur. Pluribus urbis magnificentiam depingit *Philostratus Apollon. l.* Eam in circuitu plus quàm duodecim milliaria Germanica complexam fuisse discimus ex Strabone; unde Aristoteli *provincia* appellata est; quippe quæ tantæ fuit amplitudinis, ut, quum tertium jam diem esset capta, pars ejus id tamen non sentiret. Sed ab eximio illo splendore suo adeo dejecta est, ut, quo loco illa priscis illis temporibus fuerit, vix hodie appareat. *Rauwolfius*, secundo Euphrate fluvio iter faciens dicit, à comitibus suis & Arabibus Arenarum cumulos in solitudine quadam ad Euphratem sibi monstratos, qui Babylonem eo fuisse loco affirmarint, eaque ingentis istius urbis esse rudera. Tanta verò memoratur loci sterilitas, ut Arabes nulla illic figant tentoria; id quod *Jesaias Propheta c.* 13. prædixerat. Hodie ad Tigrim est (e) *Bagdad* urbs, quæ vulgo habetur *Babylon*. Verùm *Bagdad* illa ad Tigrim jacet: & Babylon fuit ad Euphratem; quæ loca sunt multum inter se diversa. Credunt Persæ ex Babylone destructa exstitisse *Bagdad*, quo loco frequentes tum fuerint horti, id quod ex nomine *Bag*, quod hortum significat, colligunt; ac loci amœnitate homines inductos, ut novam ibidem exstruerent urbem. *Olearius*.

ο (f) *Urchoa* sive *Ur* Abrahami patria in Chaldæa erat.

π (g) *Borsippa* est *Barsita* Ptolemæo. *Urbs hæc*, [*e*] inquit Strabo, *Dianæ & Apollini sacra, in ea maximum limificium est, & maxima vespertilionum multitudo, qui longe majores sunt, quam in cæteris locis: capiuntur ad cibum, & sale condiuntur.*

ρ (h) *Teredon*, hodie *Baljara* urbs clara est, & Satrapæ sedes.

HEKELII.

[*d*] In *Polybist.* c. 70. p. 142.

[*e*] Lib. XVI. *Geogr.* p. 501. Tom. II. Oper.

REISKII.

2 (i) Babylonia Gr. Βαβυλωνία ἐκ τῆς Βαβυλῶνος à Babylone: Hæc autem ex Hebræo nomine בבל *Babel* per syncopen pro בלבל Balbel, i. e. (k) *ab linguarum confusione*: Quæ sub conditu hujus urbis turrisque contigit, vel per *inspirationem novorum*

(a) Edessa. (b) Roha. (c) Babylonia. (d) Chaldæa. (e) Bagdad. (f) Urchoa. (g) Borsippa. (h) Teredon. (i) Babylonia. (k) Linguarum confusio.

idiomatum a Deo factam, vel per *omnimodam Linguæ prioris Hebraicæ oblivionem*, ut huic sensim dispersos inter homines nova successerit. (a) *Babylon autem alia vetus fuit*, urbs mœnibus, fossis, turribus, templis & duabus Arcibus stupenda, Bocharto copiosissimè descripta; & *alia nova* superest æquivoce tantum dicta. Ex Babylone veteri adhuc monstrantur rudera quæ collem referunt, & 3000 passus ambitu, sed intus terram è cæmento piceque conflatam durissimam comprehendunt: Arabes tamen heic Phari cujusdam reliquias putant superstites, & Agarcouf nominant. Urbs nova *Bagdad ab Eremita*, qui locum incoluit, Bagdado dicta, & à Chalifa XXIII, Abujaäsar al Mansur A. C. 762 condita, modo Persis, modo Turcis paruit An. 1658 ab Amurathe capta. (b) De *Paradiso* addimus, eum commodissime inter Euphraten Tigrin horumque Alveos, & in Australibus vel Mesopotamiæ vel Babyloniæ partibus collocari. Nam 1° Mosaica fluviorum descriptio, 2° situs Edenis Orienti proximus, 3° concursus Fluminum & per Alveos divisio, 4° Terra Chus & Hevila, i. e. Arabia felix, & tractus mari Persico vicinus, 5° prima hominum sedes, & coloniæ ab ea deductæ prorsus congruunt. Confer Bochartum in Phaleg. Spanhemium in Geograp. Introd. & Chronicon Dreschler. Saracen. Tavernier. Lib. II. c. 7.

(a) Babylon duplex. (b) Paradisus ubi situs fuerit.

CAP. XXIV.

Arabia. (1)

I.

Arabia. ULtima Asiæ proximaque Africæ est *Arabia*, terrarum nulli postferenda, amplitudine spatiosissima. Quippe ultra proprios etiam fines, & Euphratem in Mesopotamiam ad Amanum usque ac Niphatem montes, multas Arabum gentes Tigranes magnus deduxit. Hinc Plinio *magna Mesopotamiæ pars Arabia* dicitur. Quin & alia haud exigua Arabum pars fuit in Africa sub Ægypto, totum illud Sinus Arabici latus cingentes; de quibus postea in ipsa Africa. [1]

Arabiæ fines. II. At propriæ Arabiæ fines fuere ab *Ortu* montium juga, quibus à Babylonia discernitur, & mare Persicum; à *Meridie* mare Rubrum; ab *Occasu* Arabicus sinus & Isthmus, qui est inter hunc sinum & mare Ægyptiacum; à *Septentrione* clauditur Palæstina, Cœlesyriaque & Euphrate. *Longitudo* ejus summa est à mari Ægyptio ad fauces usque Persici Sinus & Corodamum promont. mill. German. CCCCL. *Latitudo* maxima inter geminas, hinc Persici, illinc Arabici, sinuum fauces CCCXL, minima circa mediam peninsulæ partem milliar. CLXXX. Dividitur in *Petræam*, *Desertam*, atque *Felicem*. *a*

Magnitudo.

Divisio.

PE-

BUNONIS.

(1) *Sita est sub Tropico Cancri intra gradum 13 & 35 latitudinis Borealis, & ab Occasu in ortum ab Isthmo Arabico ad promontorium Rasalgatam' C. Ras Algate, ad gradus 33 diffunditur. Cœli sæpe torridi est, solum habet in multis locis asperrimum, arenosum, siticulosum, sterile, quod naturæ, etsi paucis contenta vivit, satisfacere non potest. Paucissimis fluvius, neque ingentibus perfunditur, & pluvia hic valde infrequens, ros, qui abunde delabitur, cœli fervorem valde mitigat, & nonnihil pluviæ defectum minuit. Fœlicioris Soli est pars maritima, & propinqua fluminibus, dives thuris, myrrhæ, aloes, casiæ, nardi, cardomomi, cinamomi, piperis, dactylorum, malorum aureorum, citreorum, pomorum variis generis, mellis, ceræ. Equi, Cameli, Oves laudem inveniunt. Mare pisces magna copia subministrat, item margaritas & coralia. Pars Arabum urbes incolit, fabrilia tractat, mercaturam facit, in literarum studia, medicinæ, Philosophiæ, & imprimis Mathematicæ incumbit. Pars in montibus & Sylvis degit sub tentoriis Cilicis.*

a De Arabibus in genere ita Plinius l. 6. c. 28. *Arabes mitrati degunt, aut intonso crine; barba abraditur: præterquam in superiori labro. Aliis & hæc intonsa; mirumque dictu, ex innumeris populis pars æqua in commerciis aut latrociniis degit: in universum gentes ditissimæ; ut apud quas maximæ opes Romanorum Parthorumque sulsistant, vendentibus, quæ e mari aut silvis capiunt, nihilque invicem redimentibus.* Non enim aliena emunt (a) Arabes, vendunt sua, quod etiam Solinus [a] tradit.

HEKELII.

[a] In *Polyb.* c. 46. p. 100. lin. 13.

REISKII.

1 (b) Arabiam nomen ab Arabibus, Arabes à nigrore, ac Syriaco quidem vocabulo invenisse, Viri docti ssi-

(a) Arabes. (b) Arabia.



Situs CHOROGRAPHIA et Flumina PARADISI In Terra Canaan
MARE CASPIUM
ASSUR
CARMANIÆ PARS
SINUS PERSICUS Arab. Mare Alachdar id est Mare Viride.
MARE INDICUM
MESOPOTAMIA
Chus et Chut
BABYLONIA
Auranitis Æudanitis sive Edenitis rectius
CHALDEA
ARABIA DESERTA
PHRAT fluv.
CHIDDEKEL fluv.
QUADRANS sive REGIO EDENIS
Ager Damascen
EDEN
SYRIA
Montes Libani
Linea seu Quadrans Regionis EDEN
TERRA PELISTINORUM
CILICIA
MARE MEDITERRANEUM
HAVILAH
SALAPH
ARABIA SARACENI
FELIX
Jobahitæ Ptol. Jobaritæ
Cassanites
Ophir et Ierach
CHAVILA
Gebanitæ
Sabæ
Salmi
Obal
Insula Dioscoridis ubi alos, dicitur Socotora
Mare Suph Arab Chalzem id est Clisma
vulgo MARE RUBRUM
SINUS ARABICUS
Ebr
ÆTHIOPIA sub Ægypto
Ebr. LUD
ÆGYPTUS THEBAIS
Nilus fluv.
Ebr. Sihor
DELTA
Cataractæ
NILI Ancones
Æthiopiæ Siris
Regio Myrrhifera
Penetralia
Austri. Job. 9. v. 9.
Panopolis.



PETRÆA. (1)

III. β *Petræa* clauditur ab *Occasu*, intimo Sinu Rubri maris & Ægypto; à *Septentrione* Palæstina & Cœlesyria; ab *Ortu* Arabia Deserta; à *Meridie* montium perpetuis jugis, quibus à Felice separatur. Dicta *Petræa*, à γ *Petra* capite suo, urbe celeberrima, δ *Nabathæorum* gente incolente. Reliquæ urbes insignes sunt, ε *Medava* & ζ *Bostra*. Mons est nobilis η *Casius*, cum delubro *Jovis Casii*, & haud procul *Pompei Magni tumulus*.

Petrææ fines. Petra urbs. Medava. Bostra. Casius m. Pompeii M. tumulus.

DESERTA. (2).

IV. *Deserta* Arabia, quæ nunc *Arden*, clauditur ab *Occidente* Petræa & Cœlesyria; à *Septentrione* Euphrate; ab *Ortu* montibus, quibus à Babylonia submovetur; à *Meridie* itidem montibus, quibus à Felice disterminatur.

Arabiæ Desertæ fines.

doctissimi volunt. Arabs enim ערבי *Arabi* ערב *Ereb*, *vesper*, ערוב *oreb*, *corvus* ejusdem sunt originis: Arabes Homero etiam ἐρεμβοὶ dicti tanquam ἐρεβεννοὶ, h. e. *nigri*; sic apud Stephanum & auctorem Etymologici magni legitur: Omnes enim *statura despicabili parva, colore inter nigrum fulvumque medio communiter notantur* Plin. Hinc קדרים *Kedurim*, i. e. Kedureni à nigrore in sacris literis dicuntur. Primam vero genti originem Bochartus duplicem vindicavit; Unam ab Joctane Semi filio, quoad Arabiæ felicis incolas; Alteram à Chuso Chami filio quoad Saracenos cæterosque Arabes. (a) *Saraceni* enim nec ab Sara, nec ab Hagare hujus famula, sed verbo Arabico שרק hujusque participio appellantur, quasi *latrocinantes* aut rapinæ deditos vocaris. Hinc *Nomades*, Græce νομάδες ἀπὸ τῶν νομῶν, i. e. *pascuis campestribus*, in quæ dispersi: *Scenitæ* itidem ἀπὸ τῶν σκηνῶν i. e. *tentoriis*, in quibus vivunt: Sin hunc ortum ipsi refugiant, tum ab situ orientali hæc denominatio desumi potest, quam Pocockius desumsit. De Saba Arabice al Jeman, (b) Sabæorum gentibus, regno vetusto, & quandoque gynæcocratico Bochartus optime commentatur, & reginam ex eo Arabicam deducit, quæ Salomonem regem convenisse legitur. Facessat hinc procul ex Arabibus fabulosa *Pygmæorum* natio, quam Auctores alii terræ huic adserunt. De singularibus naturæ donis, desertis horridis & Israelitarum difficillimo per illa itinere, item religiosis Turcarum ad Meccam Medinamque peregrinationibus non dicam, sed citabo unum Dreschleri Chronicon Saracenicum & nostra huic addita supplementa. (c) *Phylarchæ* Arabum aut Principes adhuc supersunt, iique non Bassis, sed Sultano subditi & vectigales: Qui plures equidem in Arabia recensentur, unus tamen inter omnes eminet Princeps *Noremguæ*, minoris in Arabia felici provinciæ, qui Mascateam urbem, quam illa perdiu tenuerat, nationi Portugallicæ ademit: Cæteros lubens omitto.

BUNONIS.

β (d) *Petræa Arabia* majorem sui partem sterilis est, torrida sole, siticulosa & arenosa; ita ut ventus subito exortus magnos montes & acervos arenarum convehat, & arenis obruat quicquid corripit, infesta præterea latronibus & prædonibus, adeo ut Mercatores etiam, nisi turmatim, illam terram non transeant. In ea Arabiæ parte *Populus Israeliticus* per 40 Annos exsulavit: & *Joseph* cum *Maria* virgine & puero *Jesu* per hanc Arabiam in Ægyptum profecti sunt. Ejusdem Arabiæ Rex erat *Areta* de quo Josephus.

γ (e) *Petra* hæc hodiè *Arach*, olim etiam *Petra Deserti* dicta, non longè distabat ab eo maris mortui litore, quod Ortum respicit. Fuit olim Arx munita & urbs Moabitarum vetustissima, in monte posita: Græcis dicta est *Petra*; Hebræis *Sela*, & quondam *Arce*, *Arcen* aut *Arecen*: postea *Recem* & *Receme*. Arabiæ Reges in ea Aulam & Palatium habebant, itaque Arabia illa nomen inde traxit. Israelitæ urbem istam expugnârunt, capto etiam Rege *Recem*: Num. 31. *Amasias* quoque Rex Judæ eandem cepit. *Areta* Arabum Rex hic sedem habens à Scauro oppugnatus est. Postea *Balduinus* Hierosolymorum Rex Christianus eam urbem auxit & ornavit. Ex ea *Ruth*, Hieronymo judice, fuit oriunda.

δ (f) *Nabathæi* ita dicti à *Nabajoth* filio Ismaëlis natu maximo, qui cum undecim fratribus omnem terram ab Euphrate ad mare Rubrum usque positam tenuerunt, *Nabathæam* nominantes provinciam. *Josephus Ant.* l. 1. c. 21. Nabathæorum regio inops frugum, & plena pecorum fuisse scribitur. Ipsa gens, secundum Strabonem, fuit continens, rei conservandæ & parandæ intenta. Mortuos verò irreverenter tractârunt Nabathæi, eosque, ac ipsos Reges quoque, in sterquiliniis defoderunt. Urbs illorum nominatur (g) *Nabatha*.

ε (h) *Medava* seu *Medaba*, hodiè *Medavon* & *Medbach* in finibus Moabitarum est.

ζ (i) *Bostra*, hodiè *Bosra* & *Bussereth*, Philippi Imperatoris patria; ex eo *Philippopolis*, Zonara teste, dicta est.

η (k) *Casius mons* ad Ægypti fines est, haud longè ab *Ostracina* urbe maritima; ibidemque (l) *Casiotis regio*. Cæterum *Casiotæ* vafri & veriuti habiti sunt; unde

(1) *Arabiam Petræam pars Ismaelitarum inhabitavit. In hanc Arabiam appulerunt Israelitæ ex Ægypto, cujus peregrinationis vestigia etiamnum aiunt exstare in deserto Sin, variis Inscriptionibus rupibus ejus incisis, quæ antiquissimo charactere Assyriaco censentur constare. In Confiniis hujus regionis visuntur mons Horeb & Sinai, & in litore Eziongeber, unde classis Salomonis in Ophirum navigavit.*

(2) *Sunt qui terram de Uz Jobi sedem in Septentrionali regionis hujus parte versus Euphratem & Mesopotamiam collocant, & inter alios Spanhemius. Madianitis in plagam Orientalem domicilia assignat. Alii Magos qui Salvatorem invisserunt, ex hac regione etiam ducunt.*

(a) Saraceni. (b) Regina Sabæ. (c) Phylarchæ Arabum. (d) Arabia Petræa. (e) Petra urbs. (f) Nabathæi. (g) Nabatha urbs. (h) Medava seu Medaba. (i) Bostra. (k) Casius m. (l) Casiotis regio.

tur. Plana equidem maxima ex parte; at ſterilis, ideoque deſerta. Populi illuſtriores ϑ *Nomades* & ι *Scenitæ*; hi ultra Euphratem in Meſopotamiam protenſi, iidemque in Felicem.

Nomades. Scenitæ.

FELIX (1).

Arabia Felix.

V. *Felix*, quæ nunc *Ayaman*. Ipſa Peninſula Arabiæ inter duo maria Rubrum Perſicumque, procurrens, reliquis partibus major eſt, multoque lætior ac ditior; cinnami ac thuris, aliorumque odorum maximè ferax; unde inclytum ei *Beatæ* cognomen. Fluvii nobiliores duo; κ *Betius*, Arabicum, λ *Lar* Perſicum, ſinus petentes. Populorum hic nomina innumera, at clariſſima μ *Saracenorum*, non modò Africam, ſed Europam etiam vaſtantium: ν *Minæorum* & ξ *Sabæorum*, qui ſoli thus mittunt. Urbes inſigniores, ad Arabicum ſinum *Badæo* regia, *Pudnopolis*, ο *Muza*, π *Ocelis*: ad Rubrum Mare *Arabia* & ρ *Cana*: ad Mare Perſicum *Gerra*. Intus *Oſtama*, *Maraba*, *Sabe*, *Manambis* Regia, σ *Sapphar*; *Sabatha* & *Omanum*.

Betius fl. Lar fl. Saraceni. Minæi. Sabæi. Badeo. Pudnopolis. Muza. Ocelis. Arabia. Cana. Gerra, &c.

CAP.

(1) *Statuunt eruditi terram Chus & Havilam, quas Flumina Gihon & Piſon rigaverunt, fuiſſe in hoc tractu, ac ſinui Perſico propinquo. Sunt qui Reginam Saba, quæ Salomonem Hieroſolymæ invifit hic regnaſſe ſtatuunt, interque eos Bochartus. Saraceni hinc etiam originem trahunt.*

unde proverbium [b] natum: *Caſioticus* [c] *nodus*, apud Suidam.

HEKELII.

[b] Quod ap. *Eraſmum* Chil. II. Cent V. *Adag.* 34. facit.

[c] *S. Caſſioticus.*

BUNONIS.

ϑ (a) *Nomades* certas ſedes non habent; ſed cum pecoribus ſuis alia ſubinde quærunt paſcua: ita & noſtra ætate iſtos vivere teſtatur *Rauwolfius*: ac Regis ſui amantiſſimos eſſe, qui admodum ſolicitè, ubinam ipſorum degat Rex, quoniam & ille haud diu uno in loco ſubſiſtat, ex iter facientibus ſoleant quærere.

ι (b) *Scenitæ* à Scenis dicti, quòd ſub tentoriis habitant, domibus carentes. Ipſa autem tentoria cilicia ſunt; ita nuncupant velamenta è caprarum pilis texta. Præterea à carnibus ſuillis prorſus abſtinent. Sanè hoc Animalis genus eò invectum, moritur illicò. Solinus c. 46. In hac ipſa Arabia Deſerta ponuntur Ophiophagi [d], à facto ita dicti. *Mela.*

κ (c) *Betius* fl. ex Zamete monte, qui & *Zames*, hodieque *Zimas*, vocatur, ortus, in Mare Rubrum devolvitur, appellatur vulgò *Allique aguada.*

λ (d) *Lar* fl. hodiè vulgo *Om* dictus, inter *Sacra Solis* extrema & Capſiram urbem fluit.

μ (e) *Saraceni* prius dicti ſunt *Agareni*; ab *Agar* Abrahami ſerva: & poſteà *Iſmaelitæ*. Demum Mahumede Auctore voluerunt *Saraceni* appellari, vel à *Sara* uxore Abrahæ; vel à *Saraca* regione, quam Stephanus partem facit Arabiæ.

ν (f) *Minæi* Aramitis & Sabæis fuerunt proximi, apud oram maris Rubri incolentes: eorum urbs nobiliſſima fuit (g) *Carna* ſeu *Carne*. Strabo lib. 16.

ξ (h) *Sabæi* eam tenuerunt Arabiæ partem, quæ ſinui Perſico obvertitur, *Mela*. eorumque metropolis eſt (i) *Saba*, quam nonnulli *Zibit* eſſe putant ad ſinum Arabicum. Ex ea Arabiæ parte Hieroſolymam venit Regina, Salomonis ſapientiam exploratura. Quidam tamen *Sabam* hanc in Africæ parte, ipſaque Æthiopiâ ponunt.

ο (k) *Muza* portus & emporium eſt, quò appellere ſolebant navigantes ex Ægypto in Indiam. Hodiè vocatur *Mocha*, ad quam coralliorum rubrorum magna capitur copia.

π (l) *Ocelis* Rhamuſio hodiè eſt *Capo de Celi.*

ρ (m) *Cana*, eodem Rhamuſio teſte, hodiè vocatur *Cancacan.*

σ (n) *Sapphærenos* equos commendat Vegetius. Cæterùm in interioribus Arabiæ partibus etiam ponuntur (o) *Pygmæi*, minutum genus, & quod pro ſatis frugibus contra grues dimicando defecit. Sunt multa volucrum, multa ſepentum genera. De ſerpentibus memorandi maximè, quos parvos admodum, & veneni præſentis, certo anni tempore ex limo concretarum paludum emergere, in magno examine volantes in Ægyptum tendere, atque in ipſo introitu finium ab Avibus, quas *Ibidas* appellant, adverſo agmine excipi, pugnaque confici traditum eſt. (p) *Phœnicem* quoque Avem unicam in Arabia exſiſtere tradunt *Plinius*, *Solinus*, *Mela*. Hodie verò regna ad Arabiam pertinentia ſunt ad mare Indicum (q) *Tartach*, (r) *Herith*, & reliquis opulentius *Aden*, cujus caput *Aden* ad *Arcyram* montem, qui Ptolemæo *Cabubara*; emporium Indis, Æthiopibus & Perſis frequens. Regno (s) *Aden* adjacet provincia (t) *Zibith*, per quam in Arabiam Petræam itur.

HEKELII.

[d] Eodem *Solino* loc. cit. pag. 100. lin. 17. & *Mela* Lib. III. c. 9. p. 225. lin. 32. ſeq.

BUNO-

(a) Nomades. (b) Scenitæ. (c) Betius fl. (d) Lar fl. (e) Saraceni. (f) Minæi. (g) Carna urbs. (h) Sabæi. (i) Saba urbs. (k) Muza. (l) Ocelis. (m) Cana. (n) Sapphara. (o) Pygmæi. (p) Phœnix. (q) Tartach. (r) Herith. (s) Aden. (t) Zibith.

CAP. XXV.

De Turcico Imperio, urbibuſque ſub eo claris.

I.

HÆ igitur ſunt regiones Aſiæ, quæ, cum antea ſub *Aſſyriorum*, *Perſarum*, *Macedonum*, *Romanorum*, ac ſuorum quæque Regum Imperiis omnium nobiliſſimæ cenſerentur, *Turcarum* adventu prorſus devaſtatæ, barbarieque poſtrema fœdatæ ſunt. Solent quippe Turcæ capta aliqua urbe, fabricas omnes eminentiores demoliri, mœniaque diruere. Horum autem Imperium cœpit ſub annum Chriſti CIↃ CCC, *Oſmane* (quem alii *Ottomannum* [a] vocant) primo conditore, tenuis conditionis homine Tattaro, Magni Chami milite; à quo deſcendentes Oſmanidæ regnârunt continua ſerie annos CCCIX, ad uſque Murathem IV, qui nunc imperio potitur. *Prima ſedes* Imperii fuit in Aſia in Bithyniæ urbe *Pruſa*: hinc in Europam *Adrianopolim* Thraciæ tranſlata; denique *Conſtantinopolim*, ubi etiam nunc conſiſtit. α [1]

Turcarum Imp.

Oſmanæi.

II. Cæterum urbes in tam vaſto Imperio perpaucæ ſunt in Aſia, memoratu dignæ. Omnium tamen princeps eſt *Damaſcus* Syriæ, magna, dives, ſplendida atque amœna: omni fructuum genere abundans; emporium celeberrimum, præſtantiſſimis artificibus refertum; officina armorum bellicorum totius Imperii nobiliſſima. Sequuntur alia Syriæ emporia clara atque celebria; *Alepum*, vulgo *Alepo*, non inferior *Damaſco* urbs; magna & frequens. In litore *Alexandriola*, vulgo *Alexandretta*; Berytus, vulgo *Baruto*, Tripolis Syriæ, vulgo *Tripoli di Soria*, & Joppe, vulgo *Jaffa*. Ad Pontum in Cappadocia *Trapezus*, vulgo *Trabezonda*, Imperii Trapezuntini quondam caput. In Arabia vero Felice β *Medina Talnabi*, id eſt, urbs Prophetæ; quia Mahumetis Pſeudo-Prophetæ delubrum atque ſepulchrum in ea viſuntur. *Mecca*, ejuſdem Mahometis natalibus maximè nota, *Zidem*, *Zibit* & *Aden*, omnium pulcherrima & munitiſſima, ad fauces ſinus Arabici ſita.

Urbes. Damaſcus.

Alepum. Alexandriola. Berytus. Tripolis. Joppe. Trapezus. Medina. Talnabi. Mecca. Zidem. Zibit. Aden.

CAP.

BUNONIS.

α *Oſmanus* rex factus eſt Anno 1297, [b] inde ad Murathis ſeu Amurathis IV initium, quod incidit in Annum ſeculi hujus viceſimum tertium, intercedunt Anni 336. At à primo illo Oſmani initio ad Annum uſque 1678, quem nunc agimus, imperium illud jam ſtetit Ann. 311.

HEKELII.

[a] Vel *Otbmenem.*

[b] Leg. *Alſtedii* Theſaurus Chronol. Tit. 24. p. 226.

REISKII.

1 (a) Gens Turcarum Scythica, fera, inculta, horrida, urbium, artificiorum & ſcientiarum excidio nata, Græcorumque vitiis quàm ſua virtute felicior, Europam, Aſiam, Africamque uno nunc dominio coercet: Tres nempe integras Imperii Romani veteres Diœceſes, *primam Illyrici*, *alteram Orientis*, *Africæque tertiam*, ut unam Italiæ Diœceſin Chriſtianis Principibus reliquerit. (b) Primos natales eoſque obſcuriſſimos, ab his denique ulteriores ad dominatum Aſiaticum progreſſus in Cap. 16. reperies. Unde Othman, homo Turcicus non Tatarus, nec Chami Tatarici miles, ſed paternæ militiæ ductor & Sultanus Aſiaticus dignoſcitur: Ab illo nunc XXI Imp. præeſt Soliman (c), Princeps ferme quinquagenarius & diuturno carcere detentus; fratriſque Muhamedis IV depoſiti, damnatique ad eandem cuſtodiam ſucceſſor. *Periodus vero Imperii hujus millenaria* quadriennio abhinc effluxit, quæ num fatalem mutationem ſit allatura, dies annique poſteà docebunt. Tota Muhamedis Pſeudo-prophetæ Arabis eaque luculenta hiſtoria è Chronico Dreſchleri Saracenico; Urbium vero Turcicarum, quæ adhuc eminent, ordo & numerus è Taverneirio ac Valleo, multiſque Anonymis Scriptoribus; itemque notitia ſepulchri Pſeudoprophetici, & corporis non amplius ſuperſtitis, & tumbæ, quam fingunt, penſilis hinc peti poteſt.

BUNONIS.

ℭ Quum *Mahumedes* Pſeudopropheta (d) *Meccæ* doctrinam ſuam, invito magiſtratu & civibus pleriſque, divulgaret, fugere & urbem deſerere coactus Jatſribam, quod opidum decem dierum itinere à Mecca

(a) Turcarum natio. (b) Imperium Turcicum. (c) Soliman Sultan hodiernus. (d) Mecca.

Mecca distat, se contulit: ubi à civibus exceptus, sedem imperii ibidem collocavit; unde & (a) *Medina Talnabi*; i. e. urbs Prophetæ & *Medina* absolutè dicta est. *Meccæ* fuit impostor ille natus & educatus, ibidemque quod jam dictum, dogmata sua decem annos clam primùm sparsit: at *Medinæ* quò confugerat, totidem annis docuit & imperavit, princeps simul politicus & Ecclesiasticus. A fuga ista Mahumedis, quæ Mahumedanis, (b) *Hegira* appellatur, inciditque in noctem illam, quæ sequuta est 15. Julii, anni æræ Christianæ 622, annos Mahumedani numerant; & communis eorum est æra. Supputant vero isti annis Lunaribus, qui undecim ferè diebus breviores sunt Solaribus. Impostoris illius tumulus ostenditur Medinæ, non verò *Meccæ*; nec Arca ista, quod vulgo fertur, in Aëre sublimis pendet; sed humi conspicitur, tapetibus fragrantibus instrata, cui impositus est pileus Arabicus sive Turcicus. Quam turpissimè autem decipiuntur Mahumedani; qui credunt sarcophago isto impurum Pseudoprophetæ corpus condi; quum Antistites ejus, magno licet pretio proposito, devoto alicui Mahumedis cultori, qui isto corpore viso paratus fuerat sibi oculos eruere, nihil ausi fuerint desideranti objicere. Qua de re vid. Vartomanni Itinerar. c. 13. [c]. *Aden* suum habebant principem, qui fraude Soleymanni Beglerbeji Cairensis circumventus, urbe occupatâ, occisus est.

HEKELII.

[c] Vid. quæ de *Meccæ* & *Medinæ* religioso Cultu extant in Notis *Georgii Gentii* ad *Mustadini Sadi* c. 2. *Rosar. Politici* p. 305.

(a) Medina Talnabi. (b) Hegira Mahumedanorum.

CAP. XXVI.

Cyprus & Rhodus.

CYPRUS. (1)

I.

INsulæ in Ægæo Mari Asiæ objacent complures, quarum nobiliores Lesbum, Chium, Samum & Côn in Europa memoravimus. At in Asiatico Mari sunt *Cyprus* & *Rhodus*. *Cyprus*, in Issico sinu inter Ciliciam & Syriam, in quatuor majoribus Interni Maris computata est, *novem regnorum*, ut referunt veteres auctores [a], quondam sedes; cœli clementia solique fertilitate beatissima: unde *Macaria* antè dicta fuit. α Cyprus autem dicitur ab *æris* copia, quod hic primum inventum creditur. Incolæ, viri pariter ac fœminæ, in libidinem lasciviamque omni ævo mirè proni; unde olim *Veneri* insula consecrata fuit. β *Longitudo* est inter duo promontoria, *Dinaretum*, vulgo *Capo S. Andrea*, & *Acamanta*, vulgo *Capo S. Epifanio*, milliar. XL. *Latitudo* maxima XV.

Cyprus.

Macaria.

II. Divisa fuit quadripartito: in γ *Salaminam*, δ *Paphiam*, ε *Amathusiam*, &

(1) *Aer hodie tantam laudem non invenit ut olim, at terra ferax est vini, olei, saccari, croci, Rhabarbari, gossypii, malorum limoniorum, aureorum, frumenti, cupri. Locustis multum affligitur.*

BUNONIS.

α Veteres (a) *Ærosam* quoque appellârunt, ob æris copiam. *Festus* [b]. Cæterùm in Cypro ærariis fornacibus, ubi Chalcites lapis ingestus pluribus diebus crematur, (b) bestiolæ in medio igne nascuntur pennatæ, paulo muscis grandibus majores, quæ per ignem saltant atque ambulant: emoritur hoc genus, quum ab igne remotum est. *Aristot. Histor. Animal. Plin.* Perhibent insulam hanc adeo olim fuisse tumulorum impatientem, uti cadavera terræ interdiu mandata, continuo nocte proxima rejecerit.

β (c) Straboni [c] Cyprus in circuitu complectitur 342 stadia [d], quæ faciunt milliaria 107. Abest verò à Cilicià uno tantum milliari, & uno quadrante. Hierosolymis vero distat milliaribus 40.

γ (d) *Salamina* appellationem habens ab urbe *Salamine*, obvertitur Orienti [e].

δ (e) *Paphia* à *Papho* urbe ita dicta, respicit Occasum.

ε (f) *Amathus* urbs maritima, hodie *Limisso* dicta, nomen dedit *Amathusiæ* regioni, quæ est pars insulæ Meridionalis.

HEKELII.

[a] *Plinius* inprimis libro quinto *Historiarum Naturalium* c. xxxi. p. 79. lin. 6. seq.

[b] Lib. I. de *Verbor. vet. Signif.* col. 1131. lin. 23. seq. *Hanc insulam* æque ac *Rhodum* & *Cretam*, Commentariis illustrissimis illustravit *Johann. Meursius*, incomparabile *Batavorum* decus, quos *Amstelod.* literis *Wolfgangi* anno CHR. MDCLXXV in 4. f. impressos esse constat.

[c] Lib. XVI. *Geogr.* p. 406. Tom. II. *Oper.*

[d] 3420. & non 342, uti in ultimâ *Bunoniana* exstat.

[e] Urbs

(a) Ærosa. (b) Bestiolæ in igne generatæ. (c) Magnitudo Cypri. (d) Salamina regio. (e) Paphia. (f) Amathusia.

& ζ *Lapithiam.* Mons in ea nobilis ν *Olympus.* Fluvii ϑ *Lycus* & ι *Pediæus.* Urbium clariſſimæ κ *Paphos* & λ *Salamis.*

Lycus fl. Pediæus fl. Paphos. Salamis.

III. Inſula, antequam Romani occuparent, regibus regebatur, quorum ultimus *Ptolemæus*, accepta fama, de Romanorum in inſulam expeditione, veneno fata præcepit. Cæterum *Porcius Cato* Cyprias opes Romam invexit: quæ res latius ærarium populi Romani, quam ullus triumphus, implevit. Poſt diviſum Imperium Romanum, ſub *Græcis* fuit *Imperatoribus.* Anno CIↃCLXXXI. *Richardus* Angliæ Rex, cum copias Hieroſolyma contra Saracenos ducens, tempeſtate ad inſulam dejiceretur, inſulani vero non admitterent, vi & armis eam occupavit, & cuidam *Gallo Guidoni* dedit in regnum. Huic Reges ſucceſſerunt continua ſerie, uſque dum in *Genuenſium* ditionem pervenit. Inde *Veneti* eam rexerunt ab Anno CIↃCCCCLXXIII. ad CIↃIↃLXX, quo Anno Turca *Selymus* Chriſtianis eripuit. Caput regni eſt μ *Nicoſia.* Secunda ab hac *Famaguſta*, vulgo ν *Famagoſta.* Tertia ξ *Ceraunia*, vulgo *Cerinis.* ι

Cypri reges ac Domini. Nicoſia. Famaguſta. Ceraunia.

RHODUS.

IV. Minor eſt amplitudine, at par claritate ο *Rhodus* inſula, pluribus nominibus antè vocitata, re nautica maximè nobilis. Complectitur ambitu mill. Germ.

Rhodi magnitudo & urbes.

[e] Urbs, quæ & *Selamis* Ptolemæo, & *Coronia* Veteribus dicta, hodiè *Famogoſta*, ut *Niger* autumat, dicitur.

BUNONIS.

ζ (a) *Lapithus* urbs ad Septentrionale litus poſita, appellationem dedit regioni *Lapithiæ*, quæ objacet Septentrioni.

ν (b) *Olympus* mons in finibus Amathuſiæ eſt; ac alius ejuſdem nominis mons eſt mamillæ ſimilis ad Palæam urbem.

ϑ (c) *Lycus fl.* ex Olympo ortus per Amathuſiam regionem decurrit, & apud Curium opidum mare ſubit Auſtrale.

ι (d) *Pediæus* ſeu *Pedæus*, hodie *Pedeo*, ex eodem Olympo monte profluens, Salaminam rigat; ac inter Pedalium promontorium & urbem Salamina Syriacum Mare petit.

κ (e) *Paphos* urbs [f] everſa in litore Occidentali olim ſita fuit: ubi Venus colebatur; unde illa *Paphia* cognominatur.

λ (f) *Salamis* urbs maritima ad litus Orientale, à Teucro fratre Ajacis Telamonii, Achillis patruele, exſule olim condita, poſteà *Conſtantia* appellata eſt. (g) *Epiphanius* Cypri Epiſcopus fuit Libri contra 80 hæreſes Auctor. Hic cum Chryſoſtomo Conſtantinopolitano Epiſcopo ſimultates exercens, quum Conſtantinopoli diſcederet, ad illum ait: *Spero te non moriturum Epiſcopum*; ad quæ Chryſoſtomus regeſſit; *Spero te non rediturum vivum in civitatem tuam*: Utrumque evenit. Epiphanius enim in itinere obiit: & Chryſoſtomus in exſilium pulſus variis ærumnis affectus exſpiravit. *Sozomenus.*

μ (h) *Nicoſia* in Mediterraneis ſita, antè quàm à Turcis vaſtaretur, civitas erat illuſtris, nobilitate inſignis.

ν (i) *Famaguſta* [g] optime munita, apud eum locum ſita, quo olim exſtitit Salamis, magnarum opum fuit civitas, quæ terra marique Turcarum impetum ſæpe repreſſit. Dedere ſeſe tandem [b] coacta, contra datam fidem Turcarum crudelitate miſerrimè afflicta eſt, nec ab iſto tempore ad priſtinam dignitatem reſurgere potuit.

ξ (k) *Ceraunia* in litore maris ſeptentrionali haud longe ſita eſt à Lapitho.

ο (l) *Rhodus*, opulenta olim inſula, Doridis ac Lyciæ litoribus objacens, mira gaudet aëris & cœli clementia; adeo ut [i] Solino teſte, cœlum ibidem nunquam ita nubilum ſit, quo in eo Sol non ſit, quare Romani diutiùs hic morari ſolebant. Olim *Ophiuſa*, *Telchinis*, *Æthræa*, *Corymbia*, *Atabyria*, aliiſque nominibus fuit appellata. Pindarus eam *Veneris filiam* & *Sponſam Solis* appellavit.

HEKELII.

[f] *Frequenti Terræ motu.*

[g] *Turribus* & *Propugnaculis.*

[b] Anno CHR. MDLXX. cum tota *Cypri* inſula in Truculentiſſimi Regni *Turcici* poteſtatem devenit.

[i] In *Polybiſt.* c. 21. p. 42.

REISKII.

ι (m) Cyprus Gr. Κύπρος, antiqua Pœnorum colonia, & Trojani belli temporibus antiquior, tum regi Phœnicio Cinyre ſubjecta Diod. Siculus Lib. II. Hujus filia Cyprus inſulæ huic nomen addidiſſe fertur. Quidni additum illud eredamus ἀπὸ φοινίκης ἐκεῖ ἀνθοῦσα κύπρου. i. e. *a cypreſſo arbore, qui multus ibidem naſcitur*, inquit Stephanus, & cum illo Euſtathius? Quidni à Punico כֹּפֶר *Copher?* illo ſane adhuc Hebræi plantam alioqui raram, ſed eximiam, & Cypriis copioſam ſignificant. Hæc tota inſula magno frumenti, olei, vini optimi, metalli, frugum pomorumque omnium proventu felix, nulla tamen urbium magnificentia inter veteres æque ac noſtros homines commendatur. Ab regibus, quos tulit aut regulis & tyrannis olim per oppida dominantibus Romano ceſſit Imperio A. U. C. 698. (n) Tum vero

(a) Lapithia. (b) Olympus mons. (c) Lycus fl. (d) Pediæus fl. (e) Paphos. (f) Salamis. (g) Epiphanii ſimultas cum Chryſoſtomo. (h) Nicoſia. (i) Famaguſta. (k) Ceraunia. (l) Rhodus inſ. (m) Cyprus Pœnorum colonia. (n) Salamis.

Germ. XXX. Urbes in ea fuere claræ, π *Lindus*, ρ *Camirus* & *Jalyſus*, quæ poſtea σ *Rhodus*.

Solis Coloſſus.

V. Ante omnia autem in admiratione fuit Solis Coloſſus Rhodi, LXX cubitorum altitudinis. Hoc ſimulacrum poſt LVI annum terræ motu proſtratum, ſed jacens quoque miraculo fuit. Pauci pollicem ejus amplectebantur. Majores erant digiti, quam pleræque ſtatuæ. Vaſti ſpecus hiabant de fractis membris. Duodecim Annis tradunt effectum CCC talentis, quæ contulerant ex apparatu Regis Demetrii, relicto moræ tædio. Fuerunt alii minores hoc in eadem urbe Coloſſi, centum numero, ſed ubicunque ſinguli fuiſſent, nobilitaturi locum. Majorem poſtea Sultanus Ægypti Rex, poſtquam Rhodum occupaverat, nongentis camelis ære impoſito, Alexandriam tranſportari curavit. De cætero ipſa inſula regibus primum regebatur: poſtea in Romanorum, unà cum Aſia, incidit poteſtatem. Diviſo Imperio ſub Græcis fuit. Dein Saraceni occupaverunt Anno IↃCXV, qui Coloſſum abſtulerunt. Recuperatam Ann. CIↃCCCXIII Equites Joannitæ tenuerunt uſque ad Annum CIↃIↃXXII quo Solimannus II, Turcarum imp. occupavit. Pulſis tunc Melita conceſſa eſt. 2

vero *Salamis* ad litus orientale fuit metropolis, poſt hac ſub Impp. Græcis (a) *Conſtantia*, denique nova (b) *Juſtinianopolis* Græco Imperio erepta, Saracenico adhæſit A. C. 657, ſed iterum Chriſtiano, Saracenis quinque millibus necatis per Richardum Angliæ regem, qui poſteà illam Guidoni Luſiniano, Exregi Hieroſolymitano vendidit A. 1192. Hujus ſtirps regia ubi cum Jacobo ultimo defecerat, regnum Veneta Reſpubl. jure hæreditario A. 1476, excluſis Genuenſibus occupavit: Sed facto impetu Selimus Venetis extorſit 1571. (c) *Famaguſta* per menſes quatuor obſeſſa 140000 ictibus tormentariis concuſſa, tandemque dedita. Non procul à Baffo ſpecu illud oſtenditur, è quo *dubia aut fabuloſa ſeptem Dormientium hiſtoria* erupit.

BUNONIS.

π (d) *Lindus*, hodieque *Lindo*, inſigne olim habebat templum Palladis Lindiæ, indeque oriundus fuit *Cleobulus* [*k*] qui in ſeptem Sapientum numero habitus eſt [*l*].

ρ (e) *Camirus*, hodie *Ferachio* dicta, à *Camiro* Herculis filio [*m*] condita putatur & appellata.

σ (f) *Rhodus* urbs Scholâ & eloquentiæ ſtudio olim erat celeberrima; quatuor enim olim erant ſcholæ præ cæteris nobiles: Athenienſis, Alexandrina, Tharſenſis & Maſſilienſis; quibus annumerabatur Rhodia. *Rhodium* ſe appellavit *Apollonius*, qui Argonautica ſcripſit. *Ariſtippus Philoſophus* quum naufragio eſſet ejectus ad Rhodienſium litus, atque inibi ſchemata Geometrica deprehendiſſet, exclamâſſe legitur ad comites; *Bene ſperemus*; *hominum enim veſtigia video*. Rhodi *Diagoras* quum tres filios athletas eodem die in certamine omnes viciſſe, & coronari vidiſſet, præ gaudio, inſpectante populo exſpiravit. *Hic Rhodus, hic ſalta* proverbio [*n*] dicitur in eos, qui facto potius offendere, quàm verbis ſua jactare debebant. Quod petitum ex fabula. Quidam enim quum domum rediiſſet peregre, inter alia, quæ gloriabatur, jactabat Rhodi ſe ſaltum ſaltaſſe, quem nemo alius ibi potuiſſet ſaltare; teſteſque habere ſe affirmabat. Tum ex adſtantibus unus, Heus tu, inquit, ſi verum hoc eſt, haud tibi opus teſtibus: *En Rhodus, en Saltus!*

HEKELII.

[*k*] *Evagoræ* Filius.

[*l*] Inde & dictus *Lindius*. Robore & pulchritudine corporis eximius dicitur fuiſſe.

[*m*] Quem ex *Jole Euryti* Regis Filiâ ſuſceperat.

[*n*] Apud *Eraſmum* Chiliad. III. Cent. III. *Adag.* 28. p. 573. col. a.

REISKII.

2 (g) Rhodus ἀπὸ τῶν ῥόδων, i. e. ab roſis, quarum hic magna copia ſuccrevit; primum ſub mari latuiſſe ex illoque poſteà emerſiſſe dicitur. Veteſtos hujus incolas Diod. Siculus Lib. V. facit *Heliadas*, & quidem ævo Cecropis Moſi æqualis: Unde Bochartus conficit רודנים (h) *Rhodanim* vel Rhodanæos Moſaicos ab Rhodiis plane alios fuiſſe Lib. III. c. 6. Utut ſit, Euſebius tamen in Chronico refert, Jorami regis Iſraëlitici ætate Rhodios maris Imperium tenuiſſe. Hinc leges *Rhodiæ* in rebus nauticis ad Græcos Romanoſque; Rhodii vero ad Remp. liberam pervenerunt, non inſulis tantum, ſed terris quoque Aſiaticis potiti. Lycia tamen Cariaque Rhodiis, qui ſeſe inſolentiores paulo geſſerant, primum A.U.C. 694. ademta; Rhodus denique ipſa ſub Romanum Imperium redacta fuit. Poſteà ſub Saracenicum A. C. 666. duce Muavia, qui ſtatuam Coloſſi æneam terræ motu anteà collapſam Judæo vendidit Emiſeno: Inde ad *Equites S. Johannis Baptiſtæ* A. 1338. pervenit, denique ad Turcos A. 1565. ſemeſtri facta oppugnatione. Urbs unica hic claret, muro triplici, quinque caſtellis, turribus excelſis quatuordecim & multis propugnaculis munita. Vid. P P. Sornelli & Pariſoti Rhodus Inſula cum adjacentibus. Venet. Ann. 1688.

(a) Conſtantia. (b) Juſtinianopolis. (c) Famaguſta. (d) Lindus. (e) Camirus. (f) Rhodus urbs. (g) Rhodus. (h) Rhodanim.





Tab 43
MARE
Fretum Herculeum
Estrecho d Gibraltar
Canaria Insulæ Fortunatæ
ATLANTICUM
MARE MEDITERRANEUM
Natoliæ Pars
AFRICA
Antiqua et Nova
ASIA PARS
Arabia Petræa
Caneri
OCEANI ORIENTALIS SINUS
BARBARICO PARS
ASPERUM MARE
Madagascar que et S. Laurentii Insula Dicitur
Linea Æquinoctialis
OCEANUS ÆTHIOPICUS
I de S Matheo
I d'Ascention
I de S Helena
Cyrenaica
Libya deserta
Libya Interior
Libya Exterior
Barca desertum
Berdoa reg
Elfocat
Bello
Sarra Desertum
Guangara
Borno Reg
Nubia Reg
ZANFARA Reg
Medra
ÆGYPTUS
Ambian
Candiva
Tigrai
Vangue
Beleguanze
Angote
Olabi
Fatigar
Bara
Adea
Dangali
Dobas
Balli
Adel
Doara
Magadexa
Melinde
Anbian
Xoa
Quara
Gasabela
Tirut
Mozambique
Maitachasi
Camur
Zefala
Butua
Cafres
Terra de Natal
Prom bonæ Spei
C de Bona Esperance
Iohn Senex Sculpt

LIBER SEXTUS.

CAP. I.

Summa Africæ descriptio. (1)

I.

ASIÆ exiguo Isthmo annectitur maxima Orbis terrarum peninsula *Africa* [a], tria millia & triginta circiter mill. German. ambitu complectens. Isthmi intercapedo est mill. xxv. Pleraque Africæ inculta, & aut arenis sterilibus obducta, aut ob situm cœli terrarumque deserta sunt, aut infestantur multo ac malefico genere animalium; in universum vasta est magis quàm frequens. Quædam tamen partes eximie fertiles. Græcis *Libya* dicitur [b] à *Libya* Epaphi filii Jovis [c] filia: *Africam* autem ab *Afro* Libys Herculis filio dictam volunt. Maria eam cingunt, qua Sol *oritur* Rubrum, qua *medius dies* Æthiopicum, qua *occidit* Sol Atlanticum, ab *Septentrionibus* Internum, *Africum* seu *Libycum* dictum, qua eam alluit. *Longitudo* summa computatur ab Herculis freto ad promontorium Bonæ Spei mill. IↃCC. *Latitudo* inter duo promontoria, *Hesperium*, vulgò *C. Verde*, & *Aromata*, quod est juxta fauces Arabici sinus, vulgò nunc *Guarda fuy*, milliar. IↃL. Terra ipsa, nisi qua Interno Mari accedit, obscurè veteribus nota. Ultra autem Nili fontes ac montes Lunæ prorsus incognita. 1

Africæ magnitudo.

Nomina. Limites.

II. Re-

HEKELII.

[a] Qui cognitionem hujus TERRÆ partis feliciter sibi est acquisiturus, is legat non solùm JOANNIS LEONIS Descriptionem AFRICÆ, *Antverp.* anno 1656, in 8vo publicatam, sed ipsam quoque OLIV. DAPPERI AFRICAM, quam *Amstelodami* A. 1671, in fol. impressam habemus. Ut autem ingeniosus *Bœssardus* ASIÆ ac cæterarum TERRÆ Partium atque Regnorum *Fluvios* ingeniosè descripsit: sic & modo simili descripsit AFRICÆ *Fluvios*, & quidem loc. cit. à v. 203. usque ad fin.

[b] *Africa* dicitur ideò *Libya*, quod inde *Libs* Ventus flare soleat, seu quod pluvia indigeat, ob nimiam ap. siccitatem, ἀπὸ τῦ λείπειν ϗ ὕειν. Est etiam hoc nomine *Hispaniæ Urbs* circa *Calagurim* & *Fluvius* in *Mauritania*.

[c] Ex *Cassiopea*.

REISKII.

1 (a) *Africa* est nomen æquivocum, idque aut *totius*, quam aggredimur, Peninsulæ, aut *partis* in ea cujusdam: Illud Africam *latius* dictam; hoc vero *strictius* Numidiam & Tripolitanam, *strictissime* Provinciam cum Carthagine Proconsularem significat; sic Vossius ad Pomponium Lib. 1. c. 3. & Spanhemius Introd. Geogr. observant. Omnis autem derivatio Latina Græca & Hebraica, quæ Leoni Africano viro placuit, nunc abesto: una tenebitur à Pœnis ab insigni *fertilitate*, qua veteres commendant Africam, hujusque Symbolum spicigeram fœmellam faciunt. Spica enim Syriace פְּרוּךְ *Pheruch*, Arabice פְּרִיךְ *Poricb* aut *feric* vocatur: Hinc Pœnis אֶפְרִיכָה Africa per prosthesin & mutationem prorsus analogicam, cujus exempla Bochartus Lib. I. Chan. c. 25. attulit. (b) Chamo autem in prima orbis divisione præter Ægyptum & universam Africam, quin magna Syriæ Arabiæque pars, item Babylonia, Susiana, & Assyria obtigerit, nullum est dubium. Ab sacris quippe Africa Chami terra; sed ab extraneis Scriptoribus vocatur Chemia, Gr. χημία vel Chamia, de qua posthac amplius dicetur.

(1) *Diffundit se a Septentrione in Meridiem a gradu circiter 35 lat. bor. ad gradum 35 lat. austral. proinde media pars Africæ Æquatori subjecta est, maxima zonæ torridæ, ingens zonæ temperatæ Septentrionali & minima zonæ temperatæ meridionali. Ab occasu in Ortum excurrit a gradu 4, circiter ad grad. 84 long. Cœlum habet fervidissimum, etiam illæ partes, quæ sub Tropicis jacent. Solum montibus scatet, & copiosissimis, & editissimis, desertis arenosis, siticulosis, latissimeque patentibus, omni malefico ferarum genere, monstris horrendis, ingentibus, nec auro, argento, sale, destituitur. At mare versus, herbarum medicinalium, frugum, fructuum, armenti, pecoris, Incolarum, quorum pars maxima nigri coloris est, satis ferax. Sunt qui autumant, nativum Africanorum colorem non nisi nigrum exissere, & qui inter eos albicant ab Europa vel Asia oriundos. Africani Ingenii pravi, subdoli, & prorsus servilis sunt, nec unquam ampla Imperia aut condiderunt aut conservarunt. Plurimi in tentoriis degunt, huc illuc vagantur, barbari, crudeles, certissimi sagittarii, Idololatræ. Ingens autem numerus Muhamedem sequuntur. Sunt etiam inter eos qui Judaismum, & religionem Christianam amplectuntur.*

(a) Africa tripliciter sumta. (b) Chemia.

Africæ regiones.

II. Regiones atque gentes, in quas divisa fuit quondam, sunt, *Ægyptus*, *Cyrenaïca*, *Africa Minor*, seu propriè dicta, *Troglodytæ*, *Garamantes*, *Numidia*, *Mauritania*, *Gætulia*, *Libya interior*, *Arabia Troglodytica*, & *Æthiopia*. 2

REISKII.

2 (a) Geographi recentiores totam Africam, quousque patet, ejusque longitudinem à Promontorio viridi ad Capo Guardafui 80 gradibus, & 2000 ferè milliaribus; latitudinem à capo Buono ad caput Bonæ Spei gradibus fermè 70, & 1800 milliaribus emetiuntur. Partes vero illi quatuor majores Petrus Valleus attribuit; 1° *Regna Subfuscorum* aut *Lecæthiopum*, quos Plinius Lib. V. c. 8. vocat, 2° *Nigritarum*. 3° *Æthiopica*. 4° *Insulana* sive Insularum adjacentium. Sed paulo distinctius ordine suprà constituto progrediar, & Imperia numerabo: 1° *Turcicum*, quod ab Ægypto per oram maritimam procurrit; 2° *Abassinum*, ex regnis pluribus & interiori Æthiopia constitutum; 3° *Fessanum & Maroccense*, cum Regnis aliis minoribus conjunctum. (b) Regna quidem Africana multis expositа mutationibus adhuc tamen extant; 1° *Biledulgerid* tria, 2° *Barbarica* quinque, 3° *Nigritarum* 18 aut plura, ne quidem satis cognita, 4° *Bugensia* 9, exteriori Æthiopiæ adscripta, 5° *Monomotapæ* quatuor, 6° *Zanzibar* quinque, 7° *Aden* & *Adel* cum minoribus nonnullis, 8° *Regna Insulana* vel suis, vel Christianis Regibus & Rebuspubl. subjecta. *Principatus* etiam *Principesque*, quos Scheichios vocant, in Numidia supersunt; 1° *Corvano*. 2° *Habes*. 3° *Emo*. 4° *Segelmesse*: Hos alii Regulorum status, Principesq; Regulos vocant, pluresque numerant, quorum potestas uno vico aut opido continetur. *Respubl. vero in servitute Africana liberas* frustrà requisiveris, incolarum moribus genioque contrarias.

(a) Africæ long. lat. (b) Status Africæ politicus.

CAP. II.

ÆGYPTUS. (1)

I.

Ægypti

PRima Africæ Asiæque proxima est *Ægyptus*, quam veteres Geographi in Asiæ regionibus computarunt. At posteriores, Arabico sinu, ut antè dictum, inter Asiam Africamque termino constituto, Africæ eam contribuerunt.

Limites & magnitudo.

Nomen traxit ab *Ægypto* Danai fratre; antè *Aeria* dicta. Terminatur à *Septentrione* suo mari, id est, Ægyptio; ab *Ortu* Arabia Petræa & dicto sinu; à *Meridie* Æthiopia; ab *Occasu* Cyrenaica. *Longa* est à Pelusiaco Nili ostio ad Catabathmum opidum mill. CL. *Lata* à Nili ostiis ad opidum Metacompsum Nilo appositum, nunc *Conza*, milliar. C. 1

II. Divi-

REISKII.

1 (a) Nomen *Ægypti* vel ad Græcas, vel ad Copticas, vel ad Ægyptiacas revocatur origines: *Græcæ* aut fabulosum Danai fratrem Belique filium ex Apollodoro; aut Sethosin regem, cui nomen Ægypti fuerit, ex Manethone tamen Ægyptio proponunt; Sed utrumque hoc etymon chronologiæ ac historiæ repugnat: *Copticæ urbem* Copton ac Thebaidos metropolin vetustam; *Ægyptiacæ* regem primum & antiquissimum Chibth obtendunt, unde adhuc *Chibet* Ægyptiis sua vocatur regio, Æthiopibus *Gobzo*. Duplex hoc etymon Viris bene doctis placuit; sed Kirchero ex rationibus infirmis valdè displicet in Prodromo Copto ac Obel. Pamphil. In S. literis *terra Chami*

(1) *Sita est intra grad.* 22 & 32 *lat. bor. diffunditque se ab Occasu in Ortum in parte Meridionali, ubi*

(a) Ægyptus.

maxime patet, per grad. 7. Salum Ægypti variat. In partibus Nilo vicinis adeo luxuriare dicitur, ut necessum habeant Incolæ luxuriam ejus admixta arena temperare. Abundat usque eo Tritico, Oriza, Saccaro, Dactylis, & reliquis frugibus, ut non immerito appellata olim publicum orbis Horreum. Oves bis in anno pariunt, & fœminæ communiter duos, sæpe plures partus simul enituntur; cujus fœcunditatis causa aquis Nili ascribitur. Semper fere fructus pendent ab arboribus. Pars Ægypti mediterranea pene inculta jacet, Soli arenosi est, per æstatem usque eo torridi, & ob siccitatem mobilis ut speciem aquæ ardentis referat; ad instar materiæ vitreæ resplendeat, quæ in fornace incensa est, & aliquibus igneum mare appelletur. Fontes in Ægypto perpauci sunt, flumina nulla præter Nilum. Cœlum vix pluit nisi mensibus Decembri, Januario, Februario, extra quos tamen Alexandriæ & Rosettæ, propter maris viciniam pluvia etiam observatur. Nebula in ipsa frequens, inprimis ros, absque quo & plantæ perirent & animalia, rarum fulmen & tonitru. Ægyptii dicuntur meticulosi, desides, barbari, literaturæ omnis nescii, ingenii servilis, tumidi. Plebs mendax est, propensa in furta & rapinas, cupidissima nummorum, infida. Delectantur impense potu Coffe, & Nicotianæ fumo, Mensibus Decembri, Januario, Februario, & Martio, pullos gallinaceos in fornacibus excludunt, stramine primum calefactis.


MARE MEDITERRANEUM
NATOLIÆ PARS
MYRTOVM MARE
Creta Insula
Cyprus I
Peloponesus
Sicilia quas et Trinacria
Cosyra
Melita
AFRICUM PELAGUS
Lybium Mare
Ptolomais Cyrenaicum Mare
Barce
Apolonia
Cyrene
Paliurus
PENTAPOLIS
Catabathmus magnus
Zygrithæ
Paliurus Palus
Gora
Barca
CYRENAICA
Libya
Hammoniaca
Hammonis Oraculum
Barca Desertum
Aganobrii Montes
Cleartis Palus
MARMARICA
Libya terior
Lybyægypty
Aezen Mons
Bardoa
Berdoa reg
Libya Deserta
Troglodicæ
Nasamones
Psylli
Mauruſii
Syrtis Maior
Lotophagi
Tripolitana
Tripolis Vetus
Tripolis Barbaria
Leptis mana
Lebida
Abrorotonum
Galordare
Syrtis minor
Lotophagites
Meninx
Cinyps
Regio amoeniſsima et fertiliſsima totiꝰ
Thalabathum
Charitum Gratiarum Collis
Ater Mons
Garama
Metropolis
Garamontes
Ægyptus et Cyrene
ÆGYPTUM MARE
Nili Ostia Septem
Pelusium
Damiata
Ascalon
Tyrus
Sydon
Tripolis
Memphis
Piramides
Babylon
Heroum
Arabia
Petræa
Thebai
Regio
Thebaidis
Superior
Aethiopiæ Pars
Sinus Arabicus
Nigeri Lapis Mons
Nubia fl.
Nasamones
Libya Exterior
Ypsaleta Mons
Cyrenaica
Marmarica
Aegyptus
Aethiopia

II. Divisa fuit generatim in *Superiorem*, quæ in Meridiem vergit, & *Inferiorem*, quæ Mari Interno alluitur (1). *Superiorem* rursus Nilus dividebat in *Libycam*, qua Occidentem, & *Arabicam*, qua Orientem spectat. Hinc populi *Arabægyptii*, illinc *Libyægyptii*, dicti. Inferioris pars est α *Mareotis*, sive *Marmarica*, ultima versus Occidentem Cyrenaicæ contermina. Speciatim vero universa β Ægyptus [a] in complures præfecturas descripta erat, quas Græco vocabulo *Nomos* vocârunt.

Ægyptus Superior & Inferior.

Arabægyptii.

Libyægyptii.

Mareotis.

III. Ægyptus super cæteram antiquitatis gloriam, viginti millia urbium sibi, Amase regnante, habitata quondam prætulit; postea quoque sub Romano Imperio multis, etiamsi ignobilibus, frequens.

Alexandria.

IV. Clarissima omnium fuit γ *Alexandria* (2), caput Ægypti totiusque Africæ,

(1) *In Ægypto inferiori fuit Terra Gosen, in qua Israelitæ habitarunt, ad Orientem Nili versus Arabiam Petræam, & Palæstinam, campestris ac graminis feracissima cujus pars erat terra Rameses.*

(2) *Sapientiæ studio, bibliotheca, & viris eruditionis eximiæ celeberrima, atque istius eminentiæ, ut excepta Roma, cæteras Civitates Romani Imperii dignitate, amplitudine, divitiis, populorum frequentia, ædium magnificentia, annonæ copia, & rerum omnium affluxu longe post se relinqueret, nunc a pristino splendore defecit plurimum; Portus tamen & Emporium celebre.*

Chami & *Mitzraim* מִצְרַיִם duali numero vocatur ad duas Ægypti partes indicandas, quarum una superior alteraque inferior: Arabibus מִצְרָא *Mesra*, Plutarcho aliisque Auctoribus externis χημία ἡ χημία, *Chemia*. (a) Nunc partes quatuor Ægypto incolæ attribuunt, 1° *Sahid*, i. e. superiorem, 2° *Erif*, i. e. inferiorem. 3° *Demeson*, i. e. mediam. 4° *Bechica*, i. e. maritimam vel mari rubro proximam. (b) Urbes præcipuæ sunt *Alcairum*, una totius Ægypti maxima & Bassæ Turcici sedes, sexaginta millibus Moschearum, arce regia, septem incolarum myriadibus, commerciis & monumentis Veterum clarissima: Ubi Nilo propius ad milliare sextum (c) *Pyramides seu moles immensæ saxeæ* supersunt, aliæ majores septendecim, & minores aliæ, omnes figuris hieroglyphicis, & suis gradibus externis pariter atque internis instructæ: (d) *Cryptæ* item subterraneæ, vivo ex alabastro excisæ, multis concamerationibus distinctæ, in quibus humana cadavera deprehenduntur reposita, quas (e) *Mumias* vocant. Vid. Princ. Rasvil. Epist. III. f. 161. Petri à Valle Itiner. p. 372. Kircheri T. III. Obelisc. Pamphyl. Synt. 13. c. 4. Amplius superstitiosum *aliquod resurrectionis exemplum*, & cadavera humana paulatim e tumulis emergentia, sive manum sive pedem, sive aliam partem exsertam monstraverint: (f) *Labyrinthum* etiam portentosissimum humani impendii opus Plin. quod ter mille domos continuit. Voss. in Notis Pompon. Lib. I. c. 9. Ut plura de monumentis & rudera omittam; Christiana maxime in templis, Ecclesiis & Patriarcharum sedibus. Præterea famosos in Ægypto (g) *Clibanos*, quibus pulli gallinacei excluduntur. Radzivil. f. 169. Urbes omitto alias *Sabin* quæ Thebas Ægyptias referre creditur, *Alexandriam*, *Damiattam* & *Sues*, præcipuas tamen & commerciis felicissimas.

BUNONIS.

α (h) *Marmaricam*, hodie *Barcha* dictam, olim *Libyarchæ* & Barcæi incoluerunt. Eam alii constituunt partem Cyrenaicæ, ibique ponunt ad mare *Antipyrgum*, nunc *Luco*, & portum *Batrachum*, nunc *Trabucho*. Marmaridas [b] solitos serpentes incantare tradit *Solinus* [c]. Cæterùm illa Ægypti pars, quæ à Syene ad Cairum usque est, erat veterum (i) *Thebais*, nunc *Sahid* dicta, in qua Thebæ.

β (k) *Ægyptus* (d) publicum Orbis horreum appellata [e].

HEKELII.

[a] Ab *Alexandro Macedone* in Ditionem suam redacta.

[b] Quorum & *Plinius* Lib. V. c. 6. p. 68. l. 31. est memor.

[c] Scribit enim *Pomponius Mela* Lib. III. c. 9. p. 225. quod in *Arabia* Serpentes quidam admodum parvi sint initio, & veneni præsentis; tamen certo anni tempore ex limo concretarum Paludium sic emergant, ut in magno Examine volantes *Ægyptum* tendant, atque in ipso introitu Finium ab Avibus quas *Ibidas* appellant, adverso agmine excipiantur, pugnaque conficiantur.

[d] Olim *Ætia*, *Potamia*, *Ogygia*, *Melambolus*, *Hephæstia*, *Myara*, & propter habitantes illic *Æthipes*, etiam *Æthiopia* dicta.

[e] *Trogus* enim *Ægypti* Solum ita fœcundum asserit, ut nulla Terra in usum hominum sit Alimentorum feracior.

BUNONIS.

γ (l) *Alexandria* in Ægyptii maris litore, quod Pharo insulæ objacet, prope ostium Nili, *Canopium* appellatum, & Mareotim paludem, Alexandri M. auspiciis, qui ibidem deinceps sepultus [f], condita est [g]: eamque delineârat *Democrates Mathematicus* tanto artificio, ut non fuerit in tota Africa æqualis, aut similis in structura platearum & palatiorum. Antiquissimis temporibus [b] fuit *No* appellata: & postmodum, quòd Philippus Alexandri pater Olympiadis alvum obsignatam annulo, cujus sculptura leonem præferret, per quietem vidisset, aliquamdiu *Leontopolis* appellata est. *Suppl. Curt. l.* 1. *c.* 1. Hodie majori ex parte in ruderibus destructa jacens, Turcis appellatur *Scanderia*, ac Italis *Alessandria* [i]. Cleopatra Regina urbem cum objacente insula Pharo copulavit [k]. Fuit ibi templum *Serapidis* adeo sumptuose extructum, ut, Marcellino teste, post urbis Romæ Capitolium, nihil Orbis terrarum viderit ambitiosius. Idem quoque Augustinus, Stephanus, Strabo tradunt. Curtius refert nullo fere die Alexandriæ Solem serenum non videri, propter aerem perpetuo ibi tranquillum. Schola verò ac Doctoribus erat urbs longe celeberrima; eamque Ptolemæus (m) *Philadelphus Bibliotheca*, quæ septingenta millia voluminum continebat, magnis sumptibus ornavit [l]. Alexandrini fuerunt, *Clemens* cognomento *Alexandrinus*, Stromatum auctor; *Athanasius*, *Origenes*, *Ambrosius* Diaconus, qui

(a) Ægypti partes. (b) Alcair. (c) Pyramides. (d) Cryptæ. (e) Mumiæ. (f) Labyrinthus. (g) Clibani. (h) Marmarica. (i) Thebais. (k) Ægyptus. (l) Alexandria. (m) Bibliotheca alexandrina.

fricæ, poſt deletam Carthaginem prima ; ab *Alexandro Magno* condita ; poſtea in tantam aucta multitudinem atque frequentiam, uti uni tantùm Romæ cederet. Secunda ab hac *Dioſpolis*, ſive ♂ *Thebæ* cognomine *Ægyptiæ* ; quas *centum portas* habuiſſe ferunt ; ſive, ut alii aiunt, *centum aulas*, totidem olim principum domos ; ſolitaſque ſingulas, ubi negotium exegerat, ducenos armatos milites effundere. Deinde ε *Memphis*, regia quondam : juxta quam ζ *Pyramides*, regum ſepulchra. Turres ſunt faſtigiatæ, ultra celſitudinem omnem, quæ fieri manu poſſit : itaque menſuram umbrarum egreſſæ, nullas habent umbras, regum pecuniæ otioſa ac ſtulta oſtentatio. Reliquæ urbes ſunt ; η *Syene*, ϑ *Sais*, ι *Bubaſtis*, ϰ *Elephantis*, λ *Tentyris*, μ. *Arſinoë* & ν *Abydus*, Memnonis olim regia ;

Dioſpolis, ſeu Thebæ Ægyptiæ.
Memphis.
Pyramides.
Syene.
Sais.
Bubaſtis.
Elephantis.
Tentyris.
Arſinoë.
Abydus.

Origenis ſtudia & labores ſuis aluit ſumptibus ; *Cyrillus*, *Didymus Cæcus*, quo præceptore uſus eſt Hieronymus ; *Philo Judæus* ; *Apion Grammaticus* Judæorum adverſarius ; *Appianus*, qui bella Romana Græcè deſcripſit ; *Didymus Grammaticus*, qui Ciceronis ætate vixit, & tria millia & quingenta volumina conſcripſiſſe à Suida proditur ; *Achilles Statius* ; *Theon*, qui in Almageſtum Claudii Ptolemæi ſcripſit commentarios. Cæterùm Ægyptii quoque fuerunt, *Claudius ille Ptolemæus*, qui non ſolùm Almageſtum modò dictum, verum etiam Geographiæ libros 8 edidit [m] ; *Macarius* monachus, cujus exſtant Homiliæ ; *Nonnus Panopolitanus* ; *Paphnutius* Epiſcopus, qui licet ipſe cœlebs, conjugium tamen ipſorumque ſacerdotum honorabile & caſtitatem pronunciavit [n].

HEKELII.

[f] Ante nat. CHRISTUM anno vigeſimo ſupra trecenteſimum intra ſpatium ſeptendecim dierum cum ſex millibus Murorum paſſibus, ut *Stephanus* teſtatur.

[g] Vid. *Juſtinus* Lib. XI. c. 11. ſect. 13.

[h] *Hebræis Hieronymo* teſte.

[i] Alii vocant *Alexanteriam*, *Alexandretam*, *Alexandronam*, *Auguſtam*, *Juliam*, *Claudiam* & *Domitianam*.

[k] Eam *Antiochus Ptolemæo* ad *Peluſium* navali pugnâ victo, obſedit, eandemque à Romanis ſubverſam publicis expenſis inſtauravit Cæſar, quam demum à *Perſis* captam eſſe novimus.

[l] Sed hic tantus Theſaurus cum incomparabili totius Orbis detrimento, in illa *Julii Cæſaris* fuga & mox victoria, totus igne periit.

[m] Primus apud *Græcos* Cœli rationem diligentius explicans. Ideoque *Princeps doctrinæ Mathematicæ* dictus. Vid. *Nic. Reuſneri* Icones p. 2.

[n] Conf. *Quenſtedtii* Dialog. *Patriar.* V. ILL. p. 627. ſeqq.

BUNONIS.

♂ Urbs (a) *Thebæ* hodie *Theves*, *Hecatompylæ*, regioni nomen dedit, quæ *Thebais* dicitur, undique ferè montibus cincta ; unde Hieronymi ætate [o] eremitarum exſtitit manſio. Sed ipſa jam Ciceronis ætate proſtrata jacuit [p].

ε (b) *Memphis* [q] hodiè *Meſer* [r], ad verticem Deltæ poſita, nunc (c) *Cairus*, *Alcair* ſive *Cairo* putatur. At ipſa *Cairus* urbs, ſi itinerariis fides, quinquies major eſt Lutetiâ, habetque templorum vigiati duo millia ; & arcem tam ſpatioſam, quæ magnitudine Lipſiæ par habetur. In circuitu quindecim milliaria Germanica [s] continere dicitur [t]. Omnium ibi rerum habetur copia, at ligna ſatis magno emuntur pretio. Cairi hodiè reſidet *Satrapa* nomine Imperatoris Turcarum : itemque *Patriarcha Coptitarum* ; & *Patriarcha Græcorum* ac *Arabum* ; qui licet officia Græcè recitent, Græcam tamen linguam vix ſatis intelligunt [u]. E regione Memphis in altera fluvii ripa, Chaldæi quidem, permiſſu Regum Ægyptiorum, arcem (d) *Babylonem* exſtruxerunt.

ζ Plinius [x] tradit in unam (e) *Pyramidem* exſtruendam mille octingenta talenta erogata eſſe in raphanos, allium, & rapas, viles cibos ; quibus paſti fuerint operarii.

η (f) *Syene*, hodiè *Aſna* dicta, ſub Tropico Cancri ad Nilum fl. in extremis Ægypti finibus ſita ; Romani Imperii olim exſtitit terminus, ſicuti hodiè Turcici Imperii limes eſt.

ϑ (g) *Sais*, hodiè *Sabid*, intra regionem eſt, quæ *Delta* vocatur [y].

ι Ad eandem regionem fuit (h) *Bubaſtis* [z] apud Nilum fl. hodie *Pibeſeth*, & ſecundum alios *Aziotb* [a].

ϰ (i) *Elephantis* intra Nilum eſt in *inſula* Nili (k) *Elephantina* [b].

λ (l) *Tentyris* ad Nilum fuit : ad hunc locum nullos annatare Crocodilos ferunt.

μ (m) *Arſinoë* ad Nilum erat Labyrintho vicina [c]. Erat tamen & alia *Arſinoë* ad ſinus Arabici angulum.

ν (n) *Abydus* haud longè abeſt à Ptolemaide, hodiè *Abutich* dicta.

HEKELII.

[o] Qui *Thebeſtim* quoque ſuo tempore nominatam ſcribit.

[p] Dicitur & *Dioſpolis* & *Buſyris* ; à Conditore *Buſiride Ægyptiorum* Rege.

[q] *Ebræis Neophet* & *Migdol*.

[r] Vel *Meſſer*.

[s] S. ut alii ſcribunt, *centum* & *quinquaginta Stadiorum*.

[t] Condita eſt ab *Ogdoo* Rege, & à nomine Filiæ ejus ita appellata.

[u] *Memphim* Templum *Serapidis* olim habuiſſe, *Strabo* Lib. XVII. *Geogr.* p. 613. Tom. II. autor eſt.

[x] Lib. XXXVI. H. N. c. 12. p. 640. lin. 38. ſeq.

[y] Urbs eſt iſta juxta unum ex *Nili* Fluminis Oſtiis,

(a) Thebæ Ægyptiæ ſeu Dioſpolis. (b) Memphis. (c) Cairus. (d) Babylon. (e) Pyramides. (f) Syene. (g) Sais. (h) Bubaſtis. (i) Elephantis. (k) Elephantina inſ. (l) Tentyris. (m) Arſinoë. (n) Abydus.

regia; poſtea Oſiris fano inclyta: & Arabiæ contermina, claritatis magnæ ξ *Heliopolis*, i. e. Solis urbs. In Marmarica vicus fuit *Apis*, nobilis religione Ægypti locus. Fuit & *Labyrinthus*, nullo addito ligno exædificatus, domos mille & regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore exſtructus & tectus, unum in ſe deſcenſum habens, intus penè innumerabiles vias, multis ambagibus huc & illuc remeantibus. Heliopolis. Apis. Labyrinthus.

CAP.

Oſiiis, quod ab ipſâ *Saiticum* dicitur. Incolæ vocantur *Saitæ*, *Minervam* colentes ſtudioſiſſimè.

[z] Vel *Bubaſte*.

[a] In hac Urbe olim quotannis Conventus agebatur in honorem *Dianæ*, colebaturque *Iſis* omnino ſtudioſè.

[b] Ubi *Æthiopicæ* Naves conveniunt. Eſt enim Finis Navigationis Ægyptiæ.

[c] Hæc Urbs prius dicta eſt *Crocodilorum* Civitas, quoniam *Crocodilus* mirum in modum ibidem colebatur, ſacerque erat apud eos in Lacu quodam ſeorſim nutritus & ſacerdotibus manſuetus, *Suchi* nomine veniens. Leg. *Strabo* loc. ſup. ad Not. V. ſect. hujus cit. p. 621.

BUNONIS.

ξ (a) *Heliopolis* [d], in ſacris *On*, nunc *Bethſemes*, Arabibus *Babalbeth*, ab Iſraëlitis traditur condita, quum eſſent in Ægypto [e]. Hic *Mithres* Rex primus obeliſcos erexit, ac Soli conſecravit. Ibidem erat *templum Solis*, in quo recipiebantur reſponſa ad literas non apertas. Heliopolis ſacerdotum olim fuerat habitatio, hominumque Aſtronomiæ & Philoſophiæ deditorum manſio, ubi Plato diſcendi cauſâ aliquamdiu commoratus eſt. Cæterum quæ regio Ægypti inter Cairum & Roſettum & Damiatam interjacet, (b) *Delta* vocatur, à Græcorum litera, cujus formam refert. Fuit ibidem (c) *Thanis* Ægyptiorum regia, ubi Moſes coram Pharaone oracula edidiſſe legitur. In ea regione urbes hodiè celebres memorantur, (d) *Micale* magnitudine vix Cairo cedens; (e) *Phuona*, Ptolemæo *Nicii*, *Roſetti* [f], quæ olim *Schedia*, aut (f) *Canopus* [g]. Veneti conſulem ibi habent, quem vulgò *Baylo* vocant. (g) *Ziza* etiam memoratur, ad quam certo die manus, brachia & crura hominum ex terra prominere dicuntur. (h) *Matareæ* oſtenditur ea ipſa arbor quæ ſeſe ad deſiderium B. Virginis aptavit ac demiſit. (i) *Niloſcopii*, hodiè *Elmichias*, præcognoſcebant Ægyptii Nili augmentum & decrementum. Ad hanc urbem duo ſunt templa, in quibus *S. Johannis Baptiſtæ* conſervantur reliquiæ, aureâ capſâ inclulæ: quæ ſingulis annis inſpectante magna hominum multitudine, hoc edere dicuntur miraculum. Quum reliquiæ illæ in flumen conjiciuntur, aqua ipſa contrario curſu aſcendit, modò in unum, modò in alterum templum. Ea de cauſa dies ille tam Mahumedanis quàm Chriſtianis ſolennis eſt. In *Pharo* inſula erat turris ingens, (k) *Pharus* dicta, ex quâ nocturni lucebant ignes navigantibus. Ædificavit eam turrim *Soſtratus Gnidius* ex albo lapide [b] ſupra quatuor cancros vitreos, tempore Ptol. Philadelphi Regis, magna cum admiratione ſpectantium. Hinc ſimiles turres, quæ navigantibus lumen præbent, dicuntur *Pharı*.

HEKELII.

[d] Quaſi *Solis Civitas*.

[e] Dicta & *Dioſpolis*, Jovis Civitas, it. *Thebæ Ægyptiæ*; *Homero* v. Ἑκατόμπυλαι, quod *centum Portas*, ſ. ut alii volunt, *centum Aulas*, totidem olim Principum Domos, habuiſſe ferunt. Conf. *Quenſted*. loc. cit. p. 652. ſeq.

[f] Vel *Roſettæ*.

[g] Vel *Canopicum*; elegans eſt Opidum; nullis tamen Mœnibus cinctum & ad littus poſitum circa magnum quoddam *Nili* Oſtium, Mauritanis *Raſchit* vocatum.

[b] S. candido Marmore.

(a) Heliopolis. (b) Delta regio. (c) Thanis. (d) Micale. (e) Phuona. (f) Canopus ſeu Roſettum. (g) Ziza. (h) Matarea. (i) Niloſcopium. (k) Pharus turris.

BUNO-

CAP. III.

De incolis Ægypti ac Nilo flumine; item de Libya exteriore.

I.

IPſi Ægyptii, hominum vetuſtiſſimos ſe prædicantes, cum Scythis de gentis antiquitate olim contenderunt [a]. Antiquiſſimos eſſe poſt Syros, vel ipſa ſacra Scriptura atteſtatur. Diſciplinarum complurium inventores rerumque divinarum ac ſiderum peritiſſimi dicti ſunt. Quare ad eos *Dædalus*, *Melampus*, *Pythagoras*, *Homerus* & alii complures eruditionis cauſa profecti. Sub regibus eſſe jam inde ab initio rerum conſueverunt, modò ſuis, modò *Æthiopibus*; dein *Perſis* ac *Macedonibus*; moxque iterum ſuis, donec *Romani*, Auguſto debellante, in provinciam redegerunt Ægyptum. Poſt hoc *Saraceni* eam occupârunt: quibus ſucceſſit *Sultanorum* inclytum nomen, ex Circaſſis Tattarorum gente ortum. Poſtremi *Turcæ* Anno CIↃIↃXVII invaſerunt, qui etiam nunc tenent. α 1

Nilus fl. II. Sed de *Nilo* (b) hoc loco pauca quædam retuliſſe haud abs re fuerit. Terra ipſa Ægyptus expers imbrium mirè tamen fertilis, & hominum aliorumque

BUNONIS.

α *Selimus* Turcarum Imperator Mameluchorum in Ægypto regnum delevit anno Chriſti 1517, quum ſtetiſſet per annos fere trecentos. *Annal. Turc.*

HEKELII.

[a] Vid. *Juſtini* Lib. II. c. 1. ſect. 5. ſeqq.

REISKII.

1 (a) Ægyptii nugas ſerebant, quotquot hominum ſeſe vetuſtiſſimos prædicârunt, aut cum Manethone, Sacerdote ſuo vaniſſimo, regum centurias Abrahamo antiquiores aliquot numerârunt. Ne quidem illi à Syris erant vetuſtate proximi, quod auctor exiſtimat; ſed Arabes, Chaldæi & Babylonii antecedunt. Primas tamen Ægypti colonias à *Chamo & Miſraimo ejus filio*, & horum poſteritate Beroſus atque Sanchoniathon arceſſunt, eaſque ſacris ſcripturis congruas. *Menes* enim primus in regum ordine aut Chamus ipſe, aut unus inter Chami poſteros fuit: Ab hujus exceſſu (b) Dynaſtiæ plures aut Nomarchiæ in regno unico exortæ *duodecim Nomarchas* ex æquali Nomorum numero pepererunt. Sed rege ſub Amiſi ad Sabtaconem Æthiopem, duoſque hujus Succeſſores; ab his ad Nomarchas denuo, & ultimum Pſammeniten poteſtas regia pervenit: Poſtea ſub Cambyſe ad *Perſas* anno ante Chriſtum 505, denique ad *Alexandrum M.* anno ante Chriſtum 328, ab ipſo demortuo ad *Ptolemæos*; ab horum ultimo Dionyſio ad *Romanos* A. U. C. 720, ab Romano ad *Saracenicum* Ægyptus Imperium A. C. 642, ſub Chalifa Omare adjungitur; *Amiriſque* Chalifis per A. 337 paruit; poſthac *Phatemidis* per A. 208, tandem *Jobidis* regibus ex A. C. 1179, horumque antepenultimo Salohoddino (communiter Saladino) qui e Tataris Circaſſis coemta mancipia ſelegit milites, *Mamluccorum nomine*: Hi denique A. C. 1250, Mohaddano, ultimo Jobida miſere cæſo, Eloddinum ſui gregis hominem extollunt, & longa regum ſucceſſione gaudent ad A. 1517, quo Selimus ultimum *Tumain Bai Jarcaſſium* ſuſpendio necavit: Hinc Ægyptus hodieque *Turcico Imperio* ſubeſt, in ſangiacatus & octodecim Califatuum aut præfecturarum centurias diviſa. Vid. Marſami Canon Chronicus regum Ægypt. & Chronicon Saracenicum Dreſchleri cum additionibus noſtris.

HEKELII.

[b] De hoc *Fluvio* ſcribit *Heliodorus Emeſenus*, Scriptor vere elegans (Eleganti hoc elogio Autorem hunc dignatus eſt Polyhiſtorum clariſſimus, *Georg. Matthias Koenigius*, Evergeta meus ſingularis, in elegantiſſima *Bibliotheca* ſuâ vet. & novâ p. 387. col. a. Lib. II. Αἰθιοπικῶν p. 109) ſeq. Edition. *Commelin.* hoc modo: Καὶ διελθόντι ὡς τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπὶ τῆδε ἄκρων τῆς Αἰθιοπίας, ἐφάπτων τε τῆς Λιβύης ἀναλαμβάνει, καθ' ὃ μέρος τὸ κλίμα τὸ ἀνατολικὸν ὑπολῄγον ἀρχὴν τῇ μεσημβρίᾳ δίδωσιν· αὔξεται δὲ χῶρα τὴν θερινὴν ὥραν, ὑχ ὥς πνες νενομίκασι θεὸς ἢ ἐτησίων ἄνεμος πνεόντων ἀνακοπτόμενος, ἀλλ' αὐτῶν δὴ τούτων ἢ ἀνέμων χώραν τὴν θερινὴν, ἀπὸ ἢ ἀρκτώων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν πᾶν νέφος ἐλαυνόντων τε καὶ ὠθούντων ζώνην συνάξωσι, καθ' ἣν τῆς θερσω φορᾶς ἀνακόπτονται, δι' ὑπερβολὴν τῆς θέρμης τὰ μέρη πυρώδης πάσης ἢ περιεχον καὶ χώραν μικρὸν ἀθερμοτέρας καὶ παχυτέρας νοτίδος ἐξατμιζομένης καὶ τούτου λάβρον ὑετῶν ῥηγνυμένων, ὀργᾶται ὁ Νεῖλος, καὶ ποταμὸς εἶναι οὐκ ἀνέχεται, ἀλλὰ κατεξανίσταται τὴν ὄχθης, καὶ θαλασσώσας τὴν Αἴγυπτον, τῇ παρόδῳ γεωργεῖ

(a) Ægyptiorum antiquitas. (b) Dynaſtia multiplex.

rumque perfœcunda generatrix. Nilus id efficit, amnium in Internum Mare permeantium maximus. Hic in Africæ deſertis, *montibus Lunæ* ortus, haud ſtatim Nilus eſt, & primùm ingentem Lacum *Nilidem*, qui nunc *Zaire* & *Zembre* dicitur, CXX mill. German. permeans, cum diu ſimplex ſævuſque receptis dextera magnis aquis deſcendit, *Aſtapus* cognominatus, quod Æthiopum lingua ſignificat aquam è tenebris profluentem, circa *Meroën*, Inſularum, quas innumeras latèque patentes ſpargit, clariſſimam, lævo alveo *Aſtabores* dictus eſt, hoc eſt, ramus aquæ venientis è tenebris; dextero verò *Aſtuſapes*, quod latentis ſignificationem adjicit, nec ante, quam ubi rurſum coit, *Nilus* dictus eſt. Inde partim aſper, partim navigia patiens; mox præcipiti curſu progreſſus, inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. Poſtea lenis, & fractis aquis domitaque violentia, & ſpatio feſſus; tandem ad Δέλτα opidum per omnem Ægyptum vagus & diſperſus, *β Septem* ingentibus *oſtiis* in mare Ægyptium ſe evomit. Bis in anno, certis diebus auctu magno per totam ſpatiatus Ægyptum, fœcundus innatat terris. Cauſas hujus incrementi varias prodidere; ſed maxime probabiles duas: *Eteſiarum* eo tempore ex adverſo flantium repercuſſum, ultro in ora acto mari: aut *imbres* Æthiopiæ æſtivos, iisdem Eteſiis nubila illò ferentibus ex reliquo Orbe. *Idem amnis unus omnium nullas exſpirat auras.*

Lunæ montes. Aſtapus. Meroë. Aſtabores. Aſtuſapes. Delta op. Nili ſeptem oſtia.

III. Cæ-

ωργεῖ τὰς ἀρούρας. Διὸ πεῖν τὲ ὄζι γλυκύτατον, ἅτε ἐξ ὄμβρων ὑρανίων χορηγούμενον, κὴ ἧγειν ωεφυκέναι τον, ὄκ ἔπ μὲν ἑσμὸς ὡς ὅθεν ἤρξατο, ἔπ δὲ χλιαρὸς ὡς ἐκεῖθεν ἀρξάμενον. Δι ἣν αἰτίαν κὴ μόνον ποταμῶν ἄυρας ὄκ ἀναδίδωσι. Πάντως ἄν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀναδὸς, εἰ καθ ὡς πνες ἐβυλήθησαν, ὡς πυνθάνομαι ἧ παρ' Ἕλλησιν ἐυδοκίμων, χόνον τηκομένης τὸ πλήρωμα ἐλάμβανε. Quæ verba *Staniſlaus Warſchewiczki*, Polonus, feliciter ſic eſt interpretatus: *In ſupremis* Æthiopiæ, *ultimis autem* Libyæ *partibus* (NILUS) *oritur, qua parte orientale clima deſinens, initium meridiei præbet: creſcit vero æſtivo tempore, non* (ut quidam putârunt) *Eteſiarum adverſo flatu rejectus, ſed iis ipſis ventis circa ſolſtitium æſtivum a Septentrionalibus partibus verſus meridiem, omnes nubes pellentibus ac trudentibus, donec in Zona, quæ torretur ardore Solis, colligantur, in qua illorum motus retunditur propter incredibilem circumſtantis æſtus vehementiam, toto, qui antea fuerat paululum congregatus & condenſatus, humore liqueſcente. & inde copioſis imbribus cadentibus, ſuperbitque* NILUS, *nec ſe Fluvium eſſe patitur, ſed effunditur extra ripas, & eluvione, tanquam Mari quodam* Ægyptum *operiens, adventu ſuo fœcundat agros. Quare ad bibendum dulciſſimas præbet aquas, & quæ illi ex cœleſtibus imbribus ſuppeditent: & eſt tactu placidus ac lenis, non amplius calidus, ſicut ubi incipit: veruntamen adhuc tepidus, ut in ejuſmodi locis ortus. Quam ob cauſam ſolus ex Fluviis vapores non exhalat. Omnino enim conſentaneum eſſet, ſi exhalaret, eum ex nive liquefacta, quod quidam Docti apud* Græcos *voluerunt, incrementum capere.* Quando verò *Herodianus* Lib. IV. *Hiſtor.* c. 9. p. 201. Edition. *Bœclerianæ* NILI *Fauces* ſanguine (aliquando) infectas fuiſſe ſcribit, tunc utitur verbo Φοινιχθῆναι, quod idem eſt, ac *purpuraſcere.* Τοῦτο (inquiens) ἐγίνετο φόνου ὡς ῥεύσοις αἵματος διὰ τῶν πεδίων, τάς τε ἐκβολὰς τῶν Νείλου μεγίσας ὔσας τόν τε περὶ τὴν πόλιν αἰγιαλὸν πάντα φοινιχθῆναι, i. e. *Angelo Politiano* interprete, *tanta eſt facta cædes, ut rivis cruoris per planitiem decurrentibus, cum fauces ipſæ* NILI *ingentes, tum littus omne circa Urbem purpuraſceret.*

BUNONIS.

β Nili oſtia nominantur Melæ, *Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Mendeſium, Pathmiticum, Tanicum, Peluſiacum* [c]. Cæterùm Nili exundationes exiſtere à pluviis & imbribus, qui in partibus Auſtralibus decidunt illo tempore ferè continui & copioſi, hodiè exploratum eſt. *Vid. Geogr. General. Varenii lib.* 1. *c.* 16. *prop.* 20. [d]. Sed præter Nilum ſtato anni tempore quoque exundant alii fluvii; *Niger* Africæ fl. *Zairus* Congi fl. *Argenteus* fl. Braſiliæ. *Ganges Indus*: Fluvii, qui ex lacu Chiamay profluunt, & in ſinum Bengalenſem ſeſe exonerant: Item *Macon* fl. Cambojæ. *Euphrates*: Numidiæ fl. *Sus* dictus; & alii nonnulli. Eſt quoque in Ægypto lacus (a) *Mœris*, viginti millia paſſuum in circuitu patens, altior, quàm ad navigandum magnis onuſtiſque navibus ſatis eſt, qui olim fuit campus. Cæterùm Ægyptii multò aliter à cæteris agebant olim. Mortuos fimo obliti plangebant, nec cremare aut fodere fas putabant. Verùm arte medicatos intra penetralia collocabant [e]. Lutum inter manus, Farinam calcibus ſubigebant. Forum ac negotia fœminæ; viri penſa ac domos curabant: onera illæ humeris, hi capitibus accipiebant. Colebant effigies multorum animalium, adeò ut quædam eorum per imprudentiam interemiſſe, capitale eſſet. Morbo extincta animalia, ſepelire & lugere ſolenne iis erat. (b) *Apis*, bos niger, certis maculis inſignis, & cauda linguaque diſſimilis aliorum, omnium Ægyptiorum numen erat. *Mela* [f]. Cæterùm male audiunt Ægyptii veteres, qui perhibentur fuiſſe vani, imbelles, ad rem gerendam inepti, crudeles, quæſtus cupidiſſimi, mobiles, invidi, furioſi, & dementes. *Stra-*

(a) Mœris lacus. (b) Apis Ægyptiorum numen.

III. Cæterùm à tergo Ægypti verſus Meridiem, juxta ſiniſtram Nili ripam, *Libya* eſt *exterior* ad Æthiophiam extenſa, nunc eſt *Elfocat* deſertum & *Gaoga*. [2]

Libya exterior.

bo l. 17. *Polyb. l.* 15. *Plin. in Panegyr. Plato l.* 4. de Rep. *Philo* in Flaccum & lib. de Agricultura. *Trebell. Pollio* in 30. Tyr. *Vopiſcus* in Saturnino. Cæſar veritus eſt Ægyptum provinciam facere, ne quando violentiorem præſidem nacta, novarum materia eſſet. *Sueton.* Auguſtus eoſdem ſemper habuit novarum rerum ſuſpectos. *Dio.* lib. 51. *Tacit.* Hiſt. lib. 1.

HEKELII.

[c] Ipſis *Ægyptiis* vocabatur *Noym*, aliis *Oceanus Ætus*, ſ. *Aquila*, ut & *Dyris* atque *Chryſorrhoas*.

[d] *Admiranda Nili* aliàs edi curavit *Marcus Fridericus Wendelinus* Francof. anno C. MDCXXIII, in 8vo. Extat & elegans *Ænigma* de NILI, quando np. Vox iſta ſcribitur ΝΕΙΛΟΣ, *Proprietate* ap. *Nicol. Reuſnerum* in *Ænigmatib. Var. Aut.* p. 301. ubi *Paulus Eberus* prædicti Ænigmatis autor eſt factus.

[e] Inde fit, ut ejuſmodi Corpora ſic ſervata etiamnum inveniantur, quæ vulgo vocamus *Mumia*. Ex priſcâ *Ægyptiorum* Religione plura *Chriſtianos*, inprimis *Romano-Catholicos* mutuâſſe notum eſt. Vid. *Magini* pars II. *Geogr. Ptolem.* f. 207. fac. a.

[f] Lib. I. c. 9. p. 162. lin. 31. ſeqq. *Solini Polyhiſtoris* c. 45. p. 93. lin. 16. ſeqq. & in id *Petri Olivarii*, Valentini, SCHOLIA. eâd. p. ut & *Stra-*

lonis Lib. XVII. *Geogr.* p. 613. Tom. II. ac *Plin.* Lib. VIII. H. N. c. 46. p. 146.

REISKII.

2 (a) Nilus fonte ſuo, incremento, exundatione, catarrhactis & oſtiis ſtupendus fluvius non procul ab regno Abyſſino *Gojam in terra, Sicut & faſtigio montis Denglæ* duobus aut quinque fontibus erumpit: Hinc curſu flexuoſo per lacum Daræ Bedique tranſiens, in duos ſcinditur alveos, quorum *unus Nigritarum regna*, ſed *alter Ægyptum ſubit*. Auctus & incrementum Nili, & anniverſaria hujus exundatio ab hybernis imbribus proficiſcitur. Nam regiones quotquot Zonæ torridæ ſubſunt, per hyemem multis urgentur pluviis: Unde immenſa vis aquarum alveo contineri nequit, ſed per Ægyptum planiſſimam, foſſaſque multo artificio deductas excurrit. Hinc *Niloſcopia* & *Nilometria* repererunt Ægyptii, quibus eluvionem Auguſto menſe futuram prænoſcere ac judicare poſſint. Nec tamen Ægyptus expers imbrium eſt, ſed inferior æque ac ſuperior menſes hybernos quandoque pluvios habet: De inferiori Proclus id dudum annotaverat Lib. I. in Tim. Plat. de inferiori veteres negarunt pluvias, quin Voſſius in eorum gratiam ad Lib. II. Pompon. c. 9. Vid. Hiſtor. Æthiop. Ludolffi Lib. I. c. 8. Iſa. Voſſii Comment. de Nilo & hujus increm.

(a) Nili fontis auctio & inundatio.

CAP. IV.

Cyrenaica, Africa Minor, Libya deſerta, Troglodytæ & Garamantes.

I.

Cyrenaica regio. Barchana. Pentapolitana.

ÆGypto annexa eſt α *Cyrenaica* regio, β Ammonis oraculo maxime clara, nunc *Barchanæ* provinciæ dimidia pars Orientalis, eadem *Pentapolitana* dicta à *quinque* inſignium urbium numero, quæ γ *Berenice*, δ *Arſinoe*, ε *Ptolemais*,

BUNONIS.

α *Cyrene* ſive (a) *Cyrenaica regio* habet ab *Occaſu* Syrtim Majorem, ac Africam propriam; à *Septentrione* Libycum mare; ab *Ortu* Marmaricam; à *Meridie* deſerta Libyæ Interioris.

β (b) *Ammonis* [a] Oraculum in Marmarica conſtituunt alii [b]. Fuit in deſerto & *urbs Ammon*, & *templum Ammonii Jovis* [c]; itemque (c) *Solis fons*, qui mane tepidus, medio die frigidus, ſub veſperam incaleſcebat, & ſub mediam noctem calidiſſimis manabat aquis [d]. Eo uſque penetrârunt *Bacchus*, *Hercules* & *Alexander M.* Locus ille hodiè vulgò *Concorron* dicitur [e].

γ (d) *Berenice*, hodiè *Bernich* ad Syrtim majorem poſita, à Berenice Regina [f] appellationem habet.

δ (e) Arſinoe, quæ & *Teucheira* [g], hodiè *Trochara*, in eodem jacet litore, inter Berenicen & Ptolemaidem.

ε (f) *Ptolemais* [h], anteà *Barce* dicta, à Ptolemæo nomen ſortita, hodiè *Talometta* vulgò dicitur, ad idem litus poſita.

HEKELII.

[a] Id eſt, JOVIS in ſpecie *Arietis* Linguâ *Ægyptia* ſic dicti.

[b] De *hoc Oraculo* vid. *Curtii* Lib. IV. c. 7. ubi & *ejus Schema* in *Batavorum* Editionib. *æri*; in aliis verò *Ligno* inciſum extat.

[c] Non ab *Ammone* Paſtore quodam *Arabiæ*; ſed à *Baccho Libero Patre*, quondam juxta *Mythologorum* ſententiam exſtructum.

[d] Hunc Fontem dicitur JUPITER in forma *Arietis Baccho* aperuiſſe, cum ab eo in *Arabiæ Deſertis* vehementer ſitiente anxiè imploraretur. Terram

(a) Cyrenaicæ fines. (b) Ammonis urbs & Oraculum. (c) Solis fons. (d) Berenice. (e) Arſinoe. (f) Ptolemais.

mais, ζ *Apollonia*, & ipſa ν *Cyrene*, unde regioni nomen: Græci hanc condiderunt, ex *Thera* inſula Ægæi Maris profecti. Ipſi Cyrenenſes privata ſorte inter Ægyptios ac Pœnos diu egerunt; dein cum *Carthaginienſibus* de agrorum finibus magnum ac diuturnum bellum geſſerunt. Mox Carthagine deleta, & ipſi cum reliqua Africa *Romano* Imperio ceſſerunt: Poſthinc ſolum eorum *Sultanis*, tandem *Turcis*. [1]

AFRICA MINOR.

II. Sequitur *Africa Minor* ſive *proprie* dicta. Terminatur à *Septentrione* Africo pelago; ab *Ortu* ſinu magnæ Syrtis; à *Meridie* montium perpetuis jugis, quibus à Libyæ deſertis & Gætulis diſcernitur; ab *Occaſu* Tuſca amne. Continet hodiè *Tunetanum regnum*. Fluvii in ea clari, ϑ *Cinyphus*, ι *Triton*, Tritonidem paludem trahens; *Catada*, ad Carthaginem ſe devolvens, & κ *Bagradas* omnium maximus ad Uticam, ac λ *Tuſca* terminus Africæ Minoris.

Africæ Minoris fines. Tunetanum regnum. Cinyphus fl. Triton fl. Catada fl. Bagradas fl. Tuſca.

III. Popu-

ram enim pedibus concutiens lympidum Fontem ei oſtendit.

[e] Undè autem *Ammonius* propriè derivetur, vid. ap. *Caſpar. Peucerum* in doctiſſimo, de *præcipuis divinationum generibus*, in *ſpecie* de ORACULIS, commentario fol. 137. fac. b. Edition. *Serveſtanæ* in 8vo maj. Meminit quoque *Templi* iſtius JOVIS AMMONII *Juſtinus* Lib. 1. *Hiſtor.* c. 9. ſect. 3.

[f] Et *Ptolemæi* Lagi, Regis *Ægypti*, Conjuge.

[g] *Marcellino.*

[b] Quam *Olivarius* novo nomine *Ptolemata* nominavit.

BUNONIS.

ζ (a) *Apollonia* maritima urbs à Ptolemaide verſus Ortum jacens, hodiè *Bonandrea* dicitur.

ν (b) *Cyrene*, hodiè *Corene* & *Cirene*, 12 mill. paſſ. à litore remota eſt, urbs Cyrenaicæ primaria, ac quondam Carthaginis æmula, de cujus origine multa dicuntur apud Pindarum [i]. E Cyrene fuêre *Ariſtippus* Socraticus Philoſophus, & *Areta* ejus filia, quæ patri in gubernatione Scholæ ſucceſſit; & *Ariſtippi* filius, qui matri ſucceſſit, μητροδίδακτος, quod Strabo tradit, cognominatus *Hegeſias*, ob incredibilem eloquentiæ vim πεισιθάνατος dictus. *Syneſius* quoque è Pentapoli ortus Cyrenes fuit Epiſcopus, primum Philoſophus, ac deinde Chriſtianus. Hic laſerpitium herba naſcitur; unde Cyrenæ appellantur *laſerpitiferæ*. Cyrenæi ad cœnam vocati non ſolùm veniebant ipſi; ſed & alios ſecum adducebant. Inter Cyrenas & Ægyptum fuit opidum (c) *Portus Menelai* dictum, in quo *Ageſilaus* Spartanorum Rex mortuus eſt. *Nep. in ejus vita.*

ϑ (d) *Cinyphus* ſeu *Cinyps* fl. hodiè *Magra*, è colle Gratiarum fluens inter *Leptim magnam* & *Barathiam* in Syrtim excurrit, perfunditque Macæos, ſeu Macas, qui & *Syrtides* appellantur. Ad hunc fluvium ſunt hirci tantæ magnitudinis, quantæ non alibi. *Plin.*

ι (e) *Triton* apud *Tacapen* urbem, unde hodiè *Rio di Caps* nominatur, mare ſubit. In illius fluminis inſula *Phila* Minervam primum virginali habitu apparuiſſe fabulantur [k].

κ (f) *Bagradas* fl. hodiè vulgò *Megrada*, *Magrida*, ac ſecundum alios *Magiordech* dictus, ex Audo monte ortus inter Uticam & Carthaginem mare ſubit. Ad hunc fl. [l]. *Regulus* ingentem ſerpentem catapultis [m] interfecit, ejuſque exuvias 120 pedibus longas Romam miſit. *Gellius* [n].

λ (g) *Tuſca*, hodiè vulgò *Guadilbarbar* vocatur, ad Hipponem urbem in mare excurrit.

HEKELII.

[i] Plurimi *Philologorum* putant hanc urbem à *Batto Tereo* eſſe conditam, & à *Cyrene*, *Penei* Amnis Filiâ, quam *Apollo* amore ejus raptus in eam *Libyæ* partem tranſtulit, ita denominatam.

[k] Unde & *Pallas Tritonia* dicta.

[l] *Atilius.*

[m] Et balliſtis.

[n] Lib. VI. N. H. c. 3. p. 210.

REISKII.

1 (h) *Cyrenaica* nomen à *Cyrene* urbe, hæc à *Cyre hujus regionis fonte* reperit, ἀπὸ Κυρῆς πηγῆς ἐγχωρίας inquit Stephanus: Huic enim montique cognomini urbs adjacebat proxima. Sed hæc ipſa regio ſenſum admittit æquivocum, & anguſtius dicta *Pentapolin*; paulo latius totam à Ptolemæo & Cluverio deſcriptam *provinciam*; latiſſimè ſumta *Marmaritidam* & Libyam exteriorem ſignificat. Inde factum eſt, ut veteres, novique Geographi (i) templum Jovis Hammonis & Oraculum Cyrenaicæ adſcriberent, quod *Marmaricæ & hujus parti, regioni Ammoniacæ* Plutarchus & Plinius attribuunt. (k) *Africa minor* Phœnicum colonia, & Didonis aut Eliſæ auſpicio ad regnum florentiſſimum perducta, Carthaginem continebat Romæ urbis æmulam. Urbs illa Carthada poſt Trojanum excidium anno 316, ante Chriſtum 869 condita Punicè קרתא חדתא *Kartha Hadtha*, id eſt urbs nova. Carthago denique dicta tribus conſtabat partibus, *Cothone*, id eſt Inſula portuque, *Byrſa*, id eſt arce regia, & *Megara* ſive Magalia urbe. De bellis tribus Punicis, ultimoque ſeu tertio, quod in excidium Carthaginis deſinebat, cum Chriſtoph. Hendreich in Carthagine aut Carthaginenſium Republ. Græci atque Romani Hiſtorici videantur. Libya Græcè Λιβύη, Hebraicè לוב *Lub*, & *Libyes* לובים *Lubim* à terra *ſiticuloſa vel arida*, ſive ut Lucani verbis Lib. I. heic utar *propter calidas* (l)

(a) Apollonia. (b) Cyrene. (c) Portus Menelai. (d) Cinyphus fl. (e) Triton fl. (f) Bagradas fl. (g) Tuſca. (h) Cyrenaica. (i) Jovis Hammonis templum. (k) Africa minor. (l) Libya.

Naſamones. III. Populorum varia nomina. Clariſſimi μ *Naſamones*; extra Africam propriam etiam Cyrenaicæ & Marmaricæ contermini; quos antea *Meſammones* Græci appellaverunt, ab argumento loci, medios inter arenas ſitos; & ab his ſublati ν *Pſylli*, quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus, ut cujus odore vel fugarent vel ſopirent eas [o]: & ſupra Carthaginem *Libyphœnices*, iidem & *Pœni*; è Phœnice Tyro profecti, Duce *Eliſa* ſive *Didone*, quæ Carthaginem condidit. Urbium celeberrimæ, ξ *Leptis Magna*, quæ & Neapolis, ο *Abrotonum*, π *Taphræ*, ρ *Capſa*, σ *Thyſdrus*, τ *Thapſus*, υ *Leptis Parva*, φ *Rhuſpina*, χ *Adrumetum*, ψ *Clupea*, ω *Tunes*, α *Uthina*, & β *Carthago*, Romæ æmula, terrarum

Pſylli.

Pœni.
Leptis M.
Abrotonum.
Taphræ.
Capſa.
Thyſdrus.
Thapſus.
Leptis P.
Rhuſpina.
Adrumetum.
Clupea.
Tunes.
Uthina.
Carthago.

Libyæ ſitientis arenas. Hæc verò ex notitiis Epiſcopatuum duplex ſuccurrit, una ſuperior ſive Pentapolitana; & altera inferior ſive Marmarica Joſepho ξηρολιβύα καὶ ἀνυδρος, i. e. *arida, & aquæ expers.* (a) Troglodytæ Gr. Τρωγλοδύται ἐκ τῶν Τρώγλων καὶ δύω δῦ, quod cavernas & antra ſubeant: Hebr. בונים *Succyim Suchæ* ex voce סוכה *Socha*, id eſt *ſpelunca.*

BUNONIS.

μ (b) *Naſamones* gens Syrtica, navigiorum ſpoliis quæſtuoſa. Quippe obſident littora, & æſtu deſtituta navigia notis ſibi vadis occupant. *Curt.*

ν (c) *Pſylli* Naſamonibus fuere finitimi, quum Auſter eis omnia aquarum receptacula arefeciſſet, publico conſilio adverſus ventum iſtum fecerunt expeditionem, jure belli res repetitum; verùm Auſter ſpirans, arenis univerſos obruit; quibus exſtinctis Naſamones eorum terram obtinuerunt. *Herod. Gell.* *Plinius* tamen eos à Naſamonibus deletos eſſe tradit. *Ælianus* prodit, tam familiares Pſyllis fuiſſe Cerastas, ut morſus eorum ſentirent nunquam; ac mederentur percuſſis. Idem jus illos obtinuiſſe in omnia ſerpentum genera tradit *Plutarchus in Catone.* Quum enim hic per Libyæ deſerta iter faceret, & in ſummo periculo ob crebros ſerpentum ictos milites videret, à Pſyllis auxilium petiit, qui ſuis incantamentis ita faſcinârunt ſerpentes, ut nulli deinceps nocere poſſent. Ex illorum familia quidam, *Hexagon* nomine, Romæ in dolium ſerpentibus refertum conjectus, experimenti cautâ, circum-mulcentibus linguis miraculum præbuit. Signum ejus familiæ erat verno tempore odoris virus, & ſudor, quo non ſolùm medicamen præſens afferebant, verùm etiam ſaliva. Liberos Pſylli ſæviſſimis ſolebant objicere ſerpentibus ad uxorum pudicitiam experiendam, adulterino enim ſanguine prognatos non fugiebant ſerpentes. *Ælianus, Plinius, Silius, Cicero, Gellius.*

ξ (d) *Leptis Magna*, hodiè *Lebida* & *Lepede*, paulum à litore diſtabat, ubi hodiè conſpiciuntur urbis rudera.

ο (e) *Abrotonum* ea videtur eſſe urbs, quæ ad idem litus jacens, Leptique vicina, hodiè vulgò appellatur *Bnata.* Ortelius tamen urbem hanc in mediterraneis ponit [p].

π (f) *Taphræ*, *Taphra* & *Taphrura*, hodiè *Afacus*, ad Syrtim Minorem jacet [q].

ρ (g) *Capſa* in mediterraneis poſita ab Hercule [r] traditur condita; munitiſſima licet, à Mario tamen intercepta ac deleta eſt. *Saluſt.*

σ (h) *Thyſdrus* [s], *Tisdrus*, *Tisdrum* ſeu *Tusdrum* in mediterraneis quoque fuit.

τ (i) *Thapſus* urbs maritima, inter Adrumetum & Ruſpas jacuit.

υ (k) *Leptis Parva*, & ipſa in litore haud longè ab Adrumeto poſita, ea putatur eſſe urbs, quæ hodiè *Africa* appellatur [t].

φ (l) *Rhuſpina* quoque maritima urbs ab Adrumeto ad Ortum ponitur.

χ (m) *Adrumetum* [u] ad idem mare jacens, hodie vulgò vocatur *Mahometa* (x).

ψ (n) *Clupea* ſeu *Clypea* [y], hodiè *Quipia*, urbs maritima, ad (o) *Hermæam* ſeu Mercurii jacens promontorium, à Siculis condita eſt. Scorpiones ibi non vivunt.

ω (p) *Tunes* ſeu *Tunis* aliquando regia ſedes, 12 mill. paſſ. à Carthagine remota, hodiè ambitum habet quinque milliarium. Haud longè ab eo loco Romani à Carthaginenſibus, *Xantippo* Lacedæmonio adjuvante, victi ſunt, ac *M. Attilius Regulus* captus in hoſtium venit poteſtatem. Ab urbe hac *Tunetanum* regnum appellationem habet. Ibi in coëuntibus utrinque litoribus gulæ ſpecie (q) *Golettam* exſtruxit Carolus V. anno C. 1535 [z], quæ à Turcis anno 1574 capta ac deſtructa eſt [a].

α (r) *Uthina* in mediterraneis ad Bagradam ponitur fluvium.

β (s) *Carthago* habuit ſpeciem duplicis opidi, quaſi aliud alterum amplecteretur; cujus interior pars *Byrſa* dicebatur, exterior *Magalia.* Nepos *in vita illuſtr.* A Scipione deleta Julii Cæſaris auſpiciis poſteà reſtaurata eſt. Ejus Epiſcopus CXXV ſub ſe habebat Epiſcopos alios. Hodie ad exiguum vicum redacta urbs illa, ab hortulanis ferè ſolis habitatur [b]. Carthaginenſes fuere *Tertullianus* & *Cyprianus.*

HEKELII.

[o] Vid. *Plinii* Lib. VII. c. 11. p. 107. lin. 6.

[p] Meminit ejus *Strabo* Lib. XVII. *Geogr.* p. 660. Tom. II. *Oper.*

[q] *Olivarius* eam *Facbs* vocat.

[r] *Phœnice.*

[s] *S. Tisdra* ap. *A. Hirtium.*

[t] Alii illam *Neapolim* dici exiſtimant. Conf. *Strabo* loc. ad Not. d. ſect. huj. cit.

[u] S. *Adrumentum* Mario Nigro *Siſſa*, Alfonſo verò Adriano *Toulb* denominata.

[x] *Procopius* eam vocat *Adramyttum*, additque ſuo tempore *Juſtinianam* eſſe denominatam.

[y] A *Clypei* Figurâ ſic dicta.

[z] Quo eam expugnavit, *Barbaroſſæ* eripuit & Regi ſuo reſtituit.

[a] Hodie

(a) Troglodytæ. (b) Naſamones. (c) Pſylli. (d) Leptis magna. (e) Abrotonum. (f) Taphræ. (g) Capſa. (h) Thyſdrus. (i) Thapſus. (k) Leptis parva. (l) Rhuſpina. (m) Adrumetum. (n) Clupea. (o) Hermæa ſeu Mercurii promont. (p) Tunis. (q) Goletta. (r) Uthina. (s) Carthago.




Tab. 45
pa 395
MAURITANA et Africa Propria nunc BARBARIA
Oceani Atlantici Pars
HISPANIÆ PARS
MARIS MEDITERRANEI PARS
Hispalis
Carthago nova
Gades n Cadix
Fretum Herculeum
Tingis n Tanger
Alhazer
Ceuta s Septa
Abila
Zilis n Arzila
Lirus
Iula Campestris
Subur fl
Larache
Sala fl
Cusa fl
Tensiftg fl
Herculis Prom.
Azamar
Tamasiga
Maurocum
Maroc
Bocanum
Fortunatæ Insulæ
Tenerifa
Taradante
Ryssadium Promont
Ryssadig Mons
Atlas Major Mons
Melilla
Muluchas
Iula Cæsarea
Oran
Tipasa
Cartoma
Cartenna
Oppidum
Tremizen
Telesin Reg
Alger
Tubusiptus
Rusicadæ
Salda
Saldo Colonia
Sicilia pars
Lilybeu prom
Hermæ a Mercaraus
Bulla regia
Curtaulia
Siccavene
Constantine
Tunicia
Tabracha
Cartago
Thapsg
Thysdrg
Tephne
Afacus
Tacapæ
Palus et Lacus
Zama Regia
Nisibes
Busara Mons
Bagradus
Tritoni
Silice
Buthurus
Bunthon
Puteas Pallas
Lybya paulus
Vsaletus Mons
Vsargata
Zalac Mons
Gasmara
Darda
Darense Regnum
Calcaricu Mons
Massæsylii
Bardus Mons
Manrensii
Morocci Regnum
Pynon pedion seu campus frumenti
Tingitana
Mauritania
Barbaria
Cæsariensis
Niger fl
Nigria Metropolis
Vargala Mons
Numidia
Libia Palus
Nilides Solino
Garamantes
Lidia Exterior
Getulia
Melano Getulæne
Atlas Mons
Nigritæ
Niger fl Bolm. Ghic
10
20
30
40

terrarum cupida, opulentiſſima quondam totius Africæ, antequam Romani tribus bellis devictam deleverunt: γ *Utica* Catonis, qui inde Uticenſis, morte nobilis. Utica.

Libyæ deſerta, Troglodytæ & Garamantes.

IV. Ab Africæ Minoris tergo verſus Auſtrum *Libyæ Deſerta* fuerunt; ultraque δ *Troglodytæ*, nunc *Berdoa* deſertum. Hos tegit ab Auſtro ε *Ater mons*, & trans eum ζ *Garamantes* populi clari, nunc *Borno* regnum. Caput gentis fuit η *Garama*, quam hodieque eodem nomine exſtare tradunt. ϑ *Debris* inclyta affuſo fonte, cujus aquæ ex cœleſti quidem vertigine mutant qualitatem, at controverſa ſiderum diſciplina; quippe qui friget calore, calet frigore; à medio ſcilicet die ad noctem mediam aquis ferventibus, totidemque horis ad medium diem rigentibus. Cæterum & Troglodytas & Garamantas olim Romanorum arma ſuperaverunt. Libyæ deſerta. Troglodytæ. Ater m. Garamantes. Garama. Debris.

[a] Hodie etiam dicitur *Tunes* & *Tuniſi*.
[b] *Carthaginenſium* Rempublicam deſcripſit *Ubbo Emmius* Part. II. *Rerumpp. Græcor.* p. 3. ſeq.

BUNONIS.

γ (a) *Utica* haud longè ab eo fuit loco, quo Bagradas fluvius mare ſubit, hodiè nonnullis putatur eſſe *Porto Farina*; at aliis *Biſerta* [c]. Cæterùm (b) *Syrtes* ſunt ſinus maris vadoſi & vorticoſi, litoribus Africæ vicini, à σύρω *trabo*, quoniam arenas congerunt, appellati.

δ (c) *Troglodytæ* à ſubeundis cavernis, in quibus degunt, nomen acceperunt [d] *Ariſt.* Olim venationibus dediti, tanta fuiſſe memorantur celeritate, ut ipſas feras curſu potuerint aſſequi. Veſcebantur Serpentibus, & mortuos efferebant læti [e]. Multa myrrha apud illos eſſe traditur; Serpentes ibidem inveniri ajunt 20 cubitorum. In Troglodytis aliis ponitur *Solis fons* ſupra memoratus [f].

ε (d) *Ater mons* [g] in longum extenditur, ac uno latere ferè attingit Minorem Syrtim.

ζ (e) *Garamantes* à *Garamante* Apollinis filio, ſeu potius à *Garamo* fluvio ad quem incoluerunt, appellati ſunt; apud hos nulla erant matrimonia; ſed mulieres habebant communes. Dipſades ſerpentes maximi ibidem reperiuntur.

η (f) *Garama* [b] ad Garamam fluvium eſt.

ϑ (g) *Debris* quoque Garamantum urbs eſt; ubi fons interdiu frigens, noctu fervens, *Plinio* & *Solino* [i] teſtibus.

HEKELII.

[c] Fuit olim totius *Africæ* Caput, in quâ *Cato Uticenſis*, victo jam *Scipione*, necem ſibi conſciviſſe dicitur.

[d] De quibus *Ariſtoteles*, *Plinius* & *Hieronymus* contra *Jovianum* ſunt videndi.

[e] Conf. *Solini* Polyhiſt. c. 44. p. 89. & c. 70. p. 143. lin. 31. ſeqq. ut & *Pomp. Melæ* Lib. I. c. 8. p. 160. lin. 3. ſeqq.

[f] Np. ad *Not. β.* ſect. 1. cap. huj.

[g] A naturâ *Plinio* Lib. 5. H. N. c. 5. teſtante, ſic dictus, quoniam aduſto, aut Solis repercuſſu accenſo eſt ſimilis.

[b] Opidum quippe clariſſimum.

[i] Cap. 42. p. 83.

(a) Utica. (b) Syrtes. (c) Troglodytæ. (d) Ater mons. (e) Garamantes. (f) Garama. (g) Debris.

CAP. V.

Numidia & Mauritania.

NUMIDIA.

I.

A *Tuſca* amne uſque ad α *Ampſagam* fluvium litori Africo prætenditur *Numidia*, Maſiniſſæ Regis nomine maximè clara, nunc *Tremiſenum regnum* eodem Numidia.

BUNONIS.

α (a) *Ampſaga* [a] fl. hodiè vulgò *Suf Gemar*, Numidiam à Mauritania Cæſarienſi diſterminans, in Numidicum ſinum decurrit.

HEKELII.

[a] A quo *Ampſa* Caſtellum ap. *Pomp. Melam*. Lib. I. c. 6. p. 157.

(a) Ampſaga fluv.

dem porrigitur ſitu. Gens ipſa *Numidæ*, ante *Nomades* à Græcis appellati, à permutandis pabulis, mapalia ſua plauſtris circumferentes; ut nunc Tattarorum fert mos. Fluviorum celeberrimus eſt β *Rubricatus*. Urbes quam plurimæ nobileſque; ſed γ *Cirtha* eminens; Sittianorum, poſtquam Romani tenuere, colonia dicta: quondam *Jubæ* & *Syphacis* domus, cum foret opulentiſſima. Dein ſequuntur δ *Cullu*, ε *Ruſcicada*, ζ *Bulla* regia, η *Tacatua*, ϑ *Hippo* regius, ι *Sicca*, κ *Trabrachæ*: hanc quoque regionem debellatam in provinciæ formam redegerunt Romani. ι

Rubricatus fluv. Cirtha. Cullu. Ruſcicada. Bulla. Tacatua. Hippo. Sicca. Tabrachæ.

MAURITANIA.

II. Ultima ad Occaſum eſt *Mauritania*, in qua præcipua gens Maurorum, unde nomen regioni. Hos Græci *Mauruſios* dixerunt. Terminantur à *Meridie* Atlante Minori, quo ſubmoventur à Getulis; qui & ipſi poſtea, oppreſſis & exſtinctis Mauruſiis, Mauritaniæ majorem partem occupârunt: ab *Occaſu* eſt Oceanus Atlanticus; à *Septentrione* fretum Herculis & mare Internum; ab *Ortu* primo *Mulucham* habuit flumen, quod Mauros à Numidis diſcernebat; at quum ea Numidiæ pars, quæ eſt inter Ampſagam & Mulucham, Mauritaniæ adjiceretur, finis huic conſtitutus eſt Ampſaga. Continet hodie tria regna: *Da-*

Mauritania. Mauruſii. Mauritaniæ fines. Mulucha fl.

BUNONIS.

β (a) *Rubricatus* inter Hipponem Regium & Tabracham mare ſubit. Plinio [b] videtur eſſe *Armua*; Oroſio ac Diacono *Ardalio* [c]: hodiè *Ladog*, *Jadog*, & *Guadilbarbar* à diverſis appellatur.

γ (b) *Cirtha* ac *Cirta* [d] nonnullis poſteà *Conſtantina* putatur dicta; at *Cirtha* haud longè aberat à mari, ad quam Jugurtha Atherbalem vicit, ac in opidum profugientem obſedit. *Salluſt.* A Cirtha 30 millia paſſuum verſus Sitiphim fuit (c) *Milevum* ſeu *Milevis*, ubi A. Chriſti 402 concilium habitum, quod inde dictum *Milevitanum*, cui præfuit S. Auguſtinus. In eo damnati ſunt errores Pelagii & Cœleſtii [e].

δ (d) *Cullu* ſeu *Collops magnus*, hodiè *Collo* & *Alcol*, urbs maritima eſt apud Ampſagæ oſtia ſita, purpurâ olim celebris.

ε (e) *Ruſcicada* hodiè *Stora* [f], ad idem mare eſt haud longè à Cullu.

ζ (f) *Bulla Regia* Siccæ Veneriæ vicina ad Rubricatum ponitur fluvium [g]: hodiè fertur dici *Antra*.

η (g) *Tacatua* inter Cullu & Hipponem Regium haud longè à Collope parvo in litore ſita, hodie *Suchaida* vocari ſcribitur.

ϑ (h) *Hippo* cognomine *Regius*, ad mare inter Aphrodiſium & Tabracham jacens, hodiè *Bona* [i] vocatur. De hac urbe *ita Silius*: *antiquis dilectus Regibus Hippon*. Hipponenſi Epiſcopatui magnâ curâ, fide ac diligentiâ quum præfuiſſet *Auguſtinus* annos 40, diem obiit ſupremum anno ætatis 76, cujus exſtant operum Sacrorum Tomi decem [i]. At (i) *Hippo Diarrhytos* inter Tabracham & Uticam ad idem erat mare in Africa Minore [k].

ι Duæ fuerunt (k) *Siccæ*, altera Syphacis quondam regia, ad duarum Mauritaniarum fines; & altera *Sicca* cognomento *Veneria*, cujus Ptolemæus in deſcriptione Africæ Minoris meminit. In bello Jugurth. ejuſdem mentionem quoque facit *Salluſtius*. Hæc *Arnobii* Rhetoris, qui Lactantii fuit Præceptor, patria ad Rubricatum fl. erat [l]. Ipſius *Arnobii* ac *Lactantii* quoque exſtant libri VII, valde eruditi contra gentes ſcripti.

κ (l) *Tabrachæ*, ſeu *Tabraca* [m], urbs maritima Ortelio Tuſcæ ottio ponitur vicina. In Numidia quoque fuit (m) *Zama*, nunc *Zamora*, arx regni, quam Livius quinque dierum itinere à Carthagine abeſſe ait. Ad hanc *Hannibal*, poſteaquam ex Italia in Africam venerat, à Scipione victus eſt. *Zamam* Metellus in bello cum Jugurtha fruſtra oppugnavit. *Salluſt.* (n) Adrumeto abeſt millia paſſuum trecenta, id eſt, milliar Germ. 75. Quod iter *Hannibal* à Scipione victus & fugatus biduo & duabus noctibus confecit. *Nepos in Hannib.*

HEKELII.

[b] Lib. V. c. 3. p. 66. lin. 40.

[c] Seu *Ardealio*.

[d] S. *Cirra*.

[e] Vid. *Jo. Henr. Alſtedii* Theſaurus Chronologiæ Tit. xxxvi. p. 344. Edition. 2.

[f] Caſtaldo; Olivario V. *Aſtora*, & *Eſtora* Marmolio.

[g] *Ptolemæo* dicta *Bullaria*.

[h] *Mercatore* teſte.

[i] Erat enim Vir Sanctitate, Labore, Studio atque Doctrinâ ad miraculum maximus, totiuſque *Occidentis* Lumen excellenter clarum.

[k] *Strabo* Lib. xvii. p. 655. has *Hippones* ambas vocat *Regias*.

[l] Conf. candidiſſimi mei *Quenſtedtii* Dialog. de *Patriis* Viror. illuſtr. p. 680. ſeq.

[m] Silio Italico *Sabatra* & aliis *Tabatra*.

REISKII.

ι (o) Numidia Græcis ab originibus ad Romanam tranſit civitatem, litera mutata gemina. Græcis enim νομάδες ἐκ τῶν νομῶν, id eſt, *in paſcuis vagi homines*; Latinis autem Numidæ dicuntur. Ita Plinius Lib.

(a) Rubricatus, Armua ſeu Ardalio. (b) Cirtha. (c) Milevum ſeu Milevis. (d) Cullu ſeu Collops. (e) Ruſcicada. (f) Bulla Regia. (g) Tacatua. (h) Hippo Regius. (i) Hippo Diarrhytos. (k) Sicca. (l) Tabracha. (m) Zama. (n) Adrumetum. (o) Nimidia.

Darenſe, Fezenſe & Maurocitanum. Dividebatur autem olim *Malva* flumine in *Cæſarienſem*, quæ Numidiam contingit, & *Tingitanam*, quæ Oceano perfunditur. Regna fuere ad C. Cæſarem uſque Imperatorem, qui in duas diviſit provincias λ. Mauritania Cæſarienſis.

CÆSARIENSIS.

III. μ *Cæſarienſis* provincia, quam nunc totam *Dara* regnum obſidet, antea *Bocchi* regnum appellata fuit. Partem tamen inter ρ Malvam & Mulucham ξ *Maſſæſyliorum* gens tenuit. Caput provinciæ ο *Julia* [*n*] *Cæſarea*, aliquando ignobilis, cum *Jol* eſſet; poſtea quia Jubæ regia, illuſtris facta. Reliqua opida ſunt π *Cartenna*, ϱ *Saldæ*, σ *Opidum novum*, τ *Ruſazus*, υ *Ruſcurium*, φ *Ruſconia*, χ *Tipaſa*, ψ *Tubuſuptus* & ω *Tucca*, impoſitum mari ac flumini Ampſagæ.

Cæſarienſis. Malva. Maſſæſylii. Julia Cæſarea. Cartenna. Saldæ. Opidum novum. Ruſazus. Ruſcurium. Ruſconia. Tipaſa. Tubuſuptus. Tucca.

TINGITANA.

IV. α *Tingitana* provincia, quam nunc duo regna *Fez* & *Marocco* occupant, ab urbe *Tingi*, quæ nunc vulgò *Tanger*, cognomen accepit. Ante *Bogudiana* dicta à Rege *Bogud*. Opida in ea, β *Tingi* modo dictum, caput provinciæ, ab An-

Mauritania. Tingitana. Tingi. Bogudiana.

Lib. V. c. 3. *Numidæ vero Nomades a permutandis pabulis, mapalia ſua*, h. e. *domos, plauſtris circumferentes.* (a) Duplex vero Numidia fuit ab Romanis in provinciam redacta; una *mediterranea*, quam Biledulgerid hodierni vocant, & altera *externa ſive littorea*, quam novam alio victores nomine dixerunt. Contigit hoc capto Jugurtha, & bello feliciter compoſito; è quo C. Marius A. U. C. 647, triumphum egit. (b) Mauritania Græcè Μαυριτανία ἐκ τῶν Μαυρουσίων, i. e. ab Mauritanis, hi vero ab Mauritis, & denique Mauris nomen Punicum aut Hebraicum ſuſceperunt: Idque vel ab ſitu verſus occidentem ultimo, tanquam מחורין *Mahurin* i. e. *poſtremi*, eliſa litera gutturali, vel à nigredine מעורין *Maurin* ab מעור *obſcuro* & *vacuo loco*; Prius Bochartum, poſterius Beemannum habuit auctorem. De Mauritania, tribus regibus, Jubæ, Boccho & Bochudo, uni tandem Jubæ per Auguſti gratiam ſubjecta, Voſſius ad Pompon. Lib. I. c. 5. Unde (c) triplex ſub Cajo & Claudio Impp. *Tingitana, Cæſarienſis, & Sitifenſis ſive Biſacenſis*, quam nummi Romani & inſcriptiones exhibent.

BUNONIS.

λ *Sitipha*, (d) *Sitifis* ſeu *Sitiphis* colonia in Mauritanis finibus hodie ferè exſtincta eſt.

μ (e) *Mauritania Cæſarienſis* ab Occaſu habet Tingitanam; à *Septentrione* Mare Internum ad Ampſagam uſque fluvium; ab *Ortu* Africam propriam; à *Meridie* Lybicos montes & Gætuliam [*o*].

ρ (f) *Malva* fl. hodie *Muluya*, Tingitanam à Cæſarienſi diſterminat [*p*].

ξ (g) *Maſſæſyliorum* gens bellis extenuata, ac demum exſtincta eſt. *Plin.* [*q*].

ο (h) *Jol* à Juba Rege traditur condita, ac poſteà alterum nomen à Cæſare habuit [*r*]. Nonnulli eam hodie *Algiers* vocari volunt.

π (i) *Cartenna* ad Cartenni fluv. oſtium: hodiè ea putatur eſſe urbs, quæ vulgo *Moſtagan* vocatur.

ϱ (k) *Saldæ* urbs maritima, inter Juliam Cæſaream & Cullu ſita, hodiè vulgò *Bugia* appellatur [*s*].

σ (l) *Opidum Novum* in mediterraneis eſt, hodiè *Mezuna* putatur [*t*].

τ (m) *Ruſazus* in litore inter Ruſcurium & Saldas poſita eſt.

υ (n) *Ruſcurium*, Ptolemæo *Rhuſuccoræ*, inter Ruſconiam & Ruſazum eſt.

φ (o) *Ruſconia*, *Ruſcinona* & *Ruſtonium*, urbs maritima eſt.

χ (p) *Tipaſa* [*u*] à Julia Cæſarea ad Ortum eſt.

ψ (q) *Tubuſuptus* Saldis proxima fuit.

ω (r) *Tucca* apud Ampſagæ ponitur oſtia.

α (s) *Mauritania Tingitana* ab *Occaſu* habet mare Atlanticum; à *Septentrione* fretum Herculeum & Ibericum uſque ad Malvæ fluminis oſtia; ab *Ortu* Mauritaniam Cæſarienſem; à *Meridie* Gætuliam & Libyam Interiorem.

β (t) *Tingis* ad fretum Herculeum à Cananitis, quos Joſua ejecit, putatur condita [*x*].

HEKELII.

[*n*] S. *Colonia.*

[*o*] Dicta a. eſt *Mauritania* ἀπὸ τῆς μαύρης, quod inter cætera *obſcurum*, vel *nigrum*, denotat, quoniam Colonos nigros habeat. *Simias, Dracones, Struthiones* atque *Elephantes gignit.*

[*p*] *Caſtaldus* hunc Fluvium vocat *Mululo.*

[*q*] Lib. V. c. 2. p. 66. lin. 14.

[*r*] Vid. *Strabo* Lib. XVII. p. 654.

[*s*] *Mercator* eam *Tadelim* vocat.

[*t*] *Ptolemæo* dicitur *Oppinum*; *Nigro* autem *Rhabath.*

[*u*] Hodiè *Tæneſe* & *Mercatori Taves.*

[*x*] *Caſtaldo* hodie dicitur *Tanger*, & *Mercatori Tangia. Strabo* loc. ſup. ad Not. d. ſect. 3. Cap. huj. cit. ſcribit, *eam* Barbaris *Tingam ab Artemidoro Lingam*, & ab *Eratoſthene Lixum* nominari. *Ptolemæus* a. & *Plinius* ex *Tingo* & *Lixo* duas faciunt.

BUNO-

(a) Numidia duplex. (b) Mauritania. (c) Triplex. (d) Sitifis. (e) Mauritaniæ Cæſarienſis fines. (f) Malva fl. (g) Maſſæſylii. (h) Julia Cæſarea. (i) Cartenna. (k) Saldæ. (l) Opidum novum. (m) Ruſazus. (n) Ruſcurium. (o) Ruſconia. (p) Tipaſa. (q) Tubuſuptus. (r) Tucca. (s) Mauritaniæ Tingitanæ fines. (t) Tingis.

Julia Conſtantia. Zilis. Volubilis. Lixus. Antæi regia. Heſperidum horti.

Antæo conditum; γ *Julia Conſtantia*, δ *Zilis*, ε *Volubilis*, ζ & *Lixus*, vel fabuloſiſſimè ab antiquis narrata. Ibi quippe *Regia Antæi*, certamenque cum Hercule, & η *Heſperidum horti*.

BUNONIS.

γ (a) *Julia Campeſtris* in mediterraneis ponitur, hodiè *Banituede* dicta.

δ (b) *Zelis* ſeu *Zilia* [y], hodiè *Arzila* [z], inter Tingim & Lixum ſita eſt [a].

ε (c) *Volubilis*, nunc *Feſſa* ſeu *Feza*, regia intus eſt.

ζ (d) *Lixus* in litore maris Atlantici poſita 112 mill. paſſ. ab Herculis abfuit freto. Hodie Arx eſt cum portu, vulgò *Laracb*, & ſecundum alios *Arays* dicta [b]. Fluvius quoque olim *Lixus* appellatus, qui hodiè *Laſſo* ac aliis *F. di Laracb*.

η (c) *Heſperidum hortos* alii in Cyrenaica, haud longè à Barcæ urbe ponunt [c]. Cæterum in hac ipſa Mauritania eſt (f) *Atlas Minor* mons; (g) *Abyla* (h) *Herculis Columna*, ac à regione altera (i) *Calpe*; quæ tamen verius rupes ſunt, ſeu montes.

HEKELII.

[y] Sive *Xilia*.

[z] Seu Novo Vocabulo *Arzita*.

[a] A *Caſtaldo* dicitur *Alger*.

[b] Olim erat *Romanorum* Colonia, à *Claudio Cæſare* in hunc locum ducta.

[c] Hos Hortos *aurea Mala*, quæ ſummâ cujuſdam Draconis pervigilis curâ aſſerventur, quotidiè ferre, haud illepida *Poetarum* eſt traditio.

(a) Julia Campeſtris. (b) Zilia. (c) Volubilis. (d) Lixus op. & fluv. (e) Heſperidum horti. (f) Atlas minor. (g) Abyla. (h) Herculis Columna. (i) Calpe.

CAP. VI.

Gætuli, Atlas mons, Libya Interior & Æthiopia.

GÆTULI.

I.

Gætuli. Lempta. Biledulgerit. Targa.

A Tergo Mauritaniarum Africæque Minoris α *Gætulorum* gens, & ipſa quoque Romanorum armis debellata, longe lateque incoluit; quippe quæ hodie occupat quicquid terrarum à *Lempta* opido ad Oceanum uſque, ſpatio mill. Germanicorum CCCL protenditur. Hoc ſpatio nunc eſt *Biledulgerit* provinciæ major pars, ubi *Targa* regnum, & quatuor deſerta, *Lempta*, *Zuenziga*, *Zanhaga*, *Hair*.

Atlas mons.

II. Gætulos à Meridie claudit *mons Atlas*, totius Africæ vel fabuloſiſſimus. E mediis hunc arenis in cœlum uſque attolli prodiderunt celebrati auctores, aſperum, ſqualentem, qua vergat ad litora Oceani, cui cognomen impoſuit: eundem opacum nemoroſumque, & ſcatebris fontium riguum, quà ſpectat Africam, fructibus omnium generum ſponte ita ſubnaſcentibus, ut nunquam ſatietas voluptatibus deſit. Incolarum neminem interdiu cerni: ſilere omnia haud alio quàm ſolitudinum horrore. Eundemque noctibus micare crebris ignibus, Ægipanum Satyrorumque laſciviâ impleri, tibiarum ac fiſtulæ cantu, tympanorumque & cymbalorum ſonitu ſtrepere. 1

LIBYA

BUNONIS.

α (a) *Gætulia* [a] inter utramque Mauritaniam, Africam Minorem & Oceanum Occidentalem poſita eſt. *Gætuli*, ſicut & Libyæ incolæ, primi habentur, qui in Africa conſederunt. At Gætuli olim carne veſcebantur crudâ, manebantque quibuſcunque locis eos nox oppreſſiſſet, beſtiarum more fere viventes. Jugurtha tamen eos ad bellum inſtruxit, ac adverſus Marium produxit.

HEKELII.

[a] *Garamantibus* quippe finitima.

REISKII.

1 (b) Getuliam Græcè Γαιτυλίαν regionem Libyæ proximam Strabo vocat, & huic paulo latius extenſæ partem attribuit: Utraque tamen ſuis terminis coercetur. Getuli autem & Libyes primi Africæ cultores à Salluſtio deſcribuntur; ex libris quidem Punicis, qui ad regem Hiempſalem pertinuiſſe dicebantur;

(a) Gætulia. (b) Getulia.

LIBYA INTERIOR.

III. Ultra Atlantem β *Libya* eſt *Interior* ad γ Nigrum uſque flumen, vaſtarum ſolitudinum, nunc deſertum *Sarra* dicta. Libya interior.

ÆTHIOPIA. (1)

IV. Jam vero quicquid ultra Nigrum flumen eſt & Ægyptum, verſus utrumque mare Atlanticum Rubrumque, *Æthiopes* tenuerunt, gens omnium Africæ terræ ampliſſima extra Africam à vetuſtiſſimis Geographorum poſita. Ab *Æthiope* Vulcani filio cognominati; vel ut alii, ab *nigro vultus corporiſque colore*; αἰθὸψ quippe ſignificat nigrum. [2] Æthiopia.

TROGLODYTICA.

V. Diviſa fuit Æthiopia in varia Æthiopum genera; quorum Ptolemæus innu-

bantur: *Cæterum fides ejus rei penes Auctorem erit*, ipſe inquit Saluſtius. Nam Ægyptii Getulis antiquitate ac cultu Africæ primo antecedunt. (a) *Atlas* ab littore Africano & occidentali Oceano verſus Orientem ad loca Ægypto confinia procurrens, Atlanti regi Mauritanico nomen debuit; nocturnos autem ignes, ſtrepitus, cantuſque (b) *Satyris*, h. e. *dæmonibus*, qui Satyrorum hircorumque ſpecies mentiuntur. Sin Atlas Japeti filius extet idem, qui Enochus, uti apud Euſebium ex Eupolemo annotatur Lib. IX. Præpar. Evang. tum vero *Idris* Arabum (quem nominant illi Henochum) & *Dyris* Pænorum Atlas valde convenient, ſed tempore nimium diſtabant. De Libya utraque ſuperius actum fuit, neque heic amplius agetur.

BUNONIS.

(c) *Libya* hæc Interior dicta eſt, quoniam intus & in mediterraneis eſt; ad diſcrimen alterius Libyæ, quæ mare Lybicum, Ægyptumque attingens, *Exterior* vocatur.

γ In *Medra* Nigritarum regione eſt (d) *Niger lacus*, ex quo ipſe fluvius (e) *Niger* [b] procurrens, aliquo ſpatio confecto, lacum, qui (f) *Borno* vocatur, efficit, inde *Cano* regnum petens, (g) *Guarda* lacum, qui ibidem eſt, tranſit; ac demum ad *Tombutu*, in plures, quibus in mare devolvitur, alveos dividitur; ex illis iſte ad Senegam decurrens, *Rio de Senega* vocatur; ac alter, qui verſus Gualaram fluit, *Rio S. Ivan*. Niger igitur fluvius ſpatium 750 milliaria conficit Germanica ante, quam mare ſubeat. Sicuti Nilus, ita quoque iſte certis anni temporibus exundat, vicinoſque fœcundat agros [c].

HEKELII.

[b] S. *Nigris*.

[c] *Niger* autem dictus eſt propter nigri Pulveris Solitudines, eminentibus interdum velut exultis cautibus.

REISKII.

2 (h) *Æthiopia* ortum & nomen ab Æthiopibus, Æthiopes à nullo eoque fabuloſo Vulcani filio, ſed ab atro colore habet, Græcè Αἰθιοπία ἐκ τῆς Αἰθιοπος; Αἰθιοψ ἐκ τῆς Αἰθεσθαι ἡ ὀπτὸς ὡς καταμέλαν τὴν ὄψιν, id eſt, *vultu aut facie aduſtus* dicitur. (i) Æthiopicus quidem nigror ab æſtu ſolis aut uſtione non provenit, ſed à *corpore quodam mucoſo & reticulari*, quod inter cutem & cuticulam collocatum tranſluceat; ſic habet inventa nuper celeberrimi Pechlini opinio in Tractat. de habitu & colore Æthiop. c. 7. Characteres tamen Æthiopum externos in vultu atro aut ſubnigro, ſimis naribus, labris tumentibus, capillitio criſpo ac lanuginoſo, cutis mollitie ac ſplendore pingui vel argenteo conſtituimus. Hinc Abyſſinis hodie nomen priſcum arridet adeo, ut ſe ipſos Itioperiaban, *i. e.* Æthiopes, ſuum ſolum Manghella Itioperia, *i. e.* regnum Æthiopiæ appellent: Ultimas gentis hujus (k) origines *ab Ludo, Miſraimi filio*, proximas Bochartus ab *Ægyptiis vicinis & Arabibus* deducit, multiſque rationibus confirmat, Æthiopes eoſdem nec alios, adhuc ſupereſſe, quam quos divina hiſtoria לודים *Ludim*, i. e. Ludæos nuncupet. (l) Porro Æthiopiam ipſe duplicem fatetur, Africanam ſive occidentalem, & Aſiaticam ſive Orientalem. *Nubia* inter Nigritas Abyſſinoſque per 400 milliaria patet, regnumque, ſuo regi ſubditum complectitur Arab. אלנוביאה *Alnubia* de quo Commentarium Geographicum Auctoris (m) Nubienſis nomine habetur. *Troglodytica* paulo ſuperius expoſita unam ex nobiliſ. Ludolfi Hiſtoria Æthiop. Lib. I. c. 14. obſervationem ſuppeditat, de barbaris Æthiopibus *quos Cafros nominant*, feris, nudis, agriophagis & pamphagis, quin Dei, regis, legis & vocis expertibus: (n) Hos Troglodytis à Plinio deſcriptis ſimillimos nemo, uti ſuſpicor, negabit.

BUNO-

(1) *Pars eſt inter cæteras Africæ longe maxima, nam extendit ſe circiter a Tropico Cancri, ſive a gradu 23 lat. Bor. ad grad. 35 lat. Auſt. atque ab Occaſu in Ortum a gradu 34 uſque ad gradum 84 long. quæ Nubia vocatur. Cœlum habet ferviſſimum. Solum variat. Pars Nilo propinquior propter hujus inundationem uberrima, feraciſſimaque eſt rerum omnium; partes variæ, incultæ, & ſiticuloſæ ſunt uſque adeo, ut ſitis homines non raro enecet, quandoquidem Tractus dantur vaſtiſſimi, in quibus nullus aut fons aut amnis ſe offert; dives eſt Elephantum, Eboris, Catorum Zibethicorum, Auri, & Ligni Santali. Nubii animoſi dicuntur, ſubtiles, athleticæ valetudinis, dediti negotiationibus, aut agriculturæ, coloris nigerrimi, religionis Abiſſinorum.*

(a) Atlas. (b) Satyri. (c) Libya interior. (d) Niger lacus. (e) Niger fl. (f) Borno lacus. (g) Guarda lacus. (h) Æthiopia. (i) Color Æthiopicus unde. (k) Origo duplex. (l) Æthiopia duplex. (m) Nubia. (n) Troglodytica.

Nigritæ. Nubii. Æthiopia. sub Ægypto Cinnamomifera regio. Troglodytica.

innumera tradit nomina. At clariſſimi omnium fuere ♂ *Nigritæ*; à Nigro flumine dicti, & *Nubiorum* gens magna, unde hodieque vaſtiſſima regio dicitur *Nubia*. Ea autem *Æthiopiæ* pars, quæ Nilo utrimque adjacet, *Æthiopia* dicitur ſub *Ægypto*; atque in ea ad Nili paludes ſeu lacus *Cinnamomifera regio*. At totum ſinus Arabici lævum latus Arabes tenuere ♀ *Troglodytæ*, unde regio ipſa *Troglodytica*.

BUNONIS.

♂ (a) *Nigritæ*, à Ptolemæo in Interiori collocantur Libya. Regio illorum à Sarra verſus Meridiem jacens à Meroe inſula uſque ad mare Atlanticum & promontorium viride porrigitur, quo loco Niger fl. in mare decurrit, continens longitudinem 800 milliarium Germ. habetque, quod infra dicitur, 19 Regna.

♀ (b) *Troglodytas* Arabum eſſe partem atque conſanguineos, ex Joſepho patet, qui tradit Abrahami filios ex Cetura Troglodyticam occupâſſe. *Raderus* cenſet eos appellari *Abiſſinos*, & regnum *Barnagas* appellare indigenas. Troglodytas vero ita dictos docet Ariſtoteles à *ſubeundis cavernis*, in quibus degant. Defunctos illi ſuos ita ſepeliunt. Mortuis pecoribus cervicem alligant virgis paliurinis. Deinde cadaver in editiori loco poſitum lapidibus ridentes obruunt, impoſitoque ſupra ſaxorum acervum cornu abeunt. Bella gerunt pabuli gratia; invalidis ob ſenium armenta ſequi guttur bovis cauda adſtringunt, ac ita eos interimunt. Qui mortem differt, licet nolentem eodem modo, admonitum tamen antea, interficiunt: Idque habetur beneficii loco. Morbo correptos incurabili ſimili afficiunt morte. Maximum arbitrantur malorum, ab eo vitam diligi, qui nequeat aliquid agere dignum vitâ. Nullus ibi habendi amor: à divitiis, paupertate ſe abdicarunt voluntaria. Tantum lapide uno gloriantur, quem *Hexecontalithon* vocant, tam diverſis notis ſparſum, ut ſexaginta gemmarum colores in parvo ejus orbiculo deprehendantur. Ignari ſermonis ſtridunt potiùs quàm loquuntur. Carnibus vivunt ſerpentum. Tanta vero pernicitate pollent, ut feras, quas agitant, ipſi curſibus perſequantur. *Plin.* [*d*]. *Solinus* [*e*]. *Herod.* Ariſtoteles lib. 8. Hiſt. Animal. c. 12. *Pygmæos* facit Troglodytas, eoſque ad paludes, ex quibus Nilus profluit, collocat, quo loco cum gruibus illi pugnent, equos habentes puſillos.

HEKELII.

[*d*] Lib. VII. *Hiſtor. Nat.* c. 2. p. 108. lin. 40. ſeq.

[*e*] In *Polyb.* c. 44. p. 89. lin. 16. ſeqq. & c. 70. p. 143. lin. 31. ſeqq. ut & *Pomponius Mela* Lib. I. c. VIII. p. 160. lin. 3. ſeqq.

(a) Niger fl. (b) Troglodytæ.

CAP. VII.

De incolis univerſæ Africæ, novaque ejus deſcriptione; ac primum de Ægypto.

I.

Ægypti incolæ varii.

QUinam mortales Ægyptum antiquitus incoluerint, ante dictum eſt. Reliqua Africæ verſus Occaſum mari adjacentia tenuerunt populi commemorati. Advenæ autem primi fuere *Phœnicum coloni*, aliique ex Aſia atque Ægypto profecti. Poſtea paruit *Romanis*; mox *Græcis Imperatoribus* totum hoc terrarum ſpatium. Deinde *Vandalis*, *Saracenis*, *Arabibus*. Nunc partem tenet *Turca*, partem *Serifus*, quem vocant; partem Reges alii, partem denique *Hiſpaniarum Rex*. At *Æthiopes* à ſuo ſolo neque receſſerunt, neque in id alios colonos receperunt; id longinquitas effecit regionis, immenſæque intercedentium deſertorum vaſtitates. Sed enarratâ Africæ antiquitate, res poſtulat, ut

Ægypti nova Diviſio.

novam etiam ejus deſcriptionem ſubjiciamus. Dividitur nunc univerſa in ſeptem potiſſimum partes ſive regiones, quarum nomina ſunt hæc: *Ægyptus*, *Barbaria*, *Biledulgerid*, *Sarra* deſertum, *Nigritæ*, *Æthiopia Interior*, ſive Superior, quod Abiſſinorum Imperium, & *Æthiopia Exterior* ſive Inferior. [1]

ÆGY-

REISKII.

1 Quæ hominum coloniæ primæ in Ægyptum, & hinc porro in Africanas reliquas terras inſederint, paulo ſuperius expoſitum fuit: Non alia nimirum quàm

(a) Coloniæ Africanæ.

ÆGYPTUS.

II. *Ægypti* (quam α Turca obtinet) caput nunc eſt β *Cairum*, vulgò *Alcair*, Chaldæis *Alchahyr*, urbs magnitudine ſtupenda, Emporium celeberrimum; Circaſſiorum Ægypti Sultanorum quondam regia. Prope eſt *Materea*, hortus balſami fruticibus conſitus, quod uni terræ Judææ quondam conceſſum, hodie niſi in hoc loco, nuſquam colitur. Ultra Nilum *Pyramides* viſuntur ſtupendæ altitudinis, ut ante memoravimus. γ Secunda claritate à Cairo eſt *Alexandria*, ſplendida quondam atque opulentiſſima civitas, nunc crebris bellis deſtructa atque conciſa, celeberrimum Chriſtianis mercatoribus præbet emporium. Nobile exinde eſt cum arce opidum *Raſchitt*, quod Europæi *Roſettam* vocant. δ *Damiata*, olim *Peluſium*, Ptolemæi Geographi incunabulis inſigne eſt.

Ægyptus. Cairum ſeu Alcair.

Pyramides.

Alexandria.

Roſetta. Damiata.

CAP.

quàm è *Chami poſteris ac ſtirpe, quotquot ex Arabia vicina, & Aſia remotiori reliqua immigrarunt.* Portentoſa enim antiquitas & Chronologia Ægyptia, qua ſacram hiſtoriam evertit Manethon, cum ſuo Auctore concidit jacetque. Poſthac novæ ſucceſſerunt (a) Pœnorum coloniæ, *Didonis auſpicio*, quæ agrum ab Hiarba, regulo Maruſio, mercata urbem condidit, regni Carthaginenſis materiam: Sic ora maritima ſenſim novos incolas admiſit fovitque. (b) Romani poſtea regnum Numidicum prætextu fœderis & amicitiæ cum Maſiniſſa cultæ; ſed Carthagine funditus exciſa, belloque tertio Punico confecto, terras A.U.C. 605 occuparunt. Interim Græci & Macedones ſub Alexandro, poſtea Ptolemæi per annos 294 Ægyptum; Romani ex A. U. C. 725 tres provincias tenuerunt, nempe Africam, Numidiam & Mauritaniam, Diœceſi Africana ſub Impp. conſtituta. Denique Genſericus collecto 80000 (c) Vandalorum & Alanorum exercitu A. C. 430, ſubegit Africam; (d) Saraceni A. 641 Ægyptum, ſed A. 661 Africam & Mauritaniam domuerunt, Chaliſa proprio ibi creato: Poſthac Sultani ex Mamluchorum progenie, Sheriſi & reguli multi: Donec (e) Turci Ægypto capta, ſenſim Africam ſubegerunt maritimam, exceptis urbibus, quas adhuc Hiſpani, Portugalli & Angli pauciſſimas tenent. Ægyptum hodiernam ſuis antiquitatibus ornatam ſupra vidimus, urbesque hujus florentiſſimas: Addimus adhuc de (f) *Alcahira* per Mudazum Lidinillam, primum è Fatimitis Chaliſam, condita A. C. 968, urbe duplici nova & veteri, nec non ſuburbio Bulaco, 200000 domibus, & 18000 majoribus plateis frequentior. (g) *Mataræa* ibi adhuc ſupereſt, fonſque in ea vivus ac ædicula, quam *Latini* Monachi frequentant, & Moſquea Turcica, ſed nullus in eo balſami frutex. (h) *Alexandria* nec Pharum Ptolemæi Philadelphi fabricam, nec hujus inſulam adhuc oſtentat, ſed duos portus commodiſſimos, & Græci Patriarchæ ſedem: (i) *Bibliotheca*, quæ heic fuit, *Philadelphia*, C. Julii Cæſaris ævo; *Serapica* per Cleopatram collecta Imp. Theodoſii ætate; ſed ultima *Chriſtiana* per milites Saracenicos A. 642 diſſipata in balneis conflagravit.

BUNONIS.

α Turcarum Rex Selymus [a] Ægyptum occupavit Anno Chriſti 1516 [b].

β (k) *Cairum*, olim *Babylonia* Ægypti, totius Africæ urbs habetur maxima. Tanta ibi perhibetur eſſe hominum multitudo, ut omnes ferè linguæ ac ſcripturæ ibi reperiantur [c].

γ (l) *Alexandriæ* Turcarum Imperator perpetuo habet triremes inſtructas, quæ & urbem & mare tutantur.

δ Portum ad (m) *Damiatam* catenâ ferreâ præcluſum ac munitum Harlemenſis navis, quæ in Chriſtianorum erat claſſe, diſruptâ catenâ illâ, aperuit, A. C. 1219.

HEKELII.

[a] Pater *Solymanni*.

[b] Vid. *Abrah. Bucholceri* Index Chronolog. p. 467. Anteà cepit *Ægyptum* CAMBYSES, Perſarum Rex & *Cyri* II Filius, Anno ante CHR. nat. 525. Sed Anno poſt nat. CHR. 29 capta eſt ab AUGUSTO, qui in *Romanam Provinciam* EAM redegit, *Romanisque* tributariam fecit, eique *Cornelium Gallum* primum præfecit.

[c] *Selymum* Anno CHR. 1517 *Cairum* expugnaſſe, Autor eſt *Gabriel Buchlinus* in *Nucleo Hiſtor.* Litt. Q. fac. b.

(a) Coloniæ Phœnicum. (b) Romanorum. (c) Vandalorum. (d) Saraceni. (e) Turci. (f) Alcahira. (g) Mataræa. (h) Alexandria. (i) Bibliothecæ tres. (k) Cairum. (l) Alexandria. (m) Damiata.

CAP. VIII.

Barbaria. (1)

I.

ÆGypto continuatur nobiliſſima totius Africæ regio α *Barbaria*; in ſex partes diviſa; quarum una eſt Provincia *Barcana*; quinque reliquæ ſunt regna, *Tunetanum*, *Tremiſenum*, *Feſſanum*, *Maurocanum* & *Darenſe*. 1

BARCANA REGIO.

Barcana regio. Barce prom. & urbs.

II. Inter Ægyptum & Tunetanum regnum litori prætenditur Barcana regio, à *Barce* antiqua urbe cognominata, ſoli aſperitate pariter ac ſiccitate ſterilis. β 2

REGNUM TUNETANUM.

Regnum Tunetanum. Tunetum.

III. γ *Tunetanum regnum* veterem Africam Minorem fermè totam occupat. Caput eſt δ *Tunetum* (2), ſive *Tuniſa*, vulgò *Tuniſi*; inſignis, vetus ac ſatis ampla

BUNONIS.

α Ingens illa Africæ pars ab Europæis appellatur (a) *Barbaria*; fortè quod eam incolunt homines moribus & linguis ferè Barbari. Ab *Ortu* habet Tripolitanam; à *Septentrione* Mare Internum; ab *Occaſu* Mare Atlanticum; à *Meridie* Gætuliam, Atlantem montem, Libyam Interiorem & Æthiopiam ſub Ægypto. Ejus *longitudo* eſt 670 milliarium, ac latitudo 180. Alii tamen eam Africæ partem tantum vocant *Barbariam*, quæ ad regnum Tunetanum pertinet.

β *Barce* mons & promontorium ad *Ptolemaidem* eſt; ipſaque urbs Ptolemais, Plinio [a] teſte, prius dicta eſt *Barce*; unde *Barcæi*. Ad Barcen Ptolemæus (b) *Heſperidum Hortos* ponit.

γ (c) *Tunetanum regnum* in quatuor dividitur provincias: *Conſtantinam*, *Tunetanam*, *Tripolitanam* & *Cebenſem*. *Conſtantina* à Conſtantina urbe appellationem habet; ſicut *Tunetana* à Tuneto. *Tripolitana*, nunc *Gareldare*, nomen habere traditur à tribus civitatibus, *Tapbris* nunc *Vacces*, *Oca*, & *Lepti magna*, quam nonnulli hodiè *Tripolin* putant, at alii *Lebidam*. *Cebenſis* regio quondam erat Carthaginenſium; ſed ad Interiorem pertinet Libyam.

HEKELII.

[a] Lib. V. c. 5. p. 67. lin. 42. ſeq.

REISKII.

1 (d) *Barbaria* Græcè Βαρβαρία nomen æquivocum, aut *generaliter* ex uſu veterum atque recentium ſcriptorum ſignificat χώραν ἑτερόγλωσσον ἢ ἄλλην ἢ ἄργον, i. e. *quamcunque terram vel peregrini ſermonis vel horridam incultamque*; Hæc ſunt verba Euſtathii ad Dionyſ. Perieg. aut *ſpecialiter* regionem Arabico vel Æthiopico ſinu concluſam; aut *ſpecialiſſime* provincias barbarico, quem vocant, ſinui propinquas. Ita priſci Geographi Arrianus, Dionyſius, Ptolemæus & Strabo, ita novi nomen illud accipiunt. Hinc etiam in Talmude ברבריא ברבריה *Barbarei Barbaria*, ſive ad Chaldaicam, ſive ad Arabicam originem referatur. Duo igitur huc pertinebunt Imperia: 1° *Turcicum in regnis*, *Tunetano*, *Algierenſi*, *Tripolitano* & *Tremiſeno*; 2° *Feſſo-Maroccenſe* Taffiletis ſubditum; 3° *Principatus montani* Suſaon, Cuco & Labes, qui Scheichiis Principibuſque liberis parent. Ut de urbibus regi Hiſpanico, Portugallo & Anglico ſubjectis taceam: Has vero ſervari Reipubl. Chriſtianæ totius intereſt.

2 (e) *Barca* vel *Barcana* vetuſto nomine, feroque Barcæorum populo adhuc gaudet, inculta propemodum & latrociniis infeſta regio. Nomen habuit à *Barca*, Græcè Βάρκη, priſca & in mediterraneis ſita urbe, quam Ptolemæus Lib. IV, & Scylax in Periplo ad centum ſtadia procul ab mari ſubmovent. (f) *Ptolemais* autem urbs recentior & à Ptolemæo condita, littorique marino proxima fuit. Urbs una hodieque heic clara, nempe (g) *Caracuna*, Scheichio principique ſedem præbet: Numidiam quoque ac Libyam hodiernam Scheichiis ſubjectam Pet. Valleus retulit.

BUNONIS.

δ (h) *Tunetum*, olim *Tunes*, à Barbaroſſa Archipirata, qui ad ſtipendia Turcica attractus fuerat, interceptum, & ſub Turcarum poteſtatem eſt ſubactum,

(1) *Jacet intra grad.* 9 & 60 *long.* & *grad.* 27 & 36 *lat. bor. Ab occaſu in ortum longiſſime extenditur, at ab Auſtro in Boream longe minus, nec uniformi latitudine: latiſſima eſt in parte Occidua, in parte verò Ortiva pluribus in locis tam anguſta ut ne gradum quidem adæquet. Ora ejus maritima & ad mare Atlanticum & Mediterraneum inſigniter ſinuoſa eſt, ad quam Indigenæ quærendo inveſtigant Corallia. Palmam omnibus Africæ partibus, etſi inter minimas eſt, facile præripit, omnium populoſiſſima, cultiſſima, & vicis, oppidis, urbibus, refertiſſima. Cœlum ſatis temperatum habet, & Solum ferax frumenti, & nobiliſſimorum fructuum. Equi ejus magnam laudem inveniunt, & pelles variorum animalium. Indigenæ Sectæ Mubamedis addicti ſunt.* (2) *Fructus quidam hujus regionis paſcuorum, hordei, ficuum, olivarum, & malorum Cydoniorum, admodum dives eſt.*

(a) Barbariæ limites & magnitudo. (b) Heſperidum Horti. (c) Tunetanum regnum. (d) Barbaria. (e) Barce, Barcana. (f) Ptolemais. (g) Caracuna. (h) Tunetum.

pla urbs, quæ ex Carthaginis ruinis crevit; emporium Venetis & Genuēnſibus, aliiſque mercatoribus celebre. Secunda eſt *Tripolis nova*, quæ *Tripolis Barbariæ* dicitur, ad differentiam ε *Tripolis Syriæ*: emporium ab Europæis mercatoribus celeberrimum. *Bona* etiam, quæ olim *Hippo*, D. Auguſtini Epiſcopatu nota, nunc emporium haud poſtremum. Intus vero eſt ζ *Conſtantina* Romanorum antiquitatum reliquiis conſpicua. Tripolis Barbariæ. Bona. Conſtantina.

REGNUM TREMISENUM.

IV. Caput regni η Tremiſeni eſt *Tremiſen*, ampliſſima quondam, bellis graviſſimis poſtea tenuata. In litore eſt ϑ *Algier*, emporium ſatis nobile, ac piratica infame, Chriſtianis mancipiis refertiſſimum; urbs ipſa mœnibus, arcibus ac tormentis bellicis adeo munita, ut inexpugnabilis credatur. ι Tremiſenum regnum. Algier.

REGNUM FESSANUM. (1)

V. Ad ipſum fretum Herculis Hiſpaniæ objacet ι *Feſſanum regnum*, cujus caput Feſſanum regnum.

actum, ejecto *Muleaſſe* Rege, qui ad Carolum V confugit; quod contigit Anno C. 1534. At ſequenti ſtatim Anno [b] à Carolo Muleaſſes hic in regnum reductus eſt; qui tamen à filio ſuo regno pulſus, oculis etiam per ſummum ſcelus erutis, Auguſtam ad Comitia confugit, Anno C. 1549. Joh. Auſtriacus Tunetum recipit Anno 1574, Goletumque munit: Sed Turca, ejectis Hiſpanis Goletum, Tunetumque ſtatim recuperat.

HEKELII.

[b] *Bucelino* teſte.

BUNONIS.

ϑ (a) *Tripolis*, hæc Turcis adempta eſt A.C. 1551. Verùm Sinam Baſſa eandem proditione eodem anno recepit.

ζ (b) *Conſtantina*, quondam regia civitas, primogenito Regis Tunetani olim dabatur; at nunc in Turcarum eſt poteſtate.

η (c) *Tremiſenum* ſeu *Teleuſinum regnum* nomen habet à *Tremiſena* urbe quondam ampla, nunc penè collapſa, quæ Nigro *Tinaſſa*, Marmol. *Timici*. Pleræque tabulæ urbem illam in mediterraneis collocant. Ptolemæus quoque *Tinaſſam* à litore remotiorem facit. Sed *Emmanuel de Airanda* refert *Tremiſenam* urbem ad litus eſſe poſitam in regni Tremiſeni finibus. Eo uſque ſeſe extendit Turcarum Imperatoris dominium. In hoc regno Hiſpani tenent *Mazaquibir* & *Oran* quam Petrus Navarrus Anno 1509 expugnavit.

ϑ (d) *Algier*, etiam *Geiſer* dicta, inter duo promontoria, vulgo *Capo Caxines* & *Capo Montafuſio* jacens. Ferdinandus Catholicus caſtello in *Pinno* inſula ſeu rupe poſito eam coëgit ſibi tributum dare. Sed à Barbaroſſa Anno 1515 liberata eſt. *Paulus Jovius* contendit hanc urbem olim fuiſſe regiam ſedem *Jubæ* regis, appellatamque *Cæſaream Juliam*. Verùm *Joh. Leo* ipſe Afer in deſcriptione Africæ tradit, eam anteà appellatam fuiſſe *Meſganam*, neque antiquam eſſe urbem. Hodie omnium urbium, quæ in iſto ſunt Africæ litore, opulentiſſima & potentiſſima eſt. Eo loco videtur ſita, quo olim Saldæ. Anno 1541 Carolus V, Imperator expeditionem in Africam ſuſcipiens, ad prom. quod hodiè vulgò *Cabo de Tenes* à vicino opido *Tenes* appellatur, naufragio facto, infelici eventu, perpetuis tempeſtatibus actus, in Hiſpaniam rediit. Ad idem litus eſt opidum (e) *Gigiari*, quod Galli interceperant Anno 1664, ſed à Barbaris eodem anno ejecti ſunt.

REISKII.

3 (f) *Tunetum* pro vetuſta Carthagine multi habent Geographi: ſed quantum fallantur, Arabs Nubienſis docuit Chim. III. part. 2. quum à Tunetano portu ſtagnoque longiſſimo ibi effoſſo Carthaginem *tria milliaria & ſemis* abeſſe ait. Regnum illud A. 1236 Ibrahimus condidit; Buſſates A. 1430 in tria diviſum, tribus filiis reliquit: Ultimus omnium Muleaſſes à Turcis ejectus, captumque à Chairadino Baſſa, quem Barbaroſſam vulgò nominant, Tunetum; reſtitutus per Carolum V Imp. regno & urbi ſuæ, & poſteà laceſſitus iterum hoſti occubuit. Regnum (g) *Tremiſenum* ex A. 1210, ad A. 1514 viguit, Habdallo rege ultimo cæſo, & urbe in ditionem Turcicam redacta. Hinc (h) *Algieria* ſibi regem conſtituit Selimum; Sed idem Barbaroſſa A. 1515 urbe capta eum necatum ſuſtulit: Sic regna Barbarica Tunetanum, Buggienſe, Tripolitanum, Tremiſenum & Algierenſe Turcico ceſſerunt Imperio. Quibus omnibus Baſſa præeſt Turcicus non abſoluta poteſtate, ſed limitata, & ſingulas ad urbes harumque regimen reſtricta. (i) *Urbes vero quinque ſunt Archipiraticæ, Salea, Tetuan, Algieria, Tunetum atque Tripolis.*

BUNONIS.

ι (k) *Feſſanum regnum* inter Mare Internum, Muluiam fl. Oceanum Atlanticum & Maroccenſe regnum inter-

(1) *Inter omnia Barbariæ cultiſſimum populoſiſſimumque eſt; ſcatet montibus & vallibus, neque tamen deſunt loca campeſtria. Solum abundat frumento, & diverſi generis fructibus; æſtas fervida, ſerenaque eſt. In 6 Provincias dividitur. In Provincia Temeſna, verſus mare Atlanticum, Solum eſt fertile; alibi autem deſertum, ob ſæviſſimoſq; Leones & Leopardos, hominibus impervium. Provincia Feſſana Cœlum habet temperatum.*

(a) Tripolis. (b) Conſtantina. (c) Tremiſen. reg. (d) Algier. (e) Gigiari. (f) Tunetum. (g) Tremiſen. (h) Algieria. (i) Urbes Archipiraticæ. (k) Feſſanum regnum ejuſq; provinciæ ſeptem.

Solum abundat equis, ovibus, hœdis atque leporibus. Fez hujus regionis Metropolis, editis decoratur muris, in quibus copioſæ turres, formæ eſt quadrangularis, vaſtæ & ſtupendæ magnitudinis. Dicitur portas habere 86, plateas majores 200, templa 700, fora 42, fontes 686, Xenodochia & Collegia plurima in quibus artes atque ſcientiæ in lingua Arabica docentur; Artificum & Mercatorum officinas infinitas; Ædificia publica privataque pulchra & magnifica, adeo ut Africæ ornamentum ſit, & urbs inter Mundi pulcherrimas. Multum tamen a multis annis defeciſſe, & deficere etiamnum tradunt Scriptores recentiores.

Fez. Tanger. Ceuta. Arzilla.

caput *Fez*, urbs totius Barbariæ princeps, ingens, opulenta, frequens, ſplendida ac magnificis ſuperbiſque ædificiis miranda. ϰ *Tanger*, λ *Septa* ſeu *Ceuta*, & *Arzilla*, amplæ ad fretum urbes, Hiſpanicæ ſunt ditionis.

REGNUM MAUROCANUM. (1)

Maurocanum regnum. Maurocum.

VI. μ *Maurocani regni* caput eſt ν *Maurocum*, vulgo *Maroc*, ampliſſima ac celeberrima olim, inter maximas univerſi orbis memorata: at poſtea Arabibus divexata, nunc malignè colitur. Secunda eſt *Taradante*.

DARENSE REGNUM.

Darenſe regnum. Dara.

VII. Intus Maurocano, Feſſano ac Tremiſeno regnis confine eſt *regnum Darenſe* ampliſſimum, olim *Cæſarienſis Mauritania* dictum. Caput eſt ξ *Dara*, unde

(1) *Habet fruges, legumina, & fructus omnis generis, Oleum, Mel, Saccarum, uvas raræ magnitudinis, Armenta, Greges, Capras. Gaudet & fodinis auri, argenti, & æris. 7 habet provincias, inter quas Suſa, auri, frumenti, lini, ſaccbari, ficuum, dactylorum, & ambræ nobilis. Maroebia, provincia nobiliſſima, & cultiſſima totius Regni, Metropolim sognominem habet, inauditæ olim (ut ait* Leo Africanus) *magnitudinis, ædes numerabat plures quam* 100000, *portus* 24. *Murum habuit lapideum editum, & turribus multis ornatum, templa magnificentiſſima, & arcem munitiſſimam oppidum referentem. Hodie pars magna urbis inculta jacet.*

interjacens à metropoli ac fluvio cognomini nomen habet. *Provinciæ* huc pertinent *ſeptem*. 1. *Temeſana* [c]; in qua Azamor, quondam Thymiaterium; Anaffa nunc jacens; Ributo & in mediterraneis Tagia [d]; 2. *Aſga* [e], in qua Laracha ſeu Lariſſæ [f], ab Hiſpanis occupata. Ad mare Atlanticum & fluvium *Salam* eſt opidum munitum *Salee*, à Romanis olim conditum. *Sala* fluvius, qui hodie dicitur, Thuano *Buragragus* appellatur. Portum (a) *Salee* habet commodiſſimum; qui tamen arenis paulatim obſtruitur. Piraticam opidani non minus exercent, quam Algirienſes. Ubi caſtrum, in qua magnifica Regum Feſſæ ſepultura, & Tepheletum Seriffórum bellis clarum [g]. 3. *Erripha*; in qua Arcila quondam ingens, nunc exigua, Alcazera ubi *Sebaſtian Portugalliæ Rex* Feſſanum Regem reſtituturus, acie victus periit anno C. 1578 [b].

HEKELII.

[c] S. *Temeſna*.

[d] Et hæc Regio olim ſemper fuit totius *Africæ* Caput, in qua olim numerabantur Oppida plus minus 40; Caſtella verò 300, quibus incolebant omnis generis homines. Sed ob Bella, quæ ibi magnopere ſævierunt, Civitates omnes & Oppida deleta ſunt, & tota Provincia depopulata. Sed tandem iterum reviviſcere cœpit poſtremis his temporibus, ut Regem Feſſæ adhuc parum timeat.

[e] S. *Azgara*.

[f] *Cæſar Eſcabir*, hoc eſt, Palatium Regium.

[g] Incolæ ſunt Arabes, & inprimis divites, circa veſtitum curioſi & Bello præſtantes.

[b] Uti autem hèic opida ſunt rariſſima: ſic contra Pagi ſunt frequentiſſimi. Cæteroquin incolæ ſunt maxime validi; inculti tamen & rudes, pluſque ſatis potationibus dediti.

BUNONIS.

ϰ Tanger ſive Tingis, quam urbem Portugalli tradiderunt Anglis anno 1663, &

λ Ceuta ſive Septa, opidum contra Barbaros bene munitum Hiſpaniæ Regi paret. Ei vicina eſt ad ortum (b) *Tituan* urbs maritima Fezenſi Regi parens. Hæc regni Fezenſis in iſto tractu urbs prima, ſex millia paſſuum à litore ſita eſt. Fluminis oſtium, quod olim portus fuit, ab Hiſpanis inutilis factus, navibus immerſis. 4. *Elebata* in qua Tagaſſa ad mare: 5. *Garetum*, ubi Terzora. 6. *Territorium Feſſæ*, in quo Feſſa. 7. *Sanega*, in qua Sophroium ad Subum fl.

(c) *Feſſa* [i], omnium urbium Africæ [k] habetur potentiſſima; ac Saracenis aula dicitur *Occidentalis* Eſt in urbe illa Academia, in qua docentur artes in lingua Arabica. Magna ibidem eſt multitudo Alchimiſtarum; qui ſolent in ſummo templo convenire, & opiniones ſuas conferre ac diſputare. Habent artis iſtius multa opuſcula, inter quæ eminet multis allegoriis refertum opus *Geberi*, qui centum annis poſt Mahumedem vixiſſe, & ipſe Græcus fidem abjuraſſe traditur. Ex illis verò alii quærunt tinĉturam, ac alii multiplicationem metallorum. Sæpe autem ſolent cudere monetam adulterinam; unde tam multi inveniuntur Feſſæ manu truncati. *Joh. Leo Africanus*.

μ (d) *Marocci* ſeu *Maurocanum* regnum Barbariæ hujus pars ultima eſt, inter regnum Feſſanum, Mare Atlanticum & Atlantem montem jacens, appellationem habet à regia *Mauroco* [l].

ν *Maurocum* ſeu *Maroccum* ad Tenſiſtum fl. ſitum nonnulli Bochin faciunt. Reſtaurata eſt hæc urbs à Seriffo, multiſque plateis aucta. Ibi quoque florent ſtudia Grammaticæ, Poëticæ, Aſtrologiæ & Legum iſtius gentis. Eò ſtudiorum gratia confluunt ex univerſa Barbaria. Hic ſedem habet *Seriphus*, qui ſeſe Imperatorem Marocci appellat. Regni hujus provinciæ numerantur *Ducala*, *Haſcora*, *Tedele*, *Hea*, *Suſa*, *Sabara*, *Guzola*, & territorium *Maxomenſe*. In Suſa eſt *Meſſa* ad mare & promontorium Nonium: In Ducala eſt *Cantinum* promontorium. Cæterùm anno 1612, Marocci Rex à mago quodam victus regnoque pulſus eſt.

ξ (e) *Dara* ad fluvium cognominem eſt; *Boccbus* Rex Gætuliam quoque tenens, hic imperavit.

HEKELII.

[i] Quam *Ptolemæus* & *Peucer* putant *Volobitim* fuiſſe.

[k] Ac totius *Barbariæ* pulcherrima habetur.

[l] Regio hæc in univerſum abundat *Frugibus*, ut & *Oleo*, *Melle*, *Saccharo*, *Cera*, & *Lana caprina*, ex quâ optimi texuntur panni ſericis haud diſſimiles. Paratur porrò hèic ingens Pellium caprarum copia, quæ in multis partibus *Europæ* diſtrahuntur,

(a) Salèe. (b) Tituan. (c) Feſſa. (d) Maurocanum regnum. (e) Dara.

unde regioni nomen, tenuibus, ut totum regnum, atque egenis incolis habitata. *Melilla* ad Mare Internum conſpicua urbs Hiſpano paret. 4 Melilla.

huntur ac à nomine Loci, ubi parantur, vulgo *Marocchini* dicuntur.

REISKII.

4 (a) Imperium Marocco Feſſanum Taffileta, Princeps è Scheichiis Numidiis unus condidit. Regno quidem Maroccano Chalifæ Ommiades ex A. C. 809, Poſthac Zeneti, Almohadæ, Merini & Scheriphii præfuerunt; Ultimus horum Muhamed item Mulahidam, urbibus Fezo Maroccoque captis occubuit, & Taffileta regnorum quatuor theſaurique regii potitus, Numidicos Principatus Bugienſem, Bouzemæum & Sueſenſem ditioni ſuæ addidit, pluresque Scheichios aut exturbavit, aut nexu clientelæ arctiſſimo ſibi devinxit, novus Africæ maritimæ Imp. Hinc magnum *Scherifium de domo Muhamedica ſeſe jactitavit: titulo Imperatorem Barbariæ Maroccique, regem Feſſæ, Suzi &* (b) *Taffiletæ Dominum in Tora & Sagaon*, &c. Huic Muley equidem Iſmael frater ſucceſſerat, ſed turbato per Geilandos Scheichioſque Imperio uſus. Vide Hiſtoriam Taffiletæ ex Anglica in German. verſam & A. 1672 editam. Urbes Imperii hujus ſingulas qui noſſe volet, illas è Geograph. Vallii deſumito. Regi autem Hiſpanico adhuc (d) *Oranum*, quod Mauri anno 1678 fruſtra oppugnaverant, & (d) *Ceuta*, ſive Septa; Anglico (e) *Tingis* ſive Tanger; Gallico *Baſtion de France* vicus, & Genuenſi Reipub. *Tabarca* minor inſula ſubeſt.

(a) Imperium Maroccenſe. (b) Taffileta Imp. (c) Oranum. (d) Ceuta. (e) Tanger.

CAP. IX.

Biledulgerit (1), Sarra deſertum, Nigritæ, Abiſſini.

I.

A Tergo dictarum regionum eſt *Biledulgerit*, regio longiſſimo tractu ab Ægypti confinibus ad Oceanum Atlanticum porrecta. Nomen ei à *dactylorum proventu* inditum. Deſerta in ea ſunt, α *Lempta*, β *Hair*, γ *Zuenziga*, δ *Zanhaga*, à ſingulis opidis cognominibus appellata. Regna ε *Targa*, ζ *Berdoa* & η *Gaoga*, itidem ab opidis dicta. Biledulgerit.

SARRA

BUNONIS.

α (a) *Lmptæ* incolæ latrones ſunt [*a*].

β (b) *Hair* ſub Tropico Cancri jacet.

γ (c) *Zuenziga* iſti verſus Septentrionem finitima regio in medio arenarum lacum habet.

δ (d) *Zanhaga* [*b*] maris Atlantici litus attingit, ac in eo à Badagor uſque ad promontorium, quod vulgò appellatur *C. Blanco*, porrigitur. Ejus incolæ os nunquam detegunt, niſi cibi ſumendi gratia. Ad Zanhagam pertinet (e) *Tegazza* regio, in qua ſal candidus ex terræ cavernis erutus, Tombutum per camelos deportatur. Mercatores Feſſani per deſerta iſta Tombutum proficiſcentes aquam ſecum in utribus ferunt; ſæpe enim in quinquaginta & plurium milliarium itinere nulli reperiuntur fontes, quibus uti queant iter facientes. In tabulis notantur *Azabad* & *Araoan* putei.

ε (f) *Targa*, regnum inter Zuenzigam, Hair & Lemptam interjacet; ipſa urbs *Targa* ſub *Tropico* Cancri ferè poſita ad lacum ſita eſt. Regnum hoc aëre gaudet temperato, & paſcuis lætis [*c*].

ζ (g) *Berdoa* regnum inter Lemptam & Gaogam ſub Cancri Tropico eſt.

η (h) *Gaoga* à Berdoa verſus Ortum ac Nilum ſe extendit; regnum ſatis amplum eſt, incolas habens omnino rudes, qui nudi incedunt.

HEKELII.

[*a*] Ideoque hoc Deſertum, utpote valdè aridum, iis Mercatoribus eſt periculoſiſſimum, qui à *Conſtantina* ad *Nigritarum* Terras iter ſuſcipiunt.

[*b*] S. *Zanaga*.

[*c*] Idcirco illic Aqua copioſè ſatis invenitur.

BUNO-

(a) Lempta. (b) Hair. (c) Zuenziga. (d) Zanhaga. (e) Tegazza. (f) Targa. (g) Berdoa. (h) Gaoga.

(1) *Jacet intra grad.* 5 & 61, *long.* 22, & 32 *lat. Bor. Cœlum calidiſſimum & ſaluberrimum. Solum arenoſum, ſterile, perparum in multis locis habitatum, alibi tamen fœcundius dactylorum, quos & Camelos cum frugibus quarum hic magna penuria,*

incolæ ſoliti ſunt permutare. Multum etiam marmoris hic invenitur. Incolæ ſunt agreſtes, inofficioſi, ſtupidi, intemperantes, & prædones.

SARRA *deſertum* (1).

Sarra deſertum.

II. Continuatur huic regioni verſus Meridiem ϑ *Sarra* deſertum, cujus longitudo à regno *Gaoga* ad regnum *Gualata* extenditur. ι

NIGRITÆ. (2)

Nigritarum Regna.

III. Inde *Nigritarum* ampla eſt regio, ad utramque *Nigri* amnis ripam: *longitudo* ejus porrigitur à Nilo & Meroë Inſula, uſque ad Nigri oſtia & Oceanum. Regna in ea ſunt hæc, ab urbibus denominata: ι *Gualata*, κ *Hoden*, λ *Genahoa*, μ *Senega*, ν *Tombutu*, ξ *Melli*, *Bitonin*, ο *Guinea*, *Temian*, π *Dauma*, ϙ *Cano*,

(1) *Extendit ſe a gradu 4 circiter, ad grad. 53 long. atque ab grad. 13, uſque ad grad. 28 lat. Bor. Cœlum torridum eſt, adeo tamen ſalubre, ut ſanare dicatur qui deſperatæ ſunt valetudinis, atque ex vicinis regionibus huc commeant; Solum habet adeo arenoſum, ut frequenter dicatur mare arenaceum; locuſtis etiam maxime infeſtatur; complures nutrit camelos, qui maximæ ſunt regionis hujus divitiæ. Incolæ habentur patientes pulveris, ſolis, operum, mediæ.*

BUNONIS.

ϑ (a) *Sarra*, ſignificat *deſertum*; eſt enim regio illa ſatis deſerta ac parum culta, continetque maximam partem Libyæ interioris, à Numidia verſus Auſtrum jacens, inter Biledulgerit, Nigrum fl. Borno & Gualata.

ι (b) *Gualata* regnum in partibus Africæ occidentalibus eſt, regio auri ditiſſima; conterminos habet Azzaneghos, qui ſub pellibus vivunt [*d*].

κ (c) *Hoden* à Gualata verſus Meridiem eſt.

λ (d) *Genahoa* à promontorio Blanco ad Senegam fl. extenditur. Tractus vero iſte ad mare vulgo nautis vocatur (e) *Coſta de Anderotte*; ubi Caſtellum (f) *Arguin*, & in medio regionis (g) *Canuja*.

μ Quæ Nigri fluv. continetur oſtiis regio, (h) *Senega* [*e*] appellatur; ibi (i) *promontorium Viride*; nunc *Capo Verde*. Color maris, quod eſt inter hoc promontorium & Heſperides ſeu Inſulas Salis, viridis apparet, qui tamen ipſius non eſt; ſed herbæ cujuſdam exiguorum foliorum, ſimilis naſturtio aquatico. Belgæ vocant *Klein Peterſilie*, Luſitani *Sargaſſo*. Hujus herbæ folia implicata ſibi adeo denſe & continuo tractu incumbunt Oceano hujus loci, ut ipſa aqua ægrè conſpiciatur, & nautæ eminus Oceanum hunc cernentes putent Inſulam, & terras virides eſſe; neque penetrare poſſunt per herbæ hujus tricas, niſi mediocri ſaltem vento adjuventur. Baccas herba fert parvas non abſimiles noſtris ribeſiis, ſed inſipidas & inanes intus. Ex Oceani fundo herbas iſtas exſurgere non eſt veriſimile: quoniam magna ibidem eſt maris profunditas. *Varen. Geogr. Gen. P. Abſ. l.* 1. *c.* 13. *prop.* 16. Sed Niger fl. herbas illas ſecum devolvere videtur.

ν In (k) *Tombutu* ſeu Tombuto Rex inter potentiſſimos habetur, qui tria millia equitum, & complures pedites quotidie habet circa ſe expeditos, eique alii Reges parent [*f*].

ξ (l) *Melli* metropolis ſexies mille [*g*] dicitur habere domos ac familias. Incolæ utuntur cochleis monetæ loco.

ο (m) *Guinea* præcipuum Nigritarum regnum eſt, incolis *Ginni* dictum, auro, oryza, pecoribus, elephantibus ac ſimiis abundans. Monetæ loco incolæ utuntur auro non ſignato. Sub dio aut in caſis degunt, nullas habentes urbes. Promontorium ejus ſive mons, ad mare (n) *Sierra Leona*, id eſt, rupes Leonis, vocatur; unde fremitus ac veluti tonitrua audiuntur. Portugallenſes ibi caſtellum (o) *Minam* exſtruxerunt. In maris litore aurea reperitur arena, unde tractus iſte Belgis dicitur *goud kuſte*, id eſt, *Aureum Litus*, ad quod *Capo Corſo*; ipſaque *Guinea Aurea*. Sunt verò incolæ luxurioſi. Furtum in peregrinos commiſſum capitali punitur pœna. In corporibus eorum immenſæ longitudinis naſcuntur vermes, quos apprehenſos per cutim extrahunt. Cæterùm in illo Africæ litore regna, Regumque Sedes memorantur, *Fetu*, *Sabou*, *Fantain*, *Accara*, *Ardra*.

π (p) *Dauma* regnum Guineæ verſus Septentrionem conterminum eſt.

HEKELII.

[*d*] Incolæ nigerrimi ſunt, exterorum amantiſſimi; tamen miſerrimam vitam ducentes. Nam nulla apud eos eſt adminiſtratio, neque ulli nobiles, aut judices.

[*e*] Seu *Sanaga* vel *Canaga*.

[*f*] Hæc Urbs Regia omnes Domus habet ex cretâ & ſtramine compactas; præter unum Templum elegantiſſimum, & Regium Palatium, quæ ex Lapidibus & ex Calce conſtant.

[*g*] *Maginus* dicit f. 194. fac. a. *plus ſex millia.*

REISKII.

ι (q) *Biledulgerit* & *Zara* æque late patet, atque Barbaria maritima; quin ultra Numidiam, priſcosque hujus terminos excurrit; tribus aliquando regnis, nunc Principatibus vel Scheichiatibus diſtincta. Nam provincia heic extat: 1. *Suzenſis*, in eaque urbs mediterranea Taradanta, Littorea Bartgueſſa, Portugallis ſubdita, & Maſſa, ubi templum, quod Jonæ Prophetæ in littus illud ejecto, ac è piſcis faucibus reſtituto ſacrum Arabes volunt. 2. *Teffetana* inculta

(a) Sarra. (b) Gualata. (c) Hoden. (d) Genahoa. (e) Coſta de Anderotte. (f) Arguin. (g) Canuja. (h) Senega. (i) Promontorium viride. (k) Tombutu. (l) Melli. (m) Guinea. (n) Sierra Leona. (o) Mina ſeu opidum. (p) Dauma. (q) Biledulgerit & Zara.

Pars in urbibus degit, pars beſtiarum more vagatur, illa aliquanto moratior, hæc fera, indomita, prædones peſſimi. (2) *Diffundit ſe a gradu circiter 3 ad grad. 45 aut 46 long. Sea longe minus ab Auſtro in Boream. Ad mare Atlanticum ubi latiſſima eſt a grad. 8 lat. bor. ad Tropicum Cancri fere extenditur. Cœlum calidiſſimum & ſalubre, ſolum variat. Habet armenta, paſcua, fruges, orizam, linum, goſſipium, mel, aromata, frugiferas arbores, inter quas palmæ, ex quibus vinum conficitur. Habet etiam auri, & æris fodinas, nec ebore deſtituitur. Nigritæ dicuntur robuſti, deſides, meticuloſi, impudici, artium & ſcientiarum prorſus neſcii. Solent non tantum vicinos quos bello ceperunt divendere, ac maleficos, ſed & parentes liberos, & mariti uxores.*

ϱ *Cano*, σ *Caſſena*, τ *Benin*, υ *Zanfara*, φ *Guangara*, χ *Borno*, ψ *Nubia*, ω *Biafra*, α *Medra*. 2

Æthiopia Interior, quæ eſt Abiſſinorum.

Æthiopia Interior, quæ eſt Abiſſinorum.

IV. *Interiori* β *Æthiopiæ* imperat *Abiſſinorum Rex* qui *Presbyter* ſive *Pretioſus Joannes*, vulgò *Prete Gianni*, vocatur, magno, recepto tamen errore; cum is quondam in Aſiæ, ut relatum eſt, regno *Tenduc* regnaverit (1). *Abaſenos* populos recenſet Stephanus in Arabia; unde veriſimile eſt, eos in Africam trajecto ſinu Arabico commigrâſſe. Aut ſanè in ipſa Africa fuerunt ad ſiniſtrum Arabici ſinus latus, ubi Arabiam Troglodyticam ſuprà memoravimus. Hæc quippe nunc ſub Abiſſinorum Imperio eſt. Alii tamen ab Arabico vocabulo *Elhabaſchi* (ſic enim Mauri Principem Abiſſinorum appellant) vulgò factum opinantur *Abaſſi*, ac deinde *Abaſſeni*: quod denique commutatione vocalium in Abiſſinorum nomen evaſit. Clauditur regnum ab Ortu Arabico ſinu & regionibus *Ajana* ac *Zangebara*; a Meridie *Monomotapa*; ab Occaſu *Congo* & *Medar* regnis; à Septentrione *Nubia* & Ægypto. Longum eſt ab Ægypto ad *Monomotapa* uſque mill. IↃLXXX. Latum inter fauces Arabici ſinus & Nigrum fluvium mill. CCCCI.

Æthiopiæ termini & magnitudo.

V. Di-

(1) *Nam ita ſe res habet: Regnavit in ultimis Aſiæ finibus annis abinc fere quingentis, Rex Chriſtianus, Neſtorii imbutus principiis, dictus Juhanna, item Ung-Chan, & Perſico ſermone Padeſha Preſtigiani, i. e. Rex Apoſtolicus ſive Orthodoxus, quo nomine ab Armenis ſeu Neſtorianis ſuis inſignitus eſt, origine non Æthiops aut Abiſſinus, nec profugus, venit in Æthiopiam. A Preſtigiani regis hujus cognomento ortum, multi arbitrantur, nomen Presbyteri Johannis, quod dein per Europam celeberrimum evaſit. Nam nunciabat fama hunc Presbyterum Imperatorem potentiſſimum eſſe, & Chriſtianæ Religioni addictum, ubi tamen terrarum degerit ignorabatur. Cum itaque Petrus Covillanius legatus Johannis ſecundi regis Luſitaniæ ad Johannem Presbyterum, intellexiſſet in India Aſiatica Principem eſſe in Æthiopia ſub Ægypto, Chriſtianum & præpotentem, ipſum adiit, in quem quando multa, quæ de illo rumor per Europam ſparſerat, apte obſervabat quadrare, eundemque ab Orientis Mercatoribus dici Perſica lingua Preſter-Chan, i. e. Principem Mancipiorum, atque a ſuis* Gian Beluſ-Gian, *i. e. gemmam pretioſam, &* Giam *Regem potentem, perſuaſit ſibi hunc Principem omnino Presbyterum Johannem eſſe cujus inveſtigandi gratia regis ſui juſſu iter ſuſceperat. Hic igitur primus eſt qui Imperatorem Abyſſinorum Preſbyterum Johannem vocavit.*

culta, & urbe cognomine frequens, ſed ſterilis. 3. *Dara* urbibus quinque, oppidis & pagis cultior. 4. *Segelmeſſe* urbem cognominem vicoſque paucos complectitur, tota beſtiis nocentiſſimis & veneficiis infeſta. 5. *Tegoraima & Biledulgerid ſpecialiter dicta*, urbibus quinque, ac ruderibus templi Jovis Hammonis clarior. Zara ſive Sara regio deſertis, feris, areniſque horrida, & Scheichiis ſubjecta: Ibi eremos quinque *Zenbagam*, *Zuenzigam*, *Tergam*, *Lemptam & Bardoan* numerant.

BUNONIS.

ϱ (a) *Cano* regnum huic iterum ad Septentrionem adjacet: in eo eſt (b) lacus *Guarda*. Rex hic tributum pendit Regi in Tombutu. A Cano verſus Occaſum eſt (c) *Agades regio* cum urbe cognomine; in qua magna colligitur mannæ copia. Et hæc regio tributaria eſt Regi in Tombutu.

σ (d) *Caſſena* a Cano verſus Ortum jacet.

τ (e) *Benin*, Guineæ ad Ortum objacens à Meridie habet mare, cujus litus hic vulgò Belgis appellatur, *Kuſt van Benin*. Rex illius à ſubditis adoratur ac pro Deo coli dicitur, ſed magis civili cultu.

υ (f) *Zanfara* deſertum & regnum à Benin verſus Septentrionem eſt.

φ (g) *Guangara* ad Septentrionem objacet regno Zanfaræ, ad urbem Guangaram magna invenitur auri copia. Regi ejus quotidie apparent 600 millia ſagittariorum, & 500 equites.

χ (h) *Borno* regnum id eſſe videtur, quod olim incoluerunt *Garamantes*, unde opido & fluvio nomen, quæ hodieque *Garama* vocantur, reliquum eſſe cenſetur: Garamantum Regem olim ducenti canes ab exilio reduxerunt præliati adverſus reſiſtentes, *Solin. c.* 25. Regnum illud hodie longitudinem habere traditur 200 Mill. Germ. (i) Lacus *Borno*, & (k) *Chelonides paludes* in eo ſunt.

ψ (l) *Nubia* ad Nilum uſque per 225 milliaria German. extenditur. Ejus incolæ [*b*] quondam fuerunt Chriſtiani: hodiè verò [*i*] adorant Solem, Lunam, Stellas, ipſamque Terram, quippe quæ fruges proferat [*k*].

ω (m) *Biafra* regno Benin objacet ad Ortum; ſicut

α *Medra* inde ulteriùs Biafra, in quo *Niger* lacus.

β (n) Æthiopia duplex eſt, *Superior* ſeu Interior quæ Abiſſinorum eſt, & *Inferior* ſeu Exterior, quæ à Superiori per montes Lunæ ex parte diſtinguitur.

(o) *Bello* regnum ad dextras Nili ripas eſt, ad quod ab aliis referuntur *Dafila* & *Ganfila*.

HEKELII.

[*b*] *Nubæ* dicti.

[*i*] Ab *Ebræis* & *Mahumetanis* ſeducti.

[*k*] Cæterùm vitam ducunt miſerrimam, *Agriculturam* inprimis exercentes.

REISKII.

2 (p) *Nigritæ*, Ptolemæo Νιγείται, Stephano Νιγῆτες,

(a) Cano. (b) Guarda lacus. (c) Agades regio. (d) Caſſena. (e) Benin. (f) Zanfara. (g) Guangara. (h) Borno. (i) Borno lacus. (k) Chelonides paludes. (l) Nubia. (m) Biafra. (n) Æthiopia Superior & Inferior. (o) Bello. (p) Nigritæ.

Divisio in varia regna.

V. Dividitur in compluria regna sive provincias: quarum nomina sunt, γ *Dafila*, δ *Barnagasso*, ε *Dangali*, ζ *Dobas*, η *Trigemahon*, ϑ *Ambiancantiva*, ι *Vangue*, κ *Bagamidri*, λ *Beleguanze*, μ *Angote*, ν *Balli*, ξ *Fatigar*, ο *Olabi*, π *Baru*, ϱ *Gemen*, σ *Fungi*, τ *Tirut*, υ *Esabela*, φ *Malemba* (1). Urbes in universo Imperio

γρῆτις, à Nigri aut Nigritæ fluvio nomen, origines à Chuso Chami filio quin trahant, nec Nubiensis, nec Leo Africanus Geographi dubitârunt. Hi vero sicut in varias gentes sic in regna scinduntur varia, & crebris expositа mutationibus. Regna ex omnibus tria nunc eminent: 1. (a) *Tombuto*. 2. (b) *Borno*. 3. (c) *Gaoga*: Quibus pleraque aut beneficio aut tributo, aut nexu alio devincta. (d) *Nubia* tota unico regi subest, in castris perpetuis aut tentoriis versanti: Urbes heic duæ omnibus præstant, *Nubia* nimirum & *Dencala*: Templa vero 150 supersunt in iisque christianæ fidei documenta, Jesu, Mariæ Sanctorumque Virorum imagines: nunc vero ibi religio Muhamedana & inter barbaros ethnica viget. (e) *Guinea*, cui littus aureum Belgæ attribuunt (*Goldkuste*) suis aut regulis, aut Christianis Magistratibus per colonias subest. Belgæ *Castellum S. Georgii aut* (f) *de la Mine* (ab mineris auri proximis ita dictum) ex A. 1637 tuentur, Portugallis, qui seculo superiori tenuerant, ademtum; Iidem quoque duo munimenta (g) *Nassovienſe ac S. Andreæ* ab suis ibi structa possident; Amplius (h) *Arguin* castellum minoremque Insulam (i) *Gorée* suis propugnaculis firmatam; quam Angli A. 1663 expugnarunt, à Belgis denuo captam. (k) *Benin* cum urbe cognomine Regi ethnico subest: (l) *Feru* suo Regi subdita colonias recepit Danicas, & cum iis munimentum aliquod. Vid. Mulleri Descript. Afric. Fetu. Regiones Oceano Atlantico vicinas *Zanhagam*, *Gualatam* & *Gouboam* prætereo, addoque tractum *Mellensem*, Belgis *die Gronkuste*.

(1) *Cœlum Abyssinorum quamvis sub Zona torrida jacet, Æstas temperata esse dicitur, qua surgit in montes aut plana est; sed valles sole aduruntur. Quibusdam in partibus petrosa, & omnino sterilis, pars vero campestris & fluminibus propinqua secus se habet, dives frugum, leguminum, herbarum, plantarumque diversi generis, quas innumerabiles Locustæ non raro comedunt. Fert mel, saccharum, ceram, Zinziber, vites, linum, gossipium, omnis generis metalla, sulphur. Nutrit pecudes, & feras & cicures ingenti numero. Abyssini numerosissimi sunt, atri, interque eos aterrimi qui habitant proxime Æquatorem, bonæ indolis, capaces artium, desides, imprudentes, medicinæ imperiti: pannis fericis ditiores, & qui inferioris sortis sunt gossipinis se amiciunt, Ædificia ex stramine & calce seu creta ædificant, carnibus crudis & semicoctis delectantur. Duplice lingua utuntur, altera vulgari, altera quæ Chaldaicæ affinis est, sacris atque Historiis conscribendis destinata. Secundum Gentis traditionem Rex Abyssiniæ ad Salomonem genus refert, per Melechum filium Solomonis ex Regina Sabæ genitum, unde Judaismum antiquitus habuere. Deinceps Christianismo nomen dederunt, sub auspiciis Reginæ Candacis. Hujus Eunuchus a Philippo Apostolo baptizabatur.*

BUNONIS.

γ (m) *Dafila*; & (n) *Ganfila*.

δ (o) *Barnagasso* [*l*] regnum sinu Arabico & Nilo [*m*] clauditur; in cujus primaria urbe (p) *Barva* Ptolemæi (q) *Coloa*, Regis degit vicarius [*n*], qui Dafilam & Gamsilam urbes & regiones ad Nilum, *Meroën* quoque sive *Guequerren* inf. tenet: & tributum Abissinorum Imperatori non solùm pendit, sed etiam præfecto Turcico, qui in urbe (r) *Suaquen*, ad sinum Arabicum residet [*o*].

ε (s) *Dangali* regnum ad sinum Arabicum pertingens tenent Mahumedani, infensissimi Abissinorum hostes [*p*].

ζ Huic vicinum est (t) *Dobas* regnum; in quo nemini licet uxorem ducere, nisi qui 12 Christianos occiderit [*q*].

η (u) *Trigemahon* [*r*] qui possidet, Abissinorum Regi tributum pendit, sub ejusdem regimine quoque est (x) *Tigrai* regnum inter sinistras Nili ripas & Nigrum lacum; in quo *Cassuma* regia Reginæ Austri ponitur; Ptolemæo *Auxuma*. Alii tamen Reginam illam ex Meroë insula veniſſe aiunt.

ϑ (y) *Ambiancantiva* ad idem Nili latus est, Tigrai regno versus Septentrionem objacens.

ι (z) *Vangue* regnum verò Tigrai regno ad Austrum conterminum est.

κ (aa) *Bagamidri* ad alterum Nili latus è regione Ambiancantivæ ponitur, argenti fodinis dives.

λ (bb) *Beleguanze*, Bagamidri regno versus Ortum obtenditur.

μ (cc) *Angote* ad Tagazam fluv. qui Ptolemæo *Astaboras*, jacet. Ejus incolæ spatio 24 horarum semel tantùm saturantur, idque noctu [*s*], loco pecuniæ utuntur globulis ex ferro & sale fossili [*t*].

ν (dd) *Balli* regnum inde versus Ortum est.

ξ (ee) *Fatigar* à regno Angote versus Ortum jacens lacum habet, qui ambitu suo 3 milliaria continet German. [*u*].

ο (ff) *Olabi* verò regno *Fatigar* ad Occasum ponitur.

π (gg) *Baru* regnum Fatigar habet ad Septentrionem.

ϱ (hh) *Gemen* ultra Æquatorem, ad paludis Nili Orientalis lacus, quod Ortum respicit, extenditur.

σ (ii) *Fungi* regnum inter utrumque Nili lacum est. Huic regno finitimi sunt (kk) *Casates* Christianorum hostes. Huc etiam à nonnullis collocantur (ll) *Amazones*.

τ (mm) *Tirut* sub montibus Lunæ est, sicut &

υ (nn) *Gasabela*.

φ (oo) *Malemba* quoque montibus Lunæ adjacet, at versus Occasum.

HEKELII.

[*l*] S. *Barnagassum* ac *Barnagues*.

[*m*] Quòd *Ægypto* est vicinum.

[*n*] BARNAGASSUS nuncupatus.

[*o*] Regio hæc non solùm Villis & Pagis frequens, sed & Fluviis & Aquis copiosa. Unde & fertilissima.

[*p*] Ideoque cum ipsis quotidiè fermè solent belligerare.

[*q*] In hâc Regione Vaccæ sunt innumeræ, staturâ & magnitudine reliquas excedentes.

[*r*] S. vulgò *Tigremaon*.

[*s*] Ves-

(a) Tombuto. (b) Borno. (c) Gaoga. (d) Nubia. (e) Guinea. (f) Del Mina. (g) Nassov. S. Andreæ. (h) Arguin. (i) Gorée. (k) Benin. (l) Feru. (m) Dafila. (n) Ganfila. (o) Barnagasso. (p) Barva urbs. (q) Coloa. (r) Suaquen. (s) Dangali. (t) Dobas. (u) Trigemahon. (x) Tigrai. (y) Ambiancantiva. (z) Vangue. (aa) Bagamidri. (bb) Beleguanze. (cc) Angote. (dd) Balli. (ee) Fatigar. (ff) Olabi. (gg) Baru. (hh) Gemen. (ii) Fungi. (kk) Casates. (ll) Amazones. (mm) Tirut. (nn) Gasabela. (oo) Malemba.

perio paucæ ſunt: vicis plurimum habitatur, domibus ex creta & ſtramine conſtructis. Rex ipſe (qui albo eſſe colore fertur) ſub tentoriis degit, quorum ſex millia eum ſequuntur. *Amara* arx eſt munitiſſima, in monte χ *Amara* condita; in qua regis filii ſub validiſſimo præſidio educantur, donec patre defuncto hæres producatur. 3 Amara m.

CAP.

[s] Veſcuntur autem ut plurimùm carne crudâ & ſalſamentis ex felle vaccino compoſitis.

[t] Cæterum hoc Regnum Montibus ac Vallibus eſt refertiſſimum, & ubique Fruges omnis generis ad abundantiam Animaliaque innumera producit.

[u] Hujus Regni Loca campeſtria ſunt, atque *Frumenti*, *Hordei* inprimis aliorumque *Frugum*, feracia. Habet & *multa domeſtica Animalia*.

BUNONIS.

χ (a) *Amara* mons [x] ſub Æquatore eſt. Regna & provinciæ præterea in hac Æthiopia memorantur (b) *Ambian*, (c) *Xoa*, (d) *Damut*, ubi magna effoditur auri copia; (e) *Zet*, (f) *Bagametro*, (g) *Gojame*, (h) *Nova Quara*. Cæterùm ſunt (i) *Abiſſini* ratione Religionis (k) *Jacobitæ*; neque Concilii Chalcedonenſis, quod *Jacobi Syri* Eutychiani hæreſin damnavit, in Liturgiis ſuis mentionem faciunt: quum tamen Niceni Conſtantinopolitaniq; meminerint. Patriarcham habent proprium, quem ſua lingua *Abunam*, id eſt, *patrem* vocant [y]. A monachis Abiſſinis Ordinis S. Antonii Hieroſolymis reſidentibus eligitur, & à Patriarcha Alexandrino confirmatur. Ei ſeptimus in Conciliis generalibus aſſignatur locus. Utrumque vero Teſtamentum ſic conjungunt Abiſſini, ut nonnullos ritus Judæorum retineant unà cum ritibus Chriſtianorum. 1. Octavo die *circumcidunt* tam femellas quàm mares. 2. Diem *Saturni* celebrant & diem Dominicum. 3. *Carnibus* animalium, quæ in Vet. Teſt. habentur pro immundis, abſtinent. 4. In Euchariſtia utuntur *pane azymo*, ſemel tamen in anno, id eſt, die Jovis ante feſtum paſchatis: Cæteris diebus adhibent panem fermentatum. 5. Communicant *ſub utraque ſpecie* ſtantes, ad minimùm ſingulis hebdomadis ſemel, tam Clerici, quam Laici: ac non niſi in templo. 6. *Euchariſtia Infantibus* etiam datur ſtatim poſt baptiſmum; baptizantur autem mares die 40, femellæ die octogeſimo, niſi periculum mortis interveniat. 7. *Unam* duntaxat *in Chriſto* admittunt *naturam & voluntatem*; ſed abſque permiſtione divinæ & humanæ ſubſtantiæ. 8. Animas hominum per traducem propagari ſtatuunt. 9. *Infantes* ante baptiſmum mortuos ſalvari credunt. 10. Commiſſo peccato ſtatim ad ſacerdotem eunt, & Sacramentum *Euchariſtiæ* accipiunt; licet id ſingulis diebus ſit faciendum. 11. *Picas imagines* in Templis habent, non ſculptas. 12. Tria tantum recipiunt *Concilia* generalia priora, rejecto Chalcedonenſi, quod Dioſcorum damnavit. 13. Non *elevant Euchariſtiam*, ſed tegunt: nec poſt communionem ſervant. 14. Obſtinatos peccatores *excommunicare* nemini licet, niſi ſoli Patriarchæ: in ſolos verò homicidas ſtringitur Anathema. 15. Sacerdotes & Inferiores Clerici, adeoque ipſi monachi, ex ſuis vivunt laboribus: nullæ ipſis dantur decimæ; nec conceditur mendicare. 16. *Epiſcopatus* confert ſolus Rex. 17. Nullam habent *Confirmationem*, neq; *Unctionem extremam*. 18. *Epiſcopis & ſacerdotibus uxores* ducere licet: Verùm ad ſecunda vota tranſire illis non permittitur ſine diſpenſatione Patriarchæ. 19. Diebus Veneris & Sabbathi non *abſtinent carnibus*, quadrageſimâ exceptâ. 20. Singulis annis die Epiphaniorum *rebaptizantur*. Zaga Zabo de Relig. Æthiop. ap. Damian. à Goës Alvaretz. Hiſtor. Æthiop. Thomas à JESU, *Paulus Jovius*.

HEKELII.

[x] Immenſæ Latitudinis ac Altitudinis, ideoque aſcenſu difficilis.

[y] In hujus domo, æque ac Sede regiâ, Vinum licet confici, cum in cæteris omnibus minimè liceat.

REISKII.

3. Æthiopicas tum nominis tum gentis origines ſupra cap. 6. ſect. 4. conſtituimus. Nunc (l) *Abaſſinas* videbimus aut (m) *Habeſſinas*, nec tamen alias aut diverſas ab iis quas Æthiopiæ tribuimus: *Ultimas nempe a Chamo, hujuſque poſteris, ſed proximas ab Africanis, Ægyptiis, Arabibuque.* Nam Strabone teſte Lib. XVII. *Abaſes*, Ἀβάσεις, vocârunt Ægyptii regiones habitatas magniſque circumdatas deſertis, Stephano Auctore. Abaſſeni, Ἀβασσηνοί, veteres regionem Arabicam, Sabæam ſcilicet tenuerunt: ut vel ideo nomen ex Arabicæ lingua ortum videatur, & voce quidem חבשה *Habbeſcha*, quâ turbam hominum ex multis tribubus collectam Arabes ſignificant: Vid. Caſtelli, Golii, & Joh. Frid. Nicolai, Amici quondam optimi, ſed immaturiùs defuncti Lexicon Harmon. Orient. (n) *Habaſſinia* vero hodierna inter octavum & ſextum decimum circiter gradum latitudinis ſeptentrionalis jacet, nec Æquatorem aut lineam attingit, nec penitus tranſit. Quod quia cum Cluverio multi Geographi non obſervarunt, in regnis hujus Imperii digerendis atque numerandis valde diſſident. Ludolfus nobiliſſ. Lib. I. c. 3. (o) *triginta recenſuit, & hæc quidem vel majora, vel etiam minora*: Ex majoribus præſtat 1. *Ambara* ob rupes munitiſſimas, quibus regii detinebantur filii, patre adhuc ſuperſtite, ac regiones XXXVI quas continet; 2. *Bagender*, regnum XIII regionibus amplum, & aquis irriguum; 3. *Dembeja*, caſtris regiis, & XIV Præfecturis celebrius; 4. *Sewa*, opulentiſſimum, & oppidis & Monaſteriis frequens; 5. *Tigre*, Toparcha ſuo Bahr-nagaſh, & Præfecturis XXVII, & regum Axumarum patria illuſtre; 6. *Gojam* Nili fontibus, & hujus ambitu tanquam Peninſula inſigne; 7. *Angot*; 8. *Bizamo*; 9. *Bugna*; 10. *Cout*, Lulitanicè *Couch*; 11. *Damot*; 12. *Dawaro*; 13. *Fatagar*; 14. *Gafat*; 15. *Gajghe*; 16. *Gan* vel *Ganbe*; 17. *Ganz*; 18. *Geam*: 19. *Gombo*; 20. *Gouga*; 21. *Guragbe*; 22. *Ifat*; 23. *Samen*; 24. *Set*, Incolis famoſum ethnicis; 25. *Sbat*; 26. *Walaka*; 27. *Wed*; 28. *Cumbat* regna regulis Chriſtianis ſubdita; 29. *Enarja*; 30. *Bali*, quod ſæviſſima Gallanorum natio, Duci ſuo Luwæ ac Phylarchis

(a) Amara m. (b) Ambian. (c) Xoa. (d) Damut. (e) Zet. (f) Bagametro. (g) Gojame. (h) Nova Quara. (i) Abiſſini. (k) Jacobitæ. (l) Abaſſeni. (m) Abyſſini. (n) Habaſſinæ gradus. (o) Regna xxx.

ſubdita occupavit. Neque hoc ſolùm, ſed plura regna Gallanico & Turcico Dominatui ceſſerunt; ut Abaſſinico Imp. (a) *novem adhuc cum provinciis quinque ac Regulis aut Dynaſtis tributariis* relinquantur. De rebus naturalibus, bellicis, civilibus, & religioſis planiſſimè Ludolphus nobiliſſ. item de Regina Sabæ, quam Æthiopes ſibi arrogant, expoſuit, & obſcuritatem ſuſtulit, de qua Becmannus conqueritur. Interim adhuc Abaſſinos Imp. *Neguſanagaſt Zajtjopia*, h. e. regem & regnum Æthiopiæ vetus titulo profitetur; Arabes hunc priſci *Najaſchi*, Perſæ Indique *Padeſhah*, alii communius *Preſter-Chan* nominant; unde id fiat, ſupra Lib. V. c. 5. annotavimus. Conf. Brerewodum in Scrutin. Relig. & Alex. Roſſ. de Religion. itemque B. Danhaueri Eccleſ. Æthiop.

(a) 1x Regna.

CAP. X.

Æthiopia Exterior ſive Inferior; item Inſulæ Africæ adjacentes.

I.

Æthiopia exterior ſeu inferior.

RElíquum Africæ, Æthiopia perhibetur *Exterior* ſive *Inferior*; ab Oriente, Meridie & Occidente Oceano perfuſa; à Septentrione quaſi duobus brachiis Abiſſinorum Imperium hinc inde complectitur. Regiones, in quas dividitur, ſunt, *Congi*, *Monomotapa*, *Zangibar* & *Ajan*. Pleraque maritimorum à Portugalenſibus tenentur firmiſſimis munimentis ac præſidiis. 1

CONGI Regnum. (1)

Congi regnum.

II. *α Congi* regnum (quod aliis *Manicongo*) Oceano Æthiopico perfuſum nomen habet à capite ſuo urbe *Congi*. Incolæ ſunt Chriſtiani. Terra ipſa fluminum aquis maximè rigua. Dividitur in provincias ſex; quas illi *Mani*, id eſt, Præfecturas vocant. Sunt autem *β Bamba*, *γ Songo*, *δ Sunda*, *ε Pango*, *ζ Batta*,

BUNONIS.

α (a) *Congi* regnum *verſus Ortum* habet regnum Abiſſinorum, ad *Septentrionem* Nigritas; ad *Occaſum* mare Æthiopicum; ad Meridiem eſt regnum Angola: in litore extenditur à promontorio *S. Catharinæ*, uſque ad promontorium, quod ad Terram Altam eſt, vulgò *C. Ledo* vocatum [*a*].

β (b) *Bamba* ad mare jacet inter Ambriſum & Choanzam fluvios. Ibi ſunt (c) *Lemba*, (d) *Damba* & (e) *Loanda*, ubi portus commodiſſimus. (f) *Soggi* regulus primus omnium horum Chriſtianam amplexus eſt fidem.

γ (g) *Songo* eſt ad (h) *Zaire* fluvium, qui & *Congo* dictus, ex *Zaire* lacu ortus; inter utraſque ripas plerumque latitudinem habet 5 milliarium German. ibi reperiuntur elephantes, ſimiæ, dracones, tigrides, pſittaci, ſtruthiones, *&c.*

δ (i) *Sunda* jacens à Songo verſus Ortum, metallorum dives eſt.

ε (k) *Pango* olim libera regio, nunc in Congiani Regis tutela eſt.

HEKELII.

[*a*] Abundat autem hæc regio mirificè *Herbis*, *Plantis*, *Frugibus* & *Animalibus innumeris*, ut ſunt, *Capræ*, *Cervi*, *Damæ*, *Capri*, *Cuniculi*, *Lepores*, *Feles*, qui Zibethum efficiunt, & *Struthii*. Iſthic etiam ſunt *Tigres*, *Crocodili*, *Bubali*, *Aſini Sylveſtres*, & *Elephanti*. Sed *Serpentes* quidam tantæ ſunt magnitudinis, ut Cervum vorent integrum.

REISKII.

1 (l) *Æthiopia* ex ſitu communi vel *Orientalis* & *Aſiatica*, vel *occidentalis* & *Africana* ſuperius habetur; Nunc alia ex ſitu proprio *interna ſive ſuperior*, quæ partes facit mediterraneas, *externaque ſive inferior*, nimirum oræ maritimæ vicina. Hæc Portugallis (m) *Caffaria & Coſta de Caffres* dicitur, ab recepto Caffrarum cognomine, quod incolis attribuunt. (n) *Congo* regnum inter finitima temperatiori climate, ventis, pluviis, multis amnibus, urbibus, opidiſque gaudet: Huic (o) *Angola*, (p) *Cacongo*, & (q) *Malemba*, ſuis regibus ſubjecta adjacent: Portugalli vero *urbem maritimam S. Pauli*, minorem inſulam *Laondam* ſuo Imperio, ſed *Moſſagamben* & *Cambanden* præſidio tuentur. (r) *Monomotapa* multos regulos Regi ſupremo ſubditos, quatuordecim Caffrarum ſeu indigenarum genera, & 1200 milliaria longo

(1) *Cœlum fat torridum foret niſi & ventis & pluvia temperaretur, quæ quotidie a menſe circiter Aprili ad Septembrem delabitur, cæteris menſibus anni abſque pluvia abeuntibus. Solum pingue eſt; armentis, pecore, avibus omnis generis, frugibus, fructibus, & herbis medicinalibus abundat. Incolæ atri, linteis Goſſipinis communiter amicti, & robuſtiſſimi. Nummi loco conchis & teſtis utuntur, artium & diſciplinarum ignari. Qui verſus mare degunt Chriſtiani ſunt, cæteri Idolatræ, furto & impudicitiæ maximè dediti.*

(a) Congi limites. (b) Bamba. (c) Lemba. (d) Damba. (e) Loanda. (f) Soggi. (g) Songo. (h) Zaire fl. (i) Sunda. (k) Pango. (l) Æthiopia duplex. (m) Caffaria. (n) Congo. (o) Angola. (p) Cacongo. (q) Malemba. (r) Monomotapa.

ζ *Batta*, & η *Pemba*. Regia eſt, *civitas S. Salvatoris*, quæ ante *Banza*.

MONOMOTAPA Regnum. (1)

III. ϑ *Monomotapa* vocabulum ſignificat *Imperatorem*; unde ipſi terræ, cui hic imperat, nomen inditum. Solum eſt fertile atque amœnum: amnes aurum, ſylvæ elephantos magnâ copiâ producunt: Clauditur regnum ab Ortu, Meridie, & Occaſu Oceano; à Septentrione regno *Congi*, Abiſſinorum Imperio, & regione *Zangibar*. *Longitudo* ejus eſt, inter duo maria Rubrum Æthiopicumque juxta Lunæ montes, mill. Germ. CCCC. *Latitudo* inter Nili fontes & ι promontorium Bonæ Spei milliar. CCC. Caput regni ac ſedes regum eſt *Monomotapa*, ad flumen S. Spiritus. Hinc verſus Septentrionem mill. circiter L. diſtat nobile ædificium κ amplum atque antiquum, quadratâ formâ ex ingentibus ſaxis conſtructum.

Monomotapa Regnum. Ejus limites & magnitudo.

(1) *Cœli temperati eſt, & ſolum profert paſcua optima, dives item orizæ, ſaccbari, eboris, auri; Incolæ atri, birſuto capillitio, bellicoſi, agiles, inquieti, rerum novarum cupidi, nudi fere incedunt. Pars magnæ olim religionem Pontificiam amplexa eſt, & Imperator ipſe baptizatus fuit, brevi autem interemptis Jeſuitis qui ipſis prædicabant ad Paganiſmum rediere. Potentiſſimus eſt illorum Princeps, complures enim Regulos ſtipendiarios in ſua ditione habet. Cuſtoditur fœminarum armatarum ſatellitio.*

ZANbongo complectitur excurſu: Sed urbem (a) *Zimbao* regiam, arcemque hujus munitam; portis quatuor multiſque conclavibus inſtructam. (b) *Zanguebar* duplex, alia verſus auſtrum quatuor provincias noſtro Cluverio numeratas, alia verſus boream *Ayan dicta* totidem regiones cum regnis *Braon*, *Magatoza*, Aden & Adel continet, in quibus vel Muhamedani, vel ethnici degunt. Portugalli vero *Mozanbiquen* firmiſſimo ſibi munimento & præſidio contra Belgicam, (A. 1666) oppugnationem adhuc conſtanter aſſerunt.

BUNONIS.

ζ (c) *Batta*, veterum *Agaſimba*, à Pango verſus Meridiem jacet.

η (d) *Pemba* ſita eſt à Batta verſus Occaſum Solis Brumalem. Cæterùm ad Dandam urbem inſula eſt (e) *Loanda*, ubi magna argenti copia: & aquæ, quæ creſcente Oceano dulceſcunt, & eodem decreſcente in ſalſuginem convertuntur. Conchis & cochleis, quæ ibidem reperiuntur, Congiani utuntur pecuniæ loco. Porrò ad regnum iſtud pertinet (f) *Anzicana* regio, cujus incolæ hoſtes ſuos devorant, eorumque, ſicut & mancipiorum, carnes in macellis publicè venduut. Eodem etiam pertinet (g) *Loanghi* regio, multos habens elephantes; cujus incolæ [b] circumciduntur. (h) *Angola* regnum [c] metallorum proventu dives, ſub Regis Congiani erat Imperio; verum ſui hodie perhibetur eſſe juris [d]: ejus incolæ magis delectantur carnibus caninis, quam bubulis. Hic mancipia empta in Braſiliam portantur, quorum operâ utuntur in parando ſaccharo. Metropolis ejus eſt *Cabatza*, ubi Aula Regis.

ϑ Ad *Monomotapæ* Imperium quoque pertinet regnum (i) *Butuæ* ſeu *Torræ* inter flumina *S. Spiritus* & *Cuamam* ſitum. Rex in Monomotapa Sebaſtiani Portugalliæ Regis tempore à *Conſalvo Silva* Jeſuita ad Chriſtianam perductus erat fidem; ſed paulo poſt defecit, doctoribus ſuis occiſis. Eidem ſubeſſe dicuntur (k) *Amazones*, quas ille (l) *Monemugo* vicino hoſti opponit.

ι (m) *Bonæ Spei promontorium Vaſcus de Gama Portugallenſis* [e] primus circumnavigavit anno C. 1498, & Calecutum uſque pervenit; adeoque iter hoc ad Philippinas & Moluccas inſulas patefecit [f]. Ad promontorium hoc portum nuper communiſſe traduntur Belgæ. In Oceano haud procul à promontorio *Bonæ Spei*, uſque ad Inſulas *de Cunba* fluitantes conſpiciuntur multi arundinacei frutices inſigni craſſitie, quibus marinus fucus implicatus eſt, vel herba *Sargaſſo*. Nautæ vocant *Trombas*, vocabulo Luſitano, & pro certo ſigno habent, ſi ibi verſantes conſpiciant, quod vel vicini ſint promontorio *Bonæ Spei*, vel illud jam ſuperaverint, quum in Indiam iter inſtituitur. *Varen. Geog. Gen. lib. 1. c. 13. prop. 16.* Eſt verò hoc promontorium navigantibus periculoſum ob nubeculas horrendarum tempeſtatum feraces, *ad Terram de Natal*, & *Caput Bonæ Spei*, ex *Ollo de Boy* ortas. Luſitanis verò frequentiora his in locis contingunt naufragia. Unde, anno 1589, Luſitanus quidam Navarchus, cum ad terram de Natal, & promontorium Bonæ Spei tempeſtatibus jactaretur, mirari ſe dixit, cur Deus Luſitanos, qui tamen eſſent Catholici & boni Chriſtiani, ſemper ita torqueat ad Caput Bonæ Spei; quum tamen Angli, hæretici, & impii homines, id facilè ſuperent. A. 1651, Hollandi hic exſtruxerunt caſtellum loco commodo & fœcundo; eoque colonias deduxerunt, ut aliquando magna ibidem videatur urbs futura.

κ Ædificium iſtud in regno Butuæ eſt, ac (n) *Zimbaos* vocatur.

HEKELII.

[b] *Ebræorum* more.

[c] Populo numeroſiſſimum eſt.

[d] Tenuit olim commercium cum *Portugallenſibus*; ſed poſteà Bellum ſæpe inter ipſos ſecutum eſt.

[e] Tempore JOANNIS Portugalliæ Regis.

[f] Supra hoc promontorium jacet planities miræ amœnitatis in Montis vertice, quæ *Tabula Capitis* vocatur. Namque perpetuò abſque humano auxilio vireſcit ac floreſcit.

(a) Zimbao. (b) Zanguebar. (c) Batta ſeu Agaſimba. (d) Pemba. (e) Loanda inſ. (f) Anzicana. (g) Loanghi. (h) Angola. (i) Butuæ ſeu Torræ Regnum. (k) Amazones. (l) Monomugus. (m) Bonæ Spei prom. (n) Zimbaos.

ZANGIBAR (1) & AIAN.

Zangibar.

IV. Monomotapæ, qua Rubro Mari perfunditur, continuatur λ *Zangibar* regio; cujus partes, μ *Cafares* populi, Monomotapæ proximi, & regna ν *Mozambike*, ξ *Kiloa*, ο *Mombaza* ac π *Melinde*, ab urbibus ſingulis denominata; quarum *Mozambike*, in inſula condita, celeberrimum eſt Europæis mercatoribus emporium. Sequitur verſus Septentrionem juxta litus maris Rubri ρ *Ajan* regio, cujus partes duo regna σ *Del* & τ *Adea*, υ *Magaduzzo*.

INSULÆ *ad Africam.*

Inſulæ ad Africam pertinentes. Menuthias. Cerne ſeu Madagaſcar inſ.

V. *Inſularum ad Africam* terram maxima eſt in Rubro Mari *Menuthias*, *Cerne* Plinio dicta, nunc vulgo inſula φ *Divi Laurentii*, & incolis *Madagaſcar*

BUNONIS.

(1) *In 8 partes dividitur; in Ora Abexia cœtum habet zorridum & parum ſalubre. Solum aquarum indigum & arenoſum, & Incolæ ſunt Mahumedani. In Ora Ajana fructus habent diverſi generis, item paſcuorum, pecoris, mellis, ceræ, eboris, elephantum. Aurum etiam ibi reperitur. Incolæ partim nigri, partim albi. In Zanguebaria Propria Aer inſalubris, ſolum humile & paludoſum; Oves habent pinguiſſimas, quarum caudæ ſuper fidem ponderoſæ ſunt; habent etiam Elephantes quamplurimos, ebur, Aurum & Argentum.*

λ (a) *Zangibar* [g], *Zanzibar* ſeu *Zanſibar* nomen & appellationem habet ab Inſula, quæ inter Pempam & Monſiam inſulas littoribus ejus objacet; incolitur ab Æthiopibus Mahumedanis. Portugallenſes tamen nonnulla hic tenent loca [b].

μ (b) *Cafares* ita dicti ſunt; quod ſine legibus vivant [i]. His vicinum eſt regnum (c) *Zefala*, inter regna Butuæ & Mozambique, ſeu inter *Cuamam* & *S. Georgii* fluvios ſitum, nullas habent urbes munitas. Ann. 1500, Portugallenſes Cefalam in inſula ſitam interceptam munierunt. Aurum & Ebur illi hic mercantur.

ν (d) *Mozambique* regno Cefalæ verſus Septentrionem objacet, à vicina inſula obtinuit nomen.

ξ (e) *Kiloa* ſeu *Quiloa* huic iterum verſus Septentrionem jacet. Ejus Rex Portugalliæ Regi tributum pendit annuum. Ipſa urbs *Quiloa* [k] in inſula ad *Quiloam* fl. [l] condita eſt, quam *Franciſcus Almaida* Portugalliæ Regis vicarius anno 1509 occupavit.

ο (f) *Mombaza* regnum & urbs in inſula eſt, quæ ambitu ſuo vix XII milliaria continet. Rex ejus Chriſtianorum infenſiſſimus hoſtis eſt. *Franciſcus Dalmaidus* urbem iſtam cepit ac incendit A. C. 1505, ac poſteà portum caſtello muniit.

π (g) *Melinde* porro verſus Septentrionem jacet, ad *Quilmancis* fluvium, qui ad Magadoxum fluit, ſe extendens. Ibi reperiuntur oves, quarum caudæ adeo pingues, ut perſæpe 30 & plura contineant pondo [m].

ρ Omnis ille terrarum tractus, qui à regno Melinde verſus Ortum Solis æſtivum ad ſinum Arabicum uſque porrigitur, (h) *Ajan* dictus, ab Æthiopibus incolitur.

σ (i) *Del* ſeu *Adel* ad ſinum Arabicum pertingit, cujus Rex perpetuo bellum gerit cum Abiſſinis. Ejus urbs (k) *Zeila* [n] ad ſinus Arabici oſtium emporium celebre eſt ab Indis quoque frequentatum.

τ (l) *Adea* Regnum Regno Melinde finitimum ab Æthiopibus incolitur, qui Abiſſinorum Regi tributum pendunt.

υ (m) *Magadoxo* ſeu *Magadazzo* regnum qui tenet Rex, ſedem habet regiam in *Magadoxo* [o] munita urbe.

φ Inſula illa Ptolemæo (n) *Menuthiæ* dicta, à Portugallenſibus *Inſula D. Laurentii* appellata; quod ejus feria detecta eſſet A. C. 1506. Eſt verò Angliâ & Scotiâ major, majorq; Italiâ. Domicilia incolarum palis ſuffulta ad quinque pedes humo elevata ſunt, ſerpentum aliorumque venenatorum animalculorum causâ, quorum ibi magna multitudo. Ad litora hujus inſulæ Oceanus ejicit corallia rubra & alba; quæ tanquam frutices ſub mari creſcunt: Et licet mollia ſint in quibuſdam locis; in freto iſto tamen, quod eſt inter hanc inſulam Africamque, ſunt ſcopuli corallini aquis tecti, navigantibus periculoſiſſimi, quos *Baixas* appellant. Anno 1585, *Ferdinandus de Mendoza* hic in ejuſmodi ſcopulo naufragium fecit. Magnis quoque periculis poſteà defuncti ſunt Belgæ ad *Baixas de S. Petro*, quibus in locis cum ingentibus cancris ipſis depugnandum fuit. Quare iſtuc non ſolent navigare, qui in Indiam tendunt.

HEKELII.

[g] *Zanguebar.*

[b] Hic totus Terræ tractus humilis eſt ac paludoſus; porrò Nemoribus ac Saltubus occupatus, Fluviiſque repletiſſimus. Unde aërem ſemper peſtilentem habet. Incolæ nigri ſunt, Capillis criſpis, Idololatriæ dediti, & ad Veneficia & Auguria admodum propenſi. Nudi in ſuperiore parte ſunt, ſed inferiorem pannis diverſi coloris & Belluarum pellibus tegunt.

[i] Cæterum ſunt inimici crudeles omnium Nationum, & Veneficiis ac Auguriis plurimùm navant operam.

[k] Magnificis & ſumtuoſis Domibus *Arabum* more ornata.

[l] Quem alii *Coazum*, alii *Tabiva* vocant.

[m] Hæc Urbs valdè amœna eſt, ac omnium rerum, quæ ad victum pertinent, perquam fertilis.

[n] Cujus Ager *Mel*, *Ceram*, atque maximam *Olei* quantitatem, quam non ex *Olivis*, ſed ex *Zerzelino* colligunt, ſatis copioſè mittit.

[o] Forti, pulchrâ, ac opulentâ.

BUNO-

(a) Zangibar. (b) Cafares. (c) Zefala. (d) Mozambique. (e) Kiloa ſeu Quiloa. (f) Mombaza. (g) Melinde. (h) Ajan. (i) Del ſeu Adel. (k) Zeila. (l) Adea. (m) Magadoxo. (n) Menuthias ſeu D. Laurentii inſ.

gaſcar 2 (1), id eſt, *Lunæ* inſula, felici aromatum proventu dives, longitudine mill. German. CCL. lat. LXXX occupans. At in Atlantico Oceano contra Heſperium promontorium, quod nunc eſt *Capo Verde*, ☍ *Heſperides* ſunt inſulæ duæ; ultraque *Gorgades*, Gorgonum quondam domus: nunc in univerſum *Iſlas de C. Verde* Hiſpanis dicuntur, hoc eſt inſulæ promontorii Viridis. Contra Mauritaniam ſunt ☩ *Fortunatæ*, VII numero, quarum una *Canaria* vocitata, à multitudine canum ingentis magnitudinis, ut auctor eſt Plinius. Unde univerſæ Fortunatæ, nunc *Canariæ* dicuntur, Hiſpaniarum Regi ſubjectæ. Ultra verſus Septentrionem eſt *Cerne*, nunc ☌ *Madera* dicta. *Atque hæc eſt totius Africæ brevis deſcriptio.* Madera inſ. olim Cerne.

CAP.

BUNONIS.

☍ Inſulæ ad promontorium Viride præcipuæ numerantur X. *Braba* ſeu Brania, *de Fogo*, *de S. Jacobo*, ſeu Tiago, *de Majo*, *de bona Viſta*, *de Sal*, *de S. Nicola*, *de S. Lucia*, *de S. Vincent*, *de S. Antonio*; ex quibus maxima inſula (a) *S. Jacobi* ſeptem milliarium Germ. continet longitudinem. Magna ibi eſt Salis copia, unde quoque *Inſula Sális* vocatur, habetque dulces aquas: ibidemque ſunt teſtudines ingentis magnitudinis. Portugallenſes urbem ibi condiderunt, quæ illis (b) *Ribiera grande* vocatur.

☩ Nomina harum inſularum quibus vulgò appellantur, ſunt, *Ferro*, *Gomera*, *Tenariffa*, *Gran Canaria*, *Forteventura*, *Lanzarotta*, *de la Palma*. Anno 1334, Ludovicus Cerda inſolenti ambitione propter ſucceſſus aliquandiu proſperos (c) *Fortunæ Princeps* dictus, auſpiciis Petri Arragonum Regis inſulas haſce infeliciter tentavit. Deinde Biſcajenſes & Hiſpalenſes A. C. 1393, Henrico III, Caſtiliæ Rege, eas propius aperuerunt: qui ex Lanzarotta inſula Regem & Reginam cum 170 Barbaris captivos in Hiſpaniam duxerunt. A. C. 1405 Caſtiliæ Regis auſpiciis claſſis in inſulas illas miſſa eſt. Inventi ſunt in iis Barbari ſpurcis moribus; quibus ignis uſus ignotus. *Lanzarotta*, *Forteventura*, *Gomera* & *Ferro* tum ſunt occupatæ. Demum Ferdidandus II, Arragoniæ & Caſtiliæ Rex, à Didaco Herrera, qui tenebat inſulas haſce, XV millibus Ducatorum redemit: qui tamen Gomeram & Ferram ſibi retinuit Comitatus titulo. Ferdinandus ille deinde reliquas etiam inſulas ſubegit. Omnium acerrimè *Canaria* reſtitit, quæ tandem tamen ſubacta eſt. Ex quibus *Lanzarotta*, *Ferro* & *Gomera*, ſuis gubernantur dominis; at reliquæ quatuor ſub Hiſpanorum ſunt Imperio. In *Tenariffa* eſt mons præaltus, *Pico* vulgò dictus, cujus cacumina ad ſpatium XX milliarium German. cœlo ſereno apparent navigantibus. In (d) Palma inſula aquæ non ſunt; arbor tamen cœleſti rore & perpetuis nebulis irrigua & ſtillans tantum ſuppeditat aquæ, quantum hominibus & pecoribus ſufficit. Ab hac inſula Ptolemæus longitudines locorum numerat; at alii à *Tenariffa* ejuſque monte *Pico* maluerunt ſtatuere principium: Alii verò ad *Aſſores* ſeu *Flandricas inſulas* progreſſi, in inſulis *Corvo* & *Flores* numerandi fecerunt initium.

☌ (e) *Madera* à multitudine arborum nomen habet. Porrò in Oceano Æthiopico ſub Æquatore eſt inſula (f) *D. Thomæ* litori Africæ Occidentali oppoſita, ita dicta, quod ipſa feſto D. Thomæ à Portugallenſibus reperta; ferè rotunda eſt, ejuſque diameter 30 milliarium. Portugallenſes in ea condiderunt urbem (g) *Pavoſam*. Eſt verò aër iſtius inſulæ inſalubris, morbuſque in ea vulgaris, qui in corporibus humanis omnem pinguedinem liquefactam in unum locum congerit. Indigenæ ad centeſimum ferè annum plerique vivunt; at exteri & peregrini, ultra quinquageſimum annum non progrediuntur. Sacchari, ſed non melioris, hic erat uber proventus; qui hodiè deſiit, quòd vermes arundinum radices exedunt. Ab hac inſula verſus Septentrionem jacens (h) *Principis inſula*, ſacchari proventu celebris, nomen ex eo obtinuit, quod, ubi inventa, reditus ex ea Principi Portugalliæ aſſignati ſunt. (i) *Inſula S. Helenæ* ab Æquatore verſus Auſtrum ad 16 ½ grad. Lat. ſita incolis deſtituta, fructibus & animalibus abundat, ideoque in Indiam navigantibus, ſeu inde redeuntibus gratiſſima. Angli ante paucos annos in ea caſtellum exſtruxerunt. (k) *Zanzibar* inſula, litori Africæ Orientali è regione Mozambique objacens, à Portugallenſibus tenetur: Gallinæ ejus inſulæ non ſolum nigras habent pennas; Verùm ipſarum quoque caro, ſanguis, adeoque ipſa oſſa perhibentur nigra eſſe. Inter Americam & Hiſpaniam interjacent (l) *Aſſores*, *Azores* ſeu *Acores* inſulæ novem, quæ *Flandricæ* dictæ ſunt ab inventore Flandro; quarum nomina *S. Maria*, *Formigæ*, *S. Michael*, *Tercera*, *del Pico*, ubi mons præaltus, *Fayal*, (m) *Georgio*, *Gratioſa*, *de Flores*, *Corvo*. Ex his præcipua *Tercera*, in qua (n) *Angra* urbs, & caſtellum *Punta di Braſil*.

REISKII.

2 (o) *Madagaſcar* incolis Madecaſe, Luſitanis Inſula S. Laurentii, Gallis *Delphinia*, *l' Iſle Dauphine* dicta, una inter inſulas majores, nunc Gallicis coloniis frequens, & caſtello Delphinio firmata. Heic *Dynaſtæ aut Reguli*, *quos Robandrios* vocant, rerum potiuntur: Sed Luſitani huc navibus provecti portum Ancedi Challion, Angli ſinum S. Auguſtini, & Belgæ ſinum Antogilenſem ſubeunt. Majori huic, ex minoribus per Oceanum diſperſis ad boream propiores adjacent (p) *Inſulæ de Cumoro quinque*; *S. Johannis de Caſtro*, *Spirito*, *S. Chriſtophoro*, *S. Angueria* & *Magotto*. Aſt (q) *Melindæ* regioni propius priſca illa inſula Menuthia, ſi Voſſio ad Pompon. credas. Hinc mari rubro vicinior inſula (r) *Barbora*, quæ Zeilam urbem muris ædibuſque ſaxeis conſpicuam fovet: Sed orienti propior (s) *Inſ. Mauritii* ligno ebeno dives, & Belgico fortalitio munita; Sed comminuto hujus ligni

(1) *Jacet intra grad.* 11 & 26. *lat. merid.* & *grad.* 72. & 81 *long.* *Aer Europæis parum ſalubris*; *gignit orizam*, *goſſipium*, *ſaccharum*, *crocum*, *zinziber*, *cariophylla*, *mala aurea*, *citrea*, *limonia*, *melones*, *legumina varia*, *mel*, *ceram*, *lignum Brazilienſe*, *ebenum*, *ſantalum albi*, *flavi* & *rubri coloris*, *metalla optimæ notæ*; *fontibus fluminibusque paſſim irrigatur*. *Permultos nutrit Elephantes*, *Camelos*, *Cervos*, *Damas*, *Boves*, *Oves*, *Leones*, & *Leopardos*. *Incolæ fere atri ſunt*, & *forma elegantiores quam Æthiopes*. *In* 5 *aut* 6 *regna diſtribuitur Inſula*.

(a) Inſ. S. Jacobi. (b) Ribiera grande, urbs. (c) Fortunatæ ſeu Canariæ inſ. (d) Palma inſ. (e) Madera inſ. (f) D. Thomæ inſ. (g) Pavoſa urbs. (h) Principis inſ. (i) Inſ. S. Helenæ. (k) Zanzibar. (l) Aſſores, ſeu Flandricæ inſ. (m) S. Georgii inſ. (n) Angra. (o) Madagaſcar. (p) Inſ. de Cumoro. (q) Melinda. (r) Barbora. (s) Inſ. Mauritii.

ligni pretio, tota insula neglecta jacet: Denique (a) *Zocotora* proventu aloës clara. Guineæ propiores numerantur *Inf. de Ferdinando Poo, del Principe d' Annobon, & S. Thomæ*, ubi castellum Pavosa Belgæ præsidio suo munitum possident: *Insulæ Flandricæ* A. —— à Flandris mercatoribus detectæ; (b) Azores ab Milvis, Terceras ab una eaque primaria dicuntur: Hæc Angram urbem Gubernatoris Portugallici & Archiepiscopi sede insignem, castelloque munitam continet; quo Alfonsus, Rex Portugalliæ depositus A. 1668, exul ire jubebatur ibique vitam finiit. (c) *Insulæ S. Helenæ, & inf. Ascensionis* ex Pacto Europæorum vacuæ, nautis Indicis refugium commune præbent; Sed prior ab Anglis A. 1672, mox Belgis, iterum Anglis occupata, & fortalitio munita, communi usui subtrahitur. (d) *Insulæ Salomonis* in mari pacifico sitæ, proximas habent (e) *Latronum* insulas, sive *de las Velas*, in quarum una Magellanus occubuit.

(a) Zocotora. (b) Azores. (c) Inf. S. Helenæ & Ascensionis. (d) Inf. Salomonis. (e) Latronum.

CAP. XI.

Summa Americæ Descriptio.

I.

PErlustrato veteri terrarum Orbe, quæ prima erat continens, cupido nunc est atque cura, in Occidentem, converso navis cursu, novas petere terras, Novumque Orbem, superioribus sæculis planè ignotum, cognoscere. Itaque ex Africa ab Nigri ostiis versus Occidentem brumalem mill. Germ. CCCXXX profectis nova conspicitur terra, priori continenti magnitudine, si non anteferenda, certè æquiparanda. Eadem, si non continentes, sed utriusque insulas respicias, Europæ quam Africæ propior, mill. CC navigatione inter Hyberniam & Canadam intercedente (1).

America veteribus cognita Europæis.

II. Jam *inde antiquissimis temporibus cognitam fuisse Europæis*, ex Platone simul atque Diodoro Siculo probari potest. Apud *Platonem in Timæo* sacerdotes Ægyptii narrant Soloni Athenienſi, qui IↃC circiter annis ante natum Jesum vixit, Insulam fuisse quondam contra fretum Herculeum Africâ simul & Asiâ majorem, nomine *Atlantidem*: Postmodum verò immani terræ motu, ingentiq; unius diei ac noctis illuvione, sub vasto gurgite mersam fuisse, ac inde mare, quod eam insulam ac fretum Gaditanum interjacebat, immeabile & inscrutabile redditum, limo paulatim impediente, quem insula subsidens præbuisset. Et *Diod. lib.* v. tradit, Phœnices vetustissimis inde temporibus, quum extra Columnas Herculis Africæ litora legerent, ingentibus ventorum procellis, ad longinquos in Oceano tractus fuisse abreptos; ac per multos dies vi tempestatis jactatos, tandem ad insulam perveniſſe ingentis magnitudinis, in alto Oceani pelago contra Africam Occasum versus jacentem; cujus solum amœnum ac frugi-

Atlantis Insula ingens.

(1) *De Americanorum Origine varie inter Authores disceptatur.*

Sunt qui originem ducunt a dispersione Babylonica, & aiunt Incolas Diluvium & Gigantum Memoriam, ante Europæorum appulsum, non ignorasse. Lerius *opinatur illos esse Chananæorum Reliquias a Josbua expulsas; alii autem malunt* 10 *Tribus ab Assyriis primum abductas hic post varias migrationes sedem fixisse; quidam genus referunt ad Phœnices aut Carthaginenses, rei nauticæ peritissimos, quos constat extra Herculis columnas per Oceanum navigasse; statuunt alii, Tartaros primos in hasce oras appulisse, quia Tartaria antiqui Orbis est regio, Americæ proxima. Potior autem videtur sententia doctissimi* Luytii, *qui non credit tantam regionem suos Incolas moribus, institutis, lingua valde diversos simul & semel, atque ex eadem regione & modo eodem accepisse, & temeritatis esse arbitratur velle determinare tempus, aut rationem adventus, aut regiones Americæ quas hi aut illi populi occuparunt. Quidni tamen dicere liceat Noahæ posteros qui veterem Orbem penetrarunt, etiam ad Americam pervenisse, seu per Septentrionem, seu rectiori itinere, novo Orbe, tunc forte minus quam hodie secreto a veteri. Edocet enim Experientia nec Insularum nec Continentis faciem, eandem semper manere. Et si mari tantum ad Americam Iter patuerit, quidni a Noemo, Arcæ conditore, discere potuerint nepotes Artem naves fabricandi & dirigendi? Neque* Luytio *improbabile videtur subsequentibus seculis, Scythas, Tartaros, Sinenses, aliosque Indiæ populos in Americam transiisse, nam ex navigationibus constat partem ejus quæ Asiam respicit, tempore primi appulsus Europæorum non minus populosam fuisse, quam oppositam, quæ Africæ & Europæ obvertitur. Nec minus probabile, Phœnices Carthaginenses quibus & ventus generalis ex Ortu in Occasum perpetuo fluens, fortassis favere potuit; item Norvegos, Groenlandos, aliosque delatos eo fuisse, aliis aliisque temporibus seu mari, seu terra, seu casu, seu consilio; contingere enim cuique potest, quod cuiquam potest.*


AMERICA
IAPAN
Yeso
Aguita
Prob. Frid.
C. Patientia
Compt. Land
Anian
Anian Regnum
Freta Anian
AMERICA SEPTENTRIONALIS
Terra de Labrador Canadensis
Terra Nova
Nova Fra
C. Breton
C. de Sable
N. Plimouth
Bermudes
OCEANUS ATLANTICUS
Azores I.
Terceira
Graciosa
S. Georg
Flores
Insul Flandricæ
C. Fortuna
C. de Pinas
C. S. Martin
C. de Galera
Punta de la Canoa
Nova Albion
Nova Granada
Nova Mexico
Florida
Virginia
Mexicanus Sinus
Hispaniola
Antillas alias Cannibanæ
Mar del Zur
Islas de las Velas id est Insulæ Velorum
Ladrones
Furum Insulæ
Los Monges
Baixos de S. Bartholome
I. de S. Petro
I. de Don
Monte
I. de los Saltadores
Terra Firma
Caribana
Guiana
C. Nassau
C. de Orange
C. de S. Thomas
Amazonum Regio
Brasilia
Peru
Lago de los Xarayes
Xamocas
Moxos
Parsquaria
Chicas
Tucuman
Chaco
Juries
Chica
Rio de la Plata (ie) Argenteus fl.
Freum Magellanicum
Terra del Fuego
Mare Pacificum
Hoogh Land
S. Johns I.
Staten Hoek
Nova Britannia
Nova Albion
Nova Zeelandia
Ins. Solomonis
Ins. de los Tubyanes
Sonder Sonder
Londen I.
Waterland
Moscorum I.
Rotterdam
Amsterdam
Middelburg
Arsacida I.
Bonne Esperance
Verraders I.
I. de S. Peter
Ins. Regum
Cap. Marie
Cap. Primero
Port Famel
Mortier Bay
Cloppenbergs
Tasmans Land
Tasmans Bay
Tasmans Cape
Tasmans Isles
Tasmans Rocks
Tasmans Sea

frugiferum, & amnibus navigabilibus irriguum, ſumtuoſiſque ædificiis inſtructum. Hæc ſanè inſula ex ſitu ac magnitudine nulla alia eſſe poteſt, quàm quæ nunc vulgò dicitur *America*: nec facile de ea neque *Ægyptii Sacerdotes*, neque *Solon*, *qui librum de ea conſcripſit*, teſte Strabone *lib.* 1. neque *Diodorus*, hæc confingere ſive ſomniare potuerunt; quæ revera ita eſſe nunc ſatis compertum habemus. *Auctor* autem *libelli de Mundo*, qui ab aliis Ariſtoteli, ab aliis Theophraſto adſcribitur, verſio verò ejus Latina Apulejo, alias, præter hanc noſtram, quam Europæ, Africæ & Aſiæ nominibus diſtinximus, tradit eſſe inſulas magnas; antiquiſſimi illi mortales haud dubiè intellexêre Americam & Magellanicam. Carthaginienſes aditu illius inſulæ cæteros Europæos prohibuiſſe, ibidem tradit Diodorus. Quando & qua de cauſa Pœni eam navigationem intermiſerint, ita ut jam inde à Romanorum imperio ad ſuperius uſque ævum nihil de iis terris auditum vel annotatum ſit, plane incertum eſt. 1

III. Dicta nunc eſt tota hæc Continens *America* [a], ab *Americo Veſputio Florentino*, qui Emanuëlis Portugalliæ Regis auſpiciis a Gadibus Anno CIↃCCCCXCVII profectus, primus ex Europæis (quantum memoria proditum) eam ingreſſus eſt. Quanquam hoc prior *Chriſtophorus Columbus Genuenſis* An. CIↃCCCCXCII inſulas Americæ *Hiſpaniolam*, *Cubam* & *Jamaïcam* adierit. Poſt hos frequentes in eam navigarunt Hiſpani, Galli, Angli; quorum alii aliis inibi regionibus detectis, nomina ſuâ quique linguę impoſuerunt. Mediterraneorum America unde dicta.

HEKELII.

[a] Hujus extremæ Terræ Partis Deſcriptionem ſub NOVI ORBIS, ſeu INDIÆ OCCIDENTALIS nomine imprimi curavit *Michael Colinius*, Amſtelodami anno 1622, in fol. reg. & quidem autore *Antonio* de *Herrera*, Regiô *Indiarum* & *Caſtellæ* Hiſtoriographô; *Caſpare* autem *Barlæo* Metaphraſte ſat felici. Nota quoque eſt *Hugonis Grotii* Diſſertatio de *Origine* GENTIUM AMERICANAR. in 8. f. ibid. exc. ut & *Urbani Calvetonis* NOVÆ NOVI ORBIS HISTORIÆ, *Genevæ* anno 16—— in 8. edit.

REISKII.

1 (a) Recte Cluverius nolter *novum hunc orbem, ſuperioribus ſeculis plane ignotum*, aggreditur, eumque orbi veteri, aut dudum inter antiquos cognito, bene opponit: Aſt dememinit ſui, aut à prima ſententia receſſit, dum *Americam inde ab antiquiſſimis temporibus inter Europæos cognitam* arbitratur. Quod ſi enim ulla hujus terræ notitia ex ævo antiquiſſimo ad Europæos pervenerit, cur Phœnicii, Græci, Romani, & Arabici Scriptores illam nec Geographicis libris, nec certis gradibus deſiniiſſent? Atqui non amplius, ubi maxime, orbis cogniti latitudinem, *quam ad gradus meridiani circiter LXXX, longitudinem quam ad gradus æquatoris CLXXX* Strabo, Ptolemæus & Plinius extenderunt: Cum tamen hodierna noſtri orbis latitudo ad gradum CXLI, longitudo ad gradum CCCLX, imò ulterius progrediatur. Quid? quod veteres *majorem orbis longitudinem* ipſi deſcripſerint, quàm revera fuit: Quippe qui nihil Europæ Aſiæque ultra Sarmatiam, nihil Africæ ultra Æquatorem, nihil Indiæ Seres extra Sinaſque, nihil extra Fortunatas inſulas, & Africana littora compertum habuerunt. Quid? quod *pyxide nautica deſtituti Oceanum Atlanticum* nec tentare nec ſuperare potuerint: Idque ſuprà Lib. I. c. 13. planum fecimus, argumentis contrariis examinatis. Ergo quantum ad (b) *Platonicam Atlantida* ſpectat, illa immani terræ motu & aquis marinis obruta jacet: Cum America ſuperſtet integra, nec ullis terræ motibus aut aquoſis eluvionibus oppreſſa fuerit. Kircherus verò Mundi Subterr. Lib. II. c. 13. Atlantidem inter Azores atque Canarias extitiſſe, haſque inſulas minores ex ejus reliquiis ſuperſtites conjectat: Huic conjecturæ veriſimilitudinem ex nova inducit inſula, quæ A. 1638 prope Azores aquis marinis emerſiſſe copioſius ibidem memoratur & legitur. Non dico eſſe Geographos doctiſſimos, qui Atlantida cum Varenio Luſitano commentitiam, aut è fabulis prognatam cenſeant. (c) Diodorus autem Siculus quæ Lib. V. Biblioth. de Phœnicio ultra columnas Herculis excurſu, & *magna inſula reperta tradit*, hæc ad aliam quamcunque Africano littori vicinam commodius referri queunt. Nautica enim Phœnicum veterumque gentium migratio littoribus inhæſit; quod peripli fere ſinguli teſtantur. Nec Diodorus cuncta, quæ retulit, *haberi ea vult pro uſquequaque veris, ſed ſatius putat, quomodocunque res priſcas noſſe, quam eas penitus ignorare*: Ita Voſſius Lib. II. de Hiſtor. Græcis, c. II. rectè judicat. (d) *Auctor itaque libelli de Mundo*, qui nec Ariſtoteles, nec Theophraſtus, nec alius è Peripato fuit, probationem cauſæ huic exiguam addet. De tribus enim orbis partibus, & *inſulis præter eas magnis etiam multiſque, non de ſingulari aliqua terra continente*, qualem Americam cognovimus, & ampla ſatis & magna loquitur. *Interim Phœnices orbem circumnavigaſſe, non conſtat*: *Tantum Oceani littora pleraque per partes explorarunt*: Ita graviſſimè Bochartus Lib. I. Chan. c. 37. ubi de nautica Eudoxi,

(a) Novus orbis olim ignotus, an cognitus priſcis? (b) Atlantis Platonica. (c) Inſula Diodori Sic. (d) Auctoris libelli de mundo Inſ.

terraneorum cognitio parum certa eſt; maxime quæ verſus Septentrionem. Maritimæ autem oræ Hiſpanorum armis maxima ex parte ſubactæ. 2

Occidentalis India.

IV. At eadem terra nonnullis *India Occidentalis* nuncupatur, quia eodem tempore, quo India Orientalis in Aſia, hæc etiam detecta fuit; tum quod utriuſque incolis ſimilis ac pene eadem vivendi ratio: nudi quippe utrique agunt. Includitur magno undique Oceano; ab *Ortu* Atlantico, qui vulgò *Mar del Nort* dicitur; à *Meridie* Magellanico freto, quo ab Auſtrali terra diſpeſcitur; ab *Occaſu* Pacifico mari, vulgò *Mar del Zur*. A *Septentrione* equidem litus Europæi nondum cognitum habent, at Concreto perfundi pelago neceſſe eſt; cum ab altera poli parte Aſia atque Europa, primæ continentis, ſive primæ magnæ inſulæ partes, ei objaceant; quæ & ipſæ eodem mari alluuntur. Longitudo ejus ſumma inter duo freta, *Anian* & Magellanicum, milliar. Germ. CIↃCIↃCCCC. Latitudo α maxima inter promontorium vulgò *C. de Fortuna* juxta fretum *Anian*; & promontorium vulgò *C. de Bertan*, in Nova Francia, mill. CIↃCCC. Dividitur univerſa in *Septentrionalem*, quæ & Mexicana, & *Meridionalem*, quæ & Peruviana; exiguo Iſthmo alteram ab altera diſcernente (1) 3.

Americæ fines.

Magnitudo.

Diviſio.

CAP.

(1) *Diffundit ſe a grad. circiter 240, ad grad. 349 long. neque minor eſt ejus latitudo, nam quando a freto tantum Hudſonis initium ducimus, extendit ſe a grad. circiter 63 lat. bor. uſque ad 54 merid. In tractu tamen intermedio, & Auſtrum verſus, plus ſatis anguſta eſt. Figura ejus clepſammidium non male exprimit. Pars minor Americæ, Zonæ temperatæ meridionali ſubjacet; pars ampliſſima Zonæ torridæ & temperatæ Septentrionali. Pars incognita Circulum Arcticum longe ſupergreditur, quare calor & frigus in diverſis partibus diffuſiſſimæ hujus regionis non poſſunt non eſſe diverſiſſima.*

Eudoxi, Hannonis, Hamilconis, & Pœnorum omnium excurſione differit.

BUNONIS.

α Tanta Latitudo Americæ iſtis locis in tabulis Geographicis poſterioribus non apparet, nec ſatis explorata eſt.

REISKII.

2 (a) Hæc orbis novi detecti Gloria Columbo & Veſputio rectè vindicatur, eò quod primi hanc *notitiam cum Europæis communem fecerint*, & in uſus traduxerint publicos. Angli quidem ab *Madoceo, filio Gaynech* anno 1170, colonias in Floridam Canadamque ductas in Append. Itinerar. Herberti memorant: Joſephus etiam Acoſta Navarrenum hominem *Alphonſum Sambez de Huelva* & *Aldretem* Hiſpanum & *Gareilam Vegam* laudat, qui has terras primi luſtrarint, & Columbo tum in Madera inſula verſanti aperuerint: Columbus Genuenſis tamen luſtratas denique publicavit, & inventor ipſe petiit; ſed Amer. Veſputius Florentinus terræ continenti ampliſſimæ inventæ nomen addidit. (b) Nam *India Occidentalis oppoſita Orientali* improprie ἐν ἀντίῤῥησει dicitur, utut à Columbo ita dictam Jo. de Laët in Deſcript. Indiæ Occident. velit. Latitudo hujus à terra del Fuego & Freto Magellanico ad polum Arcticum producta, terminis finitur dubiis; nec longitudo inter Capo blanco & Capo S. Auguſtini certis gradibus aut milliaribus continetur. Immò *utraque America eſt paulo anguſtior* & latitudinis, quam vulgò exiſtimant, minoris: Neque *novam Albionem, neque regnum vel Anian vel Quivira cum freto Anian* nemo fuit aut ſuperiore aut noſtro ſeculo, qui vel adiiſſe, vel eminus conſpexiſſe talia ſeſe affirmet.

3 (c) Ordo ad ſtatum Americæ Politicum nos vocat: Sed nulla hèic imperia, regna plura, eademque aut majora videbimus aut minora; Reſpublicas vero liberas olim & adhuc hodieque nullas. (d) Americani quidem veteres *aut monarchicum regiumque, aut multis regulis & principibus commune* regimen tenuiſſe leguntur: illud in regnis maximè duobus florentiſſimis, Peru atque Mexico; Hoc in cæteris regionibus potiſſimum inſuliſque. (e) Hodierni tamen quotquot in orbe novo ſuperſunt incolæ, illi Europæis regibus ut plurimum aut Rebuspublicis ſubſunt, præter barbaros agreſteſque homines in terris aut incognitis aut incultis, Chilenſem quoque Chicanamque, montanam provinciam, quæ ſui juris utraque manet. Rex (f) Hiſpaniæ vaſto imperio cultiſſimas terras, ampliſſima regna eademque multa, & plures inſulas coërcet; Immò ſingulari jure, facta ſcilicet Romani Pontificis anno 1493, inter Caſtilianos & Portugallicos reges diviſione ac donatione nititur. *Sed nationes Europææ cæteræ jus illud repudiant*, ſibique terras aut incultas & novas ſubjiciunt, aut cultiores ipſis etiam Hiſpanis bello eripiunt. Sic (g) *Portugalli, Belgæ, Franci, Angli, Sueci, Danique* multas colonias induxerunt, & inductas urbibus aut vicis munimentis aut propugnaculis tuentur. Rex autem Hiſpaniæ regnis cunctis & provinciis *duos proreges* præficit, iiſque ſenatum adjungit regium, magnâ auctoritate præditum: Eccleſiis Chriſtianis *quinque Archiepiſcopatus & triginta Epiſcopatus* impoſuit, multaque amplius cœnobia monachorum & monialium, itemque collegia & ſocietates varias intruſit. Plura de ſtatu Hiſpanico notanda ſingulas ad provincias revocabo.

BUNO-

(a) Primi hujus orbis inventores. (b) India Occidentalis. (c) Status Americæ politicus. (d) Vetus. (e) Hodiernus. (f) Hiſpanicus. (g) Multiplex.

CAP. XII.

America Septentrionalis sive Mexicana. 1

I.

Americæ Septentrionalis magnitudo.

America Septentrionalis quibusdam *Mexicana* appellatur, à principe totius urbe *Mexico*. *Longitudo* ejus est inter fretum *Anian* & Isthmum, quo meridionalis ei annectitur, milliar. CIↃ IↃ. *Latitudo* eadem quæ universæ. Dimidia ejus pars versus Occidentem æstivum sita, introrsus planè incognita etiam nunc jacet, nec quicquam, præter litora, in ea detectum. α Quin & totum Boreale universæ Americæ latus, in quantum versus polum extendatur, prorsus latet. Altera verò pars in regiones dividitur complures, quarum nomina sunt, *Canada*, *Nova Francia*, *Virginia*, *Florida*, *Nova Hispania*, *Nova Granata*, *California*; & in Occidentali latere ad fretum *Anian* duo Regna, *Quivira* & *Anian*, unde freto cognomen.

CANADA. (1)

II. *Canada* β à fluvio cognomine dicta, γ insula an pars continentis, parum adhuc constat. Quantum ejus cognitum est, dividitur in δ *Estotilandiam*, ε *Corterealem*, ζ *Terram Laboratoris* & *insulas* adjacentes, ingentis magnitudinis, quarum

BUNONIS.

α Ingentes à navigantibus in Americæ partibus Septentrionalibus reperti sunt sinus: ex reciprocatione & motu fluctuum collegerunt nautæ periti, mare illud esse pervium, per quod ad mare pacificum perveniri queat. America igitur à Groenlandia & cæteris terris Septentrionalibus fuerit secreta. *Vid. sup. Lib.* 1. *c.* 13.

β (a) Fluvius iste à *D. Laurentio* quoque appellatur; *Fretumque* 3 *fratrum* dicitur.

γ Hondius terram hanc, ut insulam, in Tabula sua generali depingit.

δ (b) *Estotilandiam* [*a*] istis in Americæ partibus nullam esse, certissimis constat argumentis; nec in vicino mari unquam exstitit insula *Friesiandia* [*b*].

ε (c) *Corterealis*, à Caspare Cortereal, qui eam terram anno 1500 detexit, appellata, D. Laurentii sinui adjacet.

ζ (d) *Terra Laboratoris* inter duas istas interjacet [*c*]. Nullis partibus America Europæ propior est quam his; distat enim hic ab eadem 250 milliar. German. Incolæ terrarum [*d*] vestiuntur pellibus, & utuntur navigiis ex corio factis: sicuti Groenlandii.

HEKELII.

[*a*] S. *Estotilant.*

[*b*] *Maginus* loc. cit. fol. 282. fac. b. dicit, quòd *Estotilandia* prima omnium hujus Novi Orbis derecta fuerit Anno MCCCXC ab *Antonio Zeno*, Patricio *Veneto*, sub *Zichmi* Regis auspiciis.

[*c*] Et propterea non eadem est, uti nonnulli autumant, cum *Cortereali*.

[*d*] Proceri quippe & optimè dispositi.

KEISKII.

1. Hæc Americæ divisio ab situ & Isthmo Panama, non ab linea æquinoctiali proficiscitur. (e) *Panama*

(1) *De terminis hujus regionis variant Authores. Limitatur a Borea terra Arctica, ab Occasu limites non satis innotescunt. Certum est longe in hanc plagam excurrere versus Novum Regnum Mexicanum; ab Austro limitatur Florida, ab Ortu mari Virginiæ, Novæ Franciæ, & sinu Sancti Laurentii. Subest partim Indigenis, partim Francis, partim Anglis. Calor & Frigus in tam ampla regione multum variant. In Ditione Gallica, Autumno & Hyeme sæpius ningit, & quia Terram Sylvæ obtegunt, non possunt obliquiores Solis radii sufficienter nivem resolvere, unde frigus satis intensum. Æstas calidissima & serena, at interdum procellis perturbata. Fulmen Sylvas inflammando diutinum nonnunquam Incendium excitat. Ejusdem fere latitudinis est cum Francia Veteri. Habet Canada montes, rupes, paludes, lacus, flumina, prata, glebas præpingues, tabacum, ericam, Lithantbraces, argentum & plura metalla. In Sylvis degunt Alcæ, Ursi, Lynces, Hystrices, Vulpes, Mustelæ, Angues, Cuniculi. Habent etiam Aves diversæ generis, inter quas, Aquilas, Falcones & Vultures. Fluvii, Lacus & Maria piscosissimi. In illis & Fibri & Lutræ occurrunt, atque in his marini Lupi, Boves, Porci, Canes, Cancri, Delphini, Testudines, Ostrea. Canadenses sunt feri, Macrobii, Idololatræ. Casas habitant, quas frequenter immutant. Hyeme pellibus animalium pellibus se amiciunt. Faciem variis coloribus depingunt; Sunt Polygami, Tabaco, Vino adusto, Venatui, Piscatui & Aucupio dediti. Nuper detecta est ingens Regio a Domino de la Salle, in Occasum & Austrum vergens a Canada, cui nomen Lovisaniæ imponitur. Multum fœcunditate & amœnitate Canadam superat.*

(a) Canada seu fluv. D. Laurentii. (b) Estotilandia. (c) Corterealis. (d) Terra Laboratoris. (e) Panama Isthmus.

quarum præcipuæ, *Goloſme*, *Beauparis*, *Mont de Lions*, & *Terra nova*, eadem & ϖ *Terra de Baccalaos* dicta, ob ingentem hujuſmodi piſcium in ejus pelago multitudinem, qui etiam naves tranſeuntes retardent. Solum Canadæ quantumvis acerrimis frigoribus obnoxium, eximiè tamen fertile, aurique metallis dives. Incolæ ſatis ingenioſi & artium mechanicarum peritiſſimi, pellibus amicti degunt; cæterum Galliarum regis imperio ſubjecti.

NOVA FRANCIA.

Nova Francia.

III. *Nova Francia* à Gallis, Regis Franciſci I auſpiciis, detecta, ϑ præter raras ſegetes & legumina quædam, omnium rerum inops, à feris ac quibuſdam in locis anthropophagis, in univerſum idololatricis gentibus incolitur. Pars tamen ejus, quæ ad mare accedit, ι *Norumbega* ab urbe cognomine dicta, cœlo potitur ſalubri ſoloque fœcundo.

VIRGINIA. (1)

(1) *Fallitur* Cluverius; *nam Solum Virginianum Anglicum fœcunditate exæquat, optimæ notæ Tabaco, diverſi generis legumini-bus, ſylvis, frugiferis arboribus, pecoribus, avibus, piſcibus, inter quos haleces eximiæ magnitudinis, abundat. Incolas* 70000 *numerat, quorum* 10000 *militiæ aſcripti ſunt. In* 50 *Paræcias diſpertitur.*

IV. Novæ Franciæ jungitur ϰ *Virginia*; quæ à vico maritimo ejuſdem vocabuli; vel, ut alii, à Rege Viguina; vel à Regina *Angliæ Eliſabetha*, cujus auſpi-

nama enim *Iſthmus* ferè medius eſt, quo tota cohæret America, viamque mercibus convehendis commodiſſimam præbet. Hiſpani arduam hujus perfoſſionem, & maris utriuſque conjunctionem agitârunt animo, ut labori ad merces exportandas & ſumtibus parceretur: Sed nullus eventus tanto reſpondit poſito vel operi. Nec eadem huc uſque ſeries aut ratio tenetur in regionibus Americæ utriuſque ſingulis enumerandis, ſive libros ſive tabulas perluſtremus Geographicas: Nos Cluverium ſecuturi, quæ deſunt, ſupplebimus. (a) *Canada* nec metallis, nec auro, ſeu feris, avibus piſcibuſque dives, A. 1663 motu terræ graviſſimo labefactata; nomen primo inventori debuit; ſuoque nunc ambitu 1° *Novam Franciam*; 2° *Angliam novam*, 3° *Belgium*; 4° *Daniam*; 5° *Sueciam novam*; 6° *Terram di Labrator ſive Corte-realem* continet. Indigenæ hujus adhuc barbari & inculti, nationibus linguiſque diverſi, & Sagamis vel Senioribus ſubjecti, alii adhuc incerta ſede vagi, alii per vicos & tuguria ſparſi habitant. Galli Gubernatorem ſive Proregem ac Epiſcopum ex A. 1604, in (b) *nova Francia*, ſed Quebecum A. 1608, urbem veterem novamque cum caſtello rupibus impoſito, multaque per colonias propugnacula, portuſque in Accadia duos conſtituerunt. (c) *Novum Belgium* ex A. 1665 Anglis ſubditum novo Eboraco & munimento Albaniæ clara: Sed (d) *Anglia nova* vicis pluribus urbibuſque quatuor, inter quas Neuf Haure, Parlamenti publica ſedes; Boſton, & nova, quæ Academiam fovet, Cantabrigia præcunctis eminent. Regiones cæteræ obſcuris ex initiis per novas, quæ ſequentur, colonias emergunt. Inſulæ hèic multæ; ſed omnium maxima (e) *Terre Neuf* à Gallis A. 1505 reperta nomen adſumſit, multiſq; quidem portubus, feris, ſylvis & animantibus, ſed paucis incolis referta. (f) *Virginia* ex A. 1584 Anglorum dominio ſubeſt, terra ſalubri aëre ac proventu frugum vario felix, ſed incolis horumque idolis horrida: Urbs Zameſtoum munitionibus firma. Hèic inſulæ (g) *Bermudes* Anglis iiſdem ſubditæ, frumento, meſſe duplici, moris, ſerico, cedris ſingularibus, balænis & multis piſcium generibus famoſæ, quarum deſcriptio topographica Londini & Amſtelodami A. 1672 prodiit.

BUNONIS.

ϖ (h) *Terra de Baccalaos* à Sebaſtiano Caboto Veneto, auſpiciis Henrici VII Regis Angliæ, detecta eſt A. C. 1507, vulgò *Terra neuf* dicta.

ϑ (i) Primus hanc terram detexit Johannes Verrazanus. Sita eſt inter Canadam fl. & Virginiam.

ι (k) *Norumbega* urbs ad fluvium, qui *Rio grande* vulgò dicitur, ſita eſt. Loca à Gallis ibi obſervata ſunt; *Porto del refugio*, *Porto reale Paradiſo*, *Flora*, *Angolema*. Verum cum Hiſpani alia, & Galli alia hiſce locis indiderint nomina, magna reperitur in Tabulis Geographicis diſcrepantia. Cæterùm Norumbegam dictam putant quaſi *Norwegiam*, ſeu Coloniam è Norwegia eo deductam [e].

ϰ (l) *Virginiam Gualter Ralegh* Eques Anglus detexit, A. C. 1585. Ea verò Franciæ non jungitur; ſed inter Virginiam Franciamque interjacent Angliæ Nova, ac deinde Belgium Novum; quod Virginiæ limites contingit. Flumina in ea ſunt *Occam*, *Cipo*, *Monopana*. Dividitur in regiones, *Secotam*, *Wemapemeock*, & *Chamanoock*: Incolæ incedunt nudi; verendis tamen contectis: Reguli veſtiuntur palliis. Subditi in tergo notas quaſdam habent inuſtas, quæ indicant Principem, ad cujus pertinent dominium. Multos credunt eſſe deos; at unum ex illis præcipuum, qui mundum condiderit. Magiæ quoque dediti ſunt; carnibus tamen humanis minimè veſcuntur.

HEKELII.

[e] Mare Regionem abluens adeò arenâ eſt repletum, ut periculoſiſſimam circa hæc Loca reddat navigationem, præſertim quod parum profundum ſit.

BUNO-

(a) Canada. (b) Francia nova. (c) Novum Belgium. (d) Anglia nova. (e) Terre Neuf. (f) Virginia. (g) Bermudes. (h) Terra de Baccalaos. (i) Nova Francia. (k) Norumbega. (l) Virginia.

auſpiciis detecta, nomen accepit, antè λ *Apalchem* vocitata. Terra ſterilis atque malignè culta: litus importuoſum. Opidum eſt *Medano*.

BUNONIS.

λ (a) *Apalche* aliis eſt à Virginiâ diſtincta regio, in qua *Alvarus Nunnius* poſt 15 diorum iter unicam ſaltem invenit domum. Incolæ ejus perhibentur ſtaturæ proceræ. Utuntur arcubus & ſagittis: amant ſolitudines, nonnullos habent conventus, & quiſque ſuo vivit more. Difficilis in Virginiam acceſſus eſt; portus enim exiguis inſulis ſunt repleti, ac oſtia arenâ ferè obſtructa.

(a) Apalchem.

CAP. XIII.

Florida (1), *Nova Granata*, *California*, *Nova Hiſpania*.

I.

α FLorida, inter Virginiam & Novam Hiſpaniam porrecta, nomen habet à *Dominica Palmarum*, quæ Hiſpanis *Paſqua de Flores* dicitur. Hoc quippe die à Portugallis detecta. Solo gaudet amœno ac feraci. At incolæ ſunt barbari, ſordidi, ſupraque humanum modum feri; vermibus, ſerpentibus, alioq; venenatorum animalium atque inſectorum genere veſcentes. Quare β Hiſpani pariter atque Galli regionem hanc occupare ſæpe numero nequicquam tentarunt, tandem Hiſpanis ceſſit. 1 Florida.

NOVA

BUNONIS.

α Detecta eſt (a) *Florida* à Joan. Pontio [a] anno Chr. 1512. Excurrit illa in modum Peninſulæ, reſpicitq; Cubam & Jucatan; omnis generis fructibus, ac in primis *Maitz* abundans. Regiones ibi ſunt; *Joquaxia*, *Avanares*, & *Albardaoſia*. Fluvii præcipui ſunt; *Garomne*, Fl. S. Crucis, *Charente*, *Loire*, *Aine*, *Seine*. Opida; *Anatequa*, *Houſtaqua*, *Utina*, *Potano*, *Saturia*, *Sarrope*. Galli ibidem condiderunt caſtellum *Charlefort* anno 1561, ac poſteà 1564 *Carolinam* [b]. Incolæ incedunt nudi, præter ſenes & fœminas, quæ pellibus cervinis veſtiuntur, nares aureſque habentes perforatas [c]. Plurimi ibi reperiuntur androgyni, quos habent pro mancipiis, iisque utuntur veluti jumentis. Qui in Panuca ſunt, captos devorant hoſtes. Eſt ibi animal vulpi perſimile, ſub ventre habens loculum, qui & aperitur & clauditur. In eum fœtus ſuos nuper editos condit, ut venatores aliaque pericula effugiat.

β Hiſpani ductu *Ferdinandi Sotti*, Galli verò ſub *Johanne Ribaldo*, & *Laudoniro*, tempore Caroli IX, terram hanc tentârunt [d].

HEKELII.

[a] *Legionenſi.*

[b] CAROLI IX nomine nuncupatam.

[c] Quod ad mores attinet, fœdi & flagitioſi ſunt. Liberos ſuos neque ullâ domeſticâ diſciplinâ erudiunt, nec coërcent; attamen ſua cuique Uxor & ſevera illic Matrimonia ſunt. Bella adverſus finitimas Gentes, ſed ſermone diſſonas, gerunt. Arcus & Sagittæ autem ſunt Tela illis præcipua.

[d] Vid. *Brevis Hiſtoria* de *Gallorum Expeditione* in FLORIDAM, &c. *Benzonianæ Novæ Novi Orbis Hiſtoriæ* adjecta p. 429. ſeqq.

REISKII.

1 (b) *Floridam* cum Galli poſt A. 1502 deſererent ultro, Hiſpani duobus caſtris, uno S. Auguſtini, & S. Matthæi altero ſibi aſſeruerunt; ſed mediterraneam nec quidem cognitam feris incolis relinquunt. (c) *Granada* novæ Mexicanæ A. 1583 repertæ ac Hiſpaniæ ſubditæ annumeratur: itemque (d) *California*, magna ſatis inſula, quam obſervationes recentiſſimæ demonſtrant, ad gradum 23 latitudinis borealis ſita, 500 milliarium longa: Itemque *Cibola* munitis urbibus clara. (e) *Nova Hiſpania* tamen omnibus antecellit, ſive duodecim provincias quas complectitur, ſive Proregem hujuſque ſedem, magnificentiâ, cultu templorum, cœnobiorum ac hominum frequentiâ, inſignem videas. Tribunalia hic quinque regia, quas Audientias regales nominant, ad jus dicendum Hiſpanis, indigenis, adveniſque. Nam (f) quinque heic incolarum genera, *Europæi* nempe quotquot inſident, *Criolii* ex Hiſpanis parentibus in America prognati, *Meſtecii* ex Hiſpanis & Americanis parentibus orti,

(1) *A gradu circiter 25 ad grad. 40 lat. bor. atque a gradu 269 ad gradum 297 long. ſe extendit. Cœlum purum & temperatum. Solum campeſtre & irriguum, & verſus mare arenoſum. Fert pinus, lauros, palmas, cedros, cupreſſos, caſtaneas, nuces, uvas, pruna, meſpila, alioſque fructus palato gratiſſimos.*

(a) Florida. (b) Florida. (c) Granada. (d) California. (e) Nova Hiſpania. (f) Quinque incolarum genera.

Neque deſunt legumina, pecora, feræ, inter quas cervi, urſi, pardus; nec Aves, quas inter perdices, pavones, pſittaci; piſcibus etiam abundat, inter quos crocodili. Serpentes habet vaſtæ magnitudinis, qui homines devorant. Indigenæ ſunt lacertoſi, prædones, parum pudici, propemodum nudi incedunt. Corpus unguento & diverſis coloribus inficiunt, pennas & plumas variegati coloris adamant. Inter eos complures inveniuntur Androgyni, ipſorum mancipia, quibus pro jumentis uti ſolent. Solem & Lunam venerantur, credunt quoque immortalitatem animarum.

NOVA GRANATA.

Nova Granata.

II. γ Caput hujus provinciæ eſt *Granata* opidum, unde ei nomen. Incolæ & corpore & animo reliquis Americanis candidiores juſtioreſque.

CALIFORNIA.

California.

III. δ *California*, quæ inter ſinum cognominem (quem Hiſpani *Mar Varmejo*, id eſt, Mare Rubrum vocant) & Mare Pacificum ceu Peninſula excurrens, ſolo eſt arido, ſterili atque deſerto.

NOVA HISPANIA. (1)

Nova Hiſpania.

IV. Noviſſima Septentrionalis Americæ & Meridionali contermina eſt ε *Nova Hiſpania*, omnium ampliſſima longeque cultiſſima. Cœlum habet, quamvis ſub torrida Zona, clemens ac temperatum ; ſolum auri, argenti, æris atque ferri metallis ſcatens, omnique animalium genere abundans, mare utrimq; piſcibus & oſtreis margaritiferis refertum. Regiones, in quas dividitur, præcipuæ ſunt iſtæ ; *Nova Galicia*, *Mechoacan*, *Mexicana*, *Jucatan*, *Guatimala* & *Nicaragua*.

Nova Galicia.

V. In ζ *Nova Galicia*, coloniæ ab Hiſpanis deductæ, ſunt η *Compoſtella*, *S. Spiritus*, *Conceptio*, *S. Michael*, ϑ *Guadalajara*, ι *Culiacan*.

Mechoacan.

VI. In κ *Mechoacan* caput regionis eſt opidum *Mechoacan*. Coloniæ Hiſpanorum *Paſcuar* & *Valliadolid*, egregia emporia ; hoc etiam Epiſcopatu inſigne.

Mexicana regio, & Mexico urbs.

VII. λ *Mexicanæ* regionis caput eſt μ *Mexico* (2), omnium Americanarum prin-

Nigri denique ſive Negros & barbari adhuc incultique homines. In toto autem orbe novo quinque (a) Archiepiſcopatus eminent, *Mexicanus*, *Dominico-Politanus*, *Limenſis*, *Platenſis*, & *Granadenſis*, *quem S. Fidei* ab urbe vocant : His autem Epiſcopatus bene multi & ampliſſimi ſubſunt : Ut de Academiis, Scholis, Monaſteriis, Abbatiis & Collegiis Jeſuiticis non dicam. Omnes autem provinciæ hoc enarratæ regno Hiſpan. ſubſunt.

BUNONIS.

γ *Nova Granata* [e] Floridæ adjacet verſus Occaſum, extenditurque uſque ad mare *Vermejo*.

δ Californiam inſulam eſſe docent recentiores.

ε (b) *Nova Hiſpania* maximam partem Iſthmi occupat, qui eſt inter Mare Pacificum & ſinum Mexicanum. *Ferdinandus Corteſius* Hiſpanus has terras ingreſſus eſt anno Chr. 1518, eaſque ſubegit [f]. Quatuor milliaribus à Nova Hiſpania fluitant multæ radices, arundines & folia ficulneis ſimilia quæ comeduntur, ſuntque ſapore braſſicæ.

ζ (c) *Nova Galicia*, antea *Xaliſco* dicta, Novæ Granatæ adjacet ; 800 in ea Hiſpani, quum primùm appellerent, exuſſerunt pagos.

η *Nunus Guſmannus* terræ hujus inventor, (d) *Compoſtellam* ibi condidit.

ϑ (e) *Guadalajara* regionis caput eſt ; in cujus vicinia mare Chapaticum, & lacus aquas habens calidas.

ι (f) *Culiacan* regionis cognominis caput eſt ; quæ inter Sebaſtiani, & Piaſtlam fluvios ſita anno Chriſti 1530 inventa fuit.

κ (g) *Mechoacan*, Galiciæ verſus Meridiem contermina regio, totius Hiſpaniæ Novæ fertiliſſima ac feliciſſima regio eſt. Ter enim in anno illa fert *Maitz* illud, etiam, auro, argento, margaritis, melle, cerâ, ſale, &c. dives. Ab hâc provinciâ *radices Mechoacanæ* nomen habent. Ejuſdem regionis Principem graviſſimis, ut ei extorquerent aurum, Hiſpani ſubjecerunt tormentis. Hic quoque eſt copia *Annilex*, ad tingendum aptiſſimum. Fructu quodam arborum inſtar amygdalorum, *Cacaos* dicto, utuntur incolæ pro nummis.

λ Mechoacanæ Ortum verſus adjacet (h) *Mexicana regio* totius Americæ nobiliſſima.

μ (i) *Mexico*, 70000 ædium urbs, anteà *Themiſtitan* dicta, à *Ferdinando Corteſio* anno 1521 capta ac deleta eſt, victo etiam & occiſo Mexicanorum Rege nono *Molezuma* ſeu *Molencuma*, qui annus à jactis urbis fundamentis erat 140. Victus eſt Rex iſte à 9000 Hiſpanis, licet 350000 haberet militum ; eique ſubeſſent bis mille Reguli. Anno 1573 Jeſuitæ ibidem condiderunt collegium.

HEKELII.

[e] Cujus opidum ejuſd. nominis *Franciſcus Fernandes* condidiſſe dicitur.

[f] Maxi-

(a) Quinque Archiepiſcopatus. (b) Nova Hiſpania. (c) Nova Galicia. (d) Compoſtella. (e) Guadalajara. (f) Culiacan. (g) Mechoacan. (h) Mexicana regio. (i) Mexico urbs.

(1) *Jacet intra grad. circiter* 8 & 30 *lat. bor.* & *grad.* 254 & 292 *long. Cœlum temperatiſſimum & ſaluberrimum, licet pars ejus longe maxima intra zonam torridam conſtituta ſit, venti & imbres non raro diu ſæviunt. Solum abundat paſcuis, frumento, mayzo, optimæ notæ fructibus, generoſiſſimis equis Hiſpanicæ originis, aliisque pecoribus, quæ frequenter pellium gratia enecantur. Tranſportantur hinc in Europam optimæ notæ metalla, quæ & fodinæ & rivi ſuppeditant, gemmæ, opobalſamum, cochenilla, ſalſaperilla, radix Mechoacana, ſulphur, pelles animalium, aliaque. Vinum vix profert, quia ſub Vindemiarum tempus cœlum pluit perpetuo.*

(2) *Habet vias latiſſimas, ædificia publica ſuperbiſſima, inter quæ eminent Eccleſia Metropolitana & palatium regium, cœnobia plurima, collegia, xenodochia, aquæductum longiſſimum & pulcherrimum, Academiam in qua Artes & liberales Scientiæ inculcantur, typographiam & ſupremum Tribunal. Sedes eſt Proregis, Archiepiſcopi, Inquiſitionis. Hic etiam pecunia cuditur. Caret portis, vallis, muris, tormentis bellicis. Contra vim lacus, qui ſub initium ſuperioris ſæculi peſſime eam afflixit, aggeribus munitur. Lacus duplex eſt, quorum alter piſcoſus ſtagnans, alter vero ſalſus, ex quo ingens Salis copia conficitur.*

princeps; olim in medio lacus ingentis Venetiarum inſtar palis ſuperſtructa: poſtea ab Hiſpanis ad ripam ejuſdem lacus tranſlata ſatis cultè nunc habitatur, ambitu ſeſquimilliar. German. *Sedes eſt Proregis*, quem Rex Hiſpaniarum mittit: item & *Archiepiſcopi*. Imprimuntur hic libri, cuditurque moneta. Secunda ab hac eſt *Teſcuro*, amplitudine Mexicum exæquans; dein tertia ν *Angelorum civitas*, lanificio maximè nobilis. Cæterùm ξ mons eſt in Mexicana regione, ignibus perpetuis inſignis. Teſcuro urbs.

VIII. ο *Jucatan* Cherſoneſus agro feraciſſimo incolas fert omnium bellicoſiſſimos. [2] Jucatan.

IX. π *Guatimalæ* caput eſt *Guatimala*, juridico conventu perpetuique præſidis præſentia celebris. ρ In *Nicaragua* opida ſunt σ *Granata* & *Leon*. Guatimala. Nicaragua.

CAP.

[f] Maximâ tamen ſuorum & Incolarum ſtrage, cui remunerationis cauſâ dono conceſſa fuit TECOANTEPEC, Regio ipſius *Novæ Hiſpaniæ*, à *Carolo* V. Imp. Incolæ hujus Regionis proceri ſunt, corporibus valentes, longævi ac ingenio pollentes.

BUNONIS.

ν (a) *Angelorum Civitas* anteà *Vacipalam* [g] dicta eſt. Ad ſinum Mexicanum 50 ac plura numerantur opida.

ξ Mons iſte [b] (b) *Popocampeche* appellatur. Cæterùm regio hæc auri argentique ditiſſima ad mare quæſtuoſam habet oſtrearum piſcationem [i]. Ibi quoque eſt (c) *Guaſtecan* Regiuncula, in qua *Panuco* urbs, & civitas *D. Jacobi à Vallibus*. In ea regione eſt mons, in quo duo fontes, quorum alter picem habet nigram; alter rubram.

ο (d) *Jucatan* ſeu *Yucatan* peninſula inter ſinum Mexicanum & Jucatanum Ortum verſus ſeſe extendens, à Franciſco Hermandez anno 1517 detecta eſt. Urbes in ea ſunt, *Campecho*, *Tavaſci*, *Patanchan*, quæ magnitudine ſuâ Cairum in Ægypto exæquare dicitur, hodiè (e) *Victoria* appellata; quod Hiſpani ibi exigua manu XL millia Jucatanorum acie ſuperarint. In hac quoque provincia Hiſpani omni crudelitate lacerarunt, tœdéque interemerunt incolas. Inter Jucatanos [k] olim circumciſio erat in uſu; venerabantur crucem [l], abſtinebantque carnibus humanis.

π (f) *Guatimala* inde verſus Meridiem jacens Hiſpanorum quoque ſenſit crudelitatem. Haud longè ab ejus urbe [m] mons eſt, qui ignem [n] & lapides evomit.

ρ Ulterius Meridiem verſus eſt (g) *Nicaragua*.

σ Tribus milliaribus à (h) *Granata* quoque mons eſt ignivomus: *Granata*, *Nicaragua* & *Leon* urbes ad lacum poſitæ ſunt, qui vulgò Hiſpanis *Lago de Nicaragua* vocatur. *Carthago* & *Segovia* ejuſdem provinciæ urbes ſunt. Cæterum ſuprà Californiam verſus Septentrionem ad mare Pacificum eſt (i) *Tolmium regnum*. Ibi reperitur animal, quod ſublatos in tergum catulos cauda tegit, atque ita effugit venatorum inſidias. Deindè (k) *Quivira* quoque ibidem eſt, à Franciſco Draco Anglo *Nova Albion* dicta. Ulterius ob intenſum frigus progredi non potuit Dracus, licet 42 gradum Latitudinis non ſuperârit. Ad eadem loca poſtea pervenit quoque Tho. Candiſh, Draci popularis, quem frigus etiam recedere coëgit, etiamſi Latitudinem Draci nondum attigiſſet. Incolæ ejus Tartarorum more ſub tentoriis agunt, pecuariæ & venationi operam dantes. Inde porrò verſus Occaſum ſolis æſtivum ponitur (l) *Anian* regnum, quod nonnulli Tartariæ contiguum eſſe contendunt. Alii verò fretum aliquod inter Americam & Aſiam hic eſſe docent 60 milliarium.

HEKELII.

[g] Id eſt, *Terra Serpentum*.

[b] Incolis.

[i] Incolæ hujus Tractûs olim erant Idololatræ & Hominivoræ, pluresque ducebant Uxores, quæ tamen vitia amiſerunt paulatim poſt ſacroſanctum Baptiſma receptum. Utuntur in Bello Sagittis & Fundis, quibus jaciunt Lapides.

[k] Animoſos quippe ac bellicoſos Populos.

[l] Etiam ante *Chriſtianorum* adventum.

[m] Quam Agro fertili & amœno, Aëreque ſalubri gaudere tradunt recentiores Geographi.

[n] Fumum.

REISKII.

2 (m) *Jucatan* tribus Hiſpanicis nunc urbibus floret, nempe Merida, Valledolido & Campechio. Duo heic incolis gentilibus portenta tribuunt, 1° *Baptiſmum*, quem duodecimo ætatis anno conferant, neque niſi tinctos ad conjugium admittant, 2° *Fabricas & ſtructuras ſaxeas*, Europæis elegantia pares, ubi nullus ferri, argenti & cupri uſus obtinet: (n) *Guatimala* urbs diluvio nocturno, & ſaxis de rupe vicina grandibus, A. 1541, everſa obrutaque, novam in valle, quam duo montes ignivomi circumdant, *urbem S. Jago* peperit. Addo duas regiones ampliùs, (o) *Koſtaricam* & *Veraguam*, Carthagine, Conceptione & S. fidei urbibus inſignes: (p) *Antillas* porro inſulas quatuor diſtinctas claſſibus; *Licayes* nempe, *di Barclovento*; *Caribes* & *di Sottovento*, quæ infrà commodiùs explicabuntur.

RE-

(a) Angelorum Civitas. (b) Popocampeche. (c) Guaſtecan. (d) Jucatan ſeu Yucatan. (e) Victoria urbs. (f) Guatimala. (g) Nicaragua. (h) Granata. (i) Tolmium regnum. (k) Quivira ſeu Albion Nova. (l) Anian. (m) Jucatan. (n) Guatimala. (o) Koſtarica, Veragua. (p) Antillæ inſ.

CAP. XIV.

America Meridionalis ſive Peruviana. (1)

I.

Americæ Meridionalis ſeu Peruvianæ figura & magnitudo.

AMericæ *Septentrionali* xx circiter milliarium German. Iſthmo annectitur *America Meridionalis*, quibuſdam *Peruviana* dicta, à Provincia *Peru*, omnium præſtantiſſima. Ipſa ingens peninſula, Africâque paullo minor, *forma* triquetra in tria panditur ampliſſima latera. Cuneorum *unus* Septentrionalem ſpectat Americam, *alter* Africam, *tertius* Magellanicam. *Longitudo* ejus patet, Septentrionem inter & Meridiem, milliar. Germ. CIↃ. *Latitudo* ſumma inter Occaſum Ortumque IↃCCC. Regiones quibus diſtinguitur ſunt hæ: *Caſtella aurea, Bogota, Peruvia, Chili, Chica, Braſilia, Caribana, Gujana, Biquiri*, omnes Oceano perfuſæ. Intus vero in Mediterraneis, *Amazonum regio, Paguan, Picora, Moxos, Uram, Charchas.* Fluviorum duo nobiliſſimi, *Maragnon*, qui & *Orelliana*, & Amazonicus: & alter *Argenteus*, vulgo Hiſpanis *Rio de Plata.* 1

C A-

(1) *Vaſtiſſima eſt peninſula, forma triangularis, ſita inter grad. circiter 292 & 349 longitudinis, atque grad. 13 lat. bor. & 54 lat. merid. pars illa, quæ Terra Firma vocatur, Cœlum habet torridum, Solum ſcatet montibus & paludibus, unde vapores Aërem inficiunt. Læta habet paſcua; ſylvis, ſelibus feru, pecoribus, avibus, & piſcibus abundat.*

REISKII.

1 Nunc propius ad (a) *Iſthmum*, quo utraque America cohæret, acceditur, firmum illud terræ continentis vinculum: De quo perfodiendo actum ſæpius fuit, deque foſſa inter Nombre de Dios & Panamam ducenda, ut in mare Pacificum excurri facilius poſſet, tutuſq; ac liber Hiſpanis ad orientalem Indiam itus & reditus pateret: Sic Petr. Vallius & anonymus auctor deſcriptionis. Orbis Leodii 1643 editæ obſervant. Termini vero (b) Americæ meridionalis per obſervata recentiſſima paulo nunc arctius conſtringi, parteſque hujus aut regiones accuratius enumerari ſolent: *Caſtilia* nempe *Aurea, Peru, Guajana, Chili, Magellanica* ſive *Chica Tucumam, Plata* & *Braſilia.* Quibus omnibus Prorex ab rege Hiſpanico huc miſſus præficitur; quinque ſubſunt ad jus dicendum Tribunalia, *Limenſe, Platenſe, Imperiale, Quitenſe, Pogotanum*; Itidemque Archiepiſcopatus cum ſuis Epiſcopatibus, quos Aub. Miræus Lib. IV. c. 4. de ſtatu Relig. Chriſt. numerat. (c) *Terram* ad *firmam* urbes referuntur, 1° *Panama* 300 ligneis ædibus, 600 civibus, numeroſo præſidio, & mancipiis Guineenſibus inſtructa; 2° *Nombre de Dios* ob nocentiſſimum aërem deſerta civibus ad *urbem* (d) *Porto Belo* aliam digreſſis. Huc è Panama aurum argentumque Peruvianum terreſtri ad ſedecim milliaria itinere deportatur magnis ab ovibus, quas *Vicunas* nominant, inſtar jumentorum bajulantibus: Urbem hanc Angli A. 1668 cum ceperant, Hiſpani magno redemerunt Pretio. (e) *Carthagena* balſami, gummi & reſinæ ferax, urbem cognominem eamque munitiſſimam habet; quod cum Franc. Dracus expugnaſſet A. 1585, Hiſpani poſteà caſtello duplici & multis munitionibus firmârunt. (f) *S. Martha*, auro, gemmis, marmore; Hacha unionibus fluviatilibus dives. (g) *Venetuarian* urbe Corono & Velſerianis aut Germanicis coloniis; (h) *Nova Andaluſia* margaritis copioſiſſimis & primo Americi Veſpucii appulſu A. 1597 claret. (i) *Peruvia* quondam Ingis regibus domeſticis, nunc regi Hiſpanico ſubjecta, urbem omnium munitiſſimam Ariccam, & partes quatuor comprehendit, *Quito, los Reyes, Charcas* & *la Sierra*, omnes fundo ferè aureo argenteoque ac immenſis divitiis beatas. (k) *Guajana* coloniis Anglicis, Gallicis, Belgiciſque frequens, caſtella & munitiones continet, quibus Galli Cajanam, Angli Surignamiam, Belgi aut Batavi Eſquibium & Berbicum contra barbaros tuentur. His enim adhuc rex quiſpiam è priſca Ingarum familia præeſſe, ac Manoam urbem pro ſede regia tenere dicitur. (l) *Chili* æſtate fermè perpetua, pratis & arboribus ſemper virentibus, magno frumenti & fructuum proventu, auroque optimo commendatur. Pars Regi Hiſpanico, pars adhuc indigenis ſubeſt, è quibus (m) *Auranques* pugnaciſſimi A. 1641 ſeſe dediderunt. Urbes Hiſpanorum præcipuæ tres ſunt *S. Jago, la Conception*, & *Imperialis.* Ad Magellanicam paulo inferius tranſibitur: (n) *Tucumannia* urbem S. Jago del Eſtero, & plura Hiſpanis oppida, multoſque pagos Caciquis ſive Dominis ſuis ſubjectos continet. Terram vero *Eſterus* fluvius eluvione per annum ſtata fertilem reddit. (o) *Plata* regio frugum, pecoris argentiq; ditiſſima

(a) Iſthmus. (b) Americæ merid. partes. (c) Terra firma. (d) Porto belo. (e) Carthagena. (f) S. Martha. (g) Venetuaria. (h) Nova Andaluſia. (i) Peruvia. (k) Guajana. (l) Chili. (m) Auranques. (n) Tucumannia. (o) Plata.

Dividitur hodie in Præfecturas Terræ Firmæ, Novæ Carthaginis, Sanctæ Marthæ, Fluvii Facis, Venetiolæ, Novæ Vandaliticæ, Caribanæ, Popaianæ, novi Regni Granatenſis, Pariæ & Guianæ, quarum ſeptem priores maritimæ, quatuor poſteriores mediterraneæ ſunt. Maritimæ omnes, Caribana excepta, Hiſpanis ſubditæ; atque ex mediterraneis pars Popaianæ, & N. R. Granatenſe; cæteræ partes, Indigenis, Anglis, Gallis & Belgis.

CASTELLA AUREA.

II. α *Caſtella Aurea*, vulgò Hiſpanis *Caſtilla del oro*, aſpera atque inculta regio cœloque gravi, auri metallis abundat, unde & nomen. Opida inſigniora in ipſo Iſthmo habet duo, diverſis litoribus appoſita, quorum unum vulgò β *Nombre de dios* (1), id eſt *Nomen Dei*, mare ſpectat vulgò dictum *del Nort*; alterum *Panama* (2), mare Pacificum. Caſtella Aurea.

PERUVIA (3).

III. γ *Peruvia regio*, vulgò *Peru*, omnium novi Orbis auri argentique metallis Peruvianæ regionis fines.

ma urbem *Aſſumption* & opida nonnulla continet. (a) *Braſilia* ex A. 1501 cognita Portugallis per maritimam oram ſubeſt, mediterranea barbaris relicta, quorum linguæ tres deſunt literæ f, l, r, quia carent fide, lege, rege: Illa nempe Portugallica in Capitanias XIV, aut Dynaſtias dividitur, quæ ſunt *Paria*, *Maragnaga*, *Siara*, *Rio Grande*, *Paragba*, *Tamariba*, *Farnambuco*, *Segerippe*, *Baja omnium Sanctorum*, *terra Inſularum*, *terra S. Spiritus*, *Porto Securi*, *Rio de Jenneno* & *Vincentiana*; omnes tutiores, ex quo Galli & Belgæ ſuis coloniis exceſſerunt. Urbes vero tres in iis præſtant, nempe S. Salvator, Proregis Archiepiſcopi & Tribunalis regii ſedes; *Olinda* & *Fernambuco*.

BUNONIS.

α (b) *Caſtilia Aurea* habet à *Septentrione* Nicaraguam; à *Meridie* regionem Peru; ab *Occaſu* mare Pacificum; ab *Ortu* Pariam regionem. Incipit autem à Panama ad mare Pacificum, deſinitque in Antiochia ad flumen qui (c) *Rio Grande* vulgò dicitur. Ad eam quoque referuntur, *Darien*, *Carthagena*, *Pamplona*, *Venecuola* ſeu *Venecuela*; item (d) *Popayana* regio, in qua *Antiochia*, *Timana*, *Paſto*: ac porro (e) *Andaluſia Nova*, in qua *Carthago*, *Tocayma*, &c.

β Hæ duæ urbes in Iſthmi angultiis poſitæ ad 20 milliaria Germ. inter ſe diſtant; in urbe (f) *Nombre de Dios* merces exponuntur, quæ ex Hiſpania apportantur; ſicuti in altera, videlicet *Panama*, quæ ex Peru afferuntur. Eo loco, quo *Nombre de Dios* ſita eſt, *Didacus Nequeſa* anno 1512 fortalitium exſtruxerat: *Petrus Ario* Vicarius Darienſis, deinde condidit urbem. Idem Petrus (g) *Panamam* urbem quoque condidit, anno 1515. A Caſtilia Aurea verſus Ortum jacet (h) *Guiana* regnum, auri argentique copia, gemmis & aromatibus dives, multarumque frugum ferax, quod *Gualter Ralegh Anglus*, anno 1595 luſtravit. Eò cum multis millibus profugit *Guainacapa* frater Attabalibæ à Pizarro interfecti. Eſt ibi animal, *Haute* quod vocant, id nunquam viſum eſt edere aut bibere; unde aëris hauſtu creditur vivere [a]. Caput regni (i) *Manoa* ſeu *El Dorado* ad lacum (k) *Parime*, qui ſub Æquatore eſt, jacet. Regiones ibi ſunt, *Anabas*, *Amapaja*, *Emeria*, & *Orenoqueponi*, à fluvio *Orenoque*, qui ex lacu modo dicto ortus Caribanam à Paria diſtinguit, appellata.

(l) *Caribana* Guianæ verſus Septentrionem adjacet inter Orenoque & Maragnonem fluvios, quorum hunc nonnulli eundem cum Oregliano faciunt; at alii diverſum eſſe ajunt. Inter Maragnonem & Oreglianum ponuntur (m) *Amazones*. Caribanæ incolæ ἀνθρωποφάγοι ſunt, ſicut & illi, qui in (n) *Antillis* (inſulæ ſunt, quæ & *Camercanæ* vocantur) habitant, *Canibales* appellantur, id eſt, fortes. In Caribana ſunt, *Cumana*, *Maracapana*, *Paria* & *Caribes*: item regiones *Biquiri* ſeu *Wikiri*. (o) *Paria* Caſtiliæ ponitur ad Ortum inter fluvium *Rio grande* & *Orenoque*, in qua præter civitatem cognominem eſt (p) *Benezvola*; Welſeris, patriciis Auguſtanis, à Carolo V olim oppignorata.

γ *Franciſcus Pizarrus* ſeu *Pizardus* (q) Peruanam regionem 150 peditibus pauciſque equitibus occupavit, ac multa millia incolarum occidit, ipſumque regem *Attabalibam*, licet 25 millibus ſuorum cingeretur, cepit, & incredibili pondere auri, ad XV milliones, extorto, contra datam fidem interfecit. Obtulerat Attabaliba Pizardo lytri loco tantam auri argentique vim, quantam conclave caperet, in quo ſervabatur, ad lineam uſque, quam ipſe rubricâ per totum conclavis ambitum duxerat, ut brevi repleretur [b].

HEKELII.

[a] *Joannes Lerius* Cap. X. *Hiſtor. Navigationis ſuæ*

(a) Braſilia, hujus Dynaſtiæ 14. (b) Caſtilia Aurea. (c) Rio Grande. (d) Popayana regio. (e) Andaluſia Nova. (f) Nombre de Dios. (g) Panama. (h) Guiana regnum. (i) Manoa. (k) Parime lacus. (l) Caribana. (m) Amazones Americanæ. (n) Antillæ, Camercanæ, Canibales. (o) Paria. (p) Benezvola. (q) Peruvia.

(1) *Non itapridem dirutum & Incolæ Portum pulchrum migraverunt.*

(2) *Urbs parva, lignea, epiſcopalis, caput Provinciæ ad ſinum cognominem communita Arce & Portu, Emporium celeberrimum ubi ſupremum Tribunal, atque in ejus Portum Limæ primum argentea ſupellex Hiſpanorum abducitur, inde terreſtri itinere tranſportanda per Iſthmum Panamæ, 18 circiter Leucarum, Portum pulchrum, & ad ſinum Mexicanum ſeu mare Septentrionale & hinc in Hiſpaniam. Contra Panamam in introitu ſinus jacent Unionum Inſulæ, olim inclytæ, inter quas duæ majores cum 20 circiter minoribus. Portus pulcher, vulgo Porto Bello eſt ex adverſo Panamæ ad mare ſeptentrionale, cum portu tuto & amplo, ac binis Arcibus probe munitis in Colle, Emporium præſtans & nundinis ſuis celebre.*

(3) *Cœlum ob Soli varietatem magnopere variat, alibi torridum, alibi frigidum, alibi clemens & optime temperatum, alibi malignum; alibi ſemper, alibi nunquam, alibi nonnunquam pluit. Solum montibus, inter quos Andes editiſſimi, refertiſſimum, quorum cacumina nivibus perpetuo rigent. Habet & altiſſimas convalles, & campeſtria latiſſima, in quæ nunquam depluit. Ora maritima, plana, ſabuloſa, plena ſolitudinibus, ſterilis, torrida, quam nec imbres, pluviæ, fontes, flumina aut lacus irrigant. Convalles optime cultæ & lætiſſimæ, Cœli temperie & Amniculis a montibus mirifice fœcundæ. Graminoſis Campis ubique ſcatet; omne genus herbarum, leguminum, & arborum admodum ferax eſt. Armenti pecoriſque dives eſt. Oves habet equis magnitudine pares, quæ virum & ſarcinas ad aliquot milliaria paſſuum vehere poſſunt. Lana noſtram ſuperat copia, tenuitate, & longitudine, & ovium caro palato gratiſſima. Ferunt Peruvianos olim funem ex ſolido auro paraſſe tantæ craſſitiei & longitudinis, ut a ſexcentis viris robuſtiſſimis humo tolli non poſſet, quem voluptatis funem nuncupabant, & in lacum dicuntur abjeciſſe, ne in manus Hiſpanorum veniret, Luyts.*

tallis nobiliſſima, nomen accepit à flumine *Peru* mediam ſecante. Clauditur ab *Oriente* montium perpetuis jugis; à *Meridie Chili* regione; ab *Occidente* mari Pacifico; à *Septemtrione Bogota* regione. Occupat longitudine inter Septemtrionem & Auſtrum milliar. CCCLXX. Latitudine inter Occidentem & Orientem CLXX. ♂ Dividitur in *Maritimam* & *Montanam*. *Maritimæ* opida clara ſunt ε *Lima*, ſedes Proregis & Archiepiſcopi, cui ſubſunt Epiſcopi XV; & *Camana*. ζ *Montanæ* inſignia opida ſunt, η *Cuſco*, totius Provinciæ Princeps, & ϑ *Quito*. ι *Potoſi* auri metallis opulentiſſimum.

Magnitudo & diviſio. Peruvia Maritima & Montana.

CHILI (1).

IV. Sequitur regio κ *Chili*, amplitudine Peruviam ferè exæquans. Caput eſt opidum *S. Jacobi*.

Chili regio.

CHI-

(1) *Intra grad. 296 & 308 long. atque grad. 26 & 47 lat. merid. jacet. Cœlum ſalubre & ejuſdem fere temperie cum Hiſpanico in ora maritima; at in parte montana hyems adeo ſevera dicitur, ut homines & pecora non raro enecet, atque ad inſtar marmoris induret. Solum abundat paſcuis & pecudibus, quas inter verveces ſarcinis ferendis idonei. Frumento, vino & fructibus abundat, & quæ ex Hiſpania allata hic ſeruntur feliciter creſcunt.*

ſiæ *in Braſiliam* p. 124. Edition. 2dæ, hoc Animal *Barbaris* HAY vocari ſcribit, dicitque porro, magnitudine Canis eſſe, facie Cercopitheci, ventre pendulo inſtar Scrofæ parturientis, pilo leucopea to valdè diluto, longiſſimâ caudâ, pedibus in morem Urſi villoſis, prolixis unguibus. Ut autem, dum in Sylvis agit, valdè ſit ferum; nihilo minus tamen captum cicuratur facillimè. Nudi *Tououpinambaultii* non libenter cum illo colludunt, propterea quod tum longos, tum acutos ungues habeat.

[b] Quo ſupplicio a. *Gonzallus* inprimis *Pizarrus* ſit affectus, vid. apud *Hieronym. Benzonem*; Lib. III. *Novæ Novi Orbis Hiſtoriæ* c. XV. p. 367. Edition. *Latinæ Calvetonianæ*. Cæteroquin *Pizarrus* fuit Vir vegeto corpore ac valetudine proſperâ atque magni animi; avarior tamen, quam liberalior. Litterarum imperitus & facili in omnes credulitate.

BUNONIS.

♂ Aliis dividitur (a) Peruviana regio in *Planitiem* ſeu Maritimam, *Sierras* & *Andes*. (b) *Planities* ea pars eſt, quæ ad mare Pacificum jacet in longitudinem porrecta; In ea ſunt *Portovejo*, *Thomæbamba*, *S. Miguel*, *Trugillo*, *Arequipa*, *Tumbes*, à Pizardo primùm occupata, &

ε *Lima*, quæ à valle in qua ſita, nomen habens, *Regis* etiam vocatur *civitas*, Jeſuitarum ibidem eſt collegium; Solis Hiſpanis illic licet mercaturam facere.

ζ *Montana* Peruvia, (c) *Sierras* dicta, valles habitatas & urbes habet; agros tam felices, qui centuplum ſolent reddere fructum.

η (d) *Cuſco* Peruvianorum Regum, qui *Inge* vocabantur, ſedes, ex lapide quadrato condita, à Pizardo occupata eſt, qui incredibiles ibi nactus auri argentique theſauros. Quinta pars, quæ Hiſpaniarum Regi ceſſit, ſummam fecit 400000 florenorum Caſtilianorum. Ædes in hac urbe fuiſſe ſcribunt, quarum area, parietes, ac tecta undique aureis laminis fuerint inducta.

ϑ (e) *Quito* ferè ſub Æquatore jacet. Ibi ſub Hiſpanorum adventum plus auri quam terræ eruebatur.

ι Aurifodinæ, quæ (f) *Potoſi* ſunt, repertæ fuerunt Anno 1547. In hac Peruviæ parte Argyropolis ſeu *Villa de la Plata* Anno 1558 condita eſt. In regione (g) *Charcas* ſeu *Chiargas* ſunt Civitates *Porco* & *Carabay*, auri argentique proventu nobiles. In eadem Montana Peruvia eſt (h) *Collao* regio omnium in America cultiſſima; in qua *Tiricara* lacus, ex quo *Aulaga* lacus profluit: *Marocayo* lacus, ex quo fluvius, qui *Rio des Ama* vocatur, oritur. Tertia Peruviæ pars *Tranſmontana* eſt, (i) *Andeſque* vocatur, ubi montes altiſſimi & perpetuæ fere pluviæ. Cæterum Aër Peruvianus ſatis temperatus eſt, licet intra Zonam ſita ſit Torridam: quum Braſilia in eadem jacens Zona longè majorem experiatur æſtum. Quo magis verò ſol à puncto verticali recedit, eo clarius ibi cœlum eſt, at vertici quo propior exiſtit, eò copioſiores decidunt Pluviæ ac ſentiuntur tempeſtates. Peruviani nigri non ſunt, licet idem habeant Clima cum Æthiopibus in Africa. Conficiunt, ſicut & Braſiliani, ex radicibus à feminis maſticatis (k) *potum*, quo ſeſe genialiter reficiunt, & *Panem* ex *Maitz*, qui cibus vulgaris eſt per Americam. *Oves* ibi ſunt onera portantes, quibus incolæ utuntur loco mulorum [c]. In Peru & Braſilia vermiculus eſt (l) *Tau* ſive *Nigua* [d], pulicis magnitudine, in pulvere vivens, qui pedibus manibuſque nocet; ſi ſeſe ſub unguibus occultavit pruriginem tunc concitat, ac niſi confeſtim extrahatur, ſine magno dolore educi non poteſt. Habent incolæ oleum, ex fructo quodam *Cauros* dicto factum, quo locum infectum curant [e]. Naſcitur quoque ibidem herba, (m) *Cocam*, quam ore tenentes, ſine cibo ac potu integrum diem iter poſſunt conficere [f]. In Peruvianis montibus invenitur magna *Smaragdorum* copia. (n) Colebant Peruviani præcipuè Deum, qui illis *Viracocha*, id eſt, Creator mundi, ac ſecundo loco *Solem*. Ad Thomæbambam è regione litoris Peruviani eſt inſula (o) *Puna*, in qua naſcitur herba (p) *Sarſa parilla*, cujus ſuccus expreſſus, ſi miſceatur aqua calida, mederi dicitur morbo Gallico laborantibus.

HEKELII.

[c] Id enim genus Pecoris *Aſini* amplitudine ſed Specie prope *Cameli* eſt.

[d] Sive *Nigua*.

[e] *Benzo* Lib. I. *Novæ Novi Orb. Hiſt.* cap. 28. p. 127. dicit, id mali *cineribus* etiam *calidis* feliciter curari poſſe.

[f] Atque hoc quidem Herbæ genus, velut Panchreſtum quoddam Pharmacum, earum rerum, quibus Mercaturam exercent, præcipuum eſt.

BUNONIS.

κ (q) *Chili* [g] intra 20 & 41 gradum Latitudinis

(a) Ejus diviſio in tres partes. (b) Peruviæ maritimæ Planities. (c) Sierras. (d) Cuſco. (e) Quito. (f) Potoſi. (g) Charcas regio. (h) Collao regio. (i) Peruvia Tranſmontana ſeu Andes. (k) Peruvianorum potus ac panis. Oves onera portantes. (l) Tau vermiculus. (m) Cocam herba. (n) Peruvianorum Religio. (o) Puna inſ. (p) Sarſa parilla herba. (q) Chili.

Pars maritima Hiſpanis ſubdita, at alteram Indigenæ tenent, qui jam ſeſquiſeculum Hiſpanis fortiter obſtiterunt, & ſæpius magnis cladibus affecerunt.

CHICA. (1)

V. Chili regioni continuatur λ *Chica* regio, freto Magellanico affixa. In hac μ *Patagonum* gens eſt ſtupendæ proceritatis, novem & ſummùm decem pedum menſuram implens. Ex his quidam, Magellano (is primus in has oras delatus) inſpectante, ſeſquicubitales ſagittas citra nauſeam per guttur ad ſtomachi fundum egere; hoc ſcilicet argumento corporis robur oſtentantes. Chica. Patagones.

BRASILIA. (2)

VI. ν *Braſilia* vaſta regio, ut quæ quartam Meridionalis Americæ partem obtinet, ſaccari ſingulari atque ubere proventu maximè nobilis eſt. Præcipuum Braſilia.

nis Meridionalis jacens Peruvianam regionem verſus Meridiem attingit, & mare Pacificum verſus Occaſum. Longitudo ejus habetur CCCCXV. milliar. Germ. Latitudo CXX. Nomen habet à frigore, quod interdum ibi [b] tam acerbum eſt, ut homines & jumenta gelu rigeant & enecentur. Maritima tamen loca temperatiora ſunt. Habet & hæc regio aurum, vinum, mel, ſtruthiones, lignum Braſilianum, &c. [i]. Urbes in ea præter opidum *S. Jacobi* [k] ſunt, *Tambopala*, *Axapas*, *Baldivia*. Incolas habet robuſtos & proceros [l].

HEKELII.

[g] Seu *Chile*.

[b] Circa partem *Montanam* inprimis.

[i] Hujus Fluvii interdiu decurrunt; noctu verò frigore penè gelati tardè ac debiliter incedunt.

[k] Ubi nova Hiſpanorum colonia quotidiè coaleſcit.

[l] Bellicoſos.

BUNONIS.

λ *Chica*, Patagonum ſeu gigantum terra, Chili verſus Meridiem adjacet; ab *Ortu* habet Braſiliam & mare; à Meridie Fretum Magellanicum; ab *Occaſu* Mare Pacificum. Longitudo ejus ad 100 fere ſele extendit milliaria.

μ *Patagones* vocantur incolæ, quod Animalium ejus nominis pellibus utuntur vice calceorum, ut videantur habere urſorum, aliarumque ferarum pedes veriùs, quàm hominum. In ipſo Freto Magellanico, quod *Magellanus* Anno 1520, ſpatio 22 dierum pernavigavit, urbs (a) *Philippe Ville* Anno 1588 ab Hiſpanis condita, ad hoc ipſum fretum cuſtodiendum, arcendoſque hoſtes. Verùm omne præſidium hic relictum, fame miſerrimè periit; & Angli poſteà ad DC fame necatos invenerunt; unde locus iſte *Porto Famin* dictus eſt. Cæterùm poſt Magellanum, fretum illud navigarunt *Franciſcus Dracus* Anglus 1579, *Thomas Candiſh* Anglus 1581, *Olivir a Noort* Ultrajectinus Anno 1600, & *Georg. Spilberg* Belgæ. Denique Wilhelmus Cornelius Schauten Hornanus & Jacobus de la Maire. Belgæ quoque Anno 1615 Belgio egreſſi aliud invenerunt fretum, quod *Fretum de la Maire* appellarunt: illud emenſi in mari Pacifico inſulis nonnullis repertis in Moluccas pervenerunt; ac inde Orbem ita circumvecti redierunt in patriam ſuam Anno 1617.

ν (b) *Braſilia* inter promontorium *Blancum* Æquatori proximum & promontorium *S. Mariæ* ad Argenteum Fluvium, Longitudinem habet DCLVI milliar. Germ. Latitudinem verò CCC milliar. inter promontorium S. Auguſtini, & Humos. A capite Blanco ad Argenteum uſque Fluvium, qui vulgò *Rio de la Plata* [m], litus ejus mare alluit quod vulgò *del Nort* vocatur. Fluvius iſte nomen illud accepit à *Johanne Deacio*, quod argenti ramenta in ipſo reperiſſet. Magno impetu mare ingreditur, adeo ut 20 millia in illo navigantes dulces ex flumine hoc queant haurire aquas. *Petrus Caprali* Luſitanus in Indiam Orientalem navigaturus huc tempeſtate dejectus primus terras illas detexit. Deinde *Americus Veſputius* eò navigavit Anno 1497, 1499 & 1501. Sed Anno 1504 *Portugallenſes* eam ingreſſi ſunt. Anno 1535 *Petrus Mendozza* 20 navibus flumen Argenteum navigavit. Anno 1547 *Job. a Staden* Haſſus eò navigavit, ab incolis captus ac mirè ſervatus eſt. Eſt quoque ad *promontorium Ericum* (c) *Francia Antarctica*, quam *Nicolaus Villegagnon* Gallus An. 1555 occupavit, & Caſtellum *Colligni* ad *Ganibaram* ſeu *Janierum* fl. exſtruxit: quod tamen Anno 1557 interceptum eſt. Belgæ etiam has ipſas terras fuerant ingreſſi,

(1) *Inter grad. 296 & 323 long. & intra 37 & 54 lat. merid. ſecundum* Luyt. *terræ Magellanicæ cujus hæc pars eſt, jacet. Incolæ Helluones immanes, Anthropophagi, eximii roboris, audaces & pede celeres ſunt, comam detondent, pellibus animalium ſe amiciunt, & facies diverſis coloribus pigunt.*

(2) *Intra grad. 221 & 349 long. & a tropico fere lat. merid. ad 24 jacet. Cœlum, licet ſub Meridionali tractu Zonæ torridæ ſitum, optime temperatur perpetuo longitudine, & frigore noctium, copioſo rore, & pluvia, & ventorum a pelago flatibus, qui multo mane naſcuntur, integrum diem perdurant, aeremque reddunt nitidiſſimum, & ſaluberrimum. Solum partim humile, partim montanum, lætum glebis præpinguibus & campis viridantibus. Fert præter ſaccharum, tabacum, goſſipium, arbores pomiferas, Mandiocam, radicem Sativam qua in farinam redacta, Indigenæ victitant, mala aurea, granata, citrea, uvas, ficus, cucumeres, melopepones, aliaque. Scatet animalibus feris & manſuetis, & Armenta a Luſitanis invecta optime fœtificant. Animal (quod Pigritia merito a Luſitanis nominatur) adeo tardum habent, ut licet ſemper in motu ſit, integris tamen diebus 15 vix lapidis jactum conficiat. Avibus piſcibuſque coloris eximii quos inter aliqui volitant, teſtudinibuſque magnitudinis & roboris ſtupendi abundant. Incolæ nudi incedunt, cutem denigrant, diverſis pingunt coloribus, labia & faciem ornant lapillis nullius pretii, laborem & inediam facile tolerant, Artem natandi optime callent, & ſub aqua diutiſſime patentibus oculis quando neceſſum eſt perdurant. Certiſſimi ſunt Sagittarii, ad libidinem, iram, vindictam, & pugnas maxime proclives. Sparſis habitant domiciliis, plures familiæ ſub eodem tecto noctu, ne noxiis lædantur Animalibus, in retibus ſupra terram ſuſpenſis, dormiunt. In diem vivunt nihil de futuro ſolliciti, perdite amant Auguria, Spiritus malignos metuunt, Religionem autem parum curant, Animas tamen poſt mortem ſupereſſe putant, Bardi qui neque numerare neque literas norunt. Ita de Braſilianis Mediterraneis ſcribit* Luytſius, *at Maritimi, qui cum Luſitanis commercium habent, magis urbani ſunt, & mores ferinos plerique exuerunt.*

(a) Philippe ville ſeu Porto Famin. (b) Braſiliæ magnitudo. (c) Francia Antarctica.

Portus omnium Sanctorum. Pernambuco. Assumtio. Paraguate.

puum opidum est ξ *Portus omnium Sanctorum*, præfecti totius provinciæ sedes. Portus autem celeberrimus est opidum *Pernambuco*; intus opida *Assumtio* & *Paraguate*. Reliquæ regiones introrsus aut non cognitæ, aut obscuræ sunt; nullis ibi locis memoratu dignis.

ingressi, nonnullaque munierant loca; ex quibus (a) *Arecises* in his locis munitissima urbs, à Portugallensibus paucis abhinc Annis expugnata est; adeoque Belgæ Brasilia per illos hactenus ejecti sunt.

HEKELII.

[m] Seu *Argyreum*.

BUNONIS.

ξ (b) *Portus omnium Sanctorum*, vulgò *P. Todos los Santos*, præter præsidem Regium, Episcopum quoque habet. Cæterùm Brasiliæ populi sunt, *Tuppin Icini*, *Tuppin Imbæ*, & *Tuppin Ambaucii*, &c. Nullos habent Reges, omnes ejusdem habentur dignitatis; nisi quòd venerentur senes, eosque constituant belli duces, aut eos, qui plures occiderunt, ac devorarunt, ἀνθρωποφάγοι enim sunt. Cum vicinis perpetua gerunt bella non alia de causa, quam ut majorum, parentum, suorumque ulciscantur cædes [n]. Multa patiuntur à diabolo, sua lingua *Aichnan* dicto, qui sæpissimè eos gravissimè affligit. Quoddam cucurbitarum genus, quod *Tamaracan* vocant, pro Deo habent [o]. Quod Mexicanis est *Tabacum*, hisce locis *Petum* dicitur; At Peti odor suavior est quam Tabaci. *Ambram* ejicit Oceanus ad litora Brasiliæ, ubi aliquando fustum quingentarum librarum à milite Belga inventum, & Comiti Nassovio Mauritio oblatum est. Reperitur quoque Ambra ad insulam Madagascar, ad promontorium viride, ad insulam Mauritii, ad Sumatram & alias Indiæ insulas. *Garcias* refert, aliquando fructum Ambræ inventum 2000 librarum; quinimo ait insulas quasdam totas constare ex Ambra; verum eas non nominat, nec ubinam illæ sitæ sint, aperit.

HEKELII.

[n] Hostes in prælio captos, multorumque dierum cura saginatos ingenti cum tripudio mactant, vorantque tosta verubus membra. Hæ enim Epulæ Brasiliis optatissimæ sunt.

[o] Et quia verum Deum non colunt, fit, ut *ominibus* & *Auguriis* ad insaniam fermè sint dediti. Arioliisque atque Impostoribus miserandum in modum quotidie sint quæstui.

(a) Arecises. (b) Portus Sanctorum,

CAP. XV.

De Insulis Novi Orbis.

I.

INsularum, quæ Americæ ab Oriente objacent, ingens est numerus. At harum nobiliores *Hispaniola* (1), & *Cuba* (2), & *Jamaica*. Priores duæ ejusdem esse videntur magnitudinis, nisi quod hæc longior, illa latior. Occupat α *Cuba* longitudine mill. CXC. lat. XXX. β *Hispaniola*, long. CXL, lat. LIV. Opida

Cuba. Hispaniola.

BUNONIS.

α (a) *Cuba* Insula [a] à Columbo *Ferdinanda* dicta versus Occasum non ultra III milliaria abest Hispaniolâ. Incolæ olim vescebantur serpentibus: Verum hodie pauci supersunt ex veteribus possessoribus; succubuerunt enim Crudelitati Hispanorum. Hic aliquando comburendus barbarus infernum elegit pro Cœlo, ne in hoc cum crudelibus cogeretur esse Hispanis.

β (b) *Hispaniola* etiam *S. Domingo*, *Isabella*, at indigenis *Haitus* [b], *Quisqueja*, & *Cipangi* vocatur [c]. In hac insula *Christophorus Columbus* A. 1492 quo appulerat, 38 reliquerat milites, qui post ejus discessum à barbaris occisi sunt. Quinque in ea erant regna, *Magua*, *Marien*, *Maquana*, *Xaraqua* & *Hiquey*. Et hæc Insula Hispanorum experta est immanem crudelitatem

HEKELII.

[a] Quæ multos auriferos Fluvios habet.

[b] Seu Haity.

[c] Et licet hæc insula montibus est aspera; tamen quoque amœna, omniumque rerum fertilis atque opulenta est, potiturque inprimis Aëre temperato. Inde Arbores ut plurimum perpetuo virere dicuntur. Gignit *Cassiam fistulam*, *Gingiber*, *Masticem*,

(a) Cuba. (b) Hispaniola.

(1) *Solum montosum, pinguissimum, amœnissimum, frugiferis arboribus omnis generis, saccharo, Cassia fistula, Masticbe, ligno Aloës, Cinamomo, Zinzibere optimo, Auro, Argento, fossilibus variis, inprimis coloris cærulei, Pecoribus, &c. mire ferax: partem ejus Majorem ad Occasum & Boream Galli, ad Ortum & Austrum Hispani possident.* (2) *Antillarum maxima, montibus aspera, inter quos unus e quo manat bitumen ad naves stipandas utilissimum, auriferis gaudet fluminibus, sylvis plurimis, ingenti rubiæ tinctorum & pellium bovinarum copia, globis lapideis adeo rotundatis Natura, ut Ars non possit accuratius. Serpentes vastæ molis, sed absque veneno, progenerat. Urbium princeps est Havana, unde integra Insula eodem nomine vocatur; ad illam regia classis coire solet, donec tempestas Anni felicem in Hispaniam trajectum pollicetur.*

Opida in utraque compluria. Caput Hiſpaniolæ γ *S. Dominicus* : Cubæ *S. Jacob* ; in hac eſt *Havana* celeberrimus Americæ totius portus. *Jamaica* (1), quæ Europæis *S. Jacobi* dicitur inſula, implet Longitudine L. mill. lat XX. Caput eſt *Sivilla* (2). Secunda ab hac eſt *Oriſtan*. Atque hæc brevis eſt Americæ univerſæ explicatio. 1

S. Dominici urbs.
S. Jacob.
Havana.
Jamaica.
Sivilla.
Oriſtan.

(1) *Minor & Auſtralior quam Cuba. Cœlum ſalubre & temperatum. Solum optimum & probe cultum, diverſi generis animalibus, ſaccharo & goſſipio nobiliſſimo abundat ; nec Auro prorſus vacua, inter grad.* 17 & 18 & 4 *min. lat. boreal. & long.* 298 & 301 *ſita. Cocao, Indico, Pipere, Cinamomo ſilveſtri, & Arboribus aliis diverſi generis ferax. Qui plura cupit, Hiſtoriam Imperii Britannici per* Oldnixon, *& Americæ per* Ogilvium, *conſulat.*

(2) *Hodie Metropolis Port Royal nominatur, terræ motu præhorrendo funditus pene everſa,* Junii 7° 1692, *ſed indies reædificatur.*

CAP.

cem, *Lignum Aloës* atque *Cinamomum*, mittitque inprimis *Sacchari* immenſam copiam. *Auri* & *Argenti* Fodinis ac aliis *Mineralibus*, quæ ſunt cæruleo præcipue colore, etiam eſt dives.

BUNONIS.

γ In opido (a) *S. Dominici* Archiepiſcopus eſt, reſidetque præſes Regius. *Villa Nueva, Cavana, Xaragua, S. Ivan Porto de la Plata.* (b) *Jamaica* Hiſpaniolæ verſus Occaſum adjacens, paucis abhinc Annis ab Anglis occupata eſt. Porro ad Americam Inſulæ (c) *Antillæ* ſeu *Camercanæ*, à Caribana verſus Septentrionem ſitæ, etiam *Caribum* appellantur *Inſulæ* : ubi inter cæteras, (d) *Margarita* à margaritarum copia ita dicta : *S. Trinidad, Oruba*, (e) *Barbados* ; *Martinico, Dominica, S. Crucis*, ubi Columbus offendit puerum quem exſectis teſtibus Canibali alebant, ut pinguioribus veſcerentur carnibus ; (f) *Borique* ſeu *Borica*, hodie *S. Ivan*, &c. ob multitudinem inſularum, quæ in eo occurrunt mari, Hiſpani illud appellabant *Archipelagus*. A Cuba verſus Septemtrionem ſunt inſulæ (g) *Lucayæ* ſeu *Guanahani* & Gigantum inſulæ ; in quibus *Lucayo, Cigateo, Gatao, Ganima* & aliæ parum celebres. A Terra di Baccalos eſt inſula etiam (h) *Terra Nova* dicta, eandem fere magnitudinem habet quam Hibernia. Sub 59 gradum lat. jacet (i) *Drogeo* inſula deſerta, quæ ob crebra, quæ ibi viſuntur, ſpectra *inſula Diabolorum* nautis dicitur. Illuc aliquando femina Galla cum Amatore ſuo expoſita biennium & quinque menſes miſerrimè tranſegit : ſed demum liberata eſt.

REISKII.

1 Omnes Inſulæ quotquot inter Americam Auſtralem atque Hiſpaniam jacent, uno (k) *Antillarum* nomine quatuorque claſſibus comprehenduntur : Prima *Lucayes*, altera di *Barlo vento*, tertia *Caribes*, & quarta di *Sotto vento*. (l) *Lucayes* ab una omnium præſtantiſſima denominatæ, Bahama, Bimini, Guanahani, ſuis ſubſunt Regulis. Inſulæ (m) *Barlo vento* ſunt *Hiſpaniola, Cuba, Jamaica*, & *Boriquena*. (n) *Hiſpaniola* ſuo ambitu 150 milliaria, proventu, pecora, furges, aromata, herbas medicas, puriſſimum aurum & metalla, ſtatu politico Hiſpanum regimen, & quaſdam gentilium Dynaſtias adhuc complectitur. Urbs *Domingo* ſaxeis mœnibus, caſtello, & propugnaculis munita ſedem Gubernatori & Archiepiſcopo Hiſpan. præbet : Huic Epiſcopatui quinque alia ſubſunt. (o) *Cuba* tamen fertilitate, aura temperatiori, & Havana portu munitiſſimo præſtat : Hoc enim veluti clave Americam Hiſpanis ſuis aperiunt, & cæteris nationibus occludunt, ut tutus ita claſſi auriferæ tranſitus præbeatur. (p) *Jamaica* ex A. 1605 in ditionem Anglicam venit, frumento, meſſe triplici ac æſtate continua quaſi felix. Sed (q) *Borichenia* Hiſpani Morro Empimuda, caſtro munitiſſimo tuentur. Inſulæ (r) *Caribes* XXVIII, nec omnes tamen cultæ ; plures Europæis gentibus habitatæ, (s) *Marteniquo* Gallis ſubdita claſſem Belgicam A. 1674 hujuſque impetum propulſavit. Sed Anno ſuperiore proximo 1673 Belgæ à (t) *Curaſſow* Inſula expeditionem Gallicam fractam averterunt. Tabago inſula A. 1672 Anglis per vim dedita, per pacem A. 1674 ad Belgas denuo pervenit. (u) Inſula *S. Chriſtophori* Gallicis coloniis A. 1627 ſociarat Anglicas ; eas tamen bello exorto A. 1666 iterum ejecit. Sic Martinica Gallico paret Imperio ex A. 1635 & coloniis per quinque regiunculas diſperſis. (x) *Guardalupa* ex A. 1635 Colonias Gallicas, & poſthac Belgicas recepit. (y) *Barbada* ſive *Barbados* ſubeſt Anglis, portu commodiſſimo, vicis & opido Bandabieno firmior. Inſula (z) Sumary æque Anglorum coloniis frequens. (aa) *Inſulæ di Sotto vento* ad oram jacent maritimam : Ex iis *Margareta* & *Cubagua* olim repertis unionibus celebres fuerunt, nunc admodum obſcuræ. (bb) *Terra Nova* (Terra Neuf) Canadæ oppoſita A. 1683 capta, hodieque cultui Anglico ſubſtat. Conf. Deſcript. Antillarum Gallica A. 1658 Roterod. edita ; Rich. Blome Deſcript. Americæ Anglicanæ, ſive provinciarum regi Anglico ſubjectarum Amſterd. A. 1688 Rich. Ligon. Deſcript. Barbados ; item Penſilvaniæ *Quakeris* relictæ provinciæ Deſcript. *De Inſulis natantibus Dæmoniorum, Canum, Muſcarumque* ; item *Inſulis fluviorum* Americanorum pluribus alii confertantur.

(a) S. Dominici op. (b) Jamaica. (c) Antillæ ſeu Camercanæ inſ. (d) Margarita. (e) Barbados. (f) Borique. (g) Lucaya inſ. (h) Terra Nova. (i) Drogeo ſeu Diabolorum inſ. (k) Inſulæ Antillæ quadruplices. (l) Lucayes. (m) Barlo vento. (n) Hiſpaniola. (o) Cuba. (p) Jamaica. (q) Borichenia. (r) Caribes. (s) Marteniquo. (t) Curaſſow. (u) Inſ. S. Chriſtophori. (x) Guardalupa. (y) Barbados. (z) Sumary. (aa) Inſ. di Sotto vento. (bb) Terra Neuf.

CAP. XVI.

MAGELLANICA. (1)

I.

Magellanica seu Terra Australis incognita.

PORRÒ peractis duabus prioribus continentibus, restabat uti tertiam universi terrarum Orbis partem aggrederemur, illis amplitudine forsitan haud inferiorem. Verùm cum etiam nunc nobis incognita jaceat, nec constet, continens una, an plures in insulas dissecta sit; nihil habemus in præsens, quod de ea huc referamus; nisi nominis brevem expositionem. Dicitur *Terra Australis*, quia nobis ultima in Austrum versus sita est. Eadem *Terra incognita*, quia nemo ingressus. Denique *Magellanica*, quia Magellano primum conspecta. *a.* 1

(1) *De Terra Magellanica in Genere supra in China.*

BUNONIS.

a Ex terra in Australi maritima loca innotuerunt, (a) *Terra del Fuogo*, (b) *Promontorium Terræ Australis*, *Psittacorum regio*, *Lucach*, *Beach*, *Maletur*, *Nova Guinea* cum nonnullis Insulis. *Terra del Fuogo*, id est, *Ignis Terra*, à Freto Magellanico [*a*] alluitur; ab ipso [*b*] Magellanico [*c*] ita dicta, quod noctu ibidem multos conspexissent ignes [*d*]. Insulam vero esse hanc terram docuit navigatio *le Maire*; ibi sunt *Promontorium Nassovicum*, *Sinus Mauritii*, *Insulæ Barnefeld*, *Draki*, &c. *Promontorium Terræ Australis* à Promontorio *Bonæ Spei* versus Occasum solis hybernum jacet. (c) *Psittacorum regio* inde ulteriùs Ortum versus sita à Portugallensibus ita dicta est, quod ingentes ibidem [*e*] vidissent Psittacos. (d) *Beach regio* aurum habet, & *Lucach* regnum aromata; illa non longe ab Insula Java remota sunt. Mare quod inter hasce terras insulamque Javam est, (e) *Lantschidol* vocatur. (f) *Nova Guinea* ad Æquatorem ferè pertingit; num verò insula sit, an cum reliqua terra Australi contigua, hactenus ignoratur. Inde versus Austrum (g) *Nova* est *Hollandia*; ac porrò versus Ortum (h) *Nova Zelandia*. A Nova Guinea ad Ortum crebræ occurrunt insulæ, (i) *Isabella*, (k) *Virides* seu *Salomonis* in mare Pacifico ob divitias ita dictæ; sicut alteræ (l) *Tuberones* seu *Infortunatæ*, à Magellano appellatæ, quod neque homines, neque victum in iis reperiret: & (m) Insul. S. Petri. Cæterum *Petrus Ferdinandus de Quier* terræ Australis felicitatem, epistolâ ad Regem Hispaniæ datâ, describit.

HEKELII.

[*a*] Cujus mentionem fecit *Hieronymus Benzo Mediolanensis* Lib. I. *Hist. Novi Orbis*, c. 14. p. 58.

[*b*] *Ferdinando.*

[*c*] *Lusitano*, sive *Portugallo.*

[*d*] Reperit a. hoc Fretum *Magellanus*, seu *Magellanes*, A. CHR. MDXX, quum ad *Austrum* ultra Æquinoctialem Plagam tres & quinquaginta gradus confeciſſet. Ex ea classe una Navis, VICTORIÆ nomine insignis, Anno MDXXII, toto Orbe circumvecto, *Hispalim* rediit. Itaque ejus Nauclerus, *Joannes Sebastianus de Cano*, Scutum suum insigni Orbis effigie, & his circum inscriptis verbis: PRIMUS CIRCUMDEDISTI ME, nobilitavit. Vid. *Hieronymi Benzon.* Lib. III. *Hist. Novi Orb.* c. 6. p. 302.

[*e*] Seminibusque infectos.

REISKII.

1 (n) Terra hæc polaris Antarctica, *h. e.* Arcticæ aut Septentrionali, quam supra vidimus, opposita ex situ versus Austrum dicitur Australis; ipsa vero incognita mari vicino, & Magellanico freto circumdatur, inculta hactenus & frigore intenso aspera. Orbi quidem nostro vereri ad promont. bonæ fidei vel Novam Guineam proxima collocatur: Utrumque tamen fide nimis incerta, cum ad Novam Hollandiam propius abesse observatis ex recentissimis legatur. Hispani (o) *Civitat del Rey Philippe*, i. e. *Civitatem Regis Philippi* & quasdam munitiones freto Magellanico vicinas extruere cœperunt: Sed præsidiis per frigora & famem necatis mutarunt animum. Etsi vero Ferdin. Mendez de Quire hanc A. 1505 ipse adiit, aulæque commendavit Hispanicæ; parum tamen ea commendatio valuit. Nec Angli; (p) *Patagones* tantos aut homines giganteæ molis, sed habitu sibi pares aut similes repererunt. *Terra del Fuogo*, *nova Guinea*, *Zembla*, *Jezzi*, & *Jucatana* apud quosdam Geographos pro continentis partibus fuerunt; cum sint Insulæ. *Terra Beach Patagonum sive Psittacorum*, & *ipsa Magellanica* nautis recentioribus ignotæ, tabulas accuratiores ne quidem subeunt. *Groenlandiam* & *Frieslandiam* insulas, quales Geographi communiter describunt, nemo diligentissimè quæsitas reperit. Groenlandia quidem sæpe Christiani IV Daniæ regis auspicio indagata, & in Americam hinc ulterior excursio tentata fuit; sed irrito successu.

(a) Terra del Fuogo. (b) Promontorium Terræ Australis. (c) Psittacorum regio. (d) Beach regio. (e) Lantschidol mare. (f) Nova Guinea. (g) Nova Hollandia. (h) Nova Zelandia. (i) Isabella Insl. (k) Insl. Salomonis. (l) Tuberones. (m) Insl. S. Petri. (n) Terra polaris Antarctica. (o) Civit. del Rey Philippe. (p) Patagones.

ſucceſſu. Vid. Mart. Forbiſſeri, Martinirii, & Heinr. Siveri Groenlandiæ ac Terrarum Septentrionalium Deſcript. Hamburgi A. 1675 publicata. Addo heic amplius, 1° *immenſas* (a) *terrarum ſubpolarium voragines*, quibus mare ſub polo Arctico abſorptum, ſub polo rurſus Antarctico emergit. Hinc nautæ, ſi qui Spisbergam curſu attigerint, obſervârunt, naves ultra gradum LXXXII non progredi poſſe, nec lintres incautius evagatos rediiſſe: Contra in freto le Maire naves ultra LX gradum latitud. Auſtralis ob fluctus contrarios & aquoſos impetus non potuerunt progredi. Vid. Kircheri Mund. ſubterr. Lib. III. c. 2. ſeqq. 2°. (b) *noctem diemque per ſex menſes continuum*, quem terræ ſubpolares habent, nec ſcriptoribus priſcis, nec Plinio ignotum Lib. II. c. 75. De nocte ſemeſtri Voſſius dubitavit in notis ad Pomponium Lib. III. c. 6. ſtatuitque homines in luce perpetua verſaturos, ſi qui ſub polo vivere poſſunt. 3° (c) *ſtellam polarem utramque ſimul ſub ſphæra recta conſpicuam*, quam volunt Geographi eam non eſſe; niſi duobus ultra citraque gradibus emenſis. Sic Lerius in Navigat. Americ. ſentit, & Mandelſlo in Itinerar. c. 13. annotat ab ſeſe polum Arcticum non niſi poſt ſex gradus cis Æquatorem, & poſt octo gradus trans Æquatorem Antarcticum potuiſſe conſpici. Tantum in præſenti ſufficito, eſtoque. (1)

(a) Voragines ſubpolares. (b) Nox dieſque ſemeſtris. (c) Stella polaris utraque conſpic.

